Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Kühn, Karl Gottlob (éd.).
Galeni opera omnia / vol. 6

Leipzig : Car. Cnoblochii, 1821-1833.

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?45674x06

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ

ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI

OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOMVS VI.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1823.

45674

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.



VOLVMEN VI.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. VI.

45674

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1823.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΓΙΕΙΝΩΝ ΛΟΓΟΣ Α.

Ed. Chart. to. VI. [p. 40.] Ed. Baſ. to. IV. (p. 220.)

Κεφ. α'. Τῆς περὶ τὸ σῶμα τἀνθρώπου τέχνης μιᾶς οὔσης, ὡς ἐν ἑτέρῳ δέδεικται γράμματι, δύο ἐστὸν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα μόρια· καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν ὑγιεινὸν, τὸ δὲ ἕτερον θεραπευτικὸν, ἔμπαλιν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ταῖς ἐνεργείαις, εἴ γε τῷ μὲν φυλάξαι, τῷ δὲ ἀλλοιῶσαι πρόκειται τὴν περὶ τὸ σῶμα κατάστασιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀξιώματι καὶ χρόνῳ πρότερόν ἐστιν ὑγεία νόσου, χρὴ δήπου καὶ ἡμᾶς, ὅπως ἄν τις ταύτην φυλάξειεν, ἐπισκέψαι πρότερον, ἐφεξῆς δὲ καὶ ὡς ἄν τις ἄριστα τὰς

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER PRIMVS.

Cap. I. Quum una ſit ars, quae circa corpus hominis occupatur, ut in alio libro demonſtratum eſt, ejus primae ac maximae partes ſunt duae; quarum altera ſanitatis conſervatrix, altera curatrix appellatur; quae contraria inter ſe habent officia; ſiquidem illi tueri, huic immutare ſtatum corporis eſt propoſitum. Quum vero et dignitate et tempore ſanitas morbum praecedat, utique et nos, quemadmodum haec ſervanda ſit, conſiderare prius oportet, deinde vero, quo pacto commo-

Ed. Chart. VI. [40. 41.] Ed. Baſ. IV. (220.)

νόσους ἐξιῶτο. κοινὴ δ' ἀμφοτέροις ὁδὸς τῆς εὑρέσεως, εἰ γνοίημεν, ὁποία τίς ἐστι διάθεσις τοῦ σώματος, ἣν ὑγείαν ὀνομάζομεν· οὐ γάρ τοι οὔτε φυλάττειν αὐτὴν παροῦσαν, οὔτ' ἀναπᾶσθαι διαφθειρομένην οἷοίτ' ἂν εἴημεν ἀγνοοῦντες τὸ παράπαν, ἥτις ποτ' ἐστί. γέγραπται δὲ ἡμῖν ἑτέρωθι καὶ περὶ τοῦδε, καὶ δέδεικται τῶν μὲν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων ἡ ὑγεία, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, συμμετρία τις ὑπάρχουσα, τῶν δ' ὀργανικῶν ἐκ τῆς τῶν ὁμοιομερῶν συνθέσεώς τε καὶ ποσότητος καὶ πηλικότητος καὶ διαπλάσεως ἀποτελουμένη. ὥστε καὶ ὅστις ἂν ἱκανὸς ᾖ φυλάττειν ταῦτα, φύλαξ οὗτος ἀγαθὸς ὑγιείας ἔσται. [41] φυλάξει δὲ πρότερον ἐξευρὼν ἅπαντας τοὺς τρόπους, καθ' οὓς διαφθείρεται. ὥσπερ γὰρ, εἰ καὶ παντάπασιν ἀπαθὲς ἦν ἡμῶν τὸ σῶμα, τῆς προηγουμένης αὐτοῦ τέχνης οὐκ ἂν ἐδεήθημεν, οὕτω νῦν, ἐπειδὴ πάσχει πολυειδῶς, ἀναγκαῖον ἔσται προστήσασθαί τινα τέχνην, τὴν ἅπάσας αὐτοῦ τὰς βλάβας γινώσκουσάν τε καὶ φυλάττεσθαι δυναμένην.

dissime morbos quis abigat. Utriusque autem inveniendae communis via est, si cognoverimus, qualis sit is corporis affectus, quem sanitatem appellamus; quandoquidem nec praesentem servare, nec labefactatam restituere possint, qui, quaenam ea sit, penitus ignorant. Scripsimus de hoc alibi ostendimusque, similiarium, quas vocant, partium sanitatem, calidi, frigidi, humidi et sicci, commoderationem quandam esse, organicarum vero ex similiarium ipsarum compositione, et numero, et magnitudine, et conformatione constare. Quare, quisquis haec commode tueri possit, is optimus sanitatis custos fuerit. Tuebitur autem, si modos omnes, quibus vitiantur, compertos prius habuerit. Sicuti enim, si impatibile nobis corpus esset, nullam desideraret artem, quae ejus tutelae praeesset, ita nunc, quum diversis multisque affectibus expositum sit, certam sibi depoſcit artem, quae et omnes ejus laesiones perspicere, et ipsum ab iis tueri possit.

Ed. Chart. VI. [41.] Ed. Baſ. IV. (220.)

Κεφ. β'. Εἰσὶ δὲ βλάβαι τε καὶ διαφθοραὶ τοῦ σώματος ἡμῶν διτταὶ κατὰ γένος· αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀναγκαῖαί τ' εἰσὶ καὶ σύμφυτοι, τὴν οἷον ῥίζαν ἔχουσαι τὰς ἀρχὰς τῆς γενέσεως· ἔνιαι δὲ οὐκ ἀναγκαῖαι μὲν οὐδὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ὁρμώμεναι, διαφθείρουσαι δ' οὐδὲν ἧττον ἐκείνων τὸ σῶμα. διαιρήσομεν ἤδη χωρὶς ἑκατέρας. αἷμα καὶ σπέρμα τῆς γενέσεως ἡμῶν εἰσιν ἀρχαὶ, τὸ μὲν αἷμα οἷον ὕλη τις εὔρυθμός τε καὶ εὐπειθὴς εἰς ἅπαν τῷ δημιουργῷ, τὸ σπέρμα δὲ τὸν τοῦ δημιουργοῦ λόγον ἔχει. κέκραται δὲ ἑκάτερον μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων κατὰ γένος, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ἤ, εἴπερ ἐθέλει τις οὐκ ἀπὸ τῶν ποιοτήτων, ἀλλὰ κατὰ τὰς οὐσίας ὀνομάζειν αὐτὰ, γῆς καὶ ὕδατος, ἀέρος τε καὶ πυρός· οὕτως γὰρ ἡμῖν ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτη στοιχείων ἀποδέδεικται· διαφέρουσι δὲ τῷ ποσῷ τῆς μίξεως. τῷ μὲν γὰρ σπέρματι πλέον ἐνυπάρχει πυρώδους τε καὶ ἀερώδους οὐσίας, τῷ δὲ αἵματι γεώδους τε καὶ ὑδατώδους. ἐπικρατεῖ μὴν ἔτι κἀν

Cap. II. Sane, quae corpus noſtrum laedunt corrumpuntque, ea ſunt genere duplicia; alia quidem neceſſaria et nobis congenita, quaeque ex ipſis generationis principiis veluti radice oriuntur; quaedam vero non neceſſaria quidem et quae a nobis non procedunt, nec tamen minus quam illa corpus noſtrum corrumpunt. Utraque iam ſeorſum diſtinguemus. Sanguis et ſemen generationis noſtrae principia ſunt: ſanguis quidem ceu materies quaedam apta concinnaque, et opifici ad quidvis ſequax; ſemen vero opificis rationem obtinens. Mixtum eſt horum utrumque eiſdem genere elementis humido et ſicco, frigido et calido, aut, ſi quis velit, ab eſſentia ſumptis nominibus, non a qualitate, nominaſſe, terra et aqua, aëre et igne. Sic enim demonſtratum nobis eſt in eo libro, quem de elementis ex Hippocratis ſententia ſcripſimus. Diſſident autem ratione mixtionis. Siquidem in ſemine plus eſt igneae ſubſtantiae atque aëreae, in ſanguine aqueae terreaeque,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 6 sur 889

Ed. Chart. VI. [41.] Ed. Baſ. IV. (220. 221.)

τούτῳ τὸ μὲν θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, τὸ δὲ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, καὶ διὰ τὴν ἐπικράτειαν ταύτην οὐ ξηρὸν, ὥσπερ ὀστοῦν καὶ ὄνυξ καὶ θρὶξ, ἀλλ' ὑγρὸν εἶναι λέγεται. τὸ δὲ σπέρμα ξηρότερον μέν ἐστιν ἢ κατὰ τὸ αἷμα, ῥυτὸν μὴν ἔτι καὶ ὑγρὸν ὑπάρχει καὶ αὐτό. καὶ οὕτως ἑκατέρωθεν ἡμῖν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας ἐστὶν, ἣν οὐχ ὑγρὰν δήπου φυλάττεσθαι προσῆκε, μέλλουσάν γε νεῦρα καὶ φλέβας καὶ ἀρτηρίας τε καὶ ὀστᾶ καὶ χόνδρους καὶ ὑμένας καὶ ὅσα τἄλλα τοιαῦτα γενήσεσθαι. συγκαταβεβλῆσθαι τοίνυν ἀναγκαῖόν ἐστιν εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως ἰσχυρότερον ἐν τῇ κράσει τὸ ξηραντικὸν στοιχεῖον. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον τῇ φύσει μάλιστα μὲν τὸ πῦρ, ἤδη δὲ καὶ ἡ γῆ· ξηρὸν γάρ τι χρῆμα καὶ ὅδε. ἀλλὰ τῆς μὲν γῆς οὐχ οἷόν τε ἦν μίγνυσθαι πλέον, ὡς ὑγρῶν εἶναι δεομένων τῶν ἀρχῶν· τοῦ πυρὸς δ' οὔτε κωλύει (221) πλέον μιχθῆναι καὶ κέκραται τοσούτῳ πλέον ἐν ἀμφοῖν, ὡς μήτε φρύγειν ἤδη καὶ καίειν αὐτάρκως τε ξηραίνειν. καὶ γὰρ αὖ καὶ τὴν

quamquam praepollet in hoc quoque et calidum frigido et humidum ſicco, et ob eam exuperantiam non ſiccus, ſicut oſſa, unguis pilusve, ſed humidus eſſe dicitur. At ſemen ſanguine ſiccius quidem eſt, caeterum ipſum quoque humidum fluxileque eſt. Atque ita nobis utrinque ex humida ſubſtantia principium generationis eſt, hanc tamen humidam ſervari conveniens non erat, ſi modo ex ea nervi, arteriae, venae, oſſa, cartilagines, membranulae et alia id genus fieri deberent. Affundi equidem ſtatim ab initio generationis validius in temperamento oportuit elementum id, quod ſiccandi vim haberet. Eſt vero id natura quidem maxime ignis, ſed tamen et terra; eſt enim ea quoque res ſicca. Verum hujus plus immiſceri poſſibile non erat, quum ipſa principia eſſe debeant humidiora. Ignis certe quo minus plus ſit admixtum, nec obſtat quicquam, et ſane illius admixtum eſt tanto plane plus in utroque principio, quantum nec iam torreat uratve, et tamen abunde ſiccet; nam etiam

Ed. Chart. VI. [41. 42.] Ed. Baſ. IV. (221.)

πρὸς τὰς κινήσεις ἑτοιμότητα τοσοῦτον ὑπάρχον τὸ θερμὸν ἱκανὸν ἦν παρασχεῖν. ὑπὸ τούτου δὴ τὰ μὲν πρῶτα συνίσταταί τε καὶ βραχεῖάν τινα πῆξιν λαμβάνει τὸ κύημα· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ μᾶλλον ἤδη ξηραινόμενον οἷον ὑπογραφάς τινας ἴσχει καὶ τύπους ἀμυδροὺς ἑκάστου τῶν μορίων· εἶτ' ἐπὶ πλέον ξηρανθὲν οὐχ ὑπογραφὰς μόνον οὐδ' ἀμυδροὺς τοὺς τύπους, ἀλλ' ἀκριβὲς ἑκάστου τὸ εἶδος ἴσχει. καὶ δὴ καὶ ἀποκυηθὲν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἑαυτοῦ γίνεται ξηρότερόν τε καὶ ῥωμαλεώτερον, ἄχρι περ ἂν εἰς ἀκμὴν ἀφίκηται. τηνικαῦτα δὲ τά τε τῆς αὐξήσεως ἵσταται, μηκέτι ἐπιδιδόντων τῶν ὀστῶν διὰ σκληρότητα, καὶ τῶν ἀγγείων δὲ ἕκαστον εἰς εὖρος διαφυσᾶται, καὶ σύμπαντ' οὕτως τὰ μόρια κρατύνεταί τε καὶ εἰς τὴν ἀκροτάτην αὐτῶν ἰσχὺν ἀφικνεῖται. [42] τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε πεῤαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἤδη ξηροτέρων ἁπάντων τῶν ὀργάνων γιγνομένων αἵ τε ἐνέργειαι χεῖρον ἐπιτελοῦνται καὶ ἀσαρκότερόν τε καὶ ἰσχνότερον ἑαυτοῦ γίνεται τὸ ζῷον. ἐπὶ πλέον δὲ ἀναξηραινόμενον οὐκ ἀσαρκότερόν γε μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυσσὸν ἀπο-

tantus calor adhibitus facilitatem praeſtare ad motiones ſat erat. Ab hoc igitur primum cogitur, paulumque concreſcit, quod in utero conceptum eſt; mox ſiccius redditum veluti lineamenta quaedam et rudimenta cujusque partis obtinet. Ulterius vero etiam ſicceſcens non lineamenta rudimentave modo, ſed etiam exactam uniuſcujusque ſpeciem oſtendit. Iam vero in lucem editum tum ſiccius, tum valentius ſe ipſo ſemper efficitur, donec ad florem pervenerit aetatis. Tum vero et incrementum omne ſiſtitur, oſſibus nimirum ipſis per ſiccitatem non ultra ſequacibus, et vas unumquodque in latum extenditur, cunctae deniqne partes non ſolum robuſtae, ſed etiam vires ſuas ſummas obtinent. In eo vero, quod ſequitur, tempore, omnibus iam inſtrumentis plus juſto ſicceſcentibus, non ſolum cujusque functio minus probe perficitur, ſed etiam animal ipſum macilentius gracilisque, quam ante, redditur. Ergo plus ſatis ſiccatum non macilentius modo, verum etiam rugoſum efficitur. Artus

Ed. Chart. VI. [42.] Ed. Baſ. IV. (221.)

τελεῖται, καὶ τὸ κῶλον ἀκρατὲς καὶ σφαλερὸν ἐν ταῖς κινήσεσι. καὶ καλεῖται μὲν ἡ τοιαύτη διάθεσις γῆρας, ἀνάλογον δ' ἐστὶ τῇ τῶν φυτῶν αὐάνσει. καὶ γὰρ αὖ κἀκείνη γῆράς ἐστι φυτοῦ, δι' ὑπερβάλλουσαν ξηρότητα γινομένη. μία μὲν οὖν ἥδε σύμφυτος ἀνάγκη φθορᾶς ἅπαντι τῷ γεννητῷ σώματι, δευτέρα δὲ τοῖς ζώοις μάλιστα ὑπάρχουσα, τῆς ὅλης αὐτῶν οὐσίας ἡ ῥύσις, ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἀποτελουμένη. ταύτας μὲν οὖν τὰς βλάβας οὐδενὶ γεννητῷ σώματι φυγεῖν ἐγχωρεῖ, τὰς δ' ἄλλας βλάβας, ὅσαι ταύταις ἕπονται, δυνατὸν φυλάξασθαι προμηθούμενον. ἡ γένεσις δὲ κἀκείνων ἐκ τοῦ τὰς ἀναγκαίας βλάβας ἐπανορθοῦσθαι πειρᾶσθαι. ῥεούσης γοῦν τῆς οὐσίας συστάσεως ἐπὶ πάντων τῶν ζώων, εἰ μή τις ἑτέρας ὁμοίας ἀντεισάγει τῷ ἀποῤῥέοντι, διαφορηθήσεταί τε καὶ σκεδασθήσεται σύμπαν οὕτως τὸ σῶμα. καὶ διὰ τοῦτο οἶμαι τὴν φύσιν οὐ μόνον τοῖς ζώοις, ἀλλὰ καὶ φυτοῖς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συμφύτους δοῦναι δυνάμεις ἐφιεμένας τῶν ἀεὶ ἐλλειπόντων.

quoque ipſi invalidi atque ad motus ſuos inſtabiles ſunt. Atque talis quidem affectus ſenium appellatur, ei, quae in ſtirpibus arefactio dicitur, proportione reſpondens: eſt enim et illa ſtirpis ſenium, ſiccitatis exceſſu proveniens. Una igitur haec eſt omni genito corpori corruptelae interitusque connata neceſſitas. Altera eſt, quae etiam in animalibus praecipue cernitur, totius ſubſtantiae fluor, quem inſitus calor excitat. Has itaque jacturas nullum, quod genitum ſit, corpus effugere poteſt; reliquas vero, quae has ſequuntur, providentia conſilioque certe poteſt. Porro his quoque non aliunde origo eſt, quam ex ipſis jam dictis neceſſariis jacturis corrigendis atque ſarciendis. Nam quum tota moles animalium in perpetuo fluore ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea, quae defluxit, reſtituta ſit, diſſolvetur certe atque diſſipabitur univerſum corpus. Quo factum arbitror, ut natura non animalibus modo, verum etiam ſtirpibus inſitas quaſdam facultates ejus quod deeſt, ſemper appetentes ab initio

Ed. Chart. VI. [42.] Ed. Baſ. IV. (221.)

οὔτε γὰρ ἐσθίειν οὔτε πίνειν οὔτε ἀναπνεῖν διδασκόμεθα πρός τινος, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἔχομεν ἁπάντων τούτων ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τὰς δυνάμεις, ἄνευ διδαχῆς ἐπιτελούσας ἅπαντα. διὰ μὲν οὖν τῆς ἐδωδῆς ἀναπληροῦμεν, ὅσον ἂν ἀπορρυῇ τῆς ξηροτέρας οὐσίας, διὰ δὲ τοῦ πόματος τῆς ὑγροτέρας ἀντεισάγομεν, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγοντες ἄμφω συμμετρίαν. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀερώδους τε καὶ πυρώδους οὐσίας τὴν συμμετρίαν ἀναπνοαῖς τε καὶ σφυγμοῖς διασώζομεν. ἀποδέδεικται δὲ καὶ περὶ τούτων ἁπάντων ἰδίᾳ καθ' ἕκαστον ἐν ἑτέροις γράμμασι, καὶ προσήκειν ἡγοῦμαι τῷ λόγῳ τῷ νῦν, ὅσα δέδεικται δι' ἐκείνων ὑποθέσεις ποιησαμένους πρὸς τὴν ὑγιεινὴν πραγματείαν οὕτως ἔχεσθαι τῶν ἑξῆς.

Κεφ. γ'. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπορρεῖ μὲν ἁπάντων τῶν ζώων ὁσημέραι πολὺ μέρος τῆς οὐσίας διὰ τὴν ἔμφυτον θερμότητα, δεόμεθα δὲ ὑπὲρ τοῦ τὴν συμμετρίαν αὐτῆς διαφυλάττεσθαι σιτίων τε καὶ πομάτων, ἀναπνοῆς τε καὶ σφυγμῶν, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσει τοῖσδε περιττωμάτων γένεσις. εἰ μὲν γάρ, οἷόν περ ἦν τὸ κενωθέν, ἕτερον ἀκριβῶς τοιοῦτον

ſtatim dederit. Non enim veſci, bibere, aut reſpirare a quoquam uſquam diſcimus, ſed ſtatim a principio facultates in nobis habemus, quae haec omnia citra docentem perficiant. Cibo igitur, quicquid ficcioris ſubſtantiae effluxit, reſtituimus, potu, quicquid humidioris, atque ad priſtinam ita commoderationem ambo reducimus. Ita vero et aëreae igneaeque ſubſtantiae modum reſpiratione et pulſu tuemur. De quibus omnibus etiam ſigillatim dictum a nobis in aliis voluminibus eſt, nec a praeſenti diſputatione alienum cenſemus, ut, quae ibidem monſtrata ſunt, ad ſanitatis tuendae artem hypotheſeos loco poſitis, ſic quae deinceps ſunt aggrediamur.

Cap. III. Quum enim quotidie propter inſitum ipſis calorem cunctis animalibus multa ſubſtantiae portio defluat, indigeamus autem ad hujus commoderationem conſervandam cibo, potu, reſpiratione et pulſu, neceſſe eſt ex iis ſequi excrementorum proventum. Nam ſi, quale erat ipſum, quod effluxit, tale prorſus adjungere ei per

Ed. Chart. VI. [42, 43.] Ed. Baſ. IV. (221.)

εἴχομεν αὐτῷ προσφῦσαι δι' ὅλου, κάλλιστον ἂν ἦν τοῦτο καὶ ὑγιεινότατον. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἀπορρέον ἑκάστου τῶν μορίων τοιοῦτον τὴν φύσιν ἐστὶν, οἷόν περ αὐτὸ τὸ μόριον, οὐδὲν δὲ τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων ἀκριβῶς ἐστι τοιοῦτον, ἀναγκαῖον ἐγένετο τῇ φύσει προμεταβάλλειν τε καὶ πέττειν αὐτὰ, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα προπαρασκευάζειν ὅμοια τῷ θρεψομένῳ σώματι. κἂν τούτῳ τὸ μὴ κατεργασθὲν ἀκριβῶς μηδ' ἐξομοιωθὲν οὔτε προσφύεται τῷ σώματι, καὶ ὡς περιττὸν ἀλᾶται κατὰ τὰς ἔνδον εὐρυχωρίας, ὅθεν περ αὐτῷ καὶ τοὔνομα πρὸς τῶν ἔμπροσθεν ὀρθῶς ἐτέθη περίττωμα. ἐπειδὴ οὖν τὸ μὲν ἐσθίειν καὶ πίνειν ἀναγκαῖα τοῖς ζώοις ὑπάρχει, ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις ἡ τῶν περιττωμάτων γένεσις, ὄργανά τε πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ἡ φύσις παρεσκεύασεν, καὶ [43] δυνάμεις αὐτοῖς ἐνέθηκε, δι' ὧν κινούμενα τὰ μὲν ἕλκει, τὰ δὲ ἐκπαραπέμπει, τὰ δὲ ἐκκρίνει τὰ περιττώματα. καὶ χρὴ δήπου καὶ ταῦτα μήτ' ἐμφράττεσθαι κατά τι, μήτε ἀῤῥωστεῖν κατὰ τὰς ἐνεργείας, ὑπὲρ τοῦ καθαρὸν ἀεὶ καὶ ἀπέριττον φυλάττεσθαι

totum liceret, optimum id ſaluberrimumque plane eſſet. Verum quum id, quod a ſingulis partibus defluit, tale natura eſt, qualis eſt pars ipſa, nihil autem eorum, quae eduntur bibunturve, ejusmodi prorſus eſt, neceſſarium naturae fuit prius ea mutare et concoquere, et quam fieri maxime potuit efficere ſimilia corpori nutriendo. In quo opere ſi quid nec confectum, nec prorſus aſſimilatum eſt, id corpori non adnaſcitur, et per ipſius laxiora intus ſpatia tanquam ſupervacaneum errat; unde nomen quoque recte a majoribus ipſi excrementum eſt inditum. Quum igitur edere bibereque neceſſaria animantibus ſint, haec autem ſubſequatur excrementorum generatio, natura non ſolum ipſis excernendis inſtrumenta inſtituit, verum etiam inſtrumentis ipſis facultates inſeruit, quibus incitata quaedam ad ſe trahunt excrementa, quaedam aliis tranſmittunt, quaedam expellunt. Atque haec neque aliquatenus obſtrui, neque ad functiones imbecilla eſſe oportet, quo corpus ſemper mundum atque excrementis

Ed. Chart. VI. [43.] Ed. Baſ. IV. (221.)

τὸ σῶμα. καί σοι δύο μὲν ἤδη σκοποὺς τούσδε κατὰ δίαιταν ὑγιεινὴν ὁ λόγος ὑφηγήσατο· τὸν μὲν ἕτερον ἀναπλήρωσιν τῶν κενουμένων, τὸν δ' ἕτερον ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων. ὁ γὰρ δὴ τρίτος ὁ περὶ τοῦ μὴ ταχύγηρον γίνεσθαι τὸ ζῶον ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς εἰρημένοις. εἰ γὰρ μηδὲν ἁμαρτάνοιτο μήτε ἐν τῷ τὸ κενούμενον ἀναπληροῦσθαι μήτε ἐν τῷ τὰ περιττώματα μὴ μένειν ἔνδον, ὑγιαίνοι τ' ἂν ἐν τῷδε τὸ ζῶον ἀκμάζοι τε μέχρι παμπόλλου. περὶ μὲν δὴ τοῦδε καὶ αὖθις εἰρήσεται, τοῦ λόγου προϊόντος.

Κεφ. δ'. Τὸ δ' ὑπόλοιπον ὧν ἐξ ἀρχῆς διελέσθαι προὐθέμεθα προσκαταθῶμεν, ὑπὲρ τοῦ διωρίσθαι σαφῶς ἤδη τοὺς ὑγιεινοὺς σκοπούς, ὁποῖοί τέ εἰσι καὶ ὁπόσοι. ἔφαμεν γὰρ, ὡς, εἰ μὲν ἀπαθὲς ἦν ἡμῶν τὸ σῶμα, καθάπερ ἀδάμας ἤ τι τοιοῦτον, οὐδεμιᾶς ἂν ἐδεήθη τέχνης ἐπισταθούσης αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ διττὰς ἔχει τῆς φθορᾶς αἰτίας, τὰς μὲν ἔνδοθέν τε καὶ ἐξ αὐτοῦ, τὰς δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἀναγκαῖον αὐτὸ δεῖσθαι προνοίας οὐ μικρᾶς.

vacuum ſervetur. Atque tibi geminum jam ſcopum ſalubris victus ſermo *noſter* expoſuit; alterum vacuatorum repletionem, alterum excrementorum excretionem. Tertius namque, qui huc ſpectat, ne animal praepropere ſeneſcat, duos iam dictos neceſſario comitatur. Si enim in neutro ſit erratum, nec in eo, quod exhauſtum eſt, replendo, nec in excrementis immorandis, et ſanitate interim animal fruetur, et vigoris tenorem quam longiſſime ſervabit. Verum de hoc poſtea procedente ſermone dicetur.

Cap. IV. Nunc quod reliquum eſt eorum, quae ab initio diſſerere propoſuimus, adjiciam, quo ſanitatis tuendae ſcopos, quot qualesque ſint, clarius diſtinguam. Diximus enim, ſi corpus noſtrum impatibile eſſet, ſicut adamas, aut quid ejusmodi, minime artem requirere, quae ei tuendo praeſideret; ſed quoniam duplices corruptionis cauſas, alteras internas et a ſe, alteras extrinſecus incidentes, habet, neceſſe eſt curam providentiamque non

Ed. Chart. VI. [43.] Ed. Baſ. IV. (221.)

ἐξ ἑαυτοῦ μὲν οὖν ἐδείχθη κατὰ διττὸν τὸν πρῶτον τρόπον διαφθειρόμενον, ἢ διὰ γήρως ἐπὶ θάνατον προϊὸν, ἢ διὰ τοῦ ῥεῖν ἀεὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καθ' ἕτερον δὲ, τὸν ἐπόμενον οἷς ἐσθίει τε καὶ πίνει, τῶν ἐκ τῆς τῶν περιττωμάτων γενέσεως. ἐξ αὐτοῦ μὲν οὖν ᾧδέ πως φθείρεται· τῶν δὲ ἔξωθεν αὐτῷ προσπιπτόντων ἓν μὲν ἀχώριστόν τέ ἐστι καὶ διαπαντὸς ὑπάρχον αὐτῷ, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις σύμφυτον, ὁ περιέχων ἀὴρ, τὰ δ' οὔτ' ἀναγκαῖα, καὶ κατὰ χρόνους τινὰς ἀτάκτως ὁμιλοῦντα· ὁ μὲν περιέχων ἀὴρ ἢ τῷ θερμαίνειν ἀμέτρως, ἢ τῷ ψύχειν, ἢ τῷ ξηραίνειν, ἢ τῷ ὑγραίνειν βλάπτων, τὰ δὲ τῷ θλᾶν, ἢ διασπᾶν, ἢ τιτρώσκειν, ἢ ἔξαρθρόν τι ποιεῖν. ἔστι μὲν οὖν τις ἐνταῦθα λογικὴ ζήτησις εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρεῖσθαι δυναμένη, τινῶν μὲν τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἁπάντων τὴν φυλακὴν εἶναι λεγόντων, τινῶν δὲ τῶν θερμαινόντων τε καὶ ψυχόντων, ὑγραινόντων καὶ ξηραινόντων μόνον· εἰ γάρ τι θλῶν, ἢ τιτρῶσκον, ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον ἐργαζόμενον ἐξίστησι τοῦ

parvam deſiderare. Et ex ſe quidem duplici primo modo conſumi corpus indicavimus; uno, quod vel aetatis curſu, vel aſſiduo ſubſtantiae fluore ad interitum tendat; altero, qui utique eſum potionemque conſequitur, ipſo excrementorum proventu. Atque ex ſe quidem ita corrumpitur: eorum vero, quae extrinſecus incidunt, unum certe eſt, quod ſeparari ab eo non poteſt, quodque illi perpetuo, et (ut ita dicam) veluti connatum adhaeret, aër ipſe ambiens. Alia nec neceſſario, et incertis temporibus nobis accedunt. Ille nempe qui circumfunditur aër nos laedit, vel quod calidos immodice, vel quod frigidos, vel quod ſiccos, vel humidos efficiat, haec, quod contundant, quod divellant, quod vulnerent, vel quod articulum aliquem loco moveant. Oritur hoc loco logica quaedam diſputatio, quae in utramque partem rationes habet, aliis horum omnium curam ad eam quae corpus tuetur artem pertinere affirmantibus, aliis eorum tantum, quae calefaciant, refrigerent, humectent, aut ſiccent: non enim, ſi quid contuſione, vulnere, aut ſimili quopiam

Ed. Chart. VI. [43. 44.] Ed. Baf. IV. (221. 222.)

κατὰ φύσιν ἡμᾶς, οὐδεμιᾶς εἶναι τέχνης οὔτε γινώσκειν οὔτε φυλάττειν τὰ τοιαῦτα. ἐμοὶ δὲ περὶ μὲν τοιούτων προβλημάτων οὐ πρόκειται νῦν διαιρεῖν· ὅπερ δ' ὁμολογούμενόν ἐστι παρ' ἀμφοῖν ἐξ ἑτοίμου λαβὼν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπάνειμι. τὸ μὲν γὰρ ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις γινώσκεσθαι τὰ τῷ τιτρώσκειν, ἢ θλᾶν, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐργάζεσθαι βλάπτοντά τε καὶ διαφθείροντα τὴν ὑγείαν, οὐχ ἅπασι δὲ, ὅσα τῷ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν, ὡμολόγηται παρ' ἀμφοῖν. οὐκοῦν οὐδ' ἡμεῖς αὐτοῖς παρά μέλος τι πράττειν δόξομεν, εἰ τὰ γινωσκόμενα ἅπασιν ὑπερβάντες ἐπὶ τὰ μὴ γινωσκόμενα τὸν λόγον ἄγοιμεν. οὐ γάρ μοι πρόκειται τό γε (222) νῦν εἶναι σοφιστικὰ ζητήματα διελθεῖν, ἀλλ', ὡς ἄν τις ἥκιστα νοσήσειεν, ὑφηγεῖσθαι. πάλιν οὖν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἐπαναγάγωμεν τὸν λόγον, ἀναμνήσαντες ἀκριβέστερον ἔτι τῶν ὑποθέσεων αὐτῶν. [44] τό τε γὰρ εἶναι τὴν ὑγείαν οὐχ ἁπλῶς εὐκρασίαν ἢ συμμετρίαν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν

affectu a naturali habitu ſit emotum, id aut noſſe, aut declinaſſe, ullius eſſe artis munus. Ego vero de problematis id genus agendum mihi non ſtatui, ſed, quod utraque pars ultro concedit, eo accepto, ad propoſitum revertar. Illud ergo confeſſum utrique arbitror, quae vulnere, vel contuſione, vel ſimili aliqua ratione laedunt aut corrumpunt ſanitatem, omnibus hominibus eſſe nota; quae calefaciendo, vel refrigerando, vel humectando, vel ſiccando, non omnibus. Ergo ne nos quidem quicquam ab officio alienum feciſſe videbimur, ſi, quae omnibus nota ſunt, praetermiſſis, ad ea, quae parum nota ſunt, orationem convertamus: non enim mihi propoſitum eſt hoc ſaltem opere ſophiſticos cavillos diluere, ſed potius, quo pacto quis in morbum non incidat, docere. Rurſus igitur ad proprium initium ſermonem revocemus, ac diligentius adhuc, quae pro hypotheſi ſunt habenda, commemoremus. Primum ergo, quod a nobis alibi demonſtratum eſt, ſit ad praeſentia hypotheſis, ſanitatem non eſſe

Ed. Chart. VI. [44.] Ed. Baſ. IV. (222.)

ἐγενόμεθα, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐνόμιζον, ἀλλὰ μόνην τὴν τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, ἀποδεδειγμένον ἡμῖν ἐν ἑτέροις, ὑπόθεσις ἔστω πρὸς τὰ παρόντα· τό τε τῶν ὀργανικῶν σωμάτων τὴν ὑγίειαν ἐν διαπλάσει καὶ ἀριθμῷ καὶ πηλικότητι καὶ συνθέσει τῶν ὁμοιομερῶν συνίστασθαι, καὶ τοῦθ' ὡσαύτως ὑποκείσθω προδεδειγμένον ἑτέρωθι. καὶ μὴν καὶ ὅτι ταῖς κατὰ φύσιν ἐνεργείαις ἡ ὑγιεινὴ κατασκευὴ κρίνεται, καὶ ὅτι τῆς ὑγιείας ἡ μὲν ἀρίστη τίς ἐστι, καὶ ὡς ἂν οὕτως τις εἴποι τελεία τε καὶ ἄκρα, ἡ δ' οἷον ἐλλιπής τε καὶ οὐκ ἀκριβὴς οὐδὲ τελεία, ἥνπερ δὴ καὶ πλάτος ἔχειν πάμπολύ φαμεν, ὑποκείσθω καὶ ταῦθ' ἡμῖν ἐν τῷδε, δι' ἑτέρων τε ἤδη προαποδεδειγμένα καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα δειχθησόμενα. μάλιστα δ' ἀνεγνωκέναι βούλομαι τὸν ὁμιλήσοντα τοῖσδε τοῖς γράμμασι τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ σκέπτομαι, τίνος ἐστὶ τέχνης μέρος τὸ ὑγιεινόν, (ἐπιγράφεται δὲ Θρασύβουλος,) ἔτι δὲ καὶ τὸ

absolute elementorum, ex quibus conſtamus, probam temperiem aut commoderationem, quemadmodum omnibus fere, qui ante nos ſcripſerunt, viſum eſt, ſed eam duntaxat, quae ſimilarium eſt partium. Secundo loco illud quoque, quod alibi non minus demonſtravimus, praeſumptum pro hypotheſi eſto, nempe inſtrumentalium ſanitatem in conformatione, numero, magnitudine ac compoſitione ſimilarium conſiſtere. Tertio functionibus ſecundum naturam obeundis ſanitatis habitum diſcerni; poſtremo ſanitatem quandam optimam eſſe, et (ut ſic dicam) conſummatam atque ſummam, quandam ceu deficientem ab hac, nec plane abſolutam perfectamve, atque hanc etiam latitudinem habere non parvam; haec quoque pro hypotheſi hoc loco ſint, quae alibi nobis certiſſimis rationibus iam firmata, nunc quoque nihilo ſecius ſunt demonſtranda. Maxime vero velim, qui his ſtudere voluerit, eum librum legat, in quo illud inveſtigamus, cujus artis pars ſit ea, quae ſanitatis tuendae curam profitetur; is liber inſcriptus Thraſybulus eſt; praeterea eum, quem de

Ed. Chart. VI. [44.] Ed. Baſ. IV. (222.)

περὶ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν, ἔτι δὲ τὸ περὶ τῆς εὐεξίας. ἔστιν ἄμφω μικρὰ βιβλίδια, ἃ εἰ προαναγνούς τις ἐπὶ τόνδε τὸν λόγον ἀφίκοιτο, ῥᾷστα ἂν ἀκολουθήσειε τοῖς νῦν λεγομένοις. ὅτι δὲ καὶ τὸ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτη στοιχείων ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰς τὰ παρόντα, πρότερον εἴρηται· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἕπεται ἐκείνῳ τὸ περὶ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς καὶ τὸ περὶ τῆς εὐεξίας.

Κεφ. ε'. Ἐπὶ τούτοις ὑποκειμένοις ἐνθένδε ποθὲν ἀρκτέον ἂν εἴη τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. ἐπειδὴ συμμετρία τίς ἐστιν ἡ ὑγεία, συμμετρία δὲ πᾶσα κατὰ διττὸν τρόπον ἀποτελεῖταί τε καὶ λέγεται, ποτὲ μὲν εἰς ἄκρον ἥκουσα καὶ ὄντως οὖσα συμμετρία, ποτὲ δὲ ἀπολειπομένη βραχύ τι τῆς ἀκριβείας, εἴη ἂν καὶ ὑγιεινὴ συμμετρία διττή τις· ἡ μὲν γὰρ ἀκριβής τε καὶ ἀρίστη καὶ τελεία καὶ ἄκρα, ἡ δὲ ἀπολειπομένη μὲν ταύτης, οὐ μὴν ἤδη γε τοσούτῳ, ὡς λυπεῖσθαι τὸ ζῷον. ἔτι δὲ κἀνταῦθα λογική τις μᾶλλον

optimo corporis noſtri ſtatu ſcripſimus; item quem de bono corporis habitu. Sunt hi breves ambo libelli; quos ſi perlegerit, qui ad haec accedet, facillime conſequetur, quae mox dicentur. Dictum jam antea nobis eſt, etiam eum librum, qui de elementis ſecundum Hippocratem ſcriptus eſt, neceſſarium ad praeſentem diſputationem eſſe, quod opus ſequuntur tum id, quod de optima corporis conſtitutione, tum id, quod de bono habitu conſcripſimus.

Cap. V. Ab his hypotheſibus, veluti fundamentis operis jactis, hinc alicunde ſanitatis tuendae tractatio incipienda erit. Quum ſanitas commoderatio quaedam ſit, commoderatio vero omnis duplici ratione non ſolum perficiatur, ſed etiam dicatur, alias quae ad ſummum pervenit, et vere prorſusque commoderatio eſt, alias quae ab hujus abſolutione perfectioneque paulum deficit: utique et ſanitatis commoderatio duplex quaedam fuerit; haec quidem exacta, optima, abſoluta et ſumma, illa paulo ab hac deficiens, non tamen eatenus, ut animali ſit gravis. Exiſtit et hoc loco logica potius quam ex uſu

Ed. Chart. VI. [44.] Ed. Baſ. IV. (222.)

ἢ κατὰ τὴν χρείαν τῆς τέχνης ζήτησις, οὐ συγχωρούντων ἐνίων, ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον ὑγιαίνειν, οὐδ' εἶναι πλάτος ἱκανὸν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ σώματος, ἣν ὑγίειαν ὀνομάζομεν, ἀλλ' ἕν τι καὶ ἀπηκριβωμένον οὖσαν αὐτὴν ἄτμητον εἰς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπάρχειν. ἐμοὶ δὲ ὥσπερ τὸ λευκὸν σῶμα τὸ μὲν ἧττον λευκὸν εἶναι φαίνεται, τὸ δὲ μᾶλλον, οὕτως καὶ τὸ ὑγιαῖνον ἧττόν τε καὶ μᾶλλον εἶναι δοκεῖ τοιοῦτον. διττὴ δὲ ἀπόδειξις τοῦ λόγου· μία μὲν ἐκ τῆς κατὰ τὰς ἡλικίας μεταπτώσεως· ἀφ' οὗ γὰρ ἀπεκυήθη τὸ ζῶον, ἀεὶ μεταβάλλειν ἀναγκαῖον αὐτοῦ κρᾶσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν· ὥστ', εἴπερ ἐν μὲν τῷ ποιῷ τῆς κράσεως ἡ ὑγεία, τὸ ποιὸν δ' οὐ μένει ταὐτό, οὐδὲ τὴν ὑγίειαν ἐγχωρεῖ τὴν αὐτὴν φυλάττεσθαι· δευτέρα δ' ἀπόδειξις ἐκ τῆς κατὰ τὰς ἐνεργείας διαφορᾶς. οὔτε γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡσαύτως ἅπαντες οἱ ὑγιαίνοντες ὁρῶσιν, ἀλλ' οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον, οὔτε τοῖς ὠσὶν ὁμοίως ἀκούουσιν, ἀλλὰ κἀνταῦθα πάμπολυ τὸ μᾶλλόν

artis dubitatio quaedam, negantibus quibuſdam, alium alio magis eſſe ſanum, aut eſſe ejus affectus corporis, quam ſanitatem dicimus, notabilem ullam latitudinem, ſed unicam eſſe eam affirmantibus, et quae ad unguem ſit exacta, nec majoris minorisque ratione dividua. Mihi vero ſicuti album corpus aliud magis, aliud minus album cernitur, ita et quod ſanum dicimus, magis minusque tale eſſe videtur. Cujus rei duplex demonſtratio eſt; una, quae ex mutatione accipitur, quae per aetatum vices cernitur; poſtea namque, quam editum animal in lucem eſt, perpetuo mutari ejus temperamentum (ut ante propoſuimus) eſt neceſſe. Quare, ſi in temperamenti qualitate ſanitas conſtituitur, qualitas autem ipſa non permanet eadem, nec ipſam ſanitatem eandem ſervari eſt poſſibile. Altera non minus evidens demonſtratio ab ipſa ſumitur actionis differentia. Siquidem nec qui ſani ſunt omnes oculis aeque cernunt, ſed alii perſpicacius, alii obtuſius; nec auribus pari modo audiunt, imo hic quoque

Ed. Chart. VI. [44. 45.] Ed. Baſ. IV. (222.)

τε καὶ ἧττον· [45] οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς σκέλεσιν ὡσαύτως θέουσιν, οὐδὲ ἀντιλαμβάνονται ταῖς χερσὶν, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὀργάνοις ὡσαύτως ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' ὁ μέν τις βέλτιον, ὁ δὲ χεῖρον. εἴπερ οὖν αἱ διαφοραὶ τῶν ἐνεργειῶν ταῖς τῶν κράσεων διαφοραῖς ἀκολουθοῦσιν, ἀνάγκη τοσαύτας εἶναι τὰς τῶν κράσεων διαφοράς, ὅσαι πέρ εἰσι καὶ αἱ τῶν ἐνεργειῶν. εἰ δὲ μὴ κράσεων ἐθέλει τις λέγειν, ἀλλὰ κατασκευῶν, ἵν' ἐπὶ πάσαις ταῖς αἱρέσεσιν ὁ λόγος ἐκτείνοιτο, συμπεραίνοιτ' ἂν ὡσαύτως. συμμετρία γὰρ δή τις ἡ ὑγίεια κατὰ πάσας ἐστὶ τὰς αἱρέσεις, ἀλλὰ καθ' ἡμᾶς μὲν ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, κατ' ἄλλους δὲ ὄγκων καὶ πόρων, κατ' ἄλλους δὲ ἀτόμων, ἢ ἀνάρμων, ἢ ἀμερῶν, ἢ ὁμοιομερῶν, ἢ ὅτου δὴ τῶν πρώτων στοιχείων, ἀλλὰ κατὰ πάντας γε διὰ τὴν συμμετρίαν αὐτῶν ἐνεργοῦμεν τοῖς μορίοις. εἴπερ οὖν διαφόρως ἐνεργοῦμεν, διάφορός ἐστι καὶ ἡ καθ' ἕκαστον συμμετρία τῶν στοιχείων, ὅπερ ἦν ἡ ὑγίεια. καὶ μὴν καὶ χωρὶς τοῦ στοιχείου μνημονεύειν

magna eſt in exceſſu defectuque diverſitas. Sed nec pedibus ſimiliter currunt, nec manibus apprehendunt, nec reliquorum denique inſtrumentorum munia ſimiliter obeunt, ſed hic melius, ille deterius. Si itaque actionum diverſitas temperamenti modo reſpondet, cogit plane ratio, ut totidem ſint temperamentorum diverſitates, quot ſunt functionum differentiae. Quod ſi quis conſtitutionum potius quam temperamentorum dicendum putat, quo utique in omnem ſectam ratio quadret, ita nimirum colligat licet. Sanitas omni ſectae commoderatio quaedam eſt nobis, humidi, ſicci, calidi et frigidi; aliis corpuſculorum et meatuum; aliis inſectilium, vel incompactilium, vel minimorum, ſimilariumve, vel denique primorum elementorum cujuscunque. Sed ſecundum cujusque ſectae opinionem pro ipſorum commoderatione partibus operantur. Si itaque varia eduntur opera, utique varia eſt et elementorum in ſingulis commoderatio, quam eſſe ſanitatem ſupra propoſuimus. Quin et citra omnem elementi mentionem hoc

Ed. Chart. VI. [45.] Ed. Baſ. IV. (222.)

ᾠδ' ἂν ὁ λόγος ἐρωτηθείη. εἴπερ ταῖς κατασκευαῖς τῶν μορίων ἀκολουθοῦσιν αἱ ἐνέργειαι, ὅσαιπερ ἂν ὦσιν ἐν ταῖς ἐνεργείαις αἱ διαφοραὶ, τοσαῦται καὶ αἱ κατασκευαὶ ἔσονται· ἀλλὰ μὴν ἀκολουθοῦσιν ταῖς κατασκευαῖς αἱ ἐνέργειαι· ἀναγκαῖον ἄρα τοσαύτας εἶναι τῶν κατασκευῶν διαφοράς, ὅσαιπερ καὶ αἱ τῶν ἐνεργειῶν. εἰσὶ δὲ τῶν ἐνεργειῶν πάμπολλαί τινες· ἄρα καὶ τῶν κατασκευῶν εἰσιν. εἴπερ οὖν ἐν ἅπασι τοῖς ὑγιαίνουσιν αἱ κατασκευαὶ τῶν μορίων ὑπάρχουσι σύμμετροι, διάφοροι δέ εἰσιν αἱ κατασκευαὶ, διότι αἱ ἐνέργειαι διάφοροι, πάμπολλαί τινες συμμετρίαι τῶν κατασκευῶν ἔσονται, ὥστε καὶ ὑγίειαι πάμπολλαι. καὶ μὴν εἰ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ κατὰ μέρος ὑγίειαι, ἤτοι κατὰ τὸ κοινὸν ἁπάσαις εἶδος, ἀφ' οὗπερ ὑγίειαι λέγονται, διοίσουσιν, ἢ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν· ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὸ κοινὸν εἶδος· ἀδιάφοροι γάρ εἰσιν αἱ ὑγίειαι· κατὰ τὸ μᾶλλον ἄρα καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν. ὥσπερ γὰρ ἡ ἐν τῇ χιόνι λευκότης τῆς ἐν

pacto ſermo quaeſitus eſt. Si membrorum conſtitutioni functiones ſuae reſpondent, quotquot harum varietates dabuntur, totidem nimirum et conſtitutiones erunt; atqui reſpondent conſtitutionibus opera; erunt ergo neceſſario tot conſtitutionum diſcrimina, quot ſunt functionum differentiae. Sunt vero hae numeroſae; quare erunt et conſtitutiones aeque multae. Si ergo omnium, qui ſani ſunt, membrorum conſtitutio in commoderatione conſiſtit, conſtitutiones autem ipſae variae ſunt, quandoquidem functiones ſunt variae; utique multae variaeque ipſarum conſtitutionum commoderationes erunt; quare etiam ſanitates multae variaeque. Atqui ſi inter ſe differunt particulares ſanitates, vel ſecundum communem in omnibus formam differunt, a qua ſane ſanitates dicuntur, vel ſecundum magis et minus inter ſe differunt; at non ſecundum communem formam, indifferentes enim ſunt ipſae ſanitates; ſecundum ergo magis et minus inter ſe differunt. Sicuti enim nivis candor ab eo, qui in lacte viſitur,

Ed. Chart. VI. [45.] Ed. Baſ. IV. (222.)

τῷ γάλακτι λευκότητος, ἣ μὲν λευκόν ἐστιν, οὐ διαφέρει, τῷ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον διαφέρει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ἐν τῷ Ἀχιλλεῖ, φέρε εἰπεῖν, ὑγίεια τῆς ἐν τῷ Θερσίτῃ ὑγιείας, καθ' ὅσον μὲν ὑγίεια, ταὐτό ἐστιν, ἑτέρῳ δέ τινι διαφέρει· καὶ τοῦτο τὸ ἕτερον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. οὔτε γὰρ, ὡς οὐ διαφερόντως ἐνεργοῦμεν ἅπαντες, ἔνεστιν εἰπεῖν, οὔθ', ὡς δι' ἄλλό τι τὴν ἀνισότητα ταύτην ἔχομεν, ἢ διὰ τὴν κατασκευήν, ἐφ' ἧς ἐνεργοῦμεν. Εἴ τις δὲ φήσει, μόνους μὲν τοὺς ἅπασι τοῖς μορίοις ἄκρως ἐνεργοῦντας ὑγιαίνειν, ἡμᾶς δὲ τοὺς ἄλλους, ὅσοι χεῖρον ἐκείνων ἔχομεν, οὐχ ὑγιαίνειν, ἴστω συμπάσης οὗτος τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας ἀνατρέπων τὴν ὑπόθεσιν. εἰ γὰρ δὴ τὸ φυλάττειν ἣν παρελάβομεν ὑγίειαν ὁ σκοπὸς αὐτῆς ἐστιν, οὐδεὶς δὲ ἡμῶν ὑγιαίνει, πρόδηλον ὡς ἐπ' οὐδενὸς ἐνεργοῦσαν ἕξομεν, ἣν νῦν συστῆσαι βουλόμεθα τέχνην ὑγιεινήν· οὐκοῦν οὐδὲ ζητητέον αὐτὴν, ἀλλὰ σιωπητέον καὶ

quatenus candor eſt, non diſſidet, ſed majoris minorisque ratione diſſidet, ita et Achillis v. g. ſanitas ab ea, quae in Therſite eſt, non differt; quatenus enim ſanitas, eadem eſt; at altero quopiam ab ea differt, id vero alterum aliud plane nihil eſt, quam majoris minorisque ratio. Neque enim eſt, quod quiſquam dicat, non edi ab omnibus hominibus varias actiones, neque aliunde diſſimilitudinem hanc naſci, quam ex ipſa conſtitutione, unde actio proficiſcitur. Quod ſi quis eos duntaxat ſanos eſſe contendat, quorum ſingula membra functiones ſuas obeunt abſolutiſſime, nos vero caeteros, qui minus probe ſumus affecti, non eſſe ſanos, ſciat is, ſe univerſae tractationis, quae de ſanitate tuenda inſtituitur, fundamentum ſubvertere. Si enim huic propoſitum eſt ſervare tuerique eam quam ab initio accepit ſanitatem, nemo autem noſtrum ſanus eſt, luce clarius fit, inutilem irritamque fore, quam nunc de ſanitate tuenda artem inſtituimus. Itaque nec quaerenda nobis talis ulla eſt, ſed plane ſilentio praetereunda, ſermoque jamjam finiendus.

Ed. Chart. VI. [45. 46.] Ed. Baſ. IV. (222. 223.)

παυστέον ἤδη τὸν λόγον. ἁπάσας οὖν ἐκκόπτει τὰς τοιαύτας ἀπορίας ἡ τῆς ἀληθείας γνῶσις· οὐ γὰρ ἡ τελεία μόνον ἥ τίς ἐστιν ἄτμητος ὑγίεια λέγεταί τε καὶ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ τῇσδε μὲν ἀποδέουσα, μηδέπω δὲ τῆς χρείας ἐκπεπτωκυῖα. χρήζομεν γὰρ ἅπαντες ἄνθρωποι τῆς ὑγιείας εἵς τε τὰς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείας, ἃς ἐμποδίζουσί τε ἢ διακόπτουσι καὶ καταπαύουσιν αἱ νόσοι, καὶ προσέτι τῆς ἀνοχλησίας ἕνεκεν· ὀχλούμεθα γὰρ ἐν ταῖς ὀδύναις οὐ σμικρά. τὴν δὲ τοιαύτην κατάστασιν, [46] ἐν ᾗ μήτε ὀδυνώμεθα, μήτε ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείαις ἐμποδιζόμεθα, καλοῦμεν ὑγίειαν, ἣν εἴ τις ἑτέρῳ προσαγορεύειν ὀνόματι βούλεται, πλέον οὐδὲν ἐκ τούτων σχήσει, καθάπερ οὐδ' οἱ τὴν ἀειπάθειαν εἰσάγοντες. εἰ μὲν γὰρ διὰ τοῦτ' εἰσῆγον αὐτήν, ὅτι πᾶν σῶμα γεννητὸν, ὥσπερ τὰς τῆς γενέσεως αἰτίας, οὕτω καὶ τὰς (223) τῆς φθορᾶς ἔχει συμφύτους ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἡμεῖς ἔμπροσθεν ἐπεδείξαμεν, ἐπῃνοῦμεν ἂν αὐτούς, ὡς ἀληθῆ τε ἅμα καὶ παλαιὰ πρεσβεύοντας δόγματα. ἐπειδὴ δὲ ὁμοειδῆ τὴν τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων κατάστασιν εἶναι

Omnes ergo ejusmodi difficultates ſubmovet ipſius veritatis cognitio; non enim abſoluta ipſa tantum eſt, quae indiviſibilis ſimul eſt et dicitur ſanitas, verum etiam, quae ab hac deficit, modo tamen uſibus noſtris adhuc non ſit inepta. Quippe ſanitate omnes indigemus tum ad vitae functiones, quas plane morbi impediunt aut interrumpunt atque auferunt, tum vero ut moleſtia careamus. Vexamur enim in doloribus non leviter; eam vero corporis conſtitutionem, in qua nec doloribus cruciamur, nec in vitae actionibus impedimur, ſanitatem appellamus: quam ſi quis alio nomine appellare malit, nihilo plus ex ea re conſequetur, ſicut nec qui perpetuam paſſionem invehunt. Quippe ſi hanc propterea inveherent, quod omne genitum corpus, ſicuti generationis, ſic etiam interitus cauſas ab initio ſecum natas habet, ſicuti a nobis ante demonſtratum eſt, utique laudati a nobis eſſent, tanquam et vera ſimul et antiqua dogmata profeſſi: nunc quum juxta ſanorum aegrotantiumque corporum

Ed. Chart. VI. [46.] Ed. Baſ. IV. (223.)

βούλονται ταῖς τῶν νοσούντων, οὐκέτ' ἐπαινοῦμεν, οὐδὲ ἀποδεχόμεθα τὸ δόγμα· βέλτιον γὰρ ἦν μακρῷ, πλάτος ὑποθέσθαι συνέχον τὴν ὑγίειαν, ἥπερ ἅπαντας ἡμᾶς ὑπ' ἀπαύστων νοσημάτων συνέχεσθαι. καὶ γὰρ τὰ σπέρματα πασῶν τῶν νόσων ἐνυπάρχειν ἡμῖν φασιν. ἀλλά τοι συγχωροῦσί γε καὶ αὐτοὶ, διὰ τὴν σμικρότητα τὴν αἴσθησιν ἡμῶν ἐκφεύγειν αὐτά. ἔστω τοίνυν, εἰ βούλονται, ὀδυνηρά τις ἐν ἡμῖν διάθεσις, ἀλλ' οὕτω σμικρὰ καὶ ἀναίσθητος, ὡς μὴ λυπεῖν τοὺς ἔχοντας. ἔστωσαν, εἰ βούλονται, καὶ πυρετοὶ, ἀλλ' οὕτω σμικροὶ, ὡς μήτ' αἴσθησιν ἡμῖν ἀπ' αὐτῶν γίνεσθαι μηδεμίαν, ἐξεῖναί τε καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ λούεσθαι, καὶ πίνειν ἐσθίειν τε καὶ τἄλλα πράττειν, ὧν δεόμεθα. τὸ γὰρ τῆς χρείας ἀπαρεμπόδιστον ὁρίζει μᾶλλον τὴν ὑγίειαν. οὐδὲ γὰρ ἡ τῶν ἐνεργειῶν ἀσθένεια νόσου γνώρισμά ἐστιν, ἁπλῶς οὕτως εἰποῦσιν, ἀλλ' ἡ παρὰ τὴν ἑκάστου φύσιν. ὡς ἅπαντές γε κακῶς ὁρῶμεν, εἰ τοῖς ἀετοῖς τε καὶ Λυγκεῖ παραβαλλοίμεθα, καὶ ἀκούομεν οὐκ ὀρ-

constitutiones eaſdem eſſe ſpecie decernunt, nec auctores laudo nec placitum probo, quum longe melius exiſtimem ſatis amplam latitudinem ſanitati tribuere, quam nos omnes homines perpetuo urgentibus morbis premi. Qui etſi eſſe in nobis omnium morborum ſemina dicant, tamen fatentur ipſi, ea tam eſſe parva, ut ſenſum noſtrum omnino effugiant. Eſto igitur, ſi velint, doloris quiſpiam in nobis affectus, verum tam exiguus inſenſibilisque, ut minime officiat ei, quem corripuit hominem. Sunto, ſi libet, et febres, ſed adeo leves, ut neque ſenſum ſui ullum afferant, liceatque per eas et negotiis publicis privatisque perfungi, et balneo uti, eſſeque et bibere, ac reliqua, quae opus ſunt, peragere. Quippe facultas ad neceſſarios uſus minime impedita ſanitatem potius determinat. Non enim functionum imbecillitas morbi ſtatim nota eſt, abſolute ita loquenti, niſi adjectum ſit, quae praeter naturam cujusque ſit. Siquidem omnes, arbitror, et cernimus male, ſi cum aquilis et lynce comparemur,

Ed. Chart. VI. [46.] Ed. Baſ. IV. (223.)

θῶς, εἰ Μελάμποδι, καὶ δὴ καὶ τοῖς ποσὶν ἀῤῥωστοῦμεν, εἴ τις ἡμᾶς Ἰφίκλῳ παραβάλλοι, καὶ ταῖς χερσὶν, εἰ Μίλωνι, καὶ καθ' ἕκαστον δὲ μόριον ἐγγὺς ἂν ἥκειν νομισθείημεν πηρώσεως, εἰ τοῖς πρωτεύουσι κατὰ τοῦτο παραβαλλοίμεθα. τίς γ' οὖν ἡμῶν φαύλως ἔχειν οἴεται τὸν ὀφθαλμὸν, εἰ μὴ βλέπει τοὺς ἀπὸ δυοῖν σταδίων μύρμηκας; ἢ τίς τῶν ὤτων, εἰ μὴ κατακούει τῶν ἀφ' ἑξήκοντα σταδίων; ἀλλ' εἰ ταῦτα τὰ γράμματα, τὰ κατὰ τουτὶ τὸ βιβλίον ἐγγεγραμμένα, μὴ βλέποι τις ὀρθῶς, οὕτως ἂν ἤδη μέμψαιτο τὰς ὄψεις· οὐ μὴν οὐδ' εἰ ταῦτα, τέσσαρας πήχεις ἀποστήσας, μὴ βλέποι, δικαίως ἂν μέμφοιτο, πλὴν εἰ τῶν οὕτως ὀξυωπεστάτων εἴη τὴν φύσιν, ὡς καὶ ταῦτα βλέπειν. οὕτως γὰρ, οἶμαι, καὶ μέμψεται, καὶ φήσει δικαίως, ὅπερ ἅπαντες ἄνθρωποι λέγουσιν, ὡς τόδε τι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐνεργῶν εἶτα νῦν οὐκ ἐνεργεῖ. τὸν μὲν γὰρ τοιοῦτον ἐν νόσῳ τινὶ φήσομεν ὑπάρχειν, εἴπερ μηδὲ διὰ γῆρας τοῦτο πάσχει· καίτοι καὶ τοῦτο νόσον εἶναι λέγουσιν ἔνιοι. τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας, οἷς φύσει μήτ' ὀξὺ βλέπειν ἢ

et confuſe oblaeſeque audimus, ſi cum Melampode, et pedibus parum valemus, ſi cum Iphicle, et manibus, ſi cum Milone conferamur. Quovis denique membro prope mutili videamur, ſi cum iis, qui hoc ipſo maxime valent, comparemur. Quis igitur noſtrum ſe non probe oculatum exiſtimet, ſi formicas duum ſtadiorum intervallo non cernat? Aut quis auritum ſe parum recte putet, ſi, quod ſexaginta ſtadiis abeſt, non exaudiat? At ſi quis literas hac pagella deſcriptas recte non cernat, is jam oculos merito accuſet; non tamen, ſi quatuor has ipſas cubitis diſſitas non videat, niſi forte ea prius oculorum acie fuit, qua vel has cerneret. Sic enim, arbitror, accuſet, dicatque merito, quod omnibus hominibus dici aſſolet, nempe hoc prius feciſſe, nunc idem facere non poſſe: hunc enim morbo aliquo teneri dicemus, ſiquidem ſenectutis vitio imbecillitas ea non incidit, quamvis ſunt, qui ſenectutem quoque ipſam morbum eſſe velint. Caeteros, quibus natura non dedit, ut acute videant aut audiant,

Ed. Chart. VI. [46. 47.] Ed. Baſ. IV. (223.)

ἀκούειν ὑπάρχει, μήτε θέειν ὠκέως, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐνεργεῖν ἰσχυρῶς, οὔτε νοσεῖν, οὐθ' ὅλως παρὰ φύσιν ἔχειν ὑπολη-ψόμεθα. πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ νόσοι παρὰ φύσιν, οὐκ ἔχουσι δ' οἱ τοιοῦτοι παρὰ φύσιν, ὥσπερ οὐδ' οἱ γέροντες. οὔκουν ἁπλῶς γε τῶν ἐνεργειῶν εὐρωστίᾳ τε καὶ ἀῤῥωστίᾳ κριτέον ἐστὶ τοὺς ὑγιαίνοντάς τε καὶ νοσοῦντας, ἀλλὰ τὸ κατὰ φύσιν μὲν τοῖς ὑγιαίνουσι, τὸ παρὰ φύσιν δὲ τοῖς νοσοῦσι προσθετέον, ὡς εἶναι τὴν μὲν ὑγίειαν διάθεσιν κατὰ φύσιν ποιητικὴν ἐνεργείας, τὴν δὲ νόσον διάθεσιν παρὰ φύσιν ἐνεργείας βλαπτικήν. οὔτε γὰρ, εἰ κατὰ φύσιν ἡ διάθεσις, ἤδη καὶ ὑγίεια· διάθεσις γάρ τίς ἐστι κατὰ φύσιν ἥ τε τῶν Αἰγυπτίων μελανότης, ἥ τε τῶν Κελτῶν λευ-κότης, ἥ τε τῶν Σκυθῶν πυῤῥότης· ἀλλ' οὐδὲν τῶν τοι-ούτων ὑγίεια, διότι μηδ' ἐν χρώμασιν ὅλως ἡ ὑγίεια· [47] οὔτ' εἰ παρὰ φύσιν, ἤδη καὶ νόσος· ὡς εἴη γ' ἂν οὕτω καὶ νόσος ἥ τ' ἐξ ἡλίου μελανότης, ἥ τ' ἐκ μακρᾶς σκιατροφίας λευκότης. ἀλλὰ προσθεῖναι χρὴ τῇ μὲν τῆς

aut celeriter currant, aut alia id genus valide ſtrenueque obeant, neque morbo teneri, neque in totum praeter naturam ſe habere cenſebimus. Omnis ſiquidem morbus praeter naturam eſt, hi ſe praeter naturam plane non habent, ſicuti nec ſenes. Non igitur abſolute ſanos aegrosque functionum firmitate infirmitateque judicandum, ſed ſanis verba illa, ſecundum naturam, aegris illa, praeter naturam, adjici oportebit: ut ſit nimirum ſanitas affectus ſecundum naturam actionem perficiens, contra morbus affectio praeter naturam actionem laedens. Neque enim, ſi affectus ſecundum naturam ſe habeat, continuo etiam ſanitas exiſtit. Eſt enim affectus ſecundum naturam tum Aegyptiorum nigritia, tum Celtarum candor, tum Scytharum rufus color, quorum tamen nullum eſt ſanitas, quum ea omnino in colore non conſiſtat. Neque, ſi praeter naturam ſe habeat, protinus morbus eſt; quando ita vel ex ſole nigritia, vel diutina umbratili conſuetudine contractus candor morbus ſit.

Ed. Chart. VI. [47.] Ed. Baſ. IV. (223.)

ὑγείας ἐννοίᾳ τὸ λόγον αἰτίας ἔχειν αὐτὴν πρὸς τὴν ἐνέργειαν, τῇ δὲ τῆς νόσου τὸ καὶ ταύτην τὴν ἐνέργειαν βλάπτειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις εἴρηται διὰ πλειόνων. εἰς δὲ τὰ παρόντα τοσοῦτον ἀποχρήσει μόνον ἐξ αὐτῶν εἰλῆφθαι, τὸ πλάτος ἱκανὸν εἶναι τῆς ὑγείας, καὶ μὴ πᾶσιν ἡμῖν ὑπάρχειν ἴσον ἀκριβῶς. εἰ δέ τῳ δοκεῖ βίαιον εἶναι καὶ τὴν μὴ παντάπασιν ἀπηκριβωμένην εὐκρασίαν ὅμως ἔτι καὶ αὐτὴν ὀνομάζεσθαι, οὗτος ἀναμνησθήτω τῶν κατὰ τὸν βίον ἁπάντων ὀνομάτων. εὔκρατον οὖν τι καὶ πόμα φαμὲν εἶναι, καὶ βαλανεῖον, οὐ μόνον ὅτι τὸ μὲν ἄλλῳ, τὸ δὲ ἄλλῳ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅτι πρὸς τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐν πλάτει τοιοῦτον ὑπάρχει. ἀποστραφέντος οὖν τοῦ πίνοντος, ἐμβαλὼν εἰς τὸ ποτήριον ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν βραχὺ λάθοις ἂν εὔκρατον ποιήσας. καίτοι γ', εἴπερ ἦν οὕτως ἀπηκριβωμένον τὸ εὔκρατον, ὡς ἓν εἶναι καὶ ἄτμητον, οὐκ ἂν ἐπιβαλόντος θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἔτι εὔκρατον ἐφαίνετο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδ'

Sed adjeciſſe oportet ſanitatis notioni, quod cauſae rationem ad opus edendum obtineat, morbi vero notioni, quod actionem laedat. Verum de his alibi dictum a nobis locupletius eſt. Ad praeſentem diſputationem illud ſolum ſumpſiſſe ſufficiat, permagnam ſanitatis latitudinem eſſe, nec eam omnibus nobis aequaliter prorſus ineſſe. Quod ſi cui violentum appareat probae temperiei nomine cenſeri, quod medio ad unguem temperamento non ſit, is, quaeſo, reliquorum in vita nominum uſum ad memoriam revocet, ubi et potum, et balneum probe temperatum dicimus, non ſolum quum alterum huic, alterum illi tale eſt, ſed etiam quum ad eundem hominem in latitudine tale eſt. Nam ſi, averſo paululum, qui biberit, injecerit quis in calicem calidae frigidaeve exiguum, nullam mediocris temperamenti mutationem deprehendet. Atqui ſi, quod temperatum eſt, ita exigis ad unguem, ut omnino indiviſibile ſit, haudquaquam injecto vel calidae vel gelidae minimo temperatum adhuc eſſe videbitur. Ad eundem modum neque ſi quis

Ed. Chart. VI. [47.] Ed. Baſ. IV. (225.)

εἰ βραχύ τις εἰς τὴν εὔκρατον κολυμβήθραν ἐμβάλοι ψυχρὸν, διαφθερεῖ παραχρῆμα τὴν εὐκρασίαν αὐτῆς. οὕτω δὲ τὸ περιέχον εὔκρατον εἶναί φαμεν, εἰ καὶ βραχείας ἐφ' ἑκάτερα τροπὰς λαμβάνει. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τὴν εὐκρασίαν εἰς ἱκανὸν ἐκτείνουσι πλάτος ἅπαντες, ὅπου γε καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς λύραις εὐαρμοστίαν τὴν μὲν ἀκριβεστάτην δήπου μίαν καὶ ἄτμητον ὑπάρχειν εἰκὸς, ἡ μέντοι γ' εἰς χρείαν ἰοῦσα πλάτος ἔχει; πολλάκις γ' οὖν ἡρμόσθαι δοκοῦσαν ἄριστα λύραν ἕτερος μουσικὸς ἀκριβέστερον ἐφηρμόσατο. πανταχοῦ γὰρ ἡ αἴσθησις ἡμῖν ἐστι κριτήριον ὡς πρὸς τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας. ὥστε καὶ τὴν εὐκρασίαν καὶ τὴν δυσκρασίαν αἰσθήσει κρινοῦμεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῆς ἐνεργείας βλάβην ἑκάστου τῶν βεβλαμμένων παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, ὅταν εἰς αἰσθητὸν ἥκῃ μέγεθος, ἤδη νόσον ἡμῖν εἶναι νομιστέον, οὐδὲν ὡς πρὸς τὰ παρόντα διαφέροντος οὐδ' ἐνταῦθα, πότερον αὐτὰς τὰς βεβλαμμένας ἐνεργείας τὸ νόσημα εἶναι λέγει τις, ἢ τὰς διαθέσεις, ὑφ' ὧν

in natationem temperatam frigidae puſillum injecerit, probam ejus temperiem protinus corruperit. Quin ambientem quoque nos aërem temperatum dicimus, etiamſi in alterutram partem paululum ſit propenſus. Deinde quid miri, ſi probam temperiem in ſatis amplam latitudinem extendunt univerſi, quando et in lyris conſonantiam ipſam, quae ſumma exactiſſimaque ſit, unicam atque indiviſibilem eſſe probabile ſit, quae in uſus hominum veniat, certe latitudinem habeat? Saepe namque, quam percommode temperaſſe videaris lyram, alter ſuperveniens muſicus exactius temperavit. Siquidem nobis ad omnia vitae munera ſenſus ubique judex eſt; quare ipſo etiam probam temperiem et intemperiem judicabimus. Pari modo actionis laeſionem cujusque praeter naturam ſuam male habentis membri non ante morbum decernemus, quam ad ſenſibilem magnitudinem pervenerit. Nec quicquam ut ad rem propoſitam ne hic quidem referat, ipſamne laeſam actionem, an affectum, cujus

Ed. Chart. VI. [47.] Ed. Baſ. IV. (223.)

βλάπτονται, ὥσπερ οὐδ' εἰ διαθέσεις τις ἢ κατασκευὰς ὀνομάζειν ἐθέλει. διήρηται γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι καὶ περὶ τῶνδε, καὶ δέδεικται κατὰ τὰς διαθέσεις τε καὶ κατασκευὰς τοῦ σώματος ἥ θ' ὑγεία καὶ νόσος, οὐ κατὰ τὰς ἐνεργείας τε καὶ τὰς βλάβας αὐτῶν συνιστάμεναι. ἀλλὰ πρός γε τὸ φυλάττειν ὑγείαν ἢ ἰᾶσθαι τὰς νόσους οὐδὲν ἐκ τῆς τούτων ἀκριβείας ὀνινάμεθα. μόνον γὰρ ἀρκεῖ διαγινώσκειν, ὡς ἡ μὲν κατασκευὴ τοῦ σώματος, αἰτίας ἔχουσα λόγον ὡς πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ὁ σκοπὸς τῆς ὑγιεινῆς τε καὶ θεραπευτικῆς τέχνης ἐστί· ταύτην γὰρ ἡμῖν φυλάττειν μὲν ὑπάρχουσαν πρόκειται, δημιουργεῖν δὲ ἀπολλυμένην· αἱ δὲ ἐνέργειαι κατ' ἀνάγκην ἕπονται, ταῖς μὲν χρησταῖς κατασκευαῖς ἄμεμπτοι, ταῖς δ' οὐ τοιαύταις μοχθηραί. ὥστ', ἐπειδήπερ ὃ φυλάττομεν καὶ δημιουργοῦμεν αὐτοί, διάθεσίς τίς ἐστι καὶ κατασκευὴ τοῦ σώματος, ἕπεται δ' ἐξ ἀνάγκης αὐτῇ ἡ τῶν ἐνεργειῶν τελειότης, οὐδὲν ἔτι χρὴ πρὸς τὰ παρόντα, πότερον ἐν τῷ τῶν ἐνεργειῶν ἢ τῷ τῶν

vitio laeditur, morbum dixeris, ſicuti nec, ſive affectus, ſive conſtitutiones appellaſſe malit. Dictum a nobis alibi et de his eſt, et ſimul evidentibus rationibus confirmatum, tum morbum, tum ſanitatem in corporis affectu conſtitutioneque conſiſtere, minime in actione actionisve laeſione. Caeterum ex horum moroſa propenſione diſcuſſioneque parum vel ad valetudinem tuendam, vel ad morbum ſummovendum juvamur, quum illud modo noviſſe ſatis ſit, corporis conſtitutionem, quae cauſae rationem reſpectu actionis obtinet, utriusque facultatis ſcopum eſſe, et ejus, quae ſanitatem tuendam, et ejus, quae morbum profligandum profitetur, quippe quum hanc et praeſentem ſervare, et amiſſam reſtituere propoſitum nobis ſit; actiones vero conſtitutionem corporis neceſſario ſequuntur, eam, quae proba eſt, inculpatae probaeque, quae contra eſt, culpabiles ac vitioſae. Quare, quoniam id, quod ope noſtra ſervatur reſtituiturque, affectus quidam corporis conſtitutioque eſt, eam vero ex neceſſitate functionum ſequitur integritas, ad praeſentem certe diſputationem parum attinet, functio-

Ed. Chart. VI. [47. 48.] Ed. Baſ. IV. (223. 224.)

κατασκευῶν γένει θετέα ἐστὶν ὑγίειάν τε καὶ νόσον, ἐπισκοπεῖσθαι. λαβόντες δ' ἐξ ὑποθέσεως, [48] δέον εἶναι φυλάττειν τῆς κατὰ φύσιν τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς ἐκεῖνα, δι' ὧν ἐνεργοῦμεν, ἀναμνήσαντές τε πάλιν, ὡς ἡ τῶν ὁμοιομερῶν εὐκρασία τε καὶ τῶν ὀργανικῶν διάπλασις καὶ θέσις ἀριθμός τε καὶ πηλικότης τὰ τῶν ἐνεργειῶν ἐστιν αἴτια, καὶ ὡς ἐν πλάτει ταῦτα πάντα ἐστὶ, καὶ ὡς καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον ἴδια, τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα. μεγάλην δ' εἰς αὐτὰ χρείαν ἡ γνῶσις τοῦ πλάτους αὐτῶν παρέχεται. τῆς γὰρ εὐκρασίας διττῆς οὔσης, τῆς μὲν ὡς πρὸς ἐπίνοιαν μᾶλ(224)λον ἢ μόνιμον ὕπαρξιν, ὡς γ' ἐν ζώου σώματι, τῆς δὲ ὑπαρχούσης τε καὶ φαινομένης ἐν ἅπασιν τοῖς ὑγιαίνουσιν, αὐτὴν πάλιν ἡμᾶς χρὴ τέμνειν τὴν φαινομένην· εὑρεθήσεται γὰρ οὐ μικρὰ τῶν ἐν αὐτῇ διαφορά. μάθοις δ' ἄν, ὡς ἔστιν ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἐκ τῶν ἡλικιῶν μάλιστα. τῆς γὰρ τῶν μειρακίων ἡλικίας ἀρίστης οὔσης ὡς πρὸς τὰς καθ' ὁρμὴν ἐνεργείας, ἡ τῶν βρεφῶν δι' ὑγρότητα

numne an conſtitutionum in genere morbus ſanitasque collocanda ſit, inquiras; id potius attinet, ut illud pro hypotheſi ſumentes, quod in naturali corporis noſtri conſtitutione illa ſervanda maxime ſunt, quorum beneficio functiones obeamus, ac illud memoria repetentes, quod ſimilarium quidem partium proba temperies, inſtrumentalium poſitus, numerus et magnitudo functionum ſunt cauſae, propterea quod haec omnia in latitudine quadam ſpectantur, etiam in ſingulis hominibus ſeorſum, quae reliqua ſunt, perſequamur. Ad quae ſane non parvam commoditatem affert latitudo horum perſpecta. Nam quum proba temperies duplex omnino ſit, altera, quae in animantium ſaltem corpore cogitatione potius uſurpetur, quam ſolide ſubſiſtat, altera, quae in ſanis omnibus ſubſiſtit atque apparet, hanc rurſus conſpicuam a nobis dividi par eſt, quippe in qua non parva diverſitas invenietur. Id quam ſit verum, vel ex ipſis aetatibus maxime deprehendas. Quum enim ad omnem voluntate ſuſceptam actionem adoleſcentium aetas ſit aptiſ-

Ed. Chart. VI. [48.] Ed. Baſ. IV. (224.)

χείρων ἐστὶν, ἡ δὲ τῶν γερόντων διὰ ξηρότητά τε καὶ ψύξιν. ἐν μέντοι ταῖς ἄλλαις ἐνεργείαις ταῖς φυσικαῖς ὀνομαζομέναις, οἷον αὐξήσεσί τε καὶ πέψεσι, καὶ ἀναδόσεσι καὶ θρέψεσι, τὰ βρέφη τῶν κατὰ τὰς ἄλλας ἡλικίας ἁπάσας ἀμείνω. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν κωλύονται πάντες οἱ κατὰ πάσας τὰς ἡλικίας ὑγιαίνειν. ὡς οὖν ἐπὶ τῶν ἡλικιῶν ἔχει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τῶν φύσεων αὐτῶν ἀμήχανον οὖσαν τὴν διαφορὰν ἐν ταῖς κράσεσιν· ὥστε, εἰ οὕτως ἔτυχε, δυοῖν παίδοιν τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀγόντων, τὸν μὲν ὑγρότερον εἶναι θατέρου πολλῷ, τὸν δὲ ξηρότερον, ὡσαύτως δὲ τὸν μὲν θερμότερον, τὸν δὲ ψυχρότερον. ἐν ὅσοις δὴ τοῖς σώμασιν ὑπάρχει τὸ πολλῷ τοῦ προσήκοντος ἤτοι θερμοτέροις, ἢ ψυχροτέροις, ἢ ὑγροτέροις, ἢ ξηροτέροις εἶναι, ἐν τούτοις οὐκ ἔστιν ἄμεμπτος ἡ κρᾶσις· ἐν ὅσοις δὲ ὑπάρχει τις διαφορὰ τοῦ κάλλιστα κεκραμένου, οὐ μὴν αἰσθητὴ διὰ σμικρότητα, τοῦθ' ὡς πρὸς τὴν χρείαν ἐν ἴσῃ χώρᾳ τιθέμεθα τοῖς ἀρίστοις· ὥστ' εἶναι τῆς κατὰ πλάτος ὑγείας τὴν μὲν εὔκρατόν τε καὶ ἄμεμπτον ὡς πρὸς

sima, infantium propter humiditatem, ſenum propter ſiccitatem et frigiditatem deterior. In aliis tamen functionibus, quas naturales appellamus, veluti accretione, concoctione, diſtributione et nutritione, infantes plane caeteris aetatibus longe praeſtant. Neque tamen eo ſecius omnibus per omnes aetates licet eſſe ſanis. Ergo quemadmodum in aetatibus ſe habet, ita etiam in naturis immenſum eſſe temperamentorum diſcrimen invenies, ut duorum e. g. ſimilis aetatis puerorum hunc altero longe humidiorem, illum ſicciorem, pari modo hunc calidiorem, illum frigidiorem. Quibuſcunque igitur corporibus multo ſupra juſtum calidis, frigidis, humidis, aut ſiccis eſſe contingit, iis plane optima temperies non eſt. In quibus autem ab eo, quod abſolutiſſime temperatum eſt, diverſitas quaedam intelligitur, minor tamen, quam quae ſenſu diſcerni poſſit, haec certe, quoad ad uſum pertinet, pro abſolutiſſimis accipimus; ita ut ſanitatis, quam in latitudine contemplamur, haec quidem medii ſit

Ed. Chart. VI. [48.] Ed. Baſ. IV. (224.)

αἴσθησιν, τὴν δ' οἷον δύσκρατόν τε καὶ μεμπτήν. ἐναργέστατα δὲ τοῦ λεγομένου γνωρίσματα παρέχουσιν αἱ κατ' ἰσχνότητα καὶ πολυσαρκίαν διαφοραὶ τῶν σωμάτων· ἀναγκαῖον γάρ που τὰς ἐναντίας ἕξεις ἐναντίαις ἕπεσθαι κράσεσιν. ὥσπερ οὖν οὐκ ἐπαινοῦμεν οὔτε τὸ ἄγαν ἰσχνὸν, οὔτε τὸ πάνυ παχὺ σῶμα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὔτε τὰς κράσεις αὐτῶν ἐπαινέσομεν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα βλέποιμεν ἀμφοτέρους ὑγιαίνοντας. αἱ δ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων ἕξεις τῶν εὐσάρκων ὀνομαζομένων, ὥσπερ αὗται σύμμετροί τε καὶ ἄμεμπτοι τὴν ἰδέαν εἰσὶ, ἕπονται συμμέτροις τε καὶ ἀμέμπτοις κράσεσι. τὰς τοίνυν τοιαύτας φύσεις ὡς μὲν πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἀλήθειαν οὐδ' αὐτὰς εὐκράτους ἄν τις εἴποι, κατά γε τὴν ἁπλῆν καὶ τελείαν εὐκρασίαν, ὡς μέντοι πρὸς τὴν αἴσθησίν τε καὶ πρὸς τὴν χρείαν ἀμέμπτους τε καὶ ἀρίστους χρὴ τίθεσθαι. τεκμήριον δὲ ἐναργέστατον, ὅτι μηδ' αὐτὰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχουσιν εὐκρα-

temperamenti, nec nlli vitio obnoxia, quod ſaltem ſenſu percipiatur, haec cen intemperata vitioque expoſita. Hujus ſententiae evidentiſſima praebent indicia corporum ſecundum gracilitatem et corpulentiam differentiae: quippe quorum contrarias habitudines ex contrariis temperamentis ortas eſſe neceſſe eſt. Sicuti igitur nec nimium gracile corpus probamus, nec quod valde eſt obeſum, ita nec temperamenta eorum plane laudabimus, tametſi utrumque quam maxime ſanum eſſe conſpicimus. Sed quae in medio horum habitudines ſunt, eorum qui bene habiti nominantur, ſicuti ipſae debitam partium commoderationem ſpeciemque inculpatam habent, ita ſequuntur mediocria et nulli vitio obnoxia temperamenta. Tales ergo corporum habitus, ſi veritatem ipſam ad unguem exigas, abſoluta ſaltem exactaque temperie ne ipſos quidem temperatos dixeris, verum, quod ſenſu judicetur, atque ad uſum ſit ſatis, non inculpabiles ſolum, ſed etiam optimos cenſueris. Sane indicium evidentiſſimum eſt, ne ipſos quidem exactiſſimum tempera-

Ed. Chart. VI. [48. 49.] Ed. Baſ. IV. (224.)

σίαν, ἐκ τοῦ μηδέποτε μένειν αὐτὰς ὡσαύτως ἐχούσας, ἀλλὰ πρῶτον μὲν δέχεσθαι τὴν καθ' ἡλικίαν μεταβολήν, οὐδέποτε ἐν ταὐτῷ μενούσης οὐδεμιᾶς ἡλικίας, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ ξηρότερον ἰούσης, δευτέραν δὲ τὴν καθ' ὕπνον τε καὶ ἐγρήγορσιν, ἡσυχίαν τε καὶ κίνησιν, αὐτῶν τε τῶν κινήσεων τὰς διαφοράς, ἔτι τε πρὸς ταύταις τὴν τοῦ πεινᾶν, ἢ διψῆν, ἢ ἐσθίειν, ἢ πίνειν, ἢ ἐμπεπλῆσθαι σιτίων, ἢ πόματος προσδεῖσθαι· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ λουτρὰ, καὶ θυμοὶ, καὶ φροντίδες, καὶ λῦπαι, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα [49] μονονουχὶ καθ' ἑκάστην ῥοπὴν ὑπαλλάττοντα τὴν κρᾶσιν. οὔκουν χρὴ ζητεῖν ἐν τοσαύτῃ μεταβολῇ τὴν ἀκριβῶς ἀρίστην κρᾶσιν. εἰ γὰρ καὶ συνέπεσέ ποτε καθ' ἡντιναοῦν ἀρίστην φύσιν, ἀλλ' οὐκ ἔμεινέ γε οὐδ' ἀκαρῆ. ὥστε γ' ἐμοὶ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται τὴν δόξαν τῶν ἀνδρῶν, ὅσοι τὴν ὑγίειάν τε καὶ εὐκρασίαν ἁπλατῆ τε καὶ μίαν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δέ τι παρὰ ταύτην ἐστὶν, οὐδ' ὑγείαν εἶναί φασιν, τήν τε ἀεπάθειαν ἐσφέροντες οὐκ αἰσθάνονται

mentum conſecutos, ex eo, quod nunquam eodem ſtatu permaneant, ſed primum aetatum ipſarum mutationem recipiant, nulla harum eundem perpetuo tenorem ſervante, ſed ſemper ad ſiccius tendente; deinde eam, quae ſomni ac vigiliarum, quietis et motus, tum motus ipſius differentiarum, ad haec bibendi, ſitiendi, edendi, eſuriendi, ciborum potusque copiae aut inopiae; praeterea balnei, iracundiae, curarum, moleſtiarum, omniumque talium occaſione provenit, quae tantum non omni momento temperamentum immutant. Non igitur in tanta mutatione quaerere optimum undecumque temperamentum oportet; quippe quod, ſi cui unquam optima natura praedito contigit, certe ne momento quidem duravit. Adeo mihi ſane admirari ſubit eorum opinionem, qui ſanitatem probamque temperiem citra omnem latitudinem unicamque eſſe, et ſi quid ab hac paulo diſceſſit, utique ſanitatem non eſſe contendunt. Qua nimirum ſententia perpetuam paſſionem obiter imprudentes invehunt, diſ-

Ed. Chart. VI. [49.] Ed. Baſ. IV. (224.)

περὶ πράγματος ἢ μηδέποτε γεγονότος ἐν ζώου σώματι ποιούμενοι τὸν λόγον, ἢ μηδ' ἐλάχιστον ὑπομένοντος, εἰ καί ποτε γένοιτο.

Κεφ. ς'. Τούτοις μὲν οὖν, ἣν ὀνειρώττουσιν ὑγίειαν, ἀπολείπωμεν φυλάττειν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὰς φαινομένας ἀφικώμεθα, καὶ διττὴν αὐτῶν θέμενοι τὴν οὐσίαν, ἣν δὴ νῦν πέπαυμαι λέγων, ἴδιον ἑκατέρας σκοπὸν ἀποδῶμεν, ἐπὶ μὲν τῆς ἀμέμπτου τὴν ἀκριβῆ φυλακὴν ὡς πρὸς αἴσθησιν, ἐπὶ δὲ τῆς μεμπτῆς τὴν οὐκ ἀκριβῆ. πειρᾶσθαι γὰρ χρὴ τὰς ὑγιεινὰς δυσκρασίας ἐπανορθοῦσθαι, τὰς μὲν ξηροτέρας τοῦ δέοντος φύσεις ὑγροτέρας ἐργαζομένους, ὅσαι δὲ ὑγρότεραι, ξηραίνοντας, οὕτω δὲ καὶ τῶν μὲν θερμοτέρων καθαιροῦντας τὴν ὑπερβολήν, τῶν δὲ ψυχροτέρων καὶ τούτων κολάζοντας τὴν ἀμετρίαν. ὁποίοις δ' ἄν τις ὑγιεινοῖς διαιτήμασιν ἐργάζοιτο ταῦτα, προϊὼν ὁ λόγος δείξει. πρότερον γάρ με χρὴ διελθεῖν, ὅπως ἄν τις τῆς ἀρίστης φύσεως διαφυλάττοι τὴν ὑγίειαν, ἔτι δὲ τούτου

putantque de re aut nunquam plane viſa in animalis corpore, aut, ſi quando viſa eſt, ne minimum quidem tempus durante.

Cap. VI. His ergo, quam ſomniant ſanitatem, ipſis ſervandam linquimus; nos interim ad eas, quae in aperto ſunt, revertimur. Quarum quum duplicem ſtatuamus eſſentiam, de qua modo verba fecimus, ſuum utrique ſcopum reddamus; nempe ei, quam inculpatam diximus, exactam abſolutamque plane, quod utique ſenſu adverti poſſit, cuſtodiam, alteri, de qua conquerare, non exactam. Quippe intemperies, quae intra ſanitatis ſunt terminos, corrigere oportebit ita, ut, quae juſto ſicciores naturae ſunt, humidiores reddas, quae humidiores ſunt, ſicciores; pari modo, quae frigidiores ſunt, ut harum exceſſum emendes, quae calidiores, earum exuperantiam ad moderatius revoces. Haec qua ſalubris victus ratione fiant, procedente ſermone docebimus. Prius enim tradendum arbitror, quemadmodum optimae naturae conſer-

Ed. Chart. VI. [49.] Ed. Baſ. IV. (224.)

πρότερον, ἥτις ποτέ ἐστιν ἡ ἀρίστη κατασκευὴ τοῦ σώματος, ἀναμνήσωμεν. ἔστι δὲ δήπου κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὴν τοῦ πράγματος ἐξηγουμένοις ἡ εὐκρατοτάτη τε ἅμα καὶ τὴν διάπλασιν τῶν μορίων ἀκριβῶς ἁρμόττουσαν ταῖς ἐνεργείαις αὐτῶν ἔχουσα, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸν ἀριθμὸν ἅπαντα, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνταξιν ἁπάντων αὐτῶν χρηστὴν ταῖς ἐνεργείαις παρεχομένη. κατὰ δὲ τὰ γνωρίσματα τὸ ἀκριβῶς εὔσαρκον σῶμα τοιοῦτόν ἐστιν, ὃ μέσον ἔφην ὑπάρχειν ἰσχνοῦ τε καὶ πολυσάρκου· πολύσαρκον ἢ παχὺ λέγειν οὐ διοίσει. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὑπερβολῶν ἀκριβῶς μέσον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον, ὥστε μήτε λάσιον αὐτὸ δύνασθαι εἰπεῖν τινα, μήτε ψιλὸν τριχῶν, ἀλλὰ μήτε μαλακὸν, μήτε σκληρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ μέλανα, ἢ εὐρύφλεβον, ἢ ἄφλεβον, ἢ θυμικὸν, ἢ ἄθυμον, ἢ ὑπνώδες, ἢ ἀγρυπνητικὸν, ἢ ἀμβλὺ τὴν διάνοιαν, ἢ πανοῦργον, ἢ ἀφροδισιαστικὸν, ἢ τοὐναντίον. εἰ δὲ πᾶσιν ἢ τοῖς μέρεσιν ἀκριβῶς μέσον τῶν ὑπερβολῶν ἁπασῶν, ἔστι μὲν

vanda ſit ſanitas. Ante id vero, quaenam ſit optima corporis conſtitutio, exponemus. Eſt igitur ea ſecundum ſubſtantiam ipſam rei enarrantibus, et quae optimo temperamento ſit, et quae conformationem partium egregie ad functiones comparatam habeat; ad haec, quae omnem tum numerum, tum magnitudinem, tum omnium earum inter ſe contextum a dactiones idoneum exhibeat. Si vero indicia notasque reſpicias, cujus corpus carnis exquiſitam mediocritatem praefert, tale eſt, quod inter gracile et corpulentum eſſe docuimus. Nec refert, ſi pro corpulento craſſum dixeris. Idem reliquorum quoque exceſſuum in medio plane eſt ſitum ita, ut nec hirſutum id dixeris, nec glabrum; ſed nec molle, nec durum; nec nigrum, nec candidum; adde etiam, nec venis amplis, nec obſcuris; nec iracundum, nec ignavum; nec ſomnolentum, nec pervigilem; nec hebetem, nec calidum; nec in venerem pronum, nec a venere alienum. Quod ſi omnibus quoque corporis partibus plane medium omnis

Ed. Chart. VI. [49. 50.] Ed. Baſ. IV. (224.)

δήπου τὸ κάλλιστον ὀφθῆναι τὸ τοιοῦτον, ὡς ἂν σύμμετρον ὑπάρχον, εἰς ἅπαντάς τε τοὺς πόνους ἐπιτήδειον. ἔξει δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα γνωρίσματα τῆς καθ' ἕκαστον μορίου εὐκρασίας, ἅπερ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κράσεων εἴρηται γράμματι. πολλὰ γὰρ τῶν σωμάτων εὔκρατα μὲν, εἰ τύχοι, ταῖς κεφαλαῖς ἐστι, δύσκρατα δὲ θώραξι, ἢ τοῖς κατὰ γαστρός τε καὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. τινῶν δὲ ἐν τοῖς κώλοις ἐστὶν ἡ δυσκρασία, καὶ πολλοῖς καθ' ἕν τι τῶν σπλάγχνων, ἤ τι μόριον ἕτερον ἓν, ἢ πλείω, καθάπερ οὖν καὶ περί τινα πλείω τῶν σπλάγχνων ἐνίοις ἐστὶν ἡ δυσκρασία. [50] πολλοῖς δὲ ἐφώρασα καὶ κατά τι τῶν ὀργανικῶν μορίων δύο κράσεις ὑπαρχούσας, ὥστε, εἰ τύχοι, τὸ μὲν ἄλλο κύτος τῆς γαστρὸς ἅπαν ἑτέρας εἶναι κράσεως, ἤτοι χρηστῆς ἢ μοχθηρᾶς, ἑτέρας δὲ μόνον αὐτῆς τὸ στόμα. περὶ μὲν δὴ τούτων ἐν ταῖς μοχθηραῖς τῶν σωμάτων κατασκευαῖς εἰρήσεται.

Κεφ. ζ'. Περὶ δὲ τῆς ἀρίστης ἤδη λέγωμεν, ἧς ἕκαστον μόριον ἄμεμπτον ἔχει τὴν σύμπασαν οὐσίαν. ὁ δὴ

excesſus teneat, pulcherrimum id viſu nimirum fuerit, utpote commoderatum. Erit non minus ad labores omnes plane idoneum, nec reliquis boni temperamenti cujusque membri notis, quas in ſecundo de temperamentis retulimus, deſtitutum. Nam multos videas, verbi gratia, quibus caput temperatum commode ſit, thorax venterve et genitales partes ſunt intemperatae. Quorundam vero in artubus intemperies eſt. Non deſunt et quorum unum aliquod viſcerum, aut alia quaepiam particula una, aut plures, praeterea vero plura aliqua viſcera ſint intemperata. Ego vero in unica inſtrumentalium partium duo temperamenta, idque in non paucis notavi, ita ut v. g. reliqua omnis ventriculi cavitas uno temperamento commodo incommodove eſſet, alio ipſum duntaxat ventriculi os. Caeterum de his, ubi de vitioſis corporum conſtitutionibus diſceptabimus, agetur.

Cap. VII. De optima vero, cujus ſingulae partes univerſam ſubſtantiam inculpatam habent, nunc dicetur.

Ed. Chart. VI. [50.] Ed. Baſ. IV. (224. 225.)

τοιοῦτος ἄνθρωπος, ὑπὸ τὴν ὑγιεινὴν ἀγόμενος τέχνην, εὐτυχὴς μὲν ἂν εἴη τις, εἰ μετὰ τὴν πρώτην ἀποκύησιν ἐπιστατοῖτο πρὸς αὐτῆς· οὕτω γὰρ ἄν τι καὶ εἰς τὴν ψυχικὴν ὀνίναιτο, τῆς χρηστῆς διαίτης ἤθη χρηστὰ παρασκευαζούσης· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰ κατά τινα τῶν ἑξῆς ἡλικιῶν εἰς χρείαν τῆς τέχνης ἀφίκοιτο, καὶ οὕτως ὀνήσεται τὰ μέγιστα. εἰρήσεται δὲ πρῶτον μὲν, ὡς ἄν τις ἐξ ἀρχῆς παραλαβὼν ἄνθρωπον τοιοῦτον ὑγιαίνοντα διὰ παντὸς ἀποδείξειε τοῦ βίου, πλὴν εἰ μή τι τῶν ἔξωθεν αὐτῷ συμπίπτοι βίαιον, οὐδὲν γὰρ τοῦτό γε πρὸς τὸν τῆς ὑγιεινῆς τέχνης ἐπιστήμονα· δεύτερον δὲ, ὅπως ἄν τις, εἰ καὶ μὴ νεογενὲς εἴη τὸ παιδίον, ἀλλ' ἤδη παιδεύεσθαι δυνάμενον, ἐπιστατήσειεν αὐτοῦ· καὶ οὕτως (225) καθ' ἑκάστην τῶν ἄλλων ἡλικιῶν. τὸ τοίνυν νεογενὲς παιδίον, τοῦτο δὴ τὸ ἄμεμπτον ἁπάσῃ τῇ παρασκευῇ, πρῶτον μὲν σπαργανούσθω, συμμέτροις ἅλσὶν περιπαττόμενον, ὅπως αὐτοῦ πυκνότερον καὶ στερρότερον εἴη τὸ δέρμα τῶν ἔνδον μορίων.

Hujus ergo ſortis homo, quum arti ſanitatis tuendae traditur educandus, fortunatus utique ſit, ſi ſtatim editus in lucem ei committatur. Ita namque ad animi quoque affectus nonnihil lucri faciet, ipſa nimirum recta victus ratione mores quoque probos reddente. Caeterum ſi qua etiam ſequentium aetatum ejus ſe moderationi ſummittat, ſic quoque commoda ſentiet non mediocria. Sane primum dicetur, quemadmodum, ſi hujuſcemodi hominem ab initio ſuſceperis, eundem per omnem vitae curſum ſanum cuſtodias, modo ne quid violentum extrinſecus illi incidat, id quod utique ad ſanitatis tuendae artificem nihil attinet; ſecundo, quemadmodum, ſi non recens natum puellum acceperis, ſed qui jam praeceptoribus dari ſit habilis, ejus quoque curam agas; poſtremo, quemadmodum reliquarum aetatum cujuslibet. Ergo recens is natus infantulus, cujus corporis conſtitutio omni noxa vacat, primum quidem faſciis deligetur, ſed corpori prius toti ſale modice inſperſo, quo cutis ejus denſior ſolidiorque iis, quae intus ſunt, partibus reddatur.

Ed. Chart. VI. [50.] Ed. Baſ. IV. (225.)

ἐν γὰρ τῷ κύϊσκεσθαι πάνθ' ὁμοίως ἦν μαλακὰ, μήτε ψαύσαντος αὐτοῦ τινος ἔξωθεν σκληροτέρου σώματος, μήτ' ἀέρος ψυχροῦ προσπεσόντος, ὑφ' ὧν συναγόμενόν τε καὶ πιλούμενον γένοιτ' ἂν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων μορίων σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον. ἐπειδὰν δ' ἀποκυηθῇ, ἐξ ἀνάγκης ὁμιλεῖν μέλλει καὶ κρύει καὶ θάλπει καὶ πολλοῖς σκληροτέροις ἑαυτοῦ σώμασι. προσήκει διὰ ταῦτα τὸ σύμφυτον αὐτῷ σκέπασμα παρασκευάσθῃναί πως ὑφ' ἡμῶν ἄριστον εἰς δυσπάθειαν. ἱκανὴ δὲ ἡ διὰ μόνων τῶν ἁλῶν παρασκευὴ τοῖς γε κατὰ φύσιν ἔχουσι βρέφεσι. ὅσα γὰρ ἤτοι μυρίνης φύλλων ξηρῶν περιπαττομένων, ἢ τινος ἑτέρου τοιούτου δεῖται, μοχθηρῶς δή που διάκειται. πρόκειται δ' ἡμῖν τό γε νῦν εἶναι περὶ τῶν ἄριστα κατεσκευασμένων τὸν λόγον ποιεῖσθαι. ταῦτ' οὖν, ὡς εἴρηται, σπαργανωθέντα γάλακτί τε χρήσθω τροφῇ, καὶ λουτροῖς ὑδάτων χρηστῶν, ὑγρᾶς γὰρ χρήζει τῆς συμπάσης διαίτης, ἅτε καὶ τὴν κρᾶσιν ὑγροτέραν ἔχοντα τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις ἡλικίαις. ἔοικε δὲ τοῦτο πρῶτον εὐθὺς ἥκειν σκέμμα

In utero enim aeque cum reliquis mollis erat, quum nec durius ullum externum corpus inibi contigerit, nec aër illi uſquam frigidus inciderit, quorum commercio contracta denſataque, et quam ipſamet prius, et quam reliqua membra, denſior duriorque fieret. At quoniam iam editus infans in frigore, calore, atque inter corpora multo ſe duriora verſetur, neceſſe eſt, ob haec ipſa nimirum naturale ejus tegmen praeparari quodammodo a nobis, reddique ad dyſpathiam quam aptiſſimum par eſt. Ita vero, qui ſecundum naturam ſe habent infantes, vel ſolo ſale praeparati munitique abunde fuerint, quando, qui ſiccorum myrti foliorum, aut aliorum id genus inſperſione egent, ii plane male ſunt affecti. Nobis vero ad praeſens de iis, qui optima ſunt conſtitutione, diſſerere propoſitum eſt. Ergo hi faſciis (ut dictum eſt) involuti lacte pro alimento utantur, et balneis ſalubrium aquarum. Univerſam namque victus rationem humidam ſibi adhiberi poſtulant, ut qui caeteris aetatibus temperamento ſint humidiore. Atque ex iis, quae ad ſanorum

Ed. Chart. VI. [50. 51.] Ed. Baf. IV. (225.)

τῶν ἀναγκαίων εἰς δίαιταν ὑγιεινήν. εἰσὶ γὰρ οἳ νομίζουσιν, ἀεὶ δεῖσθαι ξηραίνεσθαι τὰς ὑγροτέρας φύσεις, ὥσπερ γε καὶ θερμαίνεσθαι μὲν τὰς ψυχροτέρας, ὑγραίνεσθαι δὲ τὰς ξηροτέρας, ψύχεσθαι δὲ τὰς θερμοτέρας· ὑπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων ἑκάστην τῶν ἀμετρίων αὐξάνεσθαι, κολάζεσθαι δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι πρὸς τῶν ἐναντίων, ἑνὶ δὲ λόγῳ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα. ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς μὴ τοῦτο μόνον Ἱπποκράτους ἀνεγνωκέναι τε καὶ μνημονεύειν, ὡς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα, ἀλλὰ κἀκεῖνα, δι' ὧν φησιν· αἱ ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖς πυρετταίνουσι ξυμφέρουσι, [51] μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι. φαίνεται γὰρ ἐνταῦθα παράλληλα θεὶς ἑφεξῆς τρία, νόσημά τε καὶ ἡλικίαν καὶ ἔθος. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ νοσήματος ἔνδειξιν λαμβάνει τῶν ἐναντίων, ἀπὸ δὲ τῆς ἡλικίας τε καὶ τοῦ ἔθους τῶν ὁμοίων. τῷ μὲν γὰρ πυρετῷ (νόσημα δέ ἐστι τοῦτο θερμὸν καὶ αὐχμῶδες) αἱ ὑγραὶ δίαιται χρήσταί· τοῖς δὲ παιδίοις (οὐ γὰρ νόσημα τούτοις γε, ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἢ

victus rationem ſunt neceſſaria, primum hoc ſe ad diſquiſitionem ſtatim offert. Nam ſunt, qui humidiores naturas ſiccandas ſemper putent; ſicuti e diverſo, quae frigidiores ſunt, calefieri debere; humectari, quae ſiccio-res; refrigerari, quae calidiores. Quippe ſimilibus quemlibet exceſſum augeſcere, contrariis remitti ac minui, unoque verbo, contraria contrariorum eſſe remedia. Oportuit vero non id modo Hippocratis legiſſe eos meminiſſeque, *quod contraria ſint contrariorum remedia*, ſed et illa quoque, in quibus ait, *humidam omnem victus rationem febricitantibus eſſe utilem, praecipue vero puellis, et iis, qui tali refici victu ſunt aſſueti.* Videtur enim in his tria deinceps pari inter ſe jure poſuiſſe, morbum, aetatem, conſuetudinem. Atque a morbo quidem contrarii adhibendi indicationem accipit; ab aetate et conſuetudine ſimilium. Febri namque, ceu morbo calido et ſicco, humida conveniunt. Puellis, ut quibus ea aetas non morbus, ſed ſecundum naturam ſit,

Ed. Chart. VI. [51.] Ed. Baſ. IV. (225.)

ἡλικίαν) τὸ ὁμοιότατον ὠφελιμώτατον. οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἔθεσιν, ὡς ἂν καὶ αὐτοῖς ἐπικτήτους τινὰς ἐν τοῖς σώμασι φύσεις ἐργαζομένοις, ἢ τῶν ἐναντίων προσφορὰ βλαβερωτάτη. καὶ δεόντως τοῖς μὲν κατὰ φύσιν ἔχουσι σώμασι φυλάττεσθαι χρὴ τὴν οἰκείαν ἕξιν, τοῖς δὲ νοσοῦσιν ἀλλοιοῦσθαί τε καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐπάγεσθαι. φυλάττεται μὲν οὖν ἕκαστον ὑπὸ τῶν ὁμοίων, ἀλλοιοῦται δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. οὔκουν ξηραίνειν χρὴ τοὺς παῖδας, ὅτι μὴ παρὰ φύσιν αὐτοῖς ἡ ὑγρότης, ὥσπερ ἐν βράγχοις τε καὶ κορύζαις καὶ καταῤῥοις, ἀλλ' ἐν τοῖς φύσει διαιτᾶν, ὑγραίνοντά τε λουτροῖς ποτίμων ὑδάτων, (ὅσα γὰρ ἐμφαίνει τινὰ φαρμακώδη ποιότητα, ξηραίνει πάντα, καθάπερ τὰ θειώδη, καὶ ἀσφαλτώδη, καὶ στυπτηριώδη,) καὶ τροφὴν καὶ ποτὰ παρέχοντα ὅτι μάλιστα κράσεως ὑγροτάτης. οὕτω καὶ ἡ φύσις αὐτὴ προὐνοήσατο τῶν παίδων, τροφὴν ὑγρὰν αὐτοῖς παρασκευάσασα τὸ γάλα τῆς μητρός. ἄριστον μὲν οὖν ἴσως καὶ

id maxime eſt utile, quod plane eſt ſimillimum. Pari modo conſuetudini, utpote quae adſcititiam acquiſititiamque naturam in corporibus gignit, contraria dediſſe in primis eſt noxium. Atque haec merito, quae enim corpora ſecundum naturam ſe habent, iis ſervari cuſtodirique ſuum habitum decet; quae morbo aliquo premuntur, iis contra alterari et ad contrarium habitum trahi expedit. Ac ſervatur quidem ſimilibus unumquodque, alteratur contrariis. Haudquaquam itaque ſiccandi pueri ſunt, ſi modo in his nulla praeter naturam humiditas ſubeſt, qualis in raucedine, gravedine catarrhoque conſpicitur; ſed pro naturae ratione alendi, ac dulcium aquarum balneis humectandi; (quae enim medicam facultatem aliquam prae ſe ferunt, omnes plane ſiccant, veluti quae ſulphuris aliquid, bituminis aluminisve repraeſentant;) tum cibo eo potioneque nutriendi, qui humidae quam maxime naturae ſint. Ad hunc modum et natura ipſa pueris conſuluit, et lac matris in humentis alimenti uſum praeparavit. Atque optimum quidem

Ed. Chart. VI. [51.] Ed. Baſ. IV. (225.)

τοῖς ἄλλοις ἅπασι βρέφεσι τὸ τῆς μητρὸς ἐστι γάλα, πλὴν εἰ μὴ τύχῃ νενοσηκὸς, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῷ τῆς ἀρίστης κράσεως, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστί. εἰκὸς γάρ που τῆς τούτου μητρὸς ἄμεμπτον εἶναι τό τε σύμπαν σῶμα καὶ τὸ γάλα. ἐξ αἵματος μὲν οὖν ἔτι κυουμένοις ἡμῖν ἡ τροφή· ἐξ αἵματος δὲ καὶ ἡ τοῦ γάλακτος γένεσις, ὀλιγίστην μεταβολὴν ἐν μαστοῖς προσλαβόντος. ὥσθ' ὅσα παιδία τῷ τῆς μητρὸς γάλακτι τρέφεται, συνηθεστάτῃ τε ἅμα καὶ οἰκειοτάτῃ χρῆται τροφῇ. φαίνεται δὲ οὐ μόνον παρασκευάσασα τὴν τοιαύτην τροφὴν ἡ φύσις τοῖς βρέφεσιν, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις αὐτοῖς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συμφύτους παρασχοῦσα ἕνεκα τῆς χρήσεως αὐτοῦ. καὶ γὰρ καὶ γεννηθεῖσι εἴ τις ἐνθείη παραχρῆμα τῷ στόματι τὴν θηλὴν τοῦ μαστοῦ, βδάλλει τε τὸ γάλα καὶ καταπίνει προθυμότατα· καὶ ἢν ἀνιώμενά τε καὶ κλαυθμυριζόμενα τύχῃ, τῆς λύπης αὐτοῖς οὐκ ἐλάχιστον ἴαμα ὁ τιτθὸς τῆς τρεφούσης ἐστὶν ἐντιθέμενος τῷ στόματι. τρία γὰρ οὖν ἤδη ταῦτα ταῖς τροφοῖς ἐξεύρηται τῶν παιδίων τῆς λύπης ἰάματα τῇ πείρᾳ δι-

eſt etiam reliquis fortaſſe omnibus infantibus ipſum lac matris, modo nullo morbo ſit corruptum; maxime vero ei, qui optimo eſt temperamento, de quo nunc ſermo inſtituitur, quippe cujus maternum non corpus modo totum, ſed etiam lac a vitio eſſe alienum non ſit abſimile. Ac ſanguine quidem, dum adhuc in utero geſtamur, ali nos conſtat; ex ſanguine vero lac gignitur, exiguam in mamillis mutationem adepto. Quare, qui matris lacte pueri aluntur, ii jam non ſolum conſueto, verum etiam maxime proprio utuntur alimento. Videtur autem non modo nutrimentum id natura infantibus praeparaſſe, verum etiam facultates quaſdam naturales, quibus eo utantur, ab initio protinus contuliſſe, quando, ſi modo natis papillam ſtatim in os inſeras, et ſugunt lac ipſum, et deglutiunt promptiſſime. Quin, ſicubi forte offenduntur plorantve, non minimum iis doloris lenimen eſt nutricis papilla ori indita; quippe tria haec doloris infantium remedia nutricibus ipſo uſu edoctis inventa vide-

Ed. Chart. VI. [51. 52.] Ed. Baſ. IV. (225.)

δαχθείσαις, ἓν μὲν τὸ νῦν δὴ λεγόμενον, ἕτερα δὲ δύο, κίνησίς τε μετρία καὶ φωνῆς ἐμμέλειά τις, οἷς χρώμεναι διαπαντὸς οὐ καταπραΰνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὕπνον αὐτὰ ἀπάγουσι, δηλούσης αὖ κἀν τῷδε τῆς φύσεως, ὅτι πρὸς μουσικὴν καὶ γυμναστικὴν οἰκείως διάκεινται. καὶ ὅς τις οὖν ἱκανός ἐστι καλῶς χρῆσθαι ταῖς τέχναις ταύταις, οὗτος καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν παιδεύσει κάλλιστα.

Κεφ. η'. Ταῖς γοῦν τροφοῖς αἱ τῶν παιδίων κινήσεις ἔν τε λίκνοις καὶ σκίμποσι καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀγκάλαις [52] ἐξεύρηνται. καί πως τοῦθ' ἕτερον ἡμῖν σκέμμα πρὸς ὑγιείας τήρησιν ἀναγκαιότατον, Ἀσκληπιάδου μὲν ἄντικρυς κἀκ τοῦ φανερωτάτου κατεγνωκότος γυμνασίων, Ἐρασιστράτου δὲ ἀτολμότερον μὲν ἀποφηναμένου, τὴν δ' αὐτὴν Ἀσκληπιάδῃ γνώμην ἐνδεικνυμένου, τῶν δ' ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων ἰατρῶν ἐπαινούντων οὐ πρὸς εὐεξίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν αὐτά. τριττὰ δ' ἐστὶ γένη τά γε πρῶτα τῶν γυμνασίων, ὅσαι περ καὶ αἱ τῶν κινήσεων διαφοραί· ἢ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν, ἢ ὑφ' ἑτέρων, ἢ διὰ

mus; unum, quod modo retulimus, et altera duo, motum mediocrem et vocis modulationem; quibus perpetuo uſae non ſolum mitigant, ſed etiam ſomnum conciliant, vel hoc ipſo teſtificante natura, ad muſicam eos et exercitia ſuopte ingenio eſſe propenſos. Adeo, quiſquis his artibus probe uti ſciet, is nimirum et corpus et animum optime inſtituet.

Cap. VIII. Nutricibus igitur triplex puellis excogitata motio eſt, in cunis, in lectulis pendentibus, in ſuis ipſarum ulnis; ubi iam hoc aliud quoque nobis aeſtimandum oritur ad ſanitatis tutelam vel in primis neceſſarium, quum Aſclepiades plane aperteque exercitationes damnet, Eraſiſtratus verecundius timidiusque decernat, caeterum idem cum Aſclepiade ſentiat, reliqui fere medici non ſolum ad bonam corporis habitudinem, ſed etiam ad ſanitatem eas praedicent. Porro exercitationum tria ſaltem prima notantur genera, utique quot motionum differentiae; quippe aut a nobis ipſis move-

Ed. Chart. VI. [52.] Ed. Baſ. IV. (225.)

φαρμάκων κινούμεθα. τὸ μὲν δὴ τρίτον εἶδος τῆς κινήσεως οὐδαμῶς ὑγιαίνουσι πρέπον· ἡ δ' ὑφ' ἑτέρου κίνησις ἔν τῷ πλεῖν, καὶ ἱππεύειν, καὶ ὀχεῖσθαι, καὶ, ὡς ἀρτίως λέλεκται, διά τε λίκνων καὶ σκιμπόδων καὶ ἀγκαλῶν γίνεται. τοῖς μὲν οὖν νεογενέσι παιδίοις οὔπω δεῖ κινήσεως τηλικαύτης, ἡλίκη διά τε τῶν ὀχημάτων καὶ τῶν πλοίων καὶ τοῖς ἱππαζομένοις γίνεται· τοῖς δ' ἤδη τὸ τρίτον ἢ τὸ τέταρτον ἔτος ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως ἄγουσιν ἐγχωρεῖ καὶ δι' ὀχημάτων καὶ πλοίων κινεῖσθαι τὸ μέτρια· ἑπταετῆ δὲ γινόμενα τὰ παιδία καὶ τῶν ἰσχυροτέρων ἀνέχεται κινήσεων, ὥστε καὶ ἱππεύειν ἐθίζεσθαι. δι' ἑαυτῶν δὲ κινεῖσθαι τὰ παιδία τηνικαῦτα δύναται πρῶτον, ὅταν ἕρπειν ἀπάρξηται, καὶ μᾶλλον, ἐπειδὰν βαδίζειν· μὴ βιάζεσθαι δὲ αὐτὰ πρὸ τοῦ δέοντος, ὅπως μὴ διαστραφείη τὰ κῶλα. δηλοῖ δὲ κἀν τῷδε τῆς ἡλικίας, εἰς ὅσον ἡ φύσις ἡμῶν ᾠκείωται γυμνασίοις. οἱ γὰρ ἄν, οὐδ' εἰ κατακλείσαις παιδία, οἷός τε εἴης κωλύειν διαθέειν τε καὶ σκιρτᾶν ὡσαύτως γε τοῖς πώλοις τε καὶ

mur, aut ab aliis, aut medicamento. Horum tamen tertia ſpecies ad ſanos nequaquam pertinet. Sed qui ab altero praeſtatur motus, navigando, equitando, vehendo, atque, ut paulo ante dictum eſt, in cunis, lectulis ulnisque obitur. Recens tamen nati puelli tam valentem motum, quam qui ex vehiculis, navigiis equisve praeſtatur, adhuc non deſiderant. At qui iam tertium aut quartum annum a natali agunt, his vehiculo navigioque modice agitari licet. Septennes vero etiam valentiores motus tolerant, ita ut equitare iam aſſueſcant. Per ſe vero moveri tum primum pueris licet, quum iam repere coeperunt, magisque etiam, quum ambulare. Immature vero cogendi non ſunt, ne eorum artus diſtorqueantur Sane vel hac aetate facile declaratur, quanta ſit naturae noſtrae cum exercitiis ſocietas, quum pueros, nec ſi concluſeris loco aliquo, prohibeas, quo minus diſcurrant ac pullorum vitulorumque ritu laſciviant. Quippe ſua

Ed. Chart. VI. [52.] Ed. Baſ. IV. (225. 226.)

τοῖς μόσχοις. ἱκανὴ γὰρ ἡ φύσις ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις ὁρμὰς οἰκείας ἐνθεῖναι πρὸς ὑγίειάν τε καὶ σωτηρίαν. ἀλλ' οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην οὐδὲν τούτων ἐννοήσαντες ἐπὶ πολλῆς σχολῆς σοφίσματα πλέκουσιν, ἐπιδεικνύναι πειρώμενοι τὰ γυμνάσια μηδὲν εἰς ὑγίειαν συντελοῦντα. πρὸς ἐκείνους μὲν δὴ καὶ αὖθις εἰρήσεται τὰ εἰκότα, ὡς τῆς ἀδολεσχίας ἐπὶ τέλους εἰρησομένης· πρόκειται γάρ μοι νῦν οὐ σοφιστῶν ἀδολε(226)σχίας ἐλέγχειν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ χρήσιμον εἰς ὑγίειαν ἐκδιδάσκειν. ἐπὶ δὲ τοὺς παῖδας ἐπάνειμι τοὺς ἄριστα κατεσκευασμένους τὰ σώματα. τούτους δὲ εἰκὸς εἶναί που καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ἀμέμπτους· ὡς, ὅσοι γε θυμικώτεροι τοῦ δέοντός εἰσιν, ἢ ἀθυμότεροι, ἢ εὐαισθητότεροι, ἢ ἀναισθητότεροί τινες, ἢ λιχνότεροι τοῦ προσήκοντος, ἀνάγκη τούτους οὐκ ὀρθῶς κεκρᾶσθαι τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τοῦ σώματος, οἷς ἐνεργοῦμεν ἕκαστα τῶν εἰρημένων. γέγραπται δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ὑπομνήμασιν. ἀλλ' ὅ γε νῦν ἡμῖν προκείμενος ἐν τῷ λόγῳ παῖς ἄριστός ἐστι τὰ πάντα.

cuique animanti natura ſatis ad proprias convenientesque excitandas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutemque tueatur. Verum Aſclepiades nihil horum cogitans per magnum otium captiunculas texit, quibus docere conetur, nihil ad bonam valetudinem exercitia conferre. Verum huic poſtea, quod par eſt, reſpondebitur, ceu garrulitate ad finem potiſſimum taxanda. Eſt enim nobis hoc loco propoſitum non ſophiſtarum nugas refellere, ſed, quod ad ſanitatem tuendam conducat, praecipere. Itaque ad infantes redeo, qui optimo corporis habitu ſunt. Porro his animi quoque mores citra vitium eſſe par eſt. Qui enim juſto ſunt ad iram procliviores, aut animo plane demiſſo, aut ſenſiles magis, aut inſenſiles, aut praeter modum guloſi, hos parum idoneo temperamento eſſe iis partibus, quibus praedictorum ſingula obimus, neceſſe eſt. Proditum vero de his fuſius eſt in iis libris, quos de Hippocratis Platonisque placitis ſcripſimus. Verum qui nunc in noſtra diſputatione propoſitus infans eſt, unde-

Ed. Chart. VI. [52. 53.] Ed. Baſ. IV. (226.)

τούτου τοίνυν ἐπανορθοῦσθαι μὲν οὐδὲν χρὴ τῶν ἠθῶν τῆς ψυχῆς, φυλάττειν δ', ὅπως μὴ διαφθαρῇ. φυλάττεται δὲ ἅπαν ὑπὸ τῶν αὐτῶν κατὰ γένος, ὑφ' ὧν περ καὶ διαφθείρεται. διαφθείρεται δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ὑπὸ μοχθηρῶν ἐθισμῶν ἐν ἐδέσμασί τε καὶ πόμασι, καὶ γυμνασίοις, καὶ θεάμασι, καὶ ἀκούσμασι, καὶ τῇ συμπάσῃ μουσικῇ. τούτων τοίνυν ἁπάντων ἔμπειρον εἶναι χρὴ τὸν τὴν ὑγιεινὴν μετιόντα, καὶ μὴ νομίζειν, ὡς φιλοσόφῳ μόνῳ προσήκει πλάττειν ἦθος ψυχῆς· ἐκείνῳ μὲν γὰρ δι' ἕτερόν τι μεῖζον τὴν αὐτῆς τῆς ψυχῆς ὑγίειαν, ἰατρῷ δὲ ὑπὲρ τοῦ μὴ ῥᾳδίως εἰς νόσους ὑποφέρεσθαι τὸ σῶμα. καὶ γὰρ θυμὸς καὶ κλαυθμός, καὶ ὀργή, καὶ λύπη, καὶ πλεῖον τοῦ δέοντος φροντὶς, ἀγρυπνία τε πολλὴ ἐπ' αὐτοῖς γινομένη πυρετοὺς ἀνάπτουσι, καὶ νοσημάτων μεγάλων ἀρχαὶ καθίστανται, [53] ὥσπερ καὶ τοὐναντίον ἀργία διανοίας, καὶ ἄνοια, καὶ ψυχὴ παντάπασι ῥᾳθυμος ἀχροίας τε καὶ ἀτροφίας ἐργάζεται πολλὰς ἀῤῥωστίᾳ τῆς ἐμφύτου θερμότητος. χρὴ μὲν γὰρ φυλάττειν παντὸς μᾶλλον ἐν ὅροις ὑγιεινοῖς

cumque abſolutus eſt. Hujus ergo ſicut nullum ex animi moribus corrigere, ſic eoſdem ſervare, ne quo vitientur, oportet. Servantur vero omnes iiſdem plane genere, quibus corrumpuntur. Corrumpuntur autem animi mores prava conſuetudine cujusque horum, cibi, potus, exercitationis, videndi, audiendi, totius denique muſices. Itaque peritum horum omnium eſſe eum medicum oportet, qui ſanitatis tuendae curam ſuſcipiet, nec ea opinione eſſe, quaſi ad ſolum ſpectet philoſophum animi mores effingere. Quippe huic ob aliud omnino majus id muneris tribuitur, nempe animi ſanitatem; medico vero, ne corpus facilius in morbos incidat, quando iracundia, fletus, ira, triſtitia, cura immodica, et multae ſuper his vigiliae febres accendunt, ac graviſſimis morbis initia praebent; veluti e diverſo cogitationis mentisque ſegnitia ac animus omnino deſes decoloratos ac ſaepe ex nutriendi defectu graciles ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt. Hunc enim calorem praeter caetera inter ſanitatis

Ed. Chart. VI. [53.] Ed. Baſ. IV. (226.)

τὴν σύμφυτον ἡμῖν θερμότητα. φυλάττεται δὲ ὑπὸ τῶν συμμέτρων γυμνασίων, οὐ κατὰ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ κατὰ τὴν ψυχὴν γιγνομένων. αἱ δ' ἄμετροι κινήσεις ἐν διαλογισμοῖς τε καὶ ἐπιθυμίαις καὶ θυμοῖς, αἱ μὲν ὑπερβάλλουσαι χολωδέστερον ἀποφαίνουσι τὸ ζῶον, αἱ δ' ἐλλείπουσαι φλεγματικώτερον καὶ ψυχρότερον. καὶ δὴ καὶ ταῖς μὲν προτέραις ἕξεσιν οἵ τε πυρετοὶ καὶ ὅσα θερμότερα παθήματα, ταῖς δ' ἑτέραις ἐμφράξεις καθ' ἧπάρ τε καὶ σπλάγχνα, ἐπιληψίαι τε καὶ ἀποπληξίαι, καὶ συνελόντι φάναι, τὰ καταῤῥοϊκά τε καὶ ῥευματικὰ νοσήματα συμπίπτει πάντα. καὶ οὐκ ὀλίγους δ' ἡμεῖς ἀνθρώπους νοσοῦντας ὅσα ἔτη διὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ὑγιεινοὺς ἀπεδείξαμεν, ἐπανορθωσάμενοι τὴν ἀμετρίαν τῶν κινήσεων. οὐ σμικρὸς δὲ τοῦ λόγου μάρτυς καὶ ὁ πάτριος θεὸς ἡμῶν Ἀσκληπιὸς, οὐκ ὀλίγας ᾠδάς τε γράφεσθαι καὶ μίμους γελοίων καὶ μέλη τινὰ ποιεῖν ἐπιτάξας, οἷς αἱ τοῦ θυμοειδοῦς κινήσεις σφοδρότεραι γινόμεναι θερμοτέραν τοῦ δέοντος ἀπειργάζοντο τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος, ἑτέροις δέ τισιν,

fines ſervare oportet; ſervatur autem modicis tum corporis tum animi exercitiis. Qui namque motus modum non ſervant, ſive ii a concupiſcibili, ſive a rationali, ſive ab iraſcibili animi parte cientur, ſi modum nimium exceſſerunt, bilioſum animans reddunt; ſi intra modum nimium ſubſiſtunt, pituitoſum frigidumque efficiunt. Quin etiam priorem habitudinem febres, et qui calidiores affectus ſunt, poſteriorem jecinoris et viſcerum obſtructiones, comitiales morbi, apoplexiae, in ſumma deſtillationum fluxionumque morbi plerumque excipiunt. Et nos ob animi mores aegros quotannis non paucos perſanavimus, ſolis animi motibus ad debitum modum revocatis. Eſt vero non ſpernendus hujus ſententiae teſtis ipſum patrium nobis numen Aeſculapius, qui multas ſcribi cantilenas mimosque ridicularum rerum fieri et melodias quaſdam inſtituit iis, quibus vehementiores iraſcibilis partis motus corporis temperamentum juſto calidius efficerent. Aliis quibuſdam, neque iis paucis,

Ed. Chart. VI. [53.] Ed. Baſ. IV. (226.)

οὐκ ὀλίγοις οὐδὲ τούτοις, κυνηγετεῖν, καὶ ἱππάζεσθαι, καὶ ὁπλομαχεῖν. εὐθὺς δὲ τούτοις διωρίσατο τό τε τῶν κινήσεων εἶδος, οἷς τοῦτο προσέταξε, καὶ τὸ τῆς ὁπλίσεως, οἷς δ' ὅπλων ἐκέλευσε τὰ γυμνάσια ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ μόνον ἐπεγείρειν αὐτὸ τὸ θυμοειδὲς ἐβουλήθη, ἀῤῥωστότερον ὑπάρχον, ἀλλὰ καὶ μέτρον ὥρισατο τῇ τῶν γυμνασίων ἰδέᾳ. οὐ γὰρ ὡσαύτως θήγεται τὸ θυμοειδὲς εἰς ἀγρίους σῦς, ἢ ἄρκτους, ἢ ταύρους, ἤ τι τῶν οὕτως ἀλκίμων θηρίων, ἢ ἐπὶ λαγωοὺς, ἢ δορκάδας, ἤ τι τῶν οὕτως δειλῶν, οὐδ' ὡσαύτως ἐπί τε τῆς κούφης ὁπλίσεως καὶ τῆς βαρείας, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τῷ θέειν ὠκέως, ἢ μετρίως κινεῖσθαι, καὶ μετὰ τοῦ φιλονεικεῖν ἑτέροις, ἢ καθ' ἑαυτόν. οὕτως καὶ τὸ μὲν κεκραγότων τῶν ἐγκελευομένων τε καὶ παροξυνόντων ἐπὶ τοὺς πόνους ἢ σιωπώντων οὐκ ὀλίγον διαφέρει. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς ἔπειτα λόγοις ἐπὶ πλέον εἰρήσεται. τὰ δὲ σμικρὰ παιδία, τὰ τὴν ἀρίστην ἔχοντα κρᾶσιν, (ὑπὲρ τούτων γὰρ ὁ λόγος ἦν,) οὐκ ὀλίγης ἐπιμελείας δεῖται πρὸς τὸ μηδεμίαν ἐν αὐτοῖς τῆς ψυχῆς ἄμετρον γίνεσθαι κίνησιν·

venari, equitare atque armatos exercitari juſſit, iiſdemque ſtatim tum motuum ipſorum ſpeciem, utique quibus motus injunxit, tum armorum, quibus armatis exerceri praecepit, definivit. Non enim, quo pacto excitetur erigaturque iraſcibilis pars, quum imbecilla ſit, praecipere ſat habuit, niſi etiam menſuram ejus ab exercitationum idea definiret. Non enim pari modo excitatur ea pars animi adverſus apros, urſos, tauros et alias ejuſmodi feras immanes, ac adverſus leporem, capram et id genus fugaces ac timidas; nec ſimiliter, quum in levi armatura et gravi exercemur; nec pariter, quum citato curſu dimovemur, et quum mediocri motu agimur; nec ubi cum aliis contendimus, et ubi ſoli agimus. Jam clamore, an tacitus ad labores adhorteris irritesque, non parum ſane intereſt. Verum de his latius dicetur in ſequentibus. Sed infantes, qui optimum ſortiti ſunt temperamentum, (de his enim ſermo erat,) non levi cura egent, ne quos animi motus immodicos incurrant. Quippe loquelae

Ed. Chart. VI. [53.] Ed. Baſ. IV. (226.)

ἅτε γὰρ οὐδέπω λόγῳ χρώμενα, τῷ κλαίειν τε καὶ κεκραγέναι, καὶ θυμοῦσθαι, καὶ κινεῖν ἀτάκτως ἑαυτὰ διασημαίνει τὴν ἀνίαν. ἡμᾶς οὖν χρὴ στοχαζομένους, ὅτου δεῖται, παρέχειν ἑκάστοτε τοῦτο, πρὶν αὐξηθῆναι αὐτῶν τὴν λύπην, εἰς σφοδροτέραν τε καὶ ἄτακτον κίνησιν ὅλην ἐμβαλεῖν τὴν ψυχὴν ἅμα τῷ σώματι· ἤτοι γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ὀδαξούμενα, ἢ πρός τινος ἔξωθεν ἀνιώμενα, ἢ ἀποπατεῖν ἢ οὐρεῖν, ἢ ἐσθίειν ἢ πίνειν ἐθέλοντα κλαίει τε καὶ κινεῖται πλημμελῶς, ὥσπερ σφαδάζοντα. γένοιτο δ' ἄν ποτε καὶ θάλπους ἐπιθυμεῖν αὐτὰ κρύει ταλαιπωρούμενα, καὶ ἀναψύξεώς τινος ὑπὸ θάλπους ἀμέτρου διοχλούμενα, καί ποτε μὴ φέροντα τὸ πλῆθος τῶν ἐπιβεβλημένων ἱματίων· ἀνιᾷ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πολλὰ οὐ σμικρὰ, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς ὅλου τοῦ σώματος, ἢ τὰς τῶν κώλων κινήσεις. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἡσυχάζειν ἐπὶ πλέον οὐ σμικρῶς λυπηρόν· οὐδενὸς γὰρ ἀμετρίᾳ χαίρει ζῶον οὐδὲν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ συμμέτρου χρῄζει. σύμμετρον δὲ οὐχ ἓν ἅπασιν,

adhuc expertes ploratu, clamore, iracundia et inordinato ſui motu dolorem indicant. Noſtrum igitur officium ſit, conjectantes quid deſiderent, aſſidue id ſuppeditare prius, quam auctus dolor in nimium atque inordinatum motum una cum corpore etiam animum ipſum univerſum conjiciat; ſiquidem dentientes, aut ab externo quopiam offenſi, aut alvum exonerare, aut meiere, aut eſſe bibereve cupientes perinde ac diſcruciati plorant atque vehementer moventur. Fieri etiam poteſt, ut frigore offenſi teporem deſiderent, ſicuti contra aeſtu immodico afflicti refrigerationem. Eſt quando multitudinem inſtratarum veſtium non tolerant. Quippe multos offendit id quoque non minimum, maxime vero quum aut totum corpus vertere, aut etiam artus movere cupiunt. Quin etiam ipſa quies, ſi ſit diuturnior, non parum moleſta eſſe ſolet, quando nullum animans immodico ullo delectatur, ſed ſemper medium modum expetit. Porro medius ipſe modus non unus omnibus eſt, ſed

Ed. Chart. VI. [53. 54.] Ed. Baſ. IV. (226.)

ἀλλ᾽ ἐν τῷ πρός τι πᾶσα συμμετρία. [54] διὸ χρὴ τὸν ἐπιμελούμενον ἀνατροφῆς παιδίων, στοχαστικὸν ἀκριβῶς ὑπάρχοντα τοῦ συμμέτρου τε καὶ οἰκείου, παρέχειν ἑκάστοτε τοῦτο, πρὶν αὐξηθεῖσαν αὐτῷ τὴν λύπην εἰς ἀμετρίαν κινήσεως ἐμβαλεῖν τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν· εἰ δ᾽ ἄρα ποτὲ καὶ λάθοι τὸ λυποῦν αὐξηθὲν, ἐπανορθοῦσθαι πειρᾶσθαι τὴν λύπην αὐτῷ τε τῷ παρέχειν αὐτίκα τὸ ἐπιθυμηθὲν, ἢ ἐκκόπτειν τὸ ἀνιῶν, ἔτι τε τῇ κινήσει τῇ διὰ τῶν ἀγκαλῶν καὶ τοῖς μέλεσι τῆς φωνῆς, οἷς εἰώθασιν αἱ σοφώτεραι τῶν τροφῶν χρῆσθαι. ἔγωγ᾽ οὖν ποτε, δι᾽ ὅλης ἡμέρας παιδίου κλαίοντός τε καὶ θυμουμένου, καὶ σφοδρῶς καὶ ἀτάκτως ἑαυτὸ μεταβάλλοντος, ἐξεῦρον τὸ λυποῦν, ἀπορουμένης τῆς τροφοῦ· ὡς γὰρ οὔτε πρὸς τὸν τιτθὸν ἐντεθειμένον, οὔτε προϊσχομένης αὐτὸ τῆς τρεφούσης, εἰ ἀποπατεῖν ἢ οὐρεῖν ἐθέλοι, καθίστατο, παρηγορεῖτο δ᾽ οὐδὲν, οὐδ᾽ ὁπόταν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἐνθεμένη κατακλίνειν ἐπιχειρήσειεν, ἐθεασάμην δὲ τὴν στρωμνὴν αὐτοῦ καὶ τὰ

omnis mediocritas ex eorum ſemper eſt numero, quae in collatione ad aliud ſpectantur. Quocirca, qui curam infantis educandi ſuſcipiet, hunc plane, ut acrem mediocritatis convenientisque conjectorem eſſe, ita haec ſemper praebere oportet prius, quam ex deſiderio cujuſvis auctus dolor ſimul cum corpore animum quoque in motus immodicos conjiciat. Quod ſi quando, quod infeſtat, imprudentibus inſcientibusque nobis auctum eſſe contigerit, corrigere moleſtiam tentabimus illico, vel oblato, quod expedit, vel ſublato, quod offendit, etiam motu per ulnas nutricis adhibito, ac vocis modulamine, quibus uti prudentiores nutricum conſueverunt. Ego namque, puello quodam totum diem non raro plorante, ac immodice ſe inordinateque jactante, nutrice ipſa omnis conſilii inope, deprehendi quod offendit; quippe ut neque papilla in os immiſſa, neque a nutrice prolatus, ſi forte mejere aut alvum exonerare vellet, lenitus eſt, ſed nec quum ab ulnarum agitatu reclinari coepiſſet, adverti autem tum lectum, tum involucra, tum veſtes ipſas ſor-

Ed. Chart. VI. [54.] Ed. Baſ. IV. (226.)

περιβλήματά τε καὶ ἀμφιέσματα ῥυπαρώτερα, καὶ αὐτὸ τὸ παιδίον ἤδη ῥυπῶν τε καὶ ἄλουτον, ἐκέλευσα λοῦσαί τε καὶ ἀπορρύψαι, καὶ τὴν στρωμνὴν ὑπαλλάξαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐσθῆτα καθαρωτέραν ἐργάσασθαι· καὶ τούτων γινομένων, αὐτίκα μὲν ἐπαύσατο τῶν ἀμέτρων κινήσεων, αὐτίκα δὲ καθύπνωσεν ἡδιστόν τε καὶ μακρότατον ὕπνον. εἰς δὲ τὸ καλῶς ἐστοχάσθαι πάντων τῶν ἀνιώντων τὸ παιδίον οὐκ ἀγχινοίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ τὸ τρεφόμενον αὐτὸ συνεχῶς ἐμπειρίας ἐστὶ χρεία.

Κεφ. Θ'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα περὶ τὸ παιδίον εἰς τρίτον ἔτος ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως ἀξιῶ πραγματεύεσθαι, καὶ πρὸ τούτων ἔτι τῆς τρεφούσης αὐτὸ οὐ σμικρὰν ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἐδεσμάτων τε πέρι καὶ ποτῶν, ὕπνων τε καὶ ἀφροδισίων, καὶ γυμνασίων, ὡς ἄριστον εἴη τὴν κρᾶσιν τὸ γάλα. γένοιτο δ' ἂν τοιοῦτον, εἰ τὸ αἷμα χρηστότατον εἴη. ἔστι δὲ χρηστότατον τὸ μήτε πικρόχολον, μήτε μελαγχολικὸν, μήτε φλεγματῶδες, μήτ' ὀρῥώδει τινὶ μήθ' ὑδατώδει συμμιγὲς ὑγρότητι. γεννᾶται δὲ τοιοῦτον ἐπί τε

didiores, praeterea puellum ipſum immundum atque illotum: lavare detergereque juſſi, tum lectulum mutare, ac veſtem omnem terſam mundamque praebere. Quibus peractis, protinus ab immodico agitatu conquievit, illicoque dormivit non ſuaviſſimum modo, verum etiam longiſſimum ſomnum. Ut vero recte coujicias, quae puello officiant, non modo ſolertia eſt opus, ſed etiam aſſidua de ipſo, qui nutritur, experientia.

Cap. IX. Haec igitur omnia usque in tertium a natali annum circa puellum peragenda cenſeo, in primisque de nutrice ipſa non minimam habendam eſſe curam, quid edat, quid bibat, quo pacto in ſomno, venere, exercitatione ſe habeat; ut videlicet lac ejus egregie ſit temperatum, quale certe erit, ſi ſanguis ejus quam optimus ſit. Porro is talis eſt, qui nec flava abundat bile, nec atra, nec pituitoſus eſt, nec ferоſus, nec aquoſo liquore permixtus. Naſcitur autem ejusmodi ſanguis ab

Ed. Chart. VI. [54.] Ed. Baſ. IV. (226. 227.)

τοῖς συμμέτροις γυμνασίοις καὶ τροφαῖς εὐχύμοις ἅμα καὶ κατὰ (227) καιρὸν τὸν προσήκοντα καὶ κατὰ μέτρα τὰ δέοντα λαμβανομέναις, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν πόμασίν ἐστιν εὐκαίροις τε καὶ μετρίοις· ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἐν τοῖς ἔπειτα λόγοις ἀκριβῶς διορισθήσεται. ἀφροδισίων τε παντάπασιν ἀπέχεσθαι κελεύω τὰς θηλαζούσας παιδία γυναῖκας. αἵ τε γὰρ ἐπιμήνιοι καθάρσεις ἐρεθίζονται μιγνυμέναις ἀνδράσι, καὶ οὐκ εὐῶδες ἔτι μένει τὸ γάλα. καί τινες αὐτῶν ἐν γαστρὶ λαμβάνουσιν, οὗ βλαβερώτερον οὐδὲν ἂν εἴη παιδίῳ γάλακτι τρεφομένῳ. δαπανᾶται γὰρ ἐν τῷδε τὸ χρηστότατον τοῦ αἵματος εἰς τὸ κυούμενον. ἅτε γὰρ ἀρχὴν ζωῆς ἐν ἑαυτῷ ἰδίαν περιέχον, ὑπὸ ταύτης τε διοικεῖται καὶ διὰ παντὸς ἐπισπᾶται τὴν οἰκείαν τροφήν, ὡσανεὶ ἐνερριζωμένον τε τῇ μήτρᾳ καὶ ἀχώριστον ὑπάρχον ἀεὶ, νύκτωρ τε ἅμα καὶ μεθ' ἡμέραν. ἔλαττόν τε εἰκότως ἐν τῷδε καὶ φαυλότερον ἀποτελεῖται τὸ τῆς κυούσης αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ γάλα μοχθηρότερόν τε καὶ ὀλίγον ἐν τοῖς τιτθοῖς ἀθροίζεται. ὥστε ἔγωγε συμβουλεύσαιμι ἄν, εἰ κυήσειεν ἡ

exercitatione moderata, et cibis tum boni ſucci, tum juſto tempore modoque aſſumptis, praeterea potione tempeſtiva modiceque ſumpta. De quibus omnibus in iis, quae poſt dicentur, diligenter agetur. A venere omnino abſtinere jubeo omnes mulieres, quae pueros lactant. Nam et menſes viri conſuetudine provocantur, et lac odoris gratiam in deterius mutat. Quin etiam aliquae in utero concipiunt, quo nocentius puello adhuc lactenti nihil eſt. Interim enim, quidquid ſanguinis eſt optimum, in foetum abſumitur; quippe is, quum proprium in ſe vitae principium contineat, et hujus moderamine agitur, et aſſidue conveniens ſibi alimentum trahit, utero ipſi veluti radici adhaerens, nec uſquam ab eo nocte dieve diſcedens. Interim vero non minor modo, verum etiam deterior rationabiliter redditur ipſius gravidae ſanguis. Quo fit, ut lac ipſum tum pejus, tum vero exiguum in mammillis colligatur. Quare ſi, quae infantem lactat, uterum gerit,

Ed. Chart. VI. [54. 55.] Ed. Baſ. IV. (227.)

θηλάζουσα τὸ παιδίον, ἑτέραν ἐξευρίσκειν τροφὸν, ἐπισκεπτομένους τε καὶ δοκιμάζοντας αὐτῆς ἀκριβῶς τὸ γάλα γεύσει, καὶ ὄψει, καὶ ὀσφρήσει. καὶ γὰρ γευομένοις καὶ ὀσμωμένοις ἡδὺ, λευκόν τε καὶ ὁμαλὸν καὶ μέσως ἔχον ὑγρότητός τε καὶ πάχους ὀφθήσεται τὸ ἄριστον γάλα· τὸ δὲ μοχθηρὸν ἤτοι παχὺ, καὶ τυρωδέστατον, ἢ ὑγρὸν, καὶ ὀρῶδες, καὶ πελιδνὸν, καὶ ἀνώμαλον ἐν συστάσει καὶ χροιᾷ, [55] καὶ γευομένοις πικρότατον, καὶ ἅλμης ἤ τινος ἑτέρας ἀλλοκότου ποιότητος ἔμφασιν ἔξει· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐδὲ πρὸς τὴν ὀσμὴν ἡδύ. ταῦτα μὲν ἔστω σοι γνωρίσματα μοχθηροῦ τε καὶ χρηστοῦ γάλακτος, οἷς τεκμαιρόμενος, ὅταν ἤτοι κύησις, ἢ καὶ νόσημά τί ἐστι περὶ τὴν μητέρα γενόμενον, ἐφ' ἑτέραν τροφὸν ἰέναι, τὴν κρίσιν τε καὶ τὴν αἵρεσιν ποιεῖσθαι.

Κεφ. ί. Τρέφειν σε τὸ παιδίον γάλακτι μόνῳ· ἐπειδὰν δὲ φύσῃ τοὺς ἔμπροσθεν ὀδόντας, ἐθίζειν ἤδη πως αὐτὸ καὶ τῆς παχυτέρας ἀνέχεσθαι τροφῆς, ὥσπερ οὖν καὶ

ego magnopere ſuaſerim aliam inveniendam nutricem. Cujus etiam lac guſtu, odoratu, viſu conſiderandum explorandumque diligenter ſit; ſiquidem, quod optimum eſt, id guſtanti olfacientique plane ſuave, intuenti candidum, aequabile ac liquidi craſſique medium apparebit. Quod vitioſum eſt, e diverſo aut craſſum et caſeoſum, aut liquidum et ſeroſum ac lividum, tum conſiſtentia ipſa coloreque inaequabile videbitur. Idem guſtantibus amarorem, aut ſalſedinem, aut qualitatem quampiam extraneam exhibebit: tale vero nec olfacienti ſuave erit. Atque lactis probi malive haec ſunto indicia, quae conjectans, quum mater aut jam concepit, aut morbo aliquo eſt affecta, ad aliamque nutricem tranſire eſt neceſſarium, lactis judicium atque electionem facere quis poſſet.

Cap. X. Tum vero puellum, quoad primores dentes emiſerit, ſolo lacte alendum, ac tum eum ſolidiori quodammodo jam cibo aſſuefacere conveniet, quod etiam

Ed. Chart. VI. [55.] Ed. Baſ. IV. (227.)

τοῦτο αὐτὸ τῇ πείρᾳ διδαχθεῖσαι ποιοῦσιν αἱ γυναῖκες· ἄρτου μέντοι πρῶτον, ἐφεξῆς δ' ὀσπρίων τε καὶ κρεῶν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, προμασώμεναι καὶ ἐντιθεῖσαι τοῖς στόμασι τῶν παιδίων. ἀνατρίβειν δὲ χρὴ τὸ σῶμα τῶν βρεφῶν ἐλαίῳ γλυκεῖ, καθάπερ τοῦτο ποιοῦσαι ἐπιτηδείως αἱ πλεῖσται τῶν τροφῶν εὐθὺς ῥυθμίζουσί τε καὶ διαπλάττουσι τὰ μόρια. ἀλλ' ἐπί γε τοῦ νῦν κατὰ τὸν λόγον ὑποκειμένου παιδίου, τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος ἀμέμπτως ἔχοντος, οὐδὲν χρὴ περιεργάζεσθαι τὴν τροφὸν εἴς γε τὴν τῶν μελῶν εὐρυθμίαν, ἀλλ' ἀνατρίβειν τε τὰ μέτρια, καὶ λούειν ὁσημέραι, καθόσον οἷόν τε, μὴ περιεχομένου γάλακτος ἀπέπτου κατὰ τὴν γαστέρα· κίνδυνος γὰρ ἀναληφθῆναι τοῦτο, πρὶν πεφθῆναι καλῶς, εἰς ὅλον τὸ σῶμα τοῦ παιδίου. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον, εἰ καὶ τὴν γαστέρα τις αὐτὴν ἀνατρίβοι γάλακτος μεστὴν, ἐμπλήσει τε τὸ σῶμα τροφῆς ἀπέπτου, πληρώσει τε τὴν κεφαλήν. διὸ χρὴ πολλὴν πρόνοιαν πεποιῆσθαι τοῦ μὴ λαμβάνειν τὴν τροφὴν τὸ παιδίον μήτε πρὸ λουτρῶν μήτε πρὸ ἀνατρίψεων.

experientia plane doctae mulieres faciunt; primum panem, mox legumina, ac carnem, et ſimilia, omnia prius commanſa puellorum oſculis immittentes. Corpus autem infantium confricare oportet oleo dulci, ſicuti id ipſum recte peragunt nutrices pleraeque ſtatim ipſas corporis partes modulantes atque fingentes. Verum in eo, quem propoſuimus, puero, qui corporis ſtatu eſt optimo, quod ad membrorum concinnitatem ſaltem attinet, nihil eſt, quod curioſa nutrix ſit, ſed tantum fricet quotidie mediocriter ac lavet, idque, quam fieri maxime poteſt, lacte in ventriculo minime adhuc haerente crudo, quippe quod periculum eſt, ne prius, quam probe ſit concoctum, in totum corpus infantis diſtribuatur. Multo vero maxime, ſi quis ventriculum ipſum adhuc lactis plenum infricet, tum corpus crudo alimento implebit, tum caput onerabit. Quo magis proſpiciendum in primis eſt, ne quid nutrimenti neque ante balneum neque ante frictio-

Ed. Chart. VI. [55.] Ed. Baſ. IV. (227.)

γίγνοιτο δ' ἂν τοῦτο, παραφυλαττούσης τῆς τροφοῦ τὸν ἐπὶ τοῖς μακροτέροις ὕπνοις καιρόν. ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα τὴν κοιλίαν ἤτοι παντάπασιν κενὴν ἢ πεπεμμένην ἤδη τὴν τροφὴν περιέχουσαν εὑρεῖν ἔστιν. εἰ δ', ὥσπερ νῦν, ποιοῦσι, βλάπτουσιν ἔνιαι μὲν τῶν τροφῶν, ἕνα τινὰ χρόνον ἀφορίσασαι τῆς ἡμέρας, ἔνιαι δ', ὅταν σχολάσωσι, τὸ τηνικαῦτα προνοούμεναι· διότι πολλάκις καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι βλάπτεσθαι τὰ παιδία ἧπερ ὠφελεῖσθαι. ὁ γὰρ ὑφ' ἡμῶν ἀφοριζόμενος καιρὸς ἄλλοτε εἰς ἄλλον ἐμπίπτει χρόνον ἤτοι τῆς ἡμέρας, ἢ τῆς νυκτός. ἐπὶ μέντοι τῶν μειζόνων παιδίων, ὅσα καὶ πληγαῖς, καὶ ἀπειλαῖς, ἐπιπλήξεσί τε καὶ νουθετήσεσι πείθεται, καιρὸς ἂν εἴη διττὸς εἰς ἀνάτριψίν τε καὶ λουτρόν· ὁ μὲν πρότερός τε καὶ ἄριστος, ἐπειδὰν ἐξαναστάντα τῶν ἑωθινῶν ὕπνων, εἶτα παίξαντα, τροφὴν αἰτῇ. τότε γὰρ ἐπιτίθεσθαι μάλιστα τούτοις χρὴ, τὸ μὲν σῶμα πρὸς ὑγίειάν τε ἅμα καὶ εὐεξίαν ἀσκοῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς εὐπείθειάν τε καὶ σωφροσύνην, οὐκ ἄλλως παρέξειν αὐτοῖς τὴν

nem puerulo praebeatur. Id fiet, ſi ad haec adminiſtranda nutrix poſt longiſſimum ſomnum diligenter tempus obſervet. Id enim maxime temporis eſt, in quo vel inanem plane ventriculum invenias, vel certe concoctum jam alimentum in ſe continentem. Quae autem, ut hodie fit, faciunt, ſane laedunt, aliae unum et certum diei tempus praeſcribentes, aliae, quum ipſae a negotiis vacent, tum demum curantes. Quo fit, ut ſaepius laedi, quam juvari puellos neceſſe ſit; quippe quod a nobis praeſcriptum tempus eſt, alias in aliud diei noctiſve tempus incidit. Majorum tamen puerorum, qui videlicet plagis, minis, objurgationi, monitis parere norunt, iis duplex et fricandi et lavandi temporis occaſio eſt; prior ac commodiſſima, quum a matutino ſomno ſurrexerint, deinde luſerint, ac jam cibum petunt; tum enim maxime vocandi ad haec ſunt, ac corpus quidem ad ſanitatem pariter et bonam habitudinem, animus ad obſequium et temperantiam exercendus, interminandum-

Ed. Chart. VI. [55. 56.] Ed. Baſ. IV. (227.)

τροφὴν φάσκοντά σε, εἰ μὴ προθύμως ἐπακούσαιεν, εἰς ὅσον ἂν ἐθέλωμεν ἡμεῖς, ἀνατρίψει τε καὶ λουτροῖς. οὗτος μὲν οὖν ἄριστος καιρός. εἰ δέ τις ἀσχολία τὸν τρέφοντα τὸ παιδίον ἀπάγει, μέτριον ἄρτου δόντα, παίζειν ἐπιτρέπειν, εἰς ὅσον ἂν βούληται, κἄπειτ' αὖθις αἰτῆσαν αὐτὸ τηνικαῦτα τρίβειν τε καὶ λούειν. οὐ μὴν πίνειν γε ἐπιτρεπτέον ποτὲ αὐτοὺς πρὸ τῶν λουτρῶν ἐπὶ τοῖς σιτίοις· ἀθροωτέρα γὰρ ἂν οὕτως ἡ ἀνάδοσις εἰς τὸ σῶμα τῶν ἐν τῇ γαστρὶ περιεχομένων γίγνοιτο. [56] χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἀμέμπτως ὑγιαινόντων σωμάτων φυλάττεσθαι τοῦτο. μεμπτέαι γὰρ αἱ τοιαῦται διαθέσεις τε καὶ κατασκευαὶ τῶν σωμάτων εἰσὶν, ἐφ' ὧν ἄμεινόν ἐστι πρὸ τῶν λουτρῶν διδόναι σιτία. καὶ διορισθήσεται περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἔπειτα λόγοις· ἀλλὰ νῦν γε τῆς ὑποθέσεως μνημονευτέον ἐστὶν, ὡς τὸν ἄριστα σώματος ἔχοντα παῖδα διαιτῶμεν, ὅπως ἡμῖν φυλάττοιτο τοιοῦτος· ἐφ' οὗ βέλτιόν ἐστιν ἡγεῖσθαι τὰ λουτρὰ τῶν σιτίων. εἰ δ' ἐν τοιούτῳ χωρίῳ τρέφοιτο ὁ παῖς, ἐν ᾧ βαλανεῖον οὐκ ἔνεστιν, (ἴσως μὲν οὖν οὐδ' ὁμιλήσουσι

que non aliter nos cibum ipſis praebituros, niſi, quantum ipſi velimus, frictioni balneoque ſe permiſerint. Atque optimum quidem tempus hoc fuerit. Quod ſi qua occupatione, qui puellum alit, avocetur, modico pane exhibito, ludere permittat, quantum velit; dein quum rurſus cibum petierit, tum fricet lavetque. Minime tamen bibere ei permittendum poſt cibum eſt, quem balneum excipit; quando ita praecipitatior eorum, quae ventriculus continet, diſtributio in corpus fiet. Id vero in corporibus prorſus ſanis cavere oportet. Quippe quibus utilius ſit ante balneum cibum dediſſe, horum plane vitioſi tum affectus ſunt, tum corporum ſtatus. De his vero in ſequentibus dicemus; nunc praeſtat illius hypotheſeos recordari: nempe ut puellum, cui optime affectum corpus ſit, ſic educemus, ut talis perpetuo ſervetur; huic expedit, ut cibus balneum ſequatur. Quod ſi, quo loco puellus alitur, balnei copia non ſit, (fortaſſe vero nec iſta unquam legent, qui ibi habitant,) in concha

Ed. Chart. VI. [56.] Ed. Baſ. IV. (227.)

τοῖσδε τοῖς γράμμασιν οἱ τοιοίδε,) λούουσι μὲν ἐν σκάφαις αἱ τροφοὶ κἀνταῦθα τοὺς παῖδας, ἕως ἂν εἰς τὸ δεύτερον, ἢ καὶ εἰς τὸ τρίτον ἔτος ἀπὸ γενετῆς ἵκωνται· μείζονας δὲ γενομένους, εἰ καὶ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ διὰ τριῶν γέ που καὶ τεττάρων ἀλείφουσί τε καὶ ἀνατρίβουσιν· εἰ δὲ μὴ κωλύει τὰ τῆς ὥρας, αἱ λίμναι τε καὶ οἱ ποταμοὶ λουτρὰ αὐτοῖς εἰσιν, οἷόν περ ἡμῖν τὸ βαλανεῖον. παρὰ τοῖς Γερμανοῖς οὐ καλῶς τρέφεται παιδία. ἀλλ' ἡμεῖς νῦν γε οὔτε Γερμανοῖς οὔτε ἄλλοις τισὶν ἀγρίοις ἢ βαρβάροις ἀνθρώποις ταῦτα γράφομεν, οὐ μᾶλλον ἢ ἄρκτοις, ἢ κάπροις, ἢ λέουσι, ἤ τισι τῶν ἄλλων θηρίων, ἀλλ' Ἕλλησι, καὶ ὅσοι τῷ γένει μὲν ἔφυσαν βάρβαροι, ζηλοῦσι δὲ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιτηδεύματα. τίς γὰρ ἂν ἡμῶν ὑπομείνειε τῶν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων εὐθὺς ἅμα τῷ γεγεννῆσθαι ἔτι θερμὸν τὸ βρέφος ἐπὶ τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα, κἀνταῦθα, καθάπερ φασὶ τοὺς Γερμανούς, ἅμα πείρᾳ αὐτοῦ τῆς φύσεως, ἅμα τε καὶ κρατύνειν τὰ σώματα, βάπτοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ὥσπερ τὸν διάπυρον σίδηρον; ὅτι μὲν γὰρ, ἐὰν ὑπομείνῃ τε καὶ μὴ βλαβῇ, καὶ τὴν

pueros lavant, donec alterum jam tertiumve aetatis annum attigerint. Qui vero hos annos exceſſerint, eos, ſi non quotidie, at certe tertio quoque die quartove ungunt atque infricant. Quod ſi anni tempus non prohibeat, ſtagna amneſque his lavacra ſunt, veluti nobis balneum. Apud Germanos enim plane ne probe quidem nutriuntur infantes. Verum nos neque Germanis, neque aliis agreſtibus aut barbaris hominibus haec prodimus, non magis equidem quam urſis, apris, leonibus, aut aliis id genus feris, ſed Graecis, et iis, qui, tametſi genere ſunt barbari, Graecorum tamen aemulantur ſtudia. Nam quis, quaeſo, eorum hominum, qui apud nos degunt, tulerit modo editum infantulum, etiam ab utero calentem, ad flumen deferre, ibique, ſicuti Germanos aiunt, ceu candens ſit ferrum, in frigidum humorem mergendo, ſimul de naturae vigore periculum facere, ſimul corpus ipſum roborare? Quippe, ſi citra noxam id ſuſtinuerit, et quod

Ed. Chart. VI. [56.] Ed. Baſ. IV. (227. 228.)

ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως ἐπεδείξατο ῥώμην, καὶ τὴν ἐκ τῆς πρὸς τὸ ψυχρὸν ὁμιλίας ἐπεκτήσατο, πρόδηλον παντί· ὅτι δ', εἰ νικηθείη πρὸς τῆς ἔξωθεν ψύξεως ἡ ἔμφυτος αὐτοῦ θερμότης, ἀναγκαῖον αὐτίκα τεθνάναι, καὶ τοῦτ' οὐδεὶς ἀγνοεῖ. τίς οὖν ἂν ἕλοιτο νοῦν ἔχων καὶ μὴ παντάπασιν ἄγριος ὢν καὶ Σκύθης εἰς τὴν τοιαύτην πεῖραν ἀγαγεῖν αὐτοῦ τὸ παιδίον, ἐν ᾗ θάνατός ἐστιν ἡ ἀποτυχία, καὶ ταῦτα μηδὲν μέγα τι μέλλων ἐκ τῆς πείρας κερδανεῖν; ὄνῳ μὲν γὰρ ἴσως ἤ τινι τῶν ἀλόγων ζώων ἀγαθὸν ἂν εἴη μέγιστον, οὕτω πυκνὸν καὶ σκληρὸν δέρμα ἔχειν, ὡς ἀλύπως φέρειν τὸ κρύος· ἀνθρώπῳ δὲ, λογικῷ ζώῳ, τί ἂν εἴη μέγα τὸ τοιοῦτον; οὐδὲ γὰρ εἰς ὑγίειαν ἁπλῶς (228) οὕτωσὶ λέγων ἄν τις ἐπιτήδειον ὑπάρχειν τὸ πυκνότατον καὶ σκληρότατον δέρμα δεόντως ἂν εἴποι. διττῆς γὰρ οὔσης βλάβης τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ἑτέρας μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων, ἑτέρας δὲ ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν, εὐάλωτόν ἐστι τοῖς μὲν ἔξωθεν ἅπασιν, ὧν μαλακόν ἐστι καὶ ἀραιὸν

propriae naturae robur oſtendit, et novum praeterea robur ex frigidae commercio comparavit, nulli non patet. Caeterum, ſi ab externo frigore naturalis calor ſit victus, quod protinus interire neceſſe ſit, id quoque neminem latet. Quis igitur mentis compos nec omnino ferus Scythave proprium pignus in id agere diſcrimen eligat; in quo errorem mors ſequitur, potiſſimum cum ex eo periculo non magnum ſit futurum, quod lucriſaciet? Aſino enim fortaſſis, aut id genus experti rationis animanti utiliſſimum fuerit denſum ita tergus durumque effici, ut citra dolorem frigus ſuſtineat, homini vero ratione praedito cuinam, quaeſo, tam magno ſit uſui? Non enim, ſi quis abſolute citraque exceptionem pronunciet, cutem denſiſſimam duriſſimamque utilem ad ſanitatem eſſe, is recte dicat. Quum namque animalis corpori duplex inſtet incommodum, alterum ab externis, alterum ab internis cauſis: quorum certe rara mollisque cutis eſt, ii ab extrinſecus imminentibus malis facile

Ed. Chart. VI. [56. 57.] Ed. Baſ. IV. (228.)

τὸ δέρμα, τοῖς δὲ ἔνδοθεν, ὧν πυκνόν τε καὶ σκληρόν. καὶ διὰ τοῦθ' Ἱπποκράτης περὶ τῶν ἀπὸ τροφῆς ἐν ἡμῖν ἐπ' ὠφελείᾳ τε καὶ βλάβῃ γινομένων διδάσκων ἐπ' ἄλλοις πολλοῖς καὶ τοῦτ' ἔγραψεν. ἀραιότης σώματος εἰς διαπνοήν, οἷς πλεῖστον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον, οἷς δ' ἔλασσον, νοσερώτερον. βέλτιον οὖν ἑκατέρας πεφυλάχθαι τὰς ὑπερβολὰς, καὶ μήτ' εἰς τοσοῦτον πυκνὸν τὸ δέρμα παρασκευάζειν, ὡς κωλύειν διαπνεῖσθαι καλῶς, μήθ' οὕτως ἀραιὸν, ὡς ὑπὸ παντὸς τοῦ αἰτίου τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσπιπτόντων βλάπτεσθαι ἑτοίμως. τοιοῦτον δὲ καὶ φύσει ἐστὶ τὸ σῶμα τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου τῷ λόγῳ παιδίου, μέσον ἁπασῶν τῶν ὑπερβολῶν. οὕτως οὖν αὐτὸ διαιτητέον, ὡς φυλάττειν ἀεὶ τῆς κατασκευῆς τὴν ἀρετήν. φυλαχθήσεται δὲ, κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐν γάλακτι τρεφομένῳ, καὶ λουτροῖς γλυκέων ὑδάτων θερμῶν λουμένῳ, ὅπως ὅτι μάλιστα μέχρι πλείστου μαλακὸν αὐτῷ διαμένον τὸ σῶμα πολλὴν ἐπίδοσιν εἰς τὴν αὔξησιν ποιῆται. μετὰ δὲ ταῦτα, καθ' ὃν ἂν ἤδη χρόνον εἰς διδασκάλους δύναιτο φοι[57]τᾷν,

tentantur, quorum denſa ac dura, ab internis. Itaque etiam Hippocrates, ubi de iis praecipit, quae in nobis ab alimento ad commodum incommodumve cedunt, poſt alia multa haec ſcripſit: *Raritas corporis ad tranſpiratum iis, quibus plurimum aufertur, ſalubrius, quibus minus, inſalubrius.* Praeſtat ergo utrumque declinaſſe exceſſum, nec adeo aut denſam reddidiſſe cutem, ut corporis tranſpiratum prohibeat, aut raram, ut facile a qualibet extrinſecus incidente cauſa laedatur. Tale porro natura eſt propoſiti nobis hoc loco puelli corpus, quum ſit medium omnis exceſſus. Eſt ergo id ea ratione alendum, ut conſtitutionis ſuae integritatem perpetuo ſervet. Servabit autem, ſi primis quidem annis ſolo lacte nutrias, ac balneo dulcis aquae et calentis utare; quo videlicet corpus ejus molle quam diutiſſime ſervatum ad plurimum augmenti perveniat. Ab his annis, quum jam mitti in ludum eſt habilis, non neceſſe erit aſſiduis

Ed. Chart. VI. [57.] Ed. Baſ. IV. (228.)

οὐκ ἀναγκαῖον ἔτι λουτροῖς χρῆσθαι συνεχέσι, ἀλλ' ἀρκεῖ διαπαλαίειν μανθάνοντα, σύμμετρά τε πονεῖν ἐνταῦθα πρὸ τῶν σιτίων, ἀλουτεῖν δὲ ἤδη τὰ πλείω. τὸ δ' ὑπερπονεῖν, ὥσπερ ἔνιοι τῶν παιδοτριβῶν ἀναγκάζουσι τοὺς παῖδας, οὐδαμῶς ἀγαθόν, ἀναυξῆ γὰρ ὑπὸ τῆς παρὰ καιρὸν σκληρότητος ἀποτελεῖται τὰ σώματα, κἂν πλείστην ὁρμὴν ἐκ φύσεως εἰς τὴν αὔξησιν ἔχῃ.

Κεφ. ιά. Οἴνου δὲ τὸν οὕτω πεφυκότα παῖδα μέχρι πλείστου μηδ' ὅλως γεύειν. ὑγραίνει τε γὰρ ἱκανῶς καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα πινόμενος οἶνος, ἐμπίπλησί τε τὴν κεφαλὴν ἀτμῶν ἐν ταῖς ὑγραῖς καὶ θερμαῖς κράσεσι, οἷα πέρ ἐστι καὶ ἡ τῶν τοιούτων παιδίων. ἀλλ' οὔτε ἐμπίπλασθαι καλὸν αὐτοῖς τὴν κεφαλὴν, οὔτε ὑγραίνεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. εἰς τοσοῦτον γὰρ ἥκουσιν ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος, ὡς, εἰ καὶ βραχὺ παραυξήσειέ τις ὁπότερον αὐτῶν, ἐν ἀμετρίᾳ καθίστασθαι. οὐσῶν δὲ πασῶν τῶν ἀμετριῶν φευκτῶν, ἡ τοιαύτη μάλιστ' ἂν εἴη φευκτὴ, καθ' ἣν οὐκ εἰς τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν

praeterea balneis uti, ſed interim, dum luctari condiſcit, mediocriter inibi ante cibum exercitari ſat erit, ac balneo plerumque abſtinere. Modum vero in labore excedere, quod nonnulli gymnaſiarchae pueros cogunt, prorſus alienum eſt, ſiquidem intempeſtiva duritie corporis inhibetur accretio, etiamſi natura ſit ad incrementum quam maxime comparata.

Cap. XI. Sane vinum quam diutiſſime, qui ea natura puer eſt, ne guſtare quidem ſuaſerim, quippe quod hauſtum et humectat nimium, et caleſacit corpus, tum caput halitu replet iis, qui humido calidoque temperamento ſunt, quale eſt ejusmodi puerorum. Atqui nec repleri his caput eſt utile, nec ipſos plus, quam par eſt, humidos calidosque fieri, quoniam eo jam caloris humorisque pervenerunt, ut, ſi paululum utramvis qualitatem auxeris, jam modum exceſſerint. Quum autem ſit omnis exceſſus fugiendus, maxime hunc fugere expedit, ex quo non corpori modo, verum etiam animo dam-

Ed. Chart. VI. [57.] Ed. Baſ. IV. (228.)

ψυχὴν ἡ βλάβη διϊκνεῖται. διόπερ οὐδὲ τοῖς ἤδη τελείοις ἄνευ τοῦ προσήκοντος μέτρου πινόμενος οἶνος ἀγαθός· εἰς θυμούς τε γὰρ ἐκκαλεῖται προπετεῖς, καὶ εἰς ὕβριν ἀσελγεῖς, καὶ τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς ἀμβλύ τε καὶ τεθολωμένον ἐργάζεται. ἀλλὰ τούτοις μὲν ἑτοίμως εἰς τὴν τῶν χολωδῶν περιττωμάτων ἐπίκρασίν τε ἅμα καὶ κένωσιν ἐπιτήδειος. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ εἰς τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς στερεοῖς ὀργάνοις τοῦ ζώου γινομένην ξηρότητα διά τε πόνους ὑπερβάλλοντας, ἔστιν ὅτε καὶ διὰ τὴν οἰκείαν τῆς ἡλικίας κρᾶσιν, ἐπιτήδειος οἶνος, ὑγραίνων μὲν καὶ ἀνατρέφων, ὅσ' ἀμέτρως ἐξήρανται, πραΰνων δὲ τὸ δριμὺ τοῦ πικροῦ χυμοῦ καὶ δι' ἱδρώτων τε καὶ οὔρων ἐκκενῶν. οἱ δὲ παῖδες, ἅτε μήτε τὸν τοιοῦτον ἀθροίζοντες χυμὸν, οἰκείαν τε παμπόλλην ἔχοντες ὑγρότητα, τῶν μὲν ἐξ οἴνου γενομένων ἀγαθῶν οὐδενὸς προσδέονται, μόνης δὲ ἀπολαύουσιν αὐτοῦ τῆς βλάβης. οὐκοῦν νοῦν ἔχων οὐδεὶς ἐπιτρέψει τοιούτῳ χρῆσθαι πόματι τοὺς παῖδας, ὃ πρὸς τῷ μηδὲν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι βλάβην ἐξαίσιον ἐφευρεύουσαν ἔχει.

num accedit. Quare neque jam adultis vinum, niſi modice ſumptum, exiſtimandum eſt utile eſſe, quod videlicet ad iram praecipites et ad injuriam incontinentes facit, et partem animi rationalem hebetem turbidamque reddit. Caeterum his ipſis ad bilis excrementa vel mitiganda vel expellenda eſt ſane non inutile; non minime vero ad eam ſiccitatem, quae in ſolidis partibus aut ex immodicis laboribus aut ex proprio aetatis temperamento provenit, idoneum eſt vinum. Humectat namque ac nutrit, quicquid immodice ſiccatum eſt; tum bilis amarae acrimoniam mitigat ac frangit; praeterea per ſudores urinasque vacuat. Pueri vero, ceu qui talem ſuccum minime colligunt, quique naturalem humiditatem plurimam obtinent, ut commodorum, quae vini potio largitur, plane non egent, ita incommodā, quae affert, tantum ſentiunt. Nemo itaque rationis compos ea uti potione pueros ſinet, quam, praeterquam quod nullum affert commodum, immenſum etiam ſequitur incommodum.

Ed. Chart. VI. [57.] Ed. Baſ. IV. (228.)

οὐ μὴν οὐδὲ ψυχροῦ πόματος εἰς τὸ παντελὲς εἴργειν κελεύω τοὺς τοιούτους παῖδας, ὥσπερ ἔνιοι ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐπί τε σιτίοις τὰ πολλὰ καὶ κατὰ τὰς θερμοτάτας ὥρας, ὅτε ἥξουσιν αὐτοὶ πρὸς τὸ ψυχρὸν, ἐπιτρέπω χρῆσθαι, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, πηγαίῳ προσφάτῳ, μηδεμίαν ἐπίκτητον ἔχοντι μοχθηρὰν ποιότητα, μὴ παρόντος δὲ τοῦ τοιούτου, τοῖς ἄλλοις. φυλάττεσθαι δὲ τὰ λιμναῖα, καὶ θολερὰ, καὶ δυσώδη, καὶ ἁλυκά, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα τινὰ ποιότητα κατὰ τὴν γεῦσιν ἐνδείκνυται· χρὴ γὰρ αὐτοῖς ἀποιότατον φαίνεσθαι τὸ κάλλιστον ὕδωρ, οὐ πρὸς τὴν γεῦσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ὀσμήν. εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον ἡδιστόν τε ἅμα πίνοντι καὶ ἀκριβῶς καθαρόν. εἰ δὲ καὶ ταχέως ἀποχωρεῖ τῶν ὑποχονδρίων, μηδὲν ζητεῖν ἕτερόν τι βέλτιον, ὡς, ὅσα γε καθαρὰ μέν ἐστι, καὶ λαμπρὰ, καὶ οὐκ ἀηδῆ πινόμενα, παραμένει δὲ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, ἡμιμόχθηρὰ νομιστέον. ἀπέχεσθαι δὲ τούτων κελεύω τῶν πάμπαν ψυχρῶν, οὐ μὴν θερμοῖς γε χρῆσθαι κωλύω. ἀσφαλέστατον μὲν οὖν κεκρίσθαι τῇ πείρᾳ

A frigidae potione omnino prohibendos hujuſmodi pueros non cenſeo, quod tamen aliqui faciunt, verum a cibo plerumque, et per calores, quum ipſis cordi erit, uti permitto, potiſſimum vero (ſi copia ejus ſit) fontanae recentis, cui nulla qualitas vitioſa aliunde ſit contracta; ea ſi non eſt, reliquarum. Cavendae vero ſunt, quae ex ſtagnis hauriuntur, et quae turbidae, et quae maleolentes, et quae ſalſae, denique in quibus qualitas aliqua guſtu deprehenditur, quando, quae optima eſt, ea penitus non guſtui modo horum, verum etiam olfactui omnis qualitatis expers videbitur. Eadem quoque tum potui jucundiſſima erit, tum plane pura. Quod ſi praecordia quoque celeriter tranſit, nihil eſt, quod magis idoneam requiras, quando, ſi qua pura limpidaque eſt, nec ingrata potui, nihil ſecius tamen circa praecordia haeret, haec ſemivitioſa eſt: atque abſtinendum ab ea cenſeo utique, quum prorſus eſt frigida; caeterum a caleſacta non deterreo. Ac tutiſſimum quidem ſit expe-

Ed. Chart. VI. [57. 58.] Ed. Baſ. IV. (228.)

τὸ τοιοῦτον ὕδωρ. [58] εἰ δὲ καὶ γνωρισμάτων τις ἐθέλοι προγινώσκειν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ὅσων αἱ πηγαὶ πρὸς ἄρκτον ἐῤῥυήκασιν, ἐκ πετρῶν ἐκθλιβόμεναι, τὸν ἥλιον ἀπεστραμμένον ἔχουσαι, ἀτέραμνά τε καὶ βραδύπορα τὰ τοιαῦτα χρὴ νομίζειν ἅπαντα. εὐθὺς δ' αὐτοῖς ὑπάρχει καὶ τὸ θερμαίνεσθαί τε καὶ ψύχεσθαι βραδέως· ὡς ὅσων γε πρός τε τὰς ἀνατολὰς ἐῤῥώγασιν αἱ πηγαὶ, καὶ διὰ πόρου τινὸς ἢ γῆς διηθεῖται καθαρᾶς, θερμαίνεταί τε καὶ ψύχεται τάχιστα, ταῦτα ἐλπίζειν δεῖ εἶναι κάλλιστα πάσαις ταῖς ἡλικίαις. οὐ γὰρ δὴ, καθάπερ οἴνων τε καὶ σιτίων, καὶ γυμνασίων, ἐγρηγόρσεώς τε καὶ ὕπνων, καὶ ἀφροδισίων ἄλλως ἄλλον ἀπολαύειν προσήκει κατὰ τὰς διαφερούσας ἡλικίας, οὕτω καὶ ὕδατος, ἀλλ', ὅπερ ἄριστον εἴρηται νῦν, τούτῳ χρῆσθαι καὶ παιδα, καὶ νεανίσκον, καὶ πρεσβύτην, ὥσπερ γε ἀέρα τὸν ἄριστον εἰσπνεῖν ἐν ἅπασιν ὁμοίως χρηστόν. ἄριστον δὲ ἀέρα λέγω τὸν ἀκριβῶς καθαρόν· εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὁ μήτ' ἐκ λιμνῶν, μήτ' ἐξ ἑλῶν ἀναθυμιάσεως ἐπιθολούμενος, μήτ' ἐκ βαράθρου δηλητήριον αὖραν

rientia ipſa de hujuſmodi aqua judicium fieri. Quod ſi quis eſt, qui ex notis potius facultatem praenoſſe malit: cujus fons e petra ſcaturiens contra ſeptentriones fluit, ſolemque averſum habet, hanc aegre concoctum iri, tardique tranſitus eſſe putandum eſt; eadem nimirum calefiet frigefietque tarde. Contra, cujus ad orientem ſolem fons erumpit, quaeque per meatum aliquem mundum aut puram colatur terram, eademque calefit ac refrigeratur ociſſime, hanc omni aetati utiliſſimam eſſe exiſtimandum eſt. Non enim, ſicuti vino, eſcis, exercitatione, vigiliis, ſomno ac venere aliis alias uti pro ratione aetatis expedit, ita de aqua quoque ſtatuendum eſt, ſed, quam nunc optimam indicavimus, hac uti puero, juveni, ſeni conducet. Idem de aëre judicandum, quem optimum in pulmones trahere omnibus juxta ſalubre eſt. Optimum aërem cenſeo, qui prorſus ſit purus. Ejuſmodi vero fuerit, qui nec ſtagni nec paludis halitu ſit obſcuratus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem ſpiraverit

Ed. Chart. VI. [58.] Ed. Baſ. IV. (228.)

ἀποπνέοντος, ὁποία περί τε Σάρδεις ἐστὶ καὶ Ἱερὰν πόλιν, ἑτέρωθί τε πολλαχόθι τῆς γῆς. οὕτως δὲ καὶ ὅστις ἔκ τινος ὀχετοῦ τῶν καθαιρόντων ἢ μεγάλην τινὰ πόλιν ἢ πολυάνθρωπον στρατόπεδον ἐπιθολοῦται, μοχθηρὸς ἱκανῶς ἐστι· μοχθηρὸς δὲ καὶ ὃς ἂν ἔκ τινος σηπεδόνος ἢ ζώων, ἢ λαχάνων, ἢ ὀσπρίων, ἢ κόπρου μιαίνηται· καὶ μὴν καὶ ὅστις ὁμιχλώδης ἐστὶ διὰ ποταμὸν ἢ λίμνην γειτνιῶσαν, οὐκ ἀγαθὸς, ὥσπερ γε καὶ ὅστις ἂν ἐν κοίλῳ χωρίῳ πανταχόθεν ὑψηλοῖς ὄρεσι περιεχόμενος μηδεμίαν πνοὴν δέχηται, πνιγώδης γὰρ ὅδε καὶ σηπεδονώδης ἐστὶν ἀνάλογον τοῖς ἀποκεκλεισμένοις ἐν οἴκοις τισὶν, ἐν οἷς εὐρὼς ὑπὸ σηπεδόνος τε καὶ ἀπνοίας ἀθροίζεται. οἱ μὲν δὴ τοιοῦτοι ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις λυμαίνονται, ὥσπερ γε καὶ ὁ καθαρὸς ἀκριβῶς ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις ἀγαθός. ἡ δὲ κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα, καὶ προσέτι ξηρότητα καὶ ὑγρότητα διαφορὰ τῶν ἀέρων οὐχ ὁμοίως ἔχει πρὸς ἅπαντας, ἀλλὰ τοῖς μὲν εὐκράτοις σώμασιν ὁ εὔκρατος ἄριστος, ὅσα δ' ἂν ὑπό τινος ἐξεχούσης ποιότητος δυναστεύηται,

auram, qualis circa Sardes et Hierapolin, alibique terrarum ſaepenumero viſitur: nec qui ex cloacis, quae magnam aliquam urbem aut numeroſum exercitum purgent, vitium contraxit: nec qui ex animalium, olerum aut leguminum putredine, aut ſimo coinquinatur: nec qui ob ſtagnum vel flumen vicinum nebuloſus eſt: nec qui editis undique montibus in cavo loco clauſus nullum recipit perflatum; ſuffocans enim putrisque eſt, ſimilis ei, qui in domibus quibuſdam eſt incluſus, in quibus ob putredinem et perflatus defectum plurimus acervatur ſitus. Hujuſcemodi ergo aër omni plane aetati eſt noxius, ſicut e diverſo, qui purus omnino eſt, nulli non aetati eſt utilis. At vero quae ex calore, frigore, ſiccitate, humiditate diverſitas aëris contingit, non proinde ſe ad omnes homines habet. Sed corporibus, quae optimo temperamento ſunt, etiam optime temperatus aër eſt ſaluberrimus; in quibus vero aliqua exuperans qualitas domi-

Ed. Chart. VI. [58.] Ed. Baſ. IV. (228. 229.)

τούτοις ἄριστος ὁ ἐναντιώτατος τῇ κρατούσῃ, ψυχρὸς μὲν τῇ θερμῇ, θερμὸς δὲ τῇ ψυχρᾷ, καὶ δὴ καὶ τῇ μὲν ὑγροτέρᾳ ξηρὸς, τῇ δὲ αὐχμηροτέρᾳ τοῦ προσήκοντος εἰς τοσοῦτον ὑγρότερος, εἰς ὅσον κἀκείνη τοῦ συμμέτρου ξηροτέρα. ταυτὶ μὲν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ γινώσκειν (229) ἱκανά· ὥσπερ δ' ἄν τις ἐπανορθοίη τὰς ἐκ τῶν μοχθηρῶν ὑδάτων τε καὶ ἀέρων βλάβας, ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ ῥηθήσεται. νυνὶ γὰρ οἷον σκοπόν τινα καὶ κανόνα τὴν ἀρίστην κατασκευὴν τοῦ σώματος ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις διαιτήμασι διελθεῖν ἔγνωκα· τὰς δὲ τῶν ἡμαρτημένων κατά τι σωμάτων ἅμα καὶ διαιτημάτων ὑπαλλάξεις ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἁπάσας διαιρήσομεν.

Κεφ. ιβ'. Πάλιν οὖν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν ἄριστα κατεσκευασμένον παῖδα ἐπανελθὼν τὴν ἀπὸ τῆς πρώτης ἑβδομάδος ἡλικίαν αὐτοῦ μέχρι τῆς δευτέρας ἐκδιηγείσθω, κατά τε τὴν κρᾶσιν ὁποία τίς ἐστι καὶ ὧν τινων χρήζει διαιτημάτων. ἡ μὲν δὴ κρᾶσις, ὡς κἀν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασι δέδεικται, θερμὴ μέν ἐστιν ὁμοίως,

natur, iis utiliſſimus aër eſt, qui ei qualitati maxime eſt adverſus, frigidus calidae, calidus frigidae, humidiori ſiccus, ſicciori, quam par eſt, tanto humidior, quanto ſiccitas ipſa modum exceſſit. Atque haec quidem hoc loco intellexiſſe ſat eſt. Quemadmodum vero noxas, quae ex vitioſis aëre aquisque proveniunt, corrigas, alio volumine dicetur. Nunc enim optimum corporis ſtatum ſimul cum optima victus ratione ceu ſcopum ac regulam quandam tractare conſtitui. Quae enim vitioſa in aliquo corpore ſunt, horum varietates omnes una cum idonea ipſis victus ratione in ſequentibus libris perſequemur.

Cap. XII. Quare rurſus ad optimi ſtatus puerum reverſi, ejus aetatem a primo ſeptenario usque ad ſecundum explicemus, et cujus temperamenti ſit, et quodnam poſtulet victus genus. Ergo temperamentum ejus, ut in libris, quos de temperamentis ſcripſimus, evidenter oſtendimus, calidum eſt eodem gradu, quo prius, humidum

Ed. Chart. VI. [59.] Ed. Baſ. IV. (229.)

[59] ὑγρὰ δὲ οὐχ ὁμοίως. ἀεὶ γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως ἅπαν ζῶον ὁσημέραι γίνεται ξηρότερον, οὐ μὴν θερμότερόν γε ἢ ψυχρότερον ὡσαύτως ἐπὶ πάσαις ἡλικίαις, ἀλλ' ὅσα μὲν ἄριστα κατεσκεύασται σώματα, παραπλησία πως ἡ θερμότης ἐπὶ τούτων ἄχρι τῆς ἀκμῆς παραμένει· ὅσα δὲ ὑγρότερα καὶ ψυχρότερα τῶν ἀρίστων ἐστὶν, αὐξάνεται τούτων ἡ θερμότης. ἀλλ' ὅ γε νῦν λόγος οὐχ ὑπὲρ ἐκείνων ἐστίν. ὁ δὲ ἄριστα κατεσκευασμένος ἐκεῖνος ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκαέτιδος ἡλικίας ἐν τῇ προειρημένῃ διαίτῃ φυλαττέσθω, γυμναζόμενός τε μήτε πάνυ πολλὰ μήτε βίαια, μή πως αὐτοῦ τὴν αὔξησιν ἐπίσχωμεν, καὶ λουόμενος ἐν θερμοῖς μᾶλλον ἢ ψυχροῖς λουτροῖς, οὔπω γὰρ οὐδὲ τούτων ἁλύπως ἀνέχεσθαι δυνήσεται. πλαττέσθω δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῷδε τῆς ἡλικίας καὶ μάλιστα δι' ἐθισμῶν καὶ σεμνῶν μαθημάτων, ὅσα μάλιστα ψυχὴν ἐργάζεσθαι κοσμίαν ἱκανά· πρὸς γὰρ τὰ μέλλοντα κατὰ τὴν ἑξῆς ἡλικίαν αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα πραγθήσεσθαι μέγιστον ἐφόδιόν ἐστιν ἡ εὐκοσμία τε καὶ εὐπείθεια. μετὰ δὲ τὴν

vero non eodem. Quandoquidem omne animans ab ipſo ſtatim ortu ſiccius in dies efficitur, minime tamen per omnes aetates aut calidius aut frigidius evadit. Sed quorum optime ſe habent corpora, iis calor ſimilis quodammodo usque ad ſummum incrementum manet; quorum vero humida frigidaque ſupra optimae conditionis corpus ſunt, horum calor augetur. Sed non eſt nunc de his ſermo. Cui vero optime conſtitutum corpus obtigit, is ad quartum decimum usque annum jam traditam victus rationem obſervet, non autem immodice aut violenter ſe exerceat, ne corporis inhibeat incrementum. Lavetur autem calida potius, quam gelida, ut qui nondum hanc citra noxam poterit ſuſtinere. Hac aetate animum quoque formet, idque potiſſimum probis conſuetudinibus et gravibus diſciplinis, quae animo modeſtiam pariant. Quippe ad ea, quae ſequente aetate circa corpus ejus moliri oportebit, maximo compendio ſit animi modeſtia et ad parendum facilitas. A ſecundo vero ſeptennio

Ed. Chart. VI. [59.] Ed. Baf. IV. (229.)

δευτέραν ἑβδομάδα μέχρι τῆς τρίτης εἰ μὲν εἰς τὴν ἄκραν εὐεξίαν ἄγειν αὐτὸν ἐθέλοις, ἤτοι στρατιώτην τινὰ γενναῖον, ἢ παλαιστικὸν, ἢ ὁπωσοῦν ἰσχυρὸν ἀπεργάσασθαι βουλόμενος, ἧττον τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν, ὅσα γε εἰς ἐπιστήμην τινὰ καὶ σοφίαν ἄγει, προνοήσῃ. τὰ μὲν γὰρ εἰς ἦθος ἐν τῷδε μάλιστα τῆς ἡλικίας ἀκριβωθῆναι προσήκει. εἰ δὲ τὰ μὲν κατὰ τὸ σῶμα μέχρι τοῦ κρατυνθῆναι τὰ μόρια καὶ περιποιῆσαί τινα ἕξιν ὑγιεινὴν καὶ αἰξῆσαι προαιροῖο, τὸ δὲ λογικὸν τῆς ψυχῆς τοῦ μειρακίου κοσμῆσαι σπουδάζοις, οὐ τῆς αὐτῆς ἐπ' ἀμφοῖν διαίτης δεήσῃ. καίτοι καὶ τρίτον ἂν καὶ τέταρτον εἶδος βίου εὑρεθείη ποτὲ, τῶν μὲν ἐπί τινα βάναυσον ἀφιγμένων τέχνην, καὶ ταύτην ἤτοι γυμνάζουσαν, ἢ ἀγύμναστον φυλάττουσαν τὸ σῶμα, τῶν δὲ ἐπὶ γεωργίας, ἢ ἐμπορίας, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ὥστε καὶ χαλεπὸν εἶναι δοκεῖ ἀριθμῷ τινι περιλαβεῖν πάσας τῶν βίων τὰς ἰδέας. τῆς μὲν γὰρ ὑγιεινῆς τέχνης ἐπάγγελμά ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποθήκας διδόναι πρὸς

usque ad expletum tertium, ſi quidem ad robuſtiſſimum corporis habitum provehere hominem cupis, aut militem eum ſtrenuum, aut luctatorem, aut alias viribus inſignem deſtinans, utique de iis animi dotibus, quae ad ſcientiam ſapientiamque pertinent, minus laborabis. Quae enim ad mores ſpectant, hac maxime aetate perfici abſolvique convenit. Sin corporis membra roborare hactenus cupis, dum ſanum quendam habitum et incrementum iis compares, animi vero rationalem partem adoleſcentis ornare cupis, non eſt utrobique eadem victus ratio ex uſu. Quanquam etiam tertiam quartamque vitae formulam licet invenire, aliis ſordidarum cuilibet artium deditis, idque vel ei, quae corpus exerceat, vel alienum ab exercitio id teneat, aliis ad agriculturam, vel mercaturam, vel tale quippiam ſe conferentibus; quae genera tot numero ſunt, ut difficile certe videatur omnes vitae ſpecies certo numero complecti. Ac ars quidem, quae ſanitatem tuendam profitetur, omnibus profecto hominibus ſanitatis

Ed. Chart. VI. [59.] Ed. Baſ. IV. (229.)

ὑγίειαν, ἤτοι καθ' ἕκαστον ἰδίας, ἢ κοινῇ σύμπασιν ἁρμοττούσας, ἢ τὰς μέν τινας ἰδίας αὐτῶν, τὰς δὲ κοινάς. οὐ μὴν ἐγχωρεῖ περὶ πάντων ἅμα διελθεῖν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὡς ἄν τις ἐπὶ μήκιστον ἐκτείνων τὴν ζωὴν ὑγιαίνῃ τὰ πάντα· χρὴ δ', οἶμαι, τὸν τοιοῦτον βίον ἁπάσης ἀναγκαίας πράξεως ἀποκεχωρηκέναι, μόνῳ σχολάζοντα τῷ σώματι· δεύτερον δὲ μεθ' ὑποθέσεως ἢ τέχνης, ἢ πράξεως, ἢ ἐπιτηδεύματος, ἢ ὑπηρεσίας τινὸς, ἤτοι πολιτικῆς, ἢ ἰδιωτικῆς, ἢ ὅλως ἀναγκαίας ἀσχολίας. οὐ δὴ γὰρ ἄλλως ἂν εἴη σαφὴς ὁ λόγος, οὔτ' εὐμνημόνευτος, οὔτε μεθόδῳ περαινόμενος ἡμῖν γίνοιτο χωρὶς τῆς εἰρημένης ἄρτι τάξεως. ἐπὶ δὲ τὴν πρώτην ἀνέλθωμεν ὑπόθεσιν, ἐπιδείξωμέν τε, ὅπως ἄν τις ἀρίστης τυχὼν κατασκευῆς σώματος, ἀποχωρήσας ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν βίον εἰς τὸ κοινὸν συντελούντων, ἑαυτῷ μόνῳ ζήσειε, μήτε νοσήσας μηδέποτε, καθόσον οἷόν τε, μήτε ἀποθανὼν ἔμπροσθεν τοῦ μηκίστου χρό-

tuendae documenta pollicetur, aut ſingulorum propria, aut omnium communia, aut haec quidem propria, illa vero communia. Veruntamen fieri nequit, ut de omnibus ſimul differatur, ſed primo loco, quemadmodum quis, ad longiſſimum prolata vita, etiam bona valetudine perpetuo utatur. (Sane hanc vitam ab omni ex neceſſario negotio liberam eſſe oportet, ac ſoli corpori vacare.) Secundo loco, ut de iis, quae cum arte aliqua, aut opere, aut vitae inſtituto, aut miniſterio privato publicove, in ſumma, quae cum premente aliquo negotio conjunctae ſunt. Sic utique fieri poteſt, ut de omnibus differatur. Neque enim aliter aut dilucidus, aut memoratu facilis, aut certa methodo traditus ſermo noſter videatur, niſi hunc ordinem ſequatur. Sed ad id, quod primo loco propoſitum eſt, revertendum, docendumque, quemadmodum, qui optimum corporis habitum eſt nactus, ab omnibus, quae ad publicum in vita ſpectant, ſecedens, ac ſibi ſoli vivens, nec morbo uno, quoad fieri poteſt, unquam tentetur, nec ante longiſſimum vitae tempus morte oc-

Ed. Chart. VI. [59. 60.] Ed. Baſ. IV. (229.)

νου τῆς ζωῆς. ἄφθαρτον μὲν γὰρ ποιῆσαι τὸ γεννητὸν οὐχ οἷόν τε, κἂν ὅτι μάλιστα τῶν καθ' ἡμᾶς νῦν τις ἀνὴρ φιλόσοφος ἐπειρᾶτο δεικνύναι τοῦτο διὰ τοῦ θαυμασίου τούτου συγγράμματος, ἐν ᾧ διδάσκει τὴν ὁδὸν τῆς ἀθανασίας. ἐπὶ πλεῖστον δὲ χρόνον προσήκει ἐγχωρεῖν ποιῆσαι τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα τοῦ κάλλιστα πεφυκότος. [60] ἔνια γὰρ οὕτως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατεσκεύασται κακῶς, ὡς μηδ' εἰς ἑξηκοστὸν ἔτος ἀφικέσθαι δύνασθαι, κἂν αὐτὸν αὐτοῖς ἐπιστήσῃς τὸν Ἀσκληπιόν. ἀλλ' οὐ νῦν περὶ ἐκείνων ὁ λόγος. ἐπὶ δὲ τὸν κατεσκευασμένον ἄριστα πάλιν ἐπανελθόντες ἀναμνήσωμεν ὧν ἐν ἀρχαῖς ἀπεδείξαμεν, ὡς ἐσθίειν μὲν καὶ πίνειν ἀναγκαῖον ἡμῖν, ἐπειδὴ διαπαντὸς ἀπορρεῖ τι τοῦ σώματος ἡμῶν, ἐπεὶ δὲ ἐσθίομέν τε καὶ πίνομεν, ἀναγκαῖον αὖθίς ἐστιν τῆς τῶν περιττωμάτων προνοεῖσθαι κενάσεως. ἐπεὶ δὲ τούτων ἐστὶν εἴδη πολλά, τὰ μὲν τῆς ἐν τῇ γαστρὶ πεπτομένης τροφῆς, τὰ δὲ τῆς ἐν ἥπατι καὶ ἀρτηρίαις καὶ φλεψὶ, τὰ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον μορίου ἐστι

cupetur. Immortale namque fieri, quod genitum eſt, plane non poteſt, tametſi noſtri temporis philoſophus quidam in egregio ſcilicet opere illo, in quo immortalitatis vitam docet, id oſtendere ſit aggreſſus. Ut vero corpus in plurimum perduret tempus, id vero fieri poſſe profecto convenit, praeſertim ejus, qui optima ſit natura. Sunt enim qui ab ipſo ortu adeo improſpero corporis ſint ſtatu, ut, ne ſi Aeſculapium quidem ipſum iis praefeceris, vel ſexageſimum annum videant. Sed non eſt nunc de his locus. Quare ad illum hominem potius, qui optimo eſt habitu, reverſi repetamus ea, quae inter initia demonſtravimus, nempe quod comeſſe bibereque nobis neceſſe eſt, propterea quod e corpore noſtro aliquid ſemper defluit; quum vero edendum nobis bibendumque ſit, neceſſe rurſus eſt excrementorum excernendorum curam rationemque haberi. Horum vero quum variae ſint ſpecies, aliae eorum, quae in ventriculo perficiuntur, aliae eorum, quae in jecinore, arteriis et venis, aliae ejus quod per ſingula membra diſtribuitur

Ed. Chart. VI. [60.] Ed. Baf. IV. (229.)

περιττώματα, χρὴ δήπου καὶ τὴν κένωσιν αὐτῶν ἰδίαν εἶναι καθ' ἕκαστον, ὥσπερ γε καὶ ἡ φύσις αὐτὴ φαίνεται τοῦτ' ἐξ ἀρχῆς ἐργασαμένη. παρεσκεύασε γὰρ τοῖς ζώοις ὄργανα πολλά, τὰ μὲν ἐκκαθαίροντά τε καὶ διακρίνοντα ταυτὶ τὰ περιττώματα, τὰ δὲ παράγοντα, τὰ δὲ ἀθροίζοντα, τὰ δὲ ἐκκρίνοντα. καὶ λέλεκται μὲν ὑπὲρ ἁπάντων ἐπὶ πλέον ἔν τε τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι κἀν τοῖς περὶ χρείας μορίων· ἐν δὲ τῷ παρόντι ἔσται καὶ ταῦθ' ἡμῖν ὑπόθεσις τῶν λόγων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον περίττωμα διακρίνεταί τε καὶ προπέμπεται κατὰ βραχὺ διὰ πάντων τῶν ἐντέρων ἄχρι τῆς κατὰ τὸ καλούμενον ἀπευθυσμένον ἀξιολόγου κοιλότητος, ἧς κατὰ τὸ πέρας ἐπίκεινται μύες, εἴργοντές τε καὶ κατέχοντες ἔνδον αὐτό, καὶ κωλύοντες ἀκαίρως ἐκρεῖν· ἐπειδὰν δ' ἱκανῶς ἀθροισθὲν ἀνιαρὸν ᾖ τῷ ζώῳ, τηνικαῦτα παρίασιν ἔξω φέρεσθαι, συντελούντων πρὸς τὸ τάχος τῆς ἀφόδου τῶν κατ' ἐπιγάστριον μυῶν ἅμα τῷ διαφράγματι. τὸ δ' ἐν ἥπατι περίττωμα, τὸ

alimenti, ſane cujusque ſuam eſſe vacuationem oportet, ſicuti id ipſum ab initio inſtituiſſe natura videtur, quae inſtrumenta animalibus contulit, alia, quae excrementa ipſa expurgent ac ſeparent, alia, quae deducant, alia, quae in unum colligant, alia, quae excernant, de quibus omnibus tractatum nobis fuſius eſt in iis commentariis, quos de naturalibus facultatibus, et quos de partium animalis uſu inſcripſimus. Nunc hypotheſeos loco haec praeſumenda ſunt ad ea, quae paramus. Primum namque excrementum et a ſincero ſeparatur, et paulatim impellitur per omnia inteſtina usque ad ſatis capax ſpatium, quod in eo inteſtino viſitur, quod rectum appellant; ad cujus exitum muſculi quidam ſunt inſerti, qui ipſum coërceant, intusque detineant, ac intempeſtive effluere vetent. Quum vero abunde congeſtum jam grave animali fuerit, tum foras agi ſinunt, ad celeritatem emiſſionis etiam abdominis muſculis una cum diaphragmate adjuvantibus. Iecinoris excrementorum aliud eſt, quale quod

Ed. Chart. VI. [60.] Ed. Baſ. IV. (229.)

μὲν οἷόν περ τὸ καλούμενον ἄνθος ἐν τοῖς οἴνοις ἐστὶ, τὸ δ' οἷόν περ ἡ τρύξ. ἕλκεται δὲ τὸ μὲν ἕτερον ὑπὸ τῆς ὑποκειμένης τῷ σπλάγχνῳ κύστεως, τὸ δ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ σπληνός· ἀθροισθέντα δὲ ἐν τούτοις ἐκκρίνεται, τὸ μὲν εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν λεπτῶν ἐντέρων, τὸ δ' εἰς αὐτὴν τὴν γαστέρα, καὶ ἀπὸ τούτων ἤδη διὰ πάντων τῶν ἐντέρων ἅμα τῷ ξηροτέρῳ περιττώματι τῆς τροφῆς διεξέρχεται. τὸ δὲ ἐν φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις περίττωμα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ὀρρὸς ἐν τῷ πηγνυμένῳ γάλακτι. καθήραντες δὲ καὶ τοῦτο οἱ νεφροὶ τῇ κύστει παραπέμπουσιν· ἡ δ' ἀθροίζει τρόπον ὁμοιότατον τῷ πρόσθεν εἰρημένῳ περὶ τοῦ ξηροῦ περιττώματος· ἐπίκειται γάρ τις καὶ τῇδε κατὰ τὸν ἔκρυν ἐπικάρσιος μῦς, κλείων οὕτως ἀκριβῶς τὸ στόμιον, ὡς μηδὲν ἔξω παραῤῥεῖν. ἐπειδὰν δὴ καὶ τοῦθ' ἱκανῶς ἤδη γινόμενον ἀνιᾷ τὸ ζῷον, ἀφίσταται μὲν ὁ μῦς τῆς φρουρᾶς, ἀνιεῖς τε καὶ χαλῶν ἑαυτὸν, ἐκκρίνει δὲ τὸ περιττὸν ἅπαν ἡ κύστις, ἐπιβοηθούντων αὖ καὶ τῇδε πρὸς τὸ τάχος τῆς τῶν ξηρῶν περιττωμάτων ἐξόδου μυῶν τῶν κατὰ τὸ ἐπιγάστριον.

florem in vino appellant, aliud, quale quod faex dicitur. Attrahitur alterum a veſicula, quae jecinori ſubjicitur, alterum a liene. In his collecta excernuntur, alterum in priorem tenuis inteſtini partem, alterum in ventriculum: ab hisque jam per omnia inteſtina, unaque cum ſicciori alimenti excremento permeant. Quod autem in venis et arteriis excrementum acervatur, ejusmodi plane eſt, quale in lacte concreto ſerum. Hoc renes a ſanguine ſecernentes ad veſicam tranſmittunt. Ea porro id colligit, ſervatque ad eundem ferme modum, quem de ſicco excremento ſupra retulimus. Quippe adnaſcitur hic quoque ad exitum ipſum muſculus quidam tranſverſus, qui oſculum veſicae ita ad unguem comprimit, ut inde nihil effluat. Poſtquam vero hujus quoque collecta jam copia animal urget, illico ſe remittens laxansque ſtatione cedit. Veſica vero omne excrementum excernit, rurſus hic quoque, ut ad celeritatem exitus ſiccorum excrementorum, anxiliantibus muſculis iis, qui in abdomine ſunt ſiti.

Ed. Chart. VI. [60. 61.] Ed. Baſ. IV. (229. 230.)

τὸ δ' ὑπόλοιπον γένος τῶν περιττωμάτων γίνεται μὲν ἐν ἑκάστῳ μορίῳ τοῦ τρέφοντος αὐτὰ χυμοῦ, τὸ μὲν οἷον ἡμίπεπτόν τι λείψανον, ἀδυνατῆσαν ἐξομοιωθῆναι τῷ τρεφομένῳ, τὸ δ', ὅπερ ἦν ἔμπροσθεν ἀναδόσεως ὄχημα, πληρῶσαν τὴν χρείαν, ὑγρὸν καὶ λεπτὸν ὄν, οἷόν περ τὸ (230) προειρημένον ὀῤῥῶδες, ἐκ τῶν ἀγγείων εἰς τὴν κύστιν περιῤῥεῖ. τούτῳ τῷ περιττώματι πόρος μὲν οὐδεὶς ἐστιν ἀποτεταγμένος ὑπὸ τῆς φύσεως, ἐκκρίνεται δὲ διά τε τῶν μαλακῶν σωμάτων φερόμενον, εἰκόντων αὐτοῦ τῇ ῥύμῃ, [61] καὶ μάλισθ' ὅταν ὑπὸ πνεύματος ἀθροωτέρου ὁρμήσαντος ὠθῆται, καὶ μέντοι καὶ διὰ τῶν σμικρῶν ἁπάντων πόρων, ὧν ἐστι πλῆρες ὅλον τε τὸ σῶμα καὶ σύμπαν τὸ δέρμα. λέλεκται δ' ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεων. τὸ μὲν δὴ λεπτότατον περίττωμα ῥᾳδίως ἐκκρίνεται, πρός τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος εἰς ἰδέαν ἀτμοῦ λυόμενον, ὑπό τε βιαίας κινήσεως ἀθρόως ἐκρηγνύμενον· ὀνομάζεται δὲ τὸ μὲν οὕτως ἐκκριθὲν ἱδρώς· τὸ δὲ ἕτερον,

Reliquum excrementorum genus in ſingulis animalis naſcitur partibus ex ipſo unde aluntur ſucco: aliud quidem ceu ſemicoctae quaepiam reliquiae, quae aſſimilari nutriendae parti nequierunt: aliud, quod prius tranſmittendi alimenti fuit vehiculum, nunc functum officio, humidum tenueque ſupereſt: quale nimirum ſeroſum illud jam dictum, quod ex vaſis in veſicam defluit. Huic excremento nullus certus a natura praeſcriptus meatus eſt: expellitur tamen partim actum per ipſa molliora corpora, quae fluentis ejus violentiae cedunt, potiſſimum quum a ſpiritu majore impetu irruente impellitur, partim etiam per exiguos omnes corporeae molis meatus, quorum non modo reliquum corpus univerſum, ſed etiam tota cutis plena eſt. Dictum autem nobis de generatione horum eſt in libris, quos de temperamentis edidimus. Ergo tenuiſſimum hujus generis excrementum facile ſane ejicitur, partim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolutum, partim violento motu confertim erumpens. Appellant vero, quod ita excernitur, ſudorem. Alterum vero,

Ed. Chart. VI. [61.] Ed. Baſ. IV. (230.)

οὐδὲν ἔχον ὄνομα, ὅτι οὐδὲ γινώσκεται τοῖς πολλοῖς, ἅτε τὴν ὄψιν ἐκφεύγον ὑπὸ λεπτότητος, ἄδηλος αἰσθήσει διανοὴ κέκληται πρὸς αὐτῶν τῶν φωρασάντων αὐτὸ τῷ λογισμῷ. κατὰ τήνδε τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν ἐκκρίνεταί τι καὶ τοῦ παχυτέρου περιττώματος. ἰσχυροτέρας δὲ δεῖ τῷδε καὶ τῆς ἀγούσης θερμότητος, καὶ τῆς ὠθούσης ῥυμῆς, ἢ κίνδυνος αὐτῷ στῆναι κατά γε τὸ δέρμα, πρὶν ἐξαφικέσθαι πρὸς τὸ πέρας. ἐκ τούτου τοῦ περιττώματος ἥ τε τῶν τριχῶν ἐδείκνυτο γένεσις, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ περὶ τοῖς δέρμασιν ἀθροιζόμενος ἅπασι ῥύπος. εἴρηταί μοι σχεδὸν τὰ ἀναγκαῖα ἅπαντα τοῦ λόγου κεφάλαια τῆς τῶν περιττωμάτων γενέσεώς τε ἅμα καὶ κενώσεως, ἀποδεδειγμένα μὲν ἐν ἑτέραις πραγματείαις, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, μελλήσοντα δ' ὑπόθεσις ἀναγκαία γενήσεσθαι τοῖς νῦν ἐπεστηκόσι λόγοις. ἐπειδὴ γὰρ ἐκκενοῦσθαι χρὴ ταῦτα, μυχθηρὰ ταῖς ποιότησιν ὑπάρχοντα, κἂν Ἀσκληπιάδης μὴ βούληται, χρὴ πρῶτον μὲν ἐπίστασθαι τὰς αἰτίας αὐτῶν τῆς ἐπισχέσεως, ἐφεξῆς δὲ πειρᾶσθαι μήτε περιπίπτειν αὐταῖς, εἰ

cui nullum nomen eſt, quod videlicet nec vulgo eſt cognitum, ut quod conſpectum prae tenuitate effugiat, qui id ratione contemplati ſunt, iis perſpiratio ſenſum latens vocatur. In hac inſenſibili perſpiratione etiam craſſioris excrementi nonnihil excernitur. Huic autem et vehementiore deducente calore, et impetu impellente majore opus eſt, quum alioqui periculum ſit, ne ante itineris finem conſiſtat, ſaltem ad cutim. Ab hoc excremento tum pilis originem eſſe oſtenſum nobis eſt, tum vero iis, quae circa omnium cutim ſemper acervantur, ſordibus. Ac dicta ferme nobis univerſa ſunt tum generationis, tum etiam expulſionis excrementorum neceſſaria capita; quae in aliis noſtris operibus, quorum proxime meminerimus, fuere demonſtrata, hypotheſes opportunae ſunt iis, quae nunc molimur. Nam quoniam excerni haec oportet, utpote quae vitioſa qualitate ſint, tametſi Aſclepiades reclamet, convenit (arbitror) primum noviſſe, quibus maxime cauſis morentur, deinde rationem inire, qua

Ed. Chart. VI. [61.] Ed. Baſ. IV. (230.)

δὲ καὶ περιπέσοιμέν ποτε, διὰ ταχέων ἐπανορθοῦσθαι τὸ σφάλμα πειρᾶσθαι. τὸ μὲν δὴ μὴ περιπίπτειν ἐκ τοῦ γινώσκειν, πότερον αὐτάρκως ἀποκρίνεται, ἢ μή, περιγίνεται· τὸ δ' ἐπανορθοῦσθαι μεθόδου τινὸς ἑτέρας προσδεῖται.

Κεφ. ιγ'. Λεγέσθω δὴ πρῶτον μὲν, ὑφ' ὧν ἴσχεται τῶν εἰρημένων ἐκκρίσεων ἑκάστη· δεύτερον δὲ, ὅπως ἄν τις ἐπεσχημένην αὐτὴν προτρέψαι. ἡ μὲν δὴ τῶν περὶ τὴν γαστέρα περιττωμάτων ἐπίσχεσις ἤτοι διὰ τὰ λαμβανόμενα σιτία τε καὶ ποτὰ γίγνοιτ' ἄν, ἢ διὰ τὴν γαστέρα μετὰ τῶν ἐντέρων· διὰ μὲν τὰ σιτία καὶ ποτὰ, παρά τε τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα τῶν ληφθέντων, ἔτι τε πρὸς τούτοις τάξιν τε καὶ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως· παρὰ μὲν τὴν ποιότητα, στρυφνῶν, ἢ αὐστηρῶν, ἢ ξηρῶν ταῖς συστάσεσιν ὑπαρχόντων· παρὰ δὲ τὴν ποσότητα, τοῦ προσήκοντος πλειόνων ἢ ἐλαττόνων· παρὰ δὲ τὴν τάξιν, εἰ τὰ μὲν ξηρὰ καὶ στύφοντα πρότερον, τὰ δὲ ὑγρὰ καὶ λιπαρὰ καὶ γλυκέα δεύτερα προσενέγκαιτο· παρὰ δὲ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως, εἰ, δέον δὶς

nec in ipſas incidatur, ac, ſi quando inciditur, quamprimum error corrigatur. Atque ne incidatur quidem, hinc licet aſſequamur utique, ſi, excreta abunde ſint, necne, compertum habuerimus; ut vero erratum jam corrigatur, alia quadam methodo eſt opus.

Cap. XIII. Dicamus itaque primum, a quibus maxime remorentur dictorum excrementorum ſingula; mox, quo pacto, quod retentum eſt, extrudatur. Ergo iis quae in ventriculo continentur excrementis mora contingit, aut ipſius cibi potusque vitio, aut ipſius ventriculi una cum inteſtinis. Et cibi quidem potusque vitio, aut propter qualitatem eorum, aut quantitatem, ad haec ordinem utendique modum. Et propter qualitatem quidem, ſi acerba, auſtera, aut ſiccae naturae fuerint. Propter quantitatem, ſi juſto plura aut pauciora ſunt aſſumpta. Ordinis errore, ſi, quae ſicca adſtringentiave ſunt, primo, quae humida, pinguia et dulcia, ſecundo loco ſunt ſumpta. Modi uſus ratione, ſi, quum bis fuit edendum,

Ed. Chart. VI. [61, 62.] Ed. Baſ. IV. (230.)

σιτεῖσθαι, πᾶσαν εἰς ἅπαξ προσενέγκαιτο τὴν τροφήν. ἡ δὲ περὶ τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα τῆς ἐπισχέσεως τῶν περιττωμάτων αἰτία διά τε τὴν φύσιν αὐτῶν καὶ διὰ τὴν ἐπίκτητον γίνεται διάθεσιν. αἱ μὲν δὴ περὶ τὴν φύσιν αὐτῶν αἰτίαι μοχθηρῶν εἰσι τοῦ σώματος κατασκευῶν, ὡς ἐν τῷ περὶ ἐκείνων εἰρήσεται λόγῳ· περὶ δὲ τῶν ἐπικτήτων ἐν τῷδε ῥητέον. ὀκτὼ διαφοραὶ τῶν τῆς γαστρὸς προσφάτων εἰσὶ διαθέσεων, ἅπασαι δυσκρασίαι κατὰ γένος ὑπάρχουσαι, τέσσαρες μὲν ἁπλαῖ, θερμότης, ψυχρότης, ξηρότης καὶ ὑγρότης, [62] τέσσαρες δὲ ἄλλαι σύνθετοι, θερμότης τε ἅμα καὶ ξηρότης, καὶ θερμότης ἅμα ὑγρότητι, καὶ ψυχρότης ἅμα καὶ ξηρότης, καὶ ψυχρότης ἅμα ὑγρότητι. χρὴ δὲ εἰς τοσοῦτον ἥκειν μεγέθους ἑκάστην τῶν δυσκρασιῶν, ὡς ἀσθενῆ φανερῶς ἐργάσασθαι τὴν προωστικὴν δύναμιν, ἤτοι τῆς γαστρὸς μόνης, ἢ τῶν λεπτῶν ἐντέρων, ἢ τῶν παχέων, ἢ καὶ συμπάντων ἅμα τῶν εἰρημένων, ἤ τινων ἐν αὐτοῖς. συνίστανται δ' αἱ τοιαῦται δυσκρασίαι ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν εἴσω τοῦ σώματος λαμβανομένων, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων· ἀπὸ μὲν τῶν εἴσω τοῦ

totum ſemel ſumpſerit alimentum. Quae vero ventriculi inteſtinorumve vitium ſequitur excrementi mora, vel ob naturalem eorum affectum accidit, vel certe acquiſititium. Ac quae quidem naturae eorum vitio cauſae proveniunt, ex pravis corporis habitibus ſunt, ſicuti, ubi de his agemus, dicetur. De acquiſititiis hoc loco agemus. Laedentium ventris affectuum octo ſunt differentiae, ſingulae ipſo genere intemperies; et quatuor quidem ſimplices, calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas; quatuor compoſitae, calor una cum ſiccitate, idem cum humiditate, frigus adjunctum ſiccitati, idem cum humiditate. Sane eo creviſſe magnitudinis harum quamlibet oportet, ut jam imbecillam reddiderit expultricem vim, aut ventriculi tantum, aut gracilium inteſtinorum, aut craſſiorum, aut etiam omnium ſimul, aut ex his quorundam. Creantur porro ejusmodi intemperies modo ab iis, quae intro in corpus ſumuntur, modo ab iis, quae foris incidunt. Et ab iis,

Ed. Chart. VI. [62.] Ed. Baf. IV. (230.)

σώματος, ὁπόταν ἐν ταῖς τροφαῖς ἢ τοῖς πόμασι φαρμακωδεστέρα τις ἡ δύναμις, ἢ θερμαινόντων, ἢ ψυχόντων, ἢ ξηραινόντων, ἢ ὑγραινόντων, ἢ θερμαινόντων τε ἅμα καὶ ξηραινόντων, ἢ καὶ κατ' ἄλλην τινὰ συζυγίαν ἐνεργούντων· ἀπὸ δὲ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἤτοι τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ἀμέτρως θερμαίνοντος, ἢ ψύχοντος, ἢ ξηραίνοντος, ἢ ὑγραίνοντος, ἢ κατὰ συζυγίαν τινὰ τούτων ἐνεργοῦντος, ἢ ἀπό τινος ὕδατος, ἐν ᾧ τις ἔτυχε λουσάμενος, ἢ ἀλείμματός τινος, ἢ ἁπλῶς ὅτου δή τινος ἑτέρου προσπεσόντος ἔξωθεν τῇ γαστρὶ, θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν ἀμέτρως δυναμένου. διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας ἐπέχεται γαστήρ. τὸ δὲ πικρόχολον περίττωμα διά τε τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς ἑλκούσης ἢ ἐκκρινούσης αὐτὸ δυνάμεως, καὶ διὰ στενοχωρίαν τῶν παραγόντων τε καὶ ἐκκρινόντων ὀργάνων. ἀλλ' ἡ μὲν ἀῤῥωστία τῆς τε κύστεως ὅλης τῆς ἐπὶ τῷ ἥπατι, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς εἰς τὸ σπλάγχνον ἀγόντων στομάτων, καὶ τῶν εἰς τὸ ἕντερον ἐξερευγομένων πόρων ἐπὶ

quae in corpus ſumuntur, quum in cibo vel potu vis quaepiam medicinalis eſt immixta ex earum genere, quae vel calefaciunt, vel refrigerant, vel ſiccant, vel humectant, vel una calefaciunt et ſiccant, aliaye quapiam connexione harum qualitatum afficiunt. Ab iis, quae foris incidunt, vel ambientis nos aëris vitio (quum is immodice calefacit, aut refrigerat, aut ſiccat, aut humectat, aut conjugatione quavis harum qualitatum afficit), vel aquae, qua laverimus, vel unctionis, qua uncti ſimus, vel denique alterius cujusquam, quod, quum foris ventriculo adhaeſerit, aut calefaciendi immodice hunc, aut refrigerandi, aut ſiccandi, aut humectandi facultatem habuit. His igitur de cauſis ſupprimitur excrementum ventris. At flavae bilis excrementum moratur aut propter attrahentis expellentiſve facultatis infirmitatem, aut propter vaſorum, quibus deducitur atque excernitur, anguſtiam. Porro infirmitas tum veſiculae totius, quae jecinori ſubjicitur, tum eorum meatuum, qui ab ea in jecur ſubeunt, tum eorum, quibus in inteſtinum bilis evo-

Ed. Chart. VI. [62.] Ed. Baſ. IV. (250.)

προσφάτῳ δυσκρασίᾳ γίγνοιτ' ἄν, ἐφ' ἥσπερ καὶ ἡ προωστικὴ δύναμις ἐλέγετο βλάπτεσθαι τῶν ἐντέρων τε καὶ τῆς γαστρός· ἡ δὲ στενοχωρία ἢ διὰ φλεγμονὴν, ἢ σκίῤῥον, ἢ ἔμφραξιν, ἢ τὴν ἐκ τῶν περιεχόντων αὐτὰ θλίψιν, ἢ μύσιν τῶν στομάτων. αὐταὶ δ' αἱ θλίψεις ἐκ τῶν περιεχόντων ἢ διὰ πλῆθος ἄμετρον τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων, ἢ διὰ φλεγμονὴν, ἢ σκίῤῥον, ὥσπερ γε καὶ ἡ μύσις διά τι τούτων ἢ ξηρότητα, τῆς ξηρότητος δ' αὐτῆς αἰτίαι τά τε στύφοντα σφοδρῶς ἐστι καὶ τὰ θερμαίνοντα μετὰ τοῦ ξηραίνειν. τὰ μὲν γὰρ ἐκθλίβοντά τε τὴν ὑγρότητα καὶ αὐτὰ τὰ κεχηνότα συνάγοντά τε καὶ σφίγγοντα καὶ πιλοῦντα, τὰ δὲ διαφοροῦντα τὰς ὑγρότητας τὴν ξηρότητα ἐργάζεται. φλεγμονὴ γὰρ καὶ σκίῤῥος ἤδη γε νοσήματα φανερῶς ἐστιν· ὥστ' ἐκπέπτωκεν τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, ἄλλως τε καὶ περὶ αὐτῶν εὐκαιρότερον εἰρήσεται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὸ μελαγχολικὸν ἐκκαθαρθήσεταί ποτε περίττωμα, τοῦ μὲν σπληνὸς ἀνάλογον ἔχοντος τῇ χο-

mitur, ex laedenti intemperie provenire poteſt, tali utique, quali inteſtinorum ventrisque expultricem facultatem laedi diximus. Anguſtia vero vaſorum aut phlegmones vitio ſit, aut propter ſcirrhos, aut obſtructionem, aut circumjacentium partium compreſſionem, aut oſculorum conniventiam. Jam ipſa a proximis partibus compreſſio aut propter immodicam copiam eorum, quae in ſe continent, aut propter phlegmonen, aut ſcirrhum accidit, aeque ac oſculorum conniventia aut propter horum quippiam, aut etiam ſiccitatem. Porro ſiccitatem accidere faciunt, et quae valenter aſtringunt, et quae pariter calefaciunt et ſiccant. Illa namque humorem exprimendo, et quae patebant, contrahendo conſtringendoque ac denſando, haec eliciendo per halitum humorem ſiccitatem inducunt. Phlegmone namque et ſcirrhus, quoniam morbi plane ſunt, ad praeſentem diſputationem non pertinent, et alioqui de ipſis commodius agetur inſequentibus. Pari ratione atrae bilis excrementum aliquando ſupprimetur, ſi lien eo ſe modo habeat, quo

Ed. Chart. VI. [62. 63.] Ed. Baſ. IV. (230. 231.)

λη δόχῳ κύστει, τῆς δ' εἰς αὐτὸν τεταμένης φλεβὸς ἀπὸ πυλῶν τοῦ ἥπατος τοῖς ἔλκουσιν ἀγγείοις τὸ χολῶδες περίττωμα, τῆς δ' ἐκ τοῦ σπληνὸς εἰς τὴν γαστέρα φερομένης φλεβὸς τῷ τὴν χολὴν ἐξερευγομένῳ πόρῳ. τὸ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν τρεφομένων τοῦ ζώου μορίων περίττωμα διά τε πλῆθος καὶ πάχος αὐτοῦ, καὶ προσέτι καὶ γλισχρότητα, ἢ δι' ἀῤῥωστίαν τῆς λυούσης αὐτὸ θερμότητος, καὶ διὰ στενοχωρίαν τῆς διεξόδου κωλυθήσεται. πλῆθος μὲν δὴ, καὶ πάχος, καὶ γλισχρότης ἤτοι γ' ἐκ τῆς τῶν πομάτων τε καὶ ἐδεσμάτων γίνεται φύσεως, ἢ ἐκ προσφάτου τινὸς ἀῤῥωστίας τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐν τῷ τρεφομένῳ δυνάμεως· ἡ δ' ἀσθένεια τῆς οὐ λυούσης αὐτὸ θερμότητος ἀγυμνασίας ἔκγονος ὑπάρχει· καὶ ἡ στενοχωρία δὲ τῆς διεξόδου διὰ σκίῤῥον, [63] καὶ φλεγμονὴν, ἔμφραξίν τε καὶ θλῖψιν, καὶ μύσιν γίνεται· τούτων δὲ ἑκάστου τὴν γένεσιν ὀλίγῳ πρόσθεν εἰρήκαμεν. ἔνια μέντοι μόρια πρὸς τοῖς ἀδήλοις τούτοις πόροις ἐτέ-

(231)ρους τινὰς ἔχει σαφεῖς καὶ αἰσθητοὺς, ὥσπερ ἐγκέ-

bilis veſica, vena vero, quae ad illum a porta jecinoris pertinet, eodem modo, quo vaſcula illa, quae bilioſum excrementum attrahunt, quae vero ex liene in ventriculum fertur, eodem modo, quo meatus ille, qui bilem egerit. At excrementum, quod per ſingulas animalis, quae nutriuntur, partes congeritur, et copia ſua, et craſſitudine, et praeterea lentore retardatur, ad haec ob imbecillitatem caloris, qui id incidat ſolvatque, praeterea tranſitus anguſtiam. Ac copia quidem, craſſitudo et lentor vel ex cibi potionisque natura provenit, vel laedente quapiam alteratricis facultatis in ea parte, quae nutritur, infirmitate. Imbecillitas vero caloris, qui non id excrementum reſolvat ac tenuet, ab exercitationis defectu provenit. Anguſtia tranſitus aut ob ſcirrhum, aut phlegmonen, aut obſtruſionem, aut compreſſionem alicujus, aut conniventiam evenit. Quorum cujusque originis rationem paulo ante retulimus. Sunt tamen partes, quae praeter latentes hos meatus alios quoſdam apertos et conſpicuos

Ed. Chart. VI. [63.] Ed. Baf. IV. (251.)

φαλός τε καὶ ὀφθαλμός. καὶ τοῦτο γίνεται πρὸς τῆς φύσεως ἢ διὰ τὸ κύριον τοῦ μέρους, ἢ διὰ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐνεργείας, ἢ διὰ πυκνότητα τῶν περιεχόντων σωμάτων. ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος οἰκός τίς ἐστιν τῆς λογικῆς ψυχῆς, καὶ στεγανῷ περιλαμβανόμενος ὀστῷ διὰ μεγίστων τε καὶ πλείστων ὀχετῶν ἐκκαθαίρεται, πρῶτον μὲν τῶν κατὰ τὰς ῥῖνάς τε καὶ τὴν ὑπερῴαν, δεύτερον δὲ τῶν καθ' ἑκάτερον οὖς, καὶ τρίτον τῶν κατὰ τὰς τοῦ κρανίου ῥαφάς· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ εἰς τοὺς ὀφθαλμούς τι συῤῥεῖν ἐξ αὐτοῦ. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς οὐχ ὡς κύριος ἔτι οὗτός γε, ἀλλ' ὡς ἀκριβῶς καθαρὸς εἶναι δεόμενος εἰς τὴν τῆς ἐνεργείας ἀκρίβειαν, αἰσθητοῖς τε ἐκκενοῦται πόροις ἅπαν ὅσον ἐν αὐτῷ περίττωμα γεννᾶται, κατά τε τὴν ῥῖνα καὶ κατὰ τὰ βλέφαρα.

Κεφ. ιδ'. Τὰ μὲν οὖν τῶν περιττωμάτων αἴτιά τε καὶ ὄργανα λέλεκται. ὅπως δ' ἄν τις ταῦτα κατεσχημένα κενώσαι, ἐφεξῆς λεκτέον, ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα. κοινὸν μὲν οὖν ἐπὶ πάντων παράγγελμα, τὴν

obtinent, ſicuti cerebrum et oculus. Id autem inſtitutum a natura eſt aut propter praeſtantiam partis, aut propter actionem exquiſitius obeundam, aut propter continentium corporum denſitatem. Eſt namque cerebrum rationalis animae ceu domicilium; quod cum oſſe ſolido undique ſit ſeptum, plurimis maximisque canalibus expurgatur, primum per nares et palatum, ſecundo per utramque aurem, tertio per calvae ſuturas. Nec abſimile eſt etiam aliquid ab eo confluere ad oculos. Oculus vero ipſe non tanquam primatum aliquem inter partes obtinens, ſed velut qui purus eſſe omnino poſtulet, quo videlicet probe munus ſuum obeat, per evidentes meatus ejicit, quicquid in eo excrementi gignitur, nempe per nares palpebrasque.

Cap. XIV. Ergo excrementorum tum cauſas, tum inſtrumenta jam diximus. Quae quemadmodum quis retenta vacuet, deinceps docendum, initio rurſus a ventre ſumpto. Ergo illud commune omnium excrementorum

Ed. Chart. VI. [63.] Ed. Baſ. IV. (231.)

ἐναντίαν αἰτίαν τῇ τὴν βλάβην ἐργασαμένῃ προσάγειν· ἴδιον δὲ καθ' ἑκάστην, εἰ μὲν ὀλιγώτερα καὶ ξηρότερα προσαράμενος ἐπισχεθῇ τὴν γαστέρα, πλείω τε ἅμα προσφέρειν καὶ ὑγρότερα, εἰ δὲ ξηρότερα, πλείω μὲν μὴ προσφέρειν, ὑγρότερα δὲ, εἰ δ' αὐστηρὰ καὶ στρυφνὰ, γλυκέσι τε καὶ λιπαροῖς εὐοχεῖν, εἰ δὲ τῇ τάξει πλημμελῶς, εἰς τὸ δέον ἐπανάγειν, εἰ δὲ ἅπαξ ἀντὶ τοῦ δὶς, οὐ μόνον δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις προσφέρειν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς προσφάτους δυσκρασίας ἐξιᾶσθαι τοῖς ἐναντίοις, ὑγραίνοντα μὲν, εἰ ξηρανθείη, θερμαίνοντα δὲ, εἰ ψυχθείη, καὶπὶ τῶν ἄλλων ποιοτήτων ἀναλόγως. αἱ δ' ὕλαι τούτων ἐν ταῖς περὶ τῶν φαρμάκων ἡμῖν γεγραμμέναις πραγματείαις εἴρηνται. ἐπισχεθείσης δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς, ἐπὶ μὲν ἐμφράξει τῇ λεπτυνούσῃ διαίτῃ χρηστέον· εἴρηται δ' ἡ ὕλη τῆς τοιαύτης διαίτης ἑτέρωθι δι' ἑνὸς γράμματος· ἐπὶ δὲ θλίψεσι, ταῖς μὲν διὰ τὴν τῶν ὁμιλούντων τοῖς χολοδόχοις πόροις σωμάτων ἄμετρον πλήρωσιν, εἰ μὲν διὰ πάχος χυμῶν, τῇ

documentum ſit, ut retentionis cauſae contrariam cauſam ſemper admoveas: ſpeciale vero per ſingulas hoc, ſi comeſtorum paucitate et ſiccitate reſtricta alvus ſit, ut tum plura, tum humidiora exhibeas, ſi ſiccitate, plura quidem non offeras, ſed humidiora, ſi auſteritate et acerbitate, dulcibus et pinguibus cibes; quod ſi in ordine ſumptorum erratum ſit, ut eum errorem corrigas; ſi, quum bis edendum erat, ſemel comedit, ut non bis modo, ſed etiam ſaepius paſcas. Eodem plane modo et recens contractas intemperies contrariis remediis ſarcias: nempe, quod ſiccatum eſt, humectans, quod refrigeratum eſt, calefaciens, ac reliquos affectus ſimili ratione corrigens. Quibus vero haec ſiant, in iis, quae de medicamentis ſcripſimus, proditae materiae ſunt. At flava bile retenta, ſiquidem obſtructionis culpa id accidat, eo qui extenuet victu utendum eſt; cujus materia ſingulari volumine a nobis eſt tradita. Sin ex compreſſu id eveniat corporum, quae et ejus bilis meatibus vicina ſunt, et immodice ſunt referta: ſiquidem ex craſſitudine ſucci

Ed. Chart. VI. [63. 64.] Ed. Baſ. IV. (231.)

λεπτυνούσῃ διαίτῃ χρηστέον, εἰ δὲ διὰ πλῆθος, τῇ κενώσει· εἰ δὲ διὰ φλεγμονὴν ἢ σκίῤῥον, ἐκπέπτωκεν ἤδη τὰ τοιαῦτα τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας· εἰ δὲ διὰ δυσκρασίαν ὑπόγυιον, ἀντεισάγοντα τὴν ἡττημένην ποιότητα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἰᾶσθαι χρὴ τὴν μύσιν τῶν στομίων, ἐπὶ μὲν τοῖς αὐστηροῖς γινομένην, τὰ λιπαρὰ καὶ γλυκέα κελεύοντα λαμβάνειν, ἐπὶ δὲ τοῖς θερμαίνουσι καὶ ξηραίνουσιν, ὅσα ψύχει καὶ ὑγραίνει. λεχθήσεται δ᾽ ἡ τῶν τοιούτων ὕλη ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν. ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος ἐστὶ τῆς καθάρσεως ἐπισχεθέντι τῷ τρίτῳ γένει τῶν περιττωμάτων, ὃ καθ᾽ ἕκαστον τοῦ ζώου μόριον ἔφαμεν συνίστασθαι. εἰ μὲν γὰρ μύσει ἔτι τὰ στόματα τῶν πόρων, ἐπανορθοῦσθαι χρὴ διὰ τῶν ἐναντίων τοῖς βλάψασι, τὰς μὲν ἐπὶ τοῖς ψύχουσιν αἰτίοις στεγνώσεις ἐκθερμαίνοντα, καθάπερ ὅσαι πυκνωθέντων ἡμῶν ὑπὸ κρύους γίνεται, τὰς [64] δὲ ἐπὶ θερμότητι καὶ ξηρότητι ἐμψύχοντά τε καὶ ἀνυγραίνοντα, καθάπερ ὅσαι δι᾽

id incidit, extenuante victu eſt utendum: ſin ex multitudine, praeſidiis, quae vacuent. Quod ſi ob phlegmonen ſcirrhumve id contigit, jam res ſanitatis tuendae profeſſionem exceſſit. Sin propter recens contractam intemperiem, quaecunque victa qualitas eſt, hanc reſtituere tentandum. Ad eandem formulam conniventiam oſculorum aperire conveniet, ſi ab auſteris facta eſt, pinguibus et dulcibus aſſumi juſſis, ſin iis, quae caleſaciunt et ſiccant, ſucceſſit, adhibitis, quae refrigerent et humectent. Dicetur et talium materia in ſequentibus libris. Idem expurgandi modus etiam tertio excrementorum genere retento, et quod per ſingulas animalis partes colligi diximus, conveniat. Nam ſi contracta ſint et tanquam conniveant meatuum ora, per adverſa iis, quae ſic affecerunt, ſuccurrendum eſt: nempe quae ex frigidis cauſis ortae coarctationes conſtipationesque carneae molis ſunt, veluti quae ex ambientis frigore corporibus noſtris inciderunt, eas caleſaciendo; rurſus eas, quae calori ſiccitatique ſupervenerunt, veluti quae fervoribus ſolis eve-

Ed. Chart. VI. [64.] Ed. Baſ. IV. (231.)

ἐκκαύσεις· οὕτω δὲ καὶ ὅσαι διὰ τῶν στυφόντων προσέπεσον, ὥσπερ ὅσα τῶν ὑδάτων ἐστὶ στυπτηριώδη, λιπαραῖς τε καὶ μαλακαῖς τρίψεσιν ἅμα τοῖς τῶν γλυκέων ὑδάτων λουτροῖς. εἰ δὲ ἐμφραχθεῖεν οἱ πόροι διὰ πάχος, ἢ πλῆθος, ἢ γλισχρότητα περιττωμάτων, ἡ λεπτύνουσα δίαιτα τούτοις ἁρμόσει, καὶ ὅσα τέμνει καὶ θερμαίνει φάρμακα, τὰ μὲν εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα, τὰ δὲ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων γυμνάσια. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λύειν τε δύναται τὰ περιττώματα καὶ διὰ τῶν πόρων ἐκκενοῦν, καὶ τοσούτῳ πλεονεκτεῖ τῶν λεπτυνόντων ἐδεσμάτων τε καὶ φαρμάκων, ὅσῳ βέλτιόν ἐστι μηδὲν βλαπτόμενον εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἕξιν ἐκκενοῦσθαι τὰ περιττὰ τοῦ σώματος τοῦ σὺν τῷ τάς τε σάρκας συντήκεσθαι καὶ ἰσχνοῦσθαι τὰ στερεά. αὗται μὲν γὰρ αἱ βλάβαι τοῖς θερμοῖς τε καὶ λεπτύνουσιν ἐφεδρεύουσι φαρμάκοις· ἐπὶ δὲ τοῖς γυμνασίοις οὐ μόνον οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ῥώμη τοῖς ὀργάνοις ἐγγίνεται, τῆς θερμότητος ἀναζωπυρουμένης αὐτοῖς, κἀκ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν σωμάτων παρατρίψεως σκληρότητός τέ τινος

nerunt, refrigerando et humectando; pari modo et quae aſtringentium vitio provenere, cujus generis ſunt aluminoſae aquae, has pingui ac molli frictione una cum dulcis aquae balneo reparando. Quod ſi vel craſſitudinis, vel abundantiae, vel lentoris excrementorum vitio obſtructi meatus ſunt, attenuans victus ratio his apta erit; praeterea medicamenta, quae calefaciunt ac diſſecant, quaedam intro aſſumpta, quaedam foris admota; anteque haec omnia exercitatio. Nam ea quoque tum ſolvere excrementa poteſt, tum per ſudoris meatus ejicere, tantoque tam cibis, quam medicamentis tenuantibus praeſtat, quanto ſatius eſt nullo corporis noſtri habitu et incommodo exigi, quae redundant, quam pariter et carne liquanda, et ſolidis extenuandis. Haec namque incommoda calidis attenuantibusque medicamentis ſuccedunt; exercitationibus vero adeo nihil tale ſuccedit, ut etiam firmitas quaedam membris accedat, quum et naturalis ipſe calor accenditur, et ex partium inter ſe attritu

Ed. Chart. VI. [64.] Ed. Baf. IV. (231.)

καὶ δυσπαθείας ἐγγιγνομένης. ὡς δ' ἄν τις ἐν καιρῷ γυμνάζοιτο, καὶ μέτρῳ τῷ προσήκοντι χρῆτο καὶ τάξει καὶ ποιότητι τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν τῇ δεούσῃ, νυνὶ μὲν οὐ πρόκειται λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ περὶ τροφῆς καὶ καιροῦ καὶ μέτρου καὶ τάξεως καὶ ποιότητος, οὐδὲ περὶ τῶν λεπτυνόντων ἐδεσμάτων καὶ πομάτων, οὐδὲ περὶ τῶν ἀλλοιούντων κατὰ ποιότητα φαρμάκων· οὐδενὸς γὰρ αὐτῶν οὐδέπω τὴν κατὰ μέρος εἴπομεν χρῆσιν, ἀλλ' ἠρκέσθημεν ἐπὶ κεφαλαίων μόνον διελθεῖν· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν ὑπὲρ ἁπάντων ἐπὶ πλέον εἰρήσεται.

Κεφ. ιε'. Νυνὶ μὲν γὰρ εἰς σύνοψιν ἀγαγεῖν ἠβουλήθην ἅπασαν τὴν πραγματείαν, ὡς μηδεμίαν ὕλην λαθεῖν, ἧς ἔμπειρον εἶναι χρὴ τὸν ὑγιεινόν. οὐδὲν γὰρ χεῖρον ὑγιεινὸν ὀνομάσαι τὸν ἐπιστήμονα καὶ ὑγιεινῆς ἁπάσης τέχνης, ὥσπερ τὸν μόνης τῆς περὶ τὰ γυμνάσια γυμναστήν· ἀτὰρ οὖν καὶ ὠνόμασεν Ἐρασίστρατος οὕτως αὐτόν. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν ἑκάστης τῶν εἰρημένων ὑλῶν ἐπισκεψό-

durities quaedam et firmitas comparatur. Quemadmodum vero ſe aliquis debito tempore menſuraque exercitet, ac ſingularum actionum ordine decenti qualitateque utatur, nunc equidem exequi non ſtatui; ſicut nec de alimenti ipſius tempore, modo, ordine, qualitate; ſed nec de attenuantibus cibis ac potibus, nec de iis medicamentis, quae qualitate immutant; nullius enim horum hactenus particularem uſum diximus, contenti ſummatim et per capita tantum attigiſſe. Verum in ſequentibus libris de omnibus fuſius agetur.

Cap. XV. Nunc enim in compendium redigere totum opus placuit, quatenus nulla materia lateret, cujus eſſe peritum deceat, qui omnem ſanitatis tuendae artem profitetur; neque enim refert, ſi diaeteticum voces eum, qui ſervandae ſanitatis artem tenet, quemadmodum neque, ſi gymnaſten, qui tantum, quae ad exercitationes pertinent, callet; quin Eraſiſtratus quoque ita eum appellavit. In ſequentibus vero voluminibus dictarum jam materiarum cujusque tum tempus, quo exhibebitur, tum

Ed. Chart. VI. [64. 65.] Ed. Baſ. IV. (231.)

μεθὰ τόν τε καιρὸν καὶ τὴν ποιότητα καὶ τὴν ποσότητα καὶ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως, ὡς μηκέθ' ὕλην μόνον, ἀλλ' ὑγιεινὸν αἴτιον γίνεσθαι. ἐν τρισὶ γὰρ τούτοις γένεσι πρώτοις ἐστὶν ἡ ὑγιεινὴ πραγματεία, καθάπερ καὶ ἡ θεραπευτικὴ, σώμασί τε καὶ αἰτίοις καὶ σημείοις· σώμασι μὲν αὐτοῖς τοῖς ὑγιαίνουσι, ἃ χρὴ φυλάττεσθαι τοιαῦτα, σημείοις δὲ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς, ἐξ ὧν διαγινώσκεται, αἰτίοις δὲ, ὑφ' ὧν ἡ φυλακὴ τῆς ὑγιείας γίγνεται. τέτταρας δὲ τῆς τούτων ὕλης τὰς διαφορὰς οἱ δοκιμώτατοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἔθεντο, προσφερόμενα, ποιούμενα, κενούμενα, καὶ ἔξωθεν προσπίπτοντα· προσφερόμενα μὲν ἐδέσματά τε καὶ πόματα, καὶ εἴδη τινὰ τῶν φαρμάκων, ἔσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα, καὶ τὸν εἰσπνεόμενον ἀέρα, ποιούμενα δὲ τρίψεις τε καὶ περιπάτους καὶ ὀχήσεις καὶ ἱππασίαν καὶ κίνησιν σύμπασαν. εἰ δ' οὐ πᾶσα κίνησίς ἐστι γυμνάσιον, ἀλλ' ἡ σφοδροτέρα μόνον, προσκείσθω ὧδε τῇ κινήσει τὸ γυμνάσιον, ὡς εἶναι τὰ ποιούμενα κινήσεις τε καὶ γυμνάσια. [65] συγκαταριθμοῦνται δὲ τῷ γένει τῶν αἰτίων

qualitatem, tum quantitatem, tum uſus rationem trademus, ita ut non jam materia tantum ſit, ſed ſanitatis conſervandae cauſa. Etenim in tribus hiſce primis generibus conſiſtit ſanitatis tuendae ſtudium aeque ac medendi methodus, nempe corporibus, cauſis, ſignis: corporibus quidem iis, quae et ſana jam ſunt, et eo ſtatu ſervari debent, ſignis vero, quae ipſis accidunt, ex quibus corpora ipſa dignoſcuntur, cauſis autem, ex quibus cuſtodia ſanitatis perficitur. Harum materiam quatuor generibus juniorum medicorum probatiſſimi ſunt complexi, aſſumendis, educendis, faciendis, extrinſecus incidentibus. Et aſſumendorum quidem nomine cibus, potus, et ſi quid medicamentorum intro ſumitur, etiam aër attractus intelligitur; faciendorum vero frictio, ambulatio, vectio, equitatio, denique omnis motus. Quod ſi non quivis motus exercitatio eſt, ſed ſolum qui valentior eſt, adjiciatur motui exercitatio, ut ſint facienda tum motus, tum exercitatio. Referuntur ad hoc cauſae

Ed. Chart. VI. [65.] Ed. Baſ. IV. (231. 232.)

τῶνδε καὶ ἐγρηγόρσεις καὶ ὕπνοι καὶ ἀφροδίσια. τὰ δὲ ἔξωθεν προσπίπτοντα, πρῶτος μὲν ὁ περιέχων ἀὴρ, ἔπειθ' ὅσα λουομένοις ἢ ἀλειφομένοις προσπίπτει τῷ δέρματι, καὶ εἰ δή τι φάρμακόν ἐστιν, οὐκ ἐκβαῖνον ὅρους ὑγιεινοῦ· ὥσπερ ἅλες, ἢ μύρτα, ἢ νίτρον, ἢ ἀφρόνιτρον, ἤ τι τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων θερμῶν. ἡ δὲ τῶν κενουμένων ὕλη προείρηται μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν· εἰ δ' ὀρθῶς ἀντιδιήρηται τοῖς προειρημένοις τρισὶ γένεσι τῶν αἰτίων, οὐ ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι. τάχα γὰρ ἂν εἴη βέλτιον ὑπό μὲν τῶν προσφερομένων καὶ ποιουμένων καὶ προσπιπτόντων ἔξωθεν ἀλλοιοῦσθαί τε καὶ μετακοσμεῖσθαι φάναι τὰ κατὰ τὸ σῶμα, τὴν μεταβολὴν δὲ αὐτῶν γίνεσθαι κατά τε τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσόν, καὶ κατὰ μὲν τὸ ποιὸν ἐν τῷ θερμαίνεσθαι (232) καὶ ψύχεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι καὶ ὑγραίνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ποσὸν ἐν τῷ τρέφεσθαι καὶ κενοῦσθαι, καὶ αὐτήν γε τὴν κένωσιν εἶναι διττὴν, ἑτέραν μὲν τῶν περιττωμάτων, ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἑτέραν δὲ αὐτῆς τῆς οἰκείας οὐσίας ἡμῶν φύσεως ἀπορρεούσης, ἥτις ἀντίκειται τῇ θρέψει. ἐπισημήνασθαι δὲ καὶ ἐνταῦθα χρὴ τὴν ὁμωνυμίαν, ἣν Ἱπποκράτης

genus ſomnius, vigilia et venus. Ex foris incidentibus primus eſt ambiens nos aër, deinde quaecunque in lavantium ungentiumve cutem incidunt, etiam ſi quod medicamentum ſanitatis tuendae fines non excedit, veluti ſal, myrta, nitrum, aphronitrum, et aquarum aliquae ſponte natarum et calentium. Educendorum vero materia praedicta paulo ſupra eſt. An vero recte tribus praedictis cauſarum generibus ſimul diviſa ſit, non facile dixerim, quum melius fortaſſe ſit aſſumendis, faciendis et foris incidentibus alterari immutarique corpus dicere, mutationem vero aut in qualitate fieri, aut quantitate: in qualitate, dum aut incaleſcit, aut refrigeratur, aut ſicceſcit, aut humectum redditur; in quantitate, dum alitur, aut inanitur. Jam vacuationem ipſam duplicem quoque eſſe, alteram excrementorum, de quibus paulo ante diximus, alteram naturalis ſubſtantiae noſtrae aſſidue defluentis, quae nutritioni ex adverſo opponitur. Notaſſe hoc loco operae pretium fuerit homonymiam, quam Hip-

Ed. Chart. VI. [65.] Ed. Baſ. IV. (232.)

κράτης ἐν τῷ περὶ τροφῆς συγγράμματι διείλετο, φάμενος ὧδε· τροφὴ δὲ καὶ τρέφον, τροφὴ δὲ καὶ τὸ οἷον, τροφὴ καὶ τὸ μέλλον. τῇ μὲν γὰρ κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον τροφῇ τε καὶ πέψει τὴν ἀπορρύην τῆς οὐσίας ἀντιδιαιρεῖσθαι χρὴ, τῇ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον αἱμορραγίαν τε καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν αἵματος ἅπασαν κένωσιν, τῇ δὲ κατὰ τὸ τρίτον ἔμετόν τε καὶ λειεντερίαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων διαιρέσεων, ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ, τιθέσθω. τῶν δ' ὑλῶν ἁπασῶν τῶν ὑγιεινῶν ἐπίστασθαι ἀναγκαῖον τὰς δυνάμεις τὸν τὴν ὑγιεινὴν τέχνην μετιόντα· καὶ γὰρ ἡ ἐπιδέξιος αὐτῶν χρῆσις ἐντεῦθεν ὥρμηται. γίνεται δ' ἡ ἐπιδέξιος αὐτῶν χρῆσις, ἐὰν τόν τε καιρὸν ἑκάστου καὶ τὸ μέτρον εὕρωμεν. ὥστε ἐπὶ ταύτην χρὴ προϊέναι μᾶλλον, οὐ τὰς μοχθηρὰς αἱρέσεις ἐξελέγχειν. ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ μέγεθος ἱκανὸν ὁ πρῶτος ἤδη μοι λόγος ἔχει, τοῦτον μὲν ἐνταῦθα καταπαύσω, τὰ δ' ὑπόλοιπα τῆς πραγματείας ἐν τοῖς ἑξῆς διηγήσομαι.

pocrates in opuſculo de alimento diſtinxit his verbis: *Alimentum aliud eſt, quod nutrit; aliud, quod quaſi eſt nutriens; aliud, quod nutriturum eſt.* Quippe ei, quod prima ſignificatione alimentum ſive nutritio eſt, ſubſtantiae ipſius fluorem recte opponas; ei vero, quod in ſecunda ſignificatione accipitur, tum haemorrhagiam, tum uno verbo omnem ſanguinis vacuationem; ei vero, quod tertio ſignificato dicitur, vomitum et lienteriam. Verum de talibus diviſionibus ſtatuere pro arbitrio cuivis liceat. Quisquis autem propoſitam artem rite adminiſtraturus eſt, hunc omnis materiae, quae ad ſalubrem victus rationem pertinet, vires habere compertas eſt neceſſe, quando hinc demum dexter ejus oritur uſus. Contingit autem dexter ejus uſus, ubi opportunum cujusque tempus ac modum quis invenerit. Quare ad hunc potius cenſeo properandum, quam pravis opinionibus refellendis immorandum. Sed, quoniam ſatis verborum primum hoc volumen continet, claudetur hoc loco. Quod reliquum operis eſt, in caeteris exequemur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΓΙΕΙΝΩΝ ΛΟΓΟΣ Β.

Ed. Chart. VI. [66.] Ed. Baſ. IV. (232.)

Κεφ. α'. Τὰ μὲν δὴ κεφάλαια καὶ τοὺς σκοποὺς τῆς ὑγιεινῆς τέχνης ὁ πρόσθεν λόγος εἴρηκεν· τὰ δὲ κατὰ μέρος ἅπαντα πειρᾶσθαι χρὴ διελθεῖν, ἀρξαμένους αὖθις ἀπ' ἐκείνων, εἰς ἅπερ ἐτελεύτησε τὸ πρῶτον γράμμα. ὑποκείσθω δή τις ἡμῶν τῷ λόγῳ παῖς ὑγιεινότατος φύσει, τῆς τρίτης ἑβδομάδος ἐτῶν ἀρχόμενος, ἐφ' οὗ πλάττειν τε καὶ κοσμεῖν τὸ σῶμα προκείσθω καθ' ὅσον οἷόν τε κάλλιστα. καὶ πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ διοριστέον, τί ποτε βούλεται τῷ λόγῳ τὸ κάλλιστα προσκείμενον. βούλεται δὲ τόδε. ὥσπερ

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER SECVNDVS.

Cap. I. Summas equidem ſcoposque artis hygieines prior liber edocuit: nunc ſingula membratim diſtinguere tentandum, initio rurſus ab iis ſumpto, in quibus proximus liber eſt finitus. Proponatur itaque nobis in hoc libro ſaluberrimae naturae puer, qui jam tertium aetatis ſuae ſeptennium ingreditur; cujus corpus effingere componereque, quoad fieri poteſt, quam optime propoſitum ſit. Ac primum hoc ipſum definiendum, quid ſibi velit, quod adjecimus, optime. Vult autem nimirum illud.

Ed. Chart. VI. [66. 67.] Ed. Baſ. IV. (232.)

αὐτῶν τῶν σωμάτων ἐδείχθη παμπόλλη τις οὖσα διαφορά, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν βίων, οὓς βιοῦμεν, εἴδη πάμπολλά ἐστιν. οὐκ οὖν ἐγχωρεῖ τὴν ἀρίστην τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἐν ἅπαντι τῷ προχειρισθέντι βίῳ συστήσασθαι, ἀλλὰ τὴν μὲν ἑκάστῳ βελτίστην οἷόν τε, τὴν δ' ἁπλῶς ἀρίστην οὐκ ἐγχωρεῖ κατὰ πάντας τοὺς βίους ποιήσασθαι. πολλοῖς γὰρ τῶν ἀνθρώπων μετὰ περιστάσεως πραγμάτων ὁ βίος ἐστί. καὶ βλάπτεσθαι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτοῖς ἐξ ὧν πράττουσιν, ἀποστῆναι δ' ἀδύνατον. ἔνιοι μὲν γὰρ ὑπὸ πτωχείας εἰς τοὺς τοιούτους ἐμπίπτουσι βίους, ἔνιοι δ' ὑπὸ δουλείας, ἤτοι πατρόθεν εἰς αὐτοὺς καθηκούσης, ἢ αἰχμαλώτοις ληφθεῖσιν, ἢ ἁρπαχθεῖσιν, ἅσπερ καὶ μόνας δουλείας ὀνομάζουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. [67] ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι καὶ ὅσοι διὰ φιλοτιμίαν ἢ δι' ἐπιθυμίαν ἡντιναοῦν εἵλοντο βίον ἐν περιστάσεσι πραγμάτων, ὡς ὀλίγιστα δύνασθαι σχολάζειν τῇ τοῦ σώματος ἐπιμελείᾳ, καὶ οὗτοι δουλεύειν ἑκόντες οὐκ ἀγαθαῖς δεσποίναις. ὥστε τούτοις μὲν οὐκ ἐγχωρεῖ γράψαι τὴν ἁπλῶς ἀρίστην ἐπιμέ-

Quemadmodum corporum ipſorum numeroſa ſane diverſitas tradita eſt, ita vitae rationum, quibus vivimus, ſpecies ſunt diverſae. Ergo fieri nequit, ut in qualibet propoſita vita optimam corporis noſtri curam adminiſtres, ſed quae cuique optima ſit, hanc utique licet. Quae abſoluto ſermone optima ſit, in omni exequi vita non eſt; nam maxima hominum pars implicitam negotiis vitam agit, quos etiam laedi ab iis, quae tractant, eſt neceſſe; nec tamen mutare conditionem licet. Alii enim per inopiam in ejuſmodi vitae ſortem incidunt; alii ſervitute, quam aut a parentibus haereditariam acceperunt, aut alias per vim aliquam capti raptive; quas etiam ſolas ſervitutes vulgus exiſtimat. Mihi vero, et qui ambitionis aut cujuſvis cupiditatis gratia negotiis impeditam vitam delegerunt, quo minus corpori curando vacare queant, ii quoque ſervire ultro dominis et quidem peſſimis videntur. Quare his optimam prorſus corporis curam

Ed. Chart. VI. [67.] Ed. Baſ. IV. (232.)

λειαν τοῦ σώματος· ὅστις δὲ ἀκριβῶς ἐλεύθερος ὑπάρχει καὶ τύχῃ καὶ προαιρέσει, δυνατὸν ὑποθέσθαι τῷδε, ὡς ἂν ὑγιαίνοι μάλιστα, καὶ ἥκιστα νοσήσειε, καὶ γηράσειεν ἄριστα. καὶ μέν γε καὶ ἡ ὑγιεινὴ μέθοδος, καθάπερ οὖν καὶ ἄλλη πᾶσα μέθοδος, ἀρχὴν διδασκαλίας τοιαύτην ἐπιζητεῖ. τὸ γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἄμεμπτον ἐν ἑκάστῳ γένει, καθάπερ τις κανὼν, ἁπάντων ἐθέλει προτετάχθαι τῶν οὐχ ἁπλῶν οὐδ' ἀμέμπτων. ἁπλοῦν δὲ καὶ ἄμεμπτον ἐν μὲν τοῖς σώμασι τὸ κατεσκευασμένον ἄριστά ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς βίοις τὸ ἀκριβῶς ἐλεύθερον. ταῦτ' οὖν ἄμφω πρῶτα συζευγνύσθω κατὰ τόνδε τὸν λόγον· εἶθ' ἑξῆς ἑκάστῃ κατασκευῇ σώματος μοχθηρᾷ βίος ἐλεύθερος μιγνύσθω· κἄπειθ' ἑξῆς ἀρίστῃ κατασκευῇ σώματος ἕκαστος τῶν ἐν δουλείᾳ τινὶ βίων· ἐπὶ δὲ τοῖσδε τὰς μοχθηρὰς τῶν σωμάτων κατασκευὰς ἐπαλλάξωμεν τοῖς μοχθηροῖς βίοις, εἰ μέλλει τέλειος ἡμῖν ὁ λόγος ἔσεσθαι.

Κεφ. β'. Τίνα ποτ' οὖν ἀρχὴν τίθεσθαι προσήκει

ſcripſiſſe ſupervacuum ſit. Verum, ſi quis plane tum caſu, tum conſilio ſit liber, huic praecepiſſe fas eſt, quemadmodum et ſanitate plurimum fruatur, et morbis minime tentetur, et commodiſſime citraque moleſtiam ſeneſcat. Quin etiam ſanitatis tuendae methodus, ſicut alia plane quaelibet methodus, ejuſmodi docendi initium poſtulat. Siquidem, quod ſimplex inculpatumque eſt in omni genere, id caeteris omnibus, quae nec ſimplicia ſunt, nec culpa vacant, ceu regula quaedam, praeponi poſtulat. Sane ſimplex inculpatumque in corporibus quidem eſt, quod optime conſtitutum eſt; in vitae generibus, quod omnino liberum eſt. Primum igitur hoc libro duo haec conjuncta tractemus; deinde cuique vitioſo corporis ſtatui vita libera ſit adjuncta; mox optimae corporis conſtitutioni ſingulae ſervilis vitae ſpecies copulentur; poſtremo vitioſos corporum habitus cum pravi vivendi generibus conjungemus, ſi plenus nobis abſolutusque ſermo futurus eſt.

Cap. II. Quodnam igitur propoſitae artis initium

Ed. Chart. VI. [67.] Ed. Baſ. IV. (232.)

τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας τῷ κάλλιστά τε κατεσκευασμένῳ τὸ σῶμα καὶ τρίτης ἑβδομάδος ἐτῶν ἀρχομένῳ, καὶ μόνῃ σχολάζοντι τῇ τοῦ σώματος ἐπιμελείᾳ, τὰ δ' ἄλλα πάντα πάρεργα τεθειμένῳ; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τὴν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένην ἔν τε τοῖς ἀφορισμοῖς, ἔνθα γράφει· πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, ἔν τε τῷ ἐπιδημιῶν ἕκτῳ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν· πόνοι, σιτία, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. καὶ γὰρ καὶ τὸ ποσὸν ἀφώρισεν ἅπασι, προσθεὶς τὸ κατὰ τὸ τέλος τῆς ῥήσεως ὄνομα, τὸ μέτρια, καὶ τὸν καιρὸν ἐδίδαξε τῇ τάξει τοῦ λόγου. εἰς γὰρ τὴν τῆς ὑγιείας φυλακὴν ἄρχειν μὲν χρὴ τοὺς πόνους, ἕπεσθαι δὲ σιτία καὶ ποτά, εἶθ' ἑξῆς ὕπνους, εἶτα ἀφροδίσια τοῖς γε μέλλουσιν ἀφροδισίοις χρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα κοινὰ πάσης ἡλικίας ἐστὶ, τὰ δ' ἀφροδίσια μόνης τῆς τῶν ἀκμαζόντων, ἥνίκα περ αὐτῶν ἡ χρεία, ὡς ταῖς γε πρόσθεν τε καὶ ὄπισθεν ἡλικίαις ἢ οὐδ' ὅλως σπερμαίνειν, ἢ οὐ γόνιμον σπερμαίνειν, ἢ μοχθηρὸν γόνιμον ὑπάρχειν. ἀλλὰ

ceperimus ad ejus tutelam corporis, quod et optimae ſit notae, et tertium aetatis ſeptennium jam ingreſſum, et caeteris poſthabitis omnibus uni corporis curae vacet? Mihi ſane videtur id, quod ab Hippocrate traditum eſt tum in Aphoriſmis, quum ait: *Labores cibos praecedant;* tum in popularium morborum ſexto volumine, ubi ita ad verbum praecipit: *Labores, cibi, potus, ſomni, venus, omnia mediocria.* Nam et modum ipſum ſingulorum definivit addito ſub finem dictionis nomine mediocria; et tempus docuit ipſo ſermonis ordine. Quippe ad ſanitatis tutelam a laboribus eſt auſpicandum, quos excipere debent cibi, potus, deinde ſomni, mox venus, in iis videlicet, quibus venere eſt utendum. Nam reliqua certe omnia cujusque aetatis ſunt communia, venus aetate tantum florentium eſt, utique quo tempore etiam ejus uſus eſt; quae enim hanc vel praecedunt aetates, vel ſequuntur, aut plane ſemen non effundunt, aut certe infoecundum, aut male foecundum effundunt. Verum

Ed. Chart. VI. [67. 68.] Ed. Baſ. IV. (232.)

γὰρ ὁ μὲν περὶ ἀφροδισίων λόγος εἰς τὴν οἰκείαν ἀναβεβλήσθω τάξιν. ἀπὸ δὲ τῶν πόνων ἀρκτέον, αὐτὸ τοῦτο πρῶτον ἐν αὐτοῖς διελομένους, εἴτε ταὐτόν ἐστι πόνος τε καὶ κίνησις καὶ γυμνάσιον, εἴτε πόνος μὲν καὶ κίνησις ταὐτὸν, ἕτερον δέ τι τὸ γυμνάσιον, εἴτε κίνησις μὲν ἕτερον, οὐδὲν δ' ὁ πόνος τοῦ γυμνασίου διαφέρει. ἐμοὶ μὲν δὴ δοκεῖ μὴ πᾶσα κίνησις εἶναι γυμνάσιον, ἀλλ' ἡ σφοδροτέρα μόνη. ἐπεὶ δ' τῷ πρός τι τὸ σφοδρὸν, εἴη ἂν ἡ αὐτὴ κίνησις ἑτέρῳ μὲν γυμνάσιον, ἑτέρῳ δ' οὐ γυμνάσιον. ὅρος δὲ τῆς σφοδρότητος ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἀλλοίωσις· ὡς, ὅσαι γε κινήσεις οὐκ ἀλλοιοῦσι τὴν ἀναπνοὴν, οὔπω ταύτας ὀνομάζουσι γυμνάσια· εἰ δ' ἤτοι μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἢ πυκνότερον ἀναγκασθείη τις ἀναπνεῖν ἐπὶ κινήσει τινὶ, γυμνάσιον ἡ τηλικαύτη κίνησις ἐκείνῳ γενήσεται. [68] τοῦτο μὲν δὴ κοινὸν γυμνάσιον ὀνομάζεται, ἰδίᾳ δὲ, ἀφ' οὗπερ καὶ τὰ γυμνάσια προσαγορεύουσιν ἅπαντες, ἔν τινι κοινῷ τῆς πόλεως οἰκοδομησάμενοι χωρίῳ, εἰς ὅπερ καὶ ἀλειψόμενοί τε καὶ διατριψόμενοι, καὶ διαπαλαίσοντες,

diſceptatio de venere in ſuum locum differatur. A laboribus vero ordiendum, illo ante omnia diſcuſſo, an idem ſint labor, motus et exercitatio; an labor et motus idem, aliud vero ab his exercitatio; an motus res diverſa, labor et exercitatio neutiquam differant. Ac mihi quidem non quivis motus exercitatio videtur, ſed tantum, ſi quis vehementior eſt. Quoniam autem eorum, quae ad aliquid dicuntur, eſt quod vehementius dicitur, fieri poteſt, ut idem motus alteri ſit exercitatio, alteri non ſit. Terminus igitur vehementiae eſto anhelitus alteratio; quando, in quibus motibus nulla ſit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes vocamus. Quod ſi quis majus minuſve, celerius aut crebrius jam ex motu aliquo reſpirare cogitur, huic certe tantus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio vocatur. Proprie vero a loco denominatur, quem gymnaſium omnes appellant. Is locus eſt in publica aliqua urbis regione extructus, quo ungendi, fricandi, luctaturi, diſcum

Ed. Chart. VI. [68.] Ed. Baſ. IV. (232. 233.)

ἢ διασκεύσοντες, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο πράξοντες, ἥκουσιν. ἡ δὲ τοῦ πόνου προσηγορία ταὐτόν μοι δοκεῖ σημαίνειν πατέρῳ τῷ ὑπὸ τοῦ γυμνασίου ὀνόματος εἰρημένῳ δηλοῦσθαι τῷ κοινῷ. καὶ γὰρ οἱ σκάπτοντες, καὶ οἱ θερίζοντες, καὶ ἱππαζόμενοι πονοῦσί τε καὶ γυμνάζονται κατὰ τὸ κοινὸν τοῦ γυμνασίου σημαι(233)νόμενον. ἐμοὶ μὲν οὕτω διῃρήσθω περὶ τῶν ὀνομάτων, καὶ κατὰ ταῦτα τὰ σημαινόμενα πᾶς ὁ ἐφεξῆς λόγος ἀκουέσθω. εἰ δέ τις ἑτέρως βούλοιτο χρῆσθαι, συγχωρῶ. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ὀνομάτων ὀρθότητος ἥκω σκεψόμενος, ἀλλ' ὡς ἄν τις ὑγιαίνοι μάλιστα· καὶ πρὸς τοῦτ' αὐτὸ χρήσιμον ὑπάρχον μοι περί τε τῶν γυμνασίων καὶ πόνων καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν ἁπάσης κινήσεως διελέσθαι, τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ἠναγκάσθην ἀφορίσασθαι. αἱ μὲν δὴ τοῦ γυμνασίου χρεῖαι καὶ διὰ τοῦ πρώτου μὲν εἴρηνται λόγου, βέλτιον δ' ἂν εἴη καὶ νῦν ἐπανελθεῖν αὐτὰς διὰ βραχέων, ἐπειδὴ σκοπός τε ἅμα καὶ κριτήριον αὗται τυγχάνουσιν οὖσαι πάντων τῶν κατὰ μέρος

jacturi, aut tale quippiam facturi confluunt. Laboris appellatio idem mihi ſignificare videtur cum priore ſignificatione nominis exercitationis, nempe communi illo, quod praediximus; quippe quum et qui fodiunt, et qui metunt, et qui equitant, non laborent modo, ſed etiam exercitentur, communi ſaltem exercitationis appellatione. Et de nominibus quidem ita nobis determinatum ſit, atque ad haec ſignificata omnis mihi deinceps ſermo inaudiatur. Nec tamen, ſi quis eſt, qui aliter uti velit, prohibeo; quando non huc de recto nominum uſu diſputaturus acceſſi, ſed quemadmodum ſanitas cuſtodiri maxime poſſit. Ad id vero, quum percommodum erat de exercitatione, labore, omni denique motu diſtinguere, nominum ſignificatus definire ſum coactus. Atque exercitationis commoda etſi in priore volumine tradita ſunt, non inutile tamen ſit hic quoque paucis ea denuo repetere, quandoquidem non ſolum ſcopus, ſed etiam veluti judices ſunt omnium,

Ed. Chart. VI. [68.] Ed. Baſ. IV. (233.)

ἐν τῇ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνῃ πραττομένων. ἦσαν δὲ, ὡς οἶμαι, διτταὶ κατὰ γένος, αἱ μέν τινες εἰς τὴν τῶν περιττωμάτων κένωσιν, αἱ δὲ εἰς αὐτὴν τῶν στερεῶν σωμάτων τὴν εὐεξίαν διαφέρουσαι. ἐπειδὴ γάρ ἐστι κίνησις σφοδρὰ τὸ γυμνάσιον, ἀνάγκη τρία μόνον ταῦτα γενέσθαι πρὸς αὐτὴν κατὰ τὸ γυμναζόμενον σῶμα, τήν τε σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, τήν τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος αὔξησιν, τήν τε τοῦ πνεύματος κίνησιν βιαιοτέραν, ἕπεσθαι δὲ τούτοις ἄλλα σύμπαντα κατὰ μέρος ἀγαθὰ τοῖς σώμασιν ἐκ γυμνασίων γινόμενα, διὰ μὲν τὴν σκληρότητα τῶν ὀργάνων τήν τε δυσπάθειαν αὐτῶν καὶ πρὸς ἐνεργείας εὐτονίαν, διὰ δὲ τὴν θερμότητα τήν τε τῶν ἀναδιδομένων ὁλκὴν ἰσχυρὰν, καὶ τὴν ἀλλοίωσιν ἑτοιμοτέραν, καὶ τὴν θρέψιν βελτίονα, καὶ χύσιν ἁπάντων τῶν σωμάτων, ἐφ' ᾗ χύσει τὰ μὲν στερεὰ μαλάττεσθαι, τὰ δὲ ὑγρὰ λεπτύνεσθαι, τοὺς πόρους δ' εὐρεῖς γίνεσθαι συμβαίνει, διὰ δὲ τὴν τοῦ πνεύματος ἰσχυρὰν κίνησιν ἐκκαθαίρεσθαι τοὺς πόρους ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ κενοῦσθαι τὰ πε-

quae ſigillatim in exercitationis arte geruntur. Fuere autem (arbitror) genere duplicia, haec quidem ad excrementorum vacuationem, illa vero ad bonam ſolidarum partium habitudinem efficacia. Nam quoniam vehementior motus exercitatio eſt, neceſſe quidem eſt, tria haec ab ea perfici in corpore, quod exercetur, membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris incrementum, et ſpiritus citatiorem motum; ſequi vero haec reliqua omnia privatim commoda, quae corpus exercitiis accepta refert; utique ex membrorum duritie, tum ut minus ex labore afficiantur, tum ad actiones robur; ex calore, tum deducendorum in corpus validam attractionem, tum immutationem magis expeditam, tum nutritionum feliciorem et ſingulorum corporum perfuſionem, cujus perfuſionis beneficio et ſolida molleſcere, et humida tenuari, et exiguos corporeae molis meatus laxiores fieri accidit. At ſpiritus valentiore impetu et purgari hos omnes meatus neceſſe eſt, et excrementa ex-

Ed. Chart. VI. [68.] Ed. Baſ. IV. (233.)

περιττώματα. ἀλλ' εἴπερ ταῦτα ποιεῖ τὸ γυμνάσιον, οὐ χαλεπὸν ἔτι τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως ἐξευρεῖν. διότι μὲν γὰρ ἀναδόσεσι συνεργεῖ, οὐ χρὴ πλῆθος ὠμῶν καὶ ἀπέπτων οὔτε σιτίων οὔτε χυμῶν ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν ἢ ἐν τοῖς ἀγγείοις περιέχεσθαι· κίνδυνος γὰρ αὐτοῖς ἐλχθῆναι πρὸς ἅπαντα τοῦ ζώου τὰ μόρια, πρὶν χρηστοῖς γενέσθαι πεφθεῖσι σχολὴ ᾖ. διότι δὲ ἐκκαθαίρει τοὺς πόρους, καὶ κενοῖ τὰ περιττώματα, κάλλιον αὐτὸ πρὸ τῶν σιτίων ἀναλαμβάνεσθαι. τὰ μὲν γὰρ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. ὥστε ἐκ τῶν εἰρημένων εὔδηλον, ὡς οὗτος ἄριστός ἐστι γυμνασίων καιρὸς, ἡνίκα ἥ μὲν χθιζινὴ τροφὴ τελέως ἧ κατειργασμένη τε καὶ πεπεμμένη τὰς δύο πέψεις, τήν τε ἐν τῇ γαστρὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀγγείοις, ἑτέρας δ' ἐφεδρεύῃ τροφῆς καιρός. εἰ δ' ἢ τὸ πρόσθεν ἢ ὄπισθεν γυμνάζοις, ἢ χυμῶν ἀπέπτων ἐμπλήσεις τὸ ζῶον, ἢ τὴν ὠχρὰν χολὴν ἐπιτρέψεις γεννᾶσθαι πλείονα. γνωρίσματα δὲ τοῦ τοιούτου καιροῦ

pelli. Atqui ſi exercitatio haec praeſtat, haud difficile ſane ſit tempus uſus ipſius ſtatuiſſe. Nam quoniam diſtributionem in corpus adjuvat, non debet, quum adminiſtratur, crudi incoctique cibi aut ſucci multitudo vel in ventriculo vel in vaſis contineri, unde periculum ſit, ne prius, quam per maturam concoctionem utilis ſit, in omnes animalis partes rapiatur. Quoniam vero et exiguos meatus expurgat, et excrementa expellit, utilius eſt ante cibos eam adhiberi; ſiquidem, *quae impura corpora ſunt, atque ab excrementis parum purgata, haec, quo magis nutries, eo magis laedes.* Ex his itaque patere arbitror, tum eſſe ad exercitationem commodiſſimum tempus, quum heſternus cibus duplici concoctione jam prorſus ſit confectus, et ea, quae in ventriculo, et ea, quae in vaſis ſanguinis agitur, ac jam denuo cibandi tempus inſtet. Quod ſi aut prius aut poſterius exercitatione utaris, aut crudis humoribus hominem impleveris, aut pallidae bilis proventum auxeris. Sane hujuſce tem-

Ed. Chart. VI. [68. 69.] Ed. Baſ. IV. (233.)

τῶν οὔρων ἡ χροιά. [69] τὸ μὲν οὖν ὑδατῶδες ἄπεπτον ἔτι σημαίνει τὸν ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναδιδόμενον χυμὸν ἐν τοῖς ἀγγείοις περιέχεσθαι· τὸ δὲ πυῤῥὸν καὶ χολῶδες, ἐκ πολλοῦ κατειργάσθαι· τὸ δὲ μετρίως ὠχρὸν ἄρτι τῆς δευτέρας πέψεως γενομένης ἐστὶ σημεῖον. ὅταν γὰρ μηδέπω χρώζηται τῇ χολῇ τὸ οὖρον, ὑδατῶδές τε καὶ λευκὸν φαίνεται· ὅταν δὲ πλέον ἀναδέξηται τοῦ προσήκοντος, πυῤῥόν. ἐπειδὰν γὰρ συμμέτρως ᾖ πυῤῥὸν, ἢ μετρίως ὠχρὸν, τηνικαῦτα ἄγειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια, προαποθέμενον ὅσον ἂν ἐν τῇ κύστει καὶ τοῖς ἐντέροις τοῖς κάτω περιεχόμενον ἢ περίττωμα· κίνδυνος γὰρ κἀκ τῶν τοιούτων εἰς τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἐνεχθῆναί τι τῇ ῥύμῃ τῆς ἐν τοῖς γυμνασίοις θερμότητος ἁναρπασθέν. εἰ μὲν οὖν εὐθέως ἀποδυσάμενός τις ἐπὶ τὰς ἰσχυροτέρας ἔρχοιτο κινήσεις, πρὶν μαλάξαι σύμπαν τὸ σῶμα, καὶ λεπτῦναι τὰ περιττώματα, καὶ τοὺς πόρους εἰρῦναι, κίνδυνος μὲν καὶ ῥῆξαί τι καὶ σπάσαι τῶν στερεῶν σωμάτων, κίνδυνος δὲ καὶ τὰ περιττώματα τῇ τοῦ

poris nota color eſt urinae. Quae enim aquoſa, crudum adhuc in venis eſſe indicat ſuccum, qui a ventriculo diſtribuitur; quae vero rufa biloſaque eſt, jamdudum concoctum eſſe hujuſmodi ſuccum; quae modice pallet, peractae modo ſecundae concoctionis eſt ſignum. Quum namque bili infecta urina nondum eſt, et aquoſa et alba apparet; quum vero plus juſto ejus bilis acceperit, rufa cernitur. Ergo, quum mediocriter eſt rufa, mediocriterve pallens, tum exercitatio adeunda, ſed expulſis prius excrementis, quae in veſica vel inferioribus inteſtinis continentur. Verendum enim, ne quid ex his in habitum corporis rapiatur, correptum videlicet caloris vi, qui per exercitationem accenditur. Ergo ſi quis poſita jam veſte protinus ad valentiores motus accedat prius, quam totum corpus molliatur, et excrementa extenuentur, et exigui carnis meatus laxentur timor eſt ſolidarum partium quampiam ruptum aut convulſum iri. Timendum praeterea eſt, ne excrementa ſpiritus impetu impulſa prae-

Ed. Chart. VI. [69.] Ed. Baſ. IV. (233.)

πνεύματος ῥύμῃ κινήσαντος τοὺς πόρους ἐμφράξαι. εἰ δὲ κατὰ μικρὸν προθερμήνας προμαλάξειε μὲν τὰ στερεά, προλεπτύνειε δὲ τὰ ὑγρά, καὶ τοὺς πόρους εὐρύνειε, κίνδυνος οὐδεὶς οὔτε τοῦ ῥῆξαί τι μόριον οὔτε τοῦ τοὺς πόρους ἐμφράξαι ἂν καταλάβοι τὸν γυμναζόμενον. ὅπως οὖν ταῦτα γένοιτο, χρὴ προθερμῆναί τε μετρίως ἀνατρίψαντα τῷ σινδόνι τὸ σύμπαν σῶμα, κἄπειτα δι' ἐλαίου τρίβειν. οὐ γὰρ δὴ εὐθέως τὸ χρῆσθαι τῷ λίπει συμβουλεύω, πρὶν θερμανθῆναί τε τὸ δέρμα, καὶ τοὺς πόρους εὐρυνθῆναι, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν εὐτρεπισθῆναι τὸ σῶμα πρὸς τὸ καταδέξασθαι τὸ ἔλαιον. ἱκαναὶ δ' εἰς τοῦτο παντάπασιν ὀλίγαι περιαγωγαὶ τῶν χειρῶν ἅλυποί τε καὶ μετρίως ταχεῖαι, σκοπὸν ἔχουσαι θερμῆναι τὸ σῶμα χωρὶς τοῦ θλῖψαι· καὶ γὰρ καὶ φανεῖταί σοι, τούτων γιγνομένων, ἔρευθος εὐανθὲς ἐπιτρέχον ἅπαντι τῷ δέρματι. τότ' οὖν ἤδη τὸ λίπος ἐπάγειν αὐτῷ, καὶ τρίβειν γυμναῖς ταῖς χερσὶ συμμέτρως ἐχούσαις σκληρότητός τε καὶ μαλακότητος, ὅπως μήτε συνάγηται καὶ σφίγγηται τὸ σῶμα, μήτε ἐκλύηται καὶ

dictos meatus obturent. Sin autem ſenſim prius calefaciendo et ſolidas partes praemollieris, et humores tenuaveris, et exiguos meatus laxaveris, nullum periculum nec rumpendi alicujus nec obſtruendi ei, qui exercetur, impendebit. Ut ergo haec fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricando prius calefacere, mox oleo fricare. Neque enim protinus accedendum ad pingue cenſeo, ante videlicet quam cutis incaluerit, et meatus laxentur, et, ut ſemel dicam, quam praeparatum aptumque corpus ſit ad oleum capiendum. Ei rei ſatis omnino ſunt pauci manuum circumactus, qui nullo compreſſu ſint graves, et modice celeres, huc demum veluti ad metam directi, ut corpus citra compreſſum calefaciant. Siquidem peractis his cernere licebit floridum ruborem per totam diffundi cutem. Tum igitur pingue inducendum, et nudis manibus, quae medium inter molle durumque modum ſervent, infricandum, quatenus neque coactum et conſtrictum corpus ſit, neque ultra, quam par

Ed. Chart. VI. [69.] Ed. Baſ. IV. (233.)

χαλᾶται περαιτέρω τοῦ δέοντος, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει φυλάττηται. τρίβειν δὲ κατὰ μὲν τὰς πρώτας ἐπιβολὰς ἀτρέμα, τοὐντεῦθεν δ' ἤδη κατὰ βραχὺ παραύξαντα, καὶ μέχρι γε τοσούτου τὴν τρῖψιν ἐπὶ τὸ ῥωμαλεώτερον ἄγειν, ὡς θλίβεσθαι μὲν ἤδη σαφῶς τὴν σάρκα, μὴ θλᾶσθαι δέ· μὴ πολλῷ δὲ χρόνῳ τὴν οὕτως ἰσχυρὰν τρῖψιν ἐπάγειν, ἀλλ' ἅπαξ ἢ δὶς ἐφ' ἑκάστου μέρους. οὐ γὰρ, ὥστε σκληρῦναι τὸ σῶμα τοῦ παιδὸς, οὕτω τρίβομεν, ὃν ἤδη τοῖς πόνοις προσάγομεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ προτρέψαι τε εἰς τὰς ἐνεργείας, καὶ συστρέψαι τὸν τόνον, καὶ τὴν ἐκ μαλακῆς τρίψεως ἀραιότητα σφίγξαι. σύμμετρον γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα φυλάττεσθαι χρὴ, καὶ οὐδαμῶς οὔτε σκληρὸν οὔτε ξηρὸν ἀποτελεῖσθαι, μή πως ἐπίσχωμέν τι τῆς κατὰ φύσιν αὐξήσεως. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ὅταν ἤδη μειράκιον ἡμῖν γίγηται, τότε καὶ τῇ σκληροτέρᾳ τρίψει χρησόμεθα, καὶ ταῖς μετὰ τὰ γυμνάσια ψυχρολουσίαις. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις εἰρήσεται.

eſt, laxum reſolutumque ſiat, ſed legitimae naturae modum ſervet. Infricandum vero primo contrectatu blandius, inde ſenſim paulo fortius, eatenus aucta ſemper ad valentius frictione, quoad jam carnem manifeſte premat, citra tamen laeſionem; haudquaquam tamen tam valida frictione diu utendum, ſed ſemel aut bis in quaque parte; neque enim fricatur hujus pueri corpus, ut induretur, quum id jam ad exercitationem producimus, ſed potius tum promptitudo ad actiones excitetur, tum robur colligatur, ac raritas laxitasque, quae mollem frictionem conſecuta eſt, conſtringatur ac cogatur. Quippe medio temperamento ſervari hujus pueri corpus oportet, nec uſquam durum molleve effici, necubi naturale ejus incrementum inhibeatur. At procedente tempore, quando jam nobis ſit adoleſcens, tum vero duriore frictione utemur, praeterea ab exercitatione frigida lavatione. Verum de his poſtea dicetur.

Ed. Chart. VI. [70.] Ed. Baſ. IV. (233.)

Κεφ. γ'. [70] Ἐν τῇ δὲ παρασκευαζούσῃ πρὸς τὰ γυμνάσια τρίψει, σκοπὸν ἐχούσῃ μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα, καὶ κατ' ἐκείνην τυποῦσθαι τὸ σύμπαν. πολυειδεῖς δὲ ταῖς ἐπιβολαῖς τε καὶ περιαγωγαῖς τῶν χειρῶν αἱ ἀνατρίψεις γιγνέσθωσαν, οὐκ ἄνωθεν κάτω μόνον ἢ κάτωθεν ἄνω φερομένων αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πλαγίων, καὶ λοξῶν, ἐγκαρσίων τε καὶ σιμῶν. καλῶ δὲ ἐγκάρσιον μὲν τὸ ἐναντίον τῷ εὐθεῖ, σιμὸν δὲ τὸ βραχὺ τούτου παρεγκλῖνον ἐφ' ἑκάτερα, καθάπερ γε καὶ τὸ τῆς εὐθύτητος ἑκατέρωσε πρὸς ὀλίγον ἐκτρεπόμενον ὀνομάζω πλάγιον· ὅσον δ' ἀκριβῶς μέσον ἐστὶν εὐθείας τε καὶ ἐγκαρσίας φορᾶς, λοξὸν τοῦτο προσαγορεύω. καὶ μὲν δὴ καὶ τρίψιν τε καὶ ἀνάτριψιν οὐ διοίσει λέγειν, εἰδότας ὅτι τὸ τῆς ἀνατρίψεως ὄνομα συνηθέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐστι, τὸ δὲ τῆς τρίψεως τοῖς νέοις. πολυειδεῖς δὲ κελεύω γίνεσθαι τὰς ἐπιβολάς τε καὶ περιαγωγὰς τῶν χειρῶν ἕνεκα τοῦ συμπάσας ὡς οἷόν τε τῶν

Cap. III. In praeparatoria vero ante exercitationes frictione, quae huc ſpectat, ut corpus molliat, mollis duraeque mediam qualitatem dominari oportet, ac pro ejusdem qualitatis ratione, quicquid reliquum eſt, exigi. Variae autem quam maxime ex manuum injectu circumactuque frictiones eſſe debebunt; nec ſuperne modo deorſum, aut inferne ſurſum adhibitae, ſed etiam tum in ſubrectum, tum in obliquum, tum in tranſverſum, tum in ſubtranſverſum. Voco tranſverſum, quod recto eſt contrarium; ſubtranſverſum vero, quod paululum in utramque partem declinat; rurſus ſubrectum, quod a recto paululum utroque verſus recedit; obliquum, quod recti tranſverſique plane eſt medium. Quin etiam frictionem aut perfrictionem dicere nihil refert, ſi ſciverimus, perfrictionis nomen veteribus, frictionis recentioribus uſitatum eſſe. Varium autem fieri manuum tum injectum, tum circumactum velim, quo videlicet univerſae,

Ed. Chart. VI. [70.] Ed. Baſ. IV. (233. 234.)

μυῶν τὰς ἴνας ἐκ παντὸς μέρους ἀνατρίβεσθαι. τὸ γὰρ οἴεσθαι, τὴν μὲν ἐγκάρσιον ἀνάτριψιν, ἣν δὴ καὶ στρογγύλην ὀνομάζουσιν ἔνιοι, σκληρύνειν καὶ πυκνοῦν καὶ σφίγγειν καὶ συνδεῖν τὰ σώματα, τὴν δὲ εὐθεῖαν (234) ἀραιοῦν τε καὶ χαλᾶν καὶ μαλάττειν καὶ λύειν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐστιν ἀγνοίας, ἐξ ἧσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ἃ περὶ τῆς τρίψεως εἴρηται τοῖς πλείστοις τῶν γυμναστῶν. πλεῖον γὰρ οὐδὲν οὐδεὶς ἔχει περὶ δυνάμεων τρίψεως εἰπεῖν ὧν Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, ὑπὸ μὲν τῆς σκληρᾶς δεῖσθαι τὸ σῶμα λέγων, ὑπὸ δὲ τῆς μαλακῆς λύεσθαι, καὶ ὑπὸ μὲν τῆς πολλῆς ἰσχναίνεσθαι, σαρκοῦσθαι δὲ ὑπὸ τῆς μετρίας. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε. ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι· ἡ σκληρὰ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη σαρκῶσαι. τέτταρες γὰρ αὗται διαφοραὶ κατὰ γένος ἐπὶ τέσσαρσι δυνάμεσί τε καὶ χρείαις ἁπασῶν τρίψεών εἰσιν. εἰ δὲ καὶ τὰς μέσας αὐτῶν προσλογιζοίμεθα συνεμφαινομένας ταῖς εἰρημέναις, ἓξ αἱ

quoad fieri poteſt, muſculorum fibrae omni ex parte fricentur. Siquidem ejus ſententiae eſſe, quaſi tranſverſa frictio (quam etiam rotundam aliqui vocant) duret, denſet, contrahat et conſtringat, recta contra rareſaciat, laxet, molliat et reſolvat corpora, ejuſdem plane inſcitiae eſt, cujus caetera, quae plerisque gymnaſtarum de frictione traduntur. Nam, qui plus de frictionum virtute afferat, quam quae Hippocrates in libro de officina medici prodidit, nemo plane eſt. Ait enim, dura frictione conſtringi corpus, molli ſolvi, multa extenuari, mediocri craſſeſcere. Habent vero ſe ejus verba ad hunc modum: *Frictio vim habet ſolvendi, aſtringendi, carnem augendi, minuendi: nempe dura aſtringendi; mollis ſolvendi; multa minuendi; mediocris carnem augendi.* Quatuor enim hae genere differentiae in quadruplici omnis frictionis tum facultate tum uſu ſunt. Quod ſi medias quoque harum, quae una cum his intelligendas ſe exhibent, annumeres, ſex in univerſum differentiae

Ed. Chart. VI. [70. 71.] Ed. Baſ. IV. (234.)

ἅπασαι διαφοραὶ γενήσονται. πόθεν οὖν ἐπῆλθε τοῖς πλείστοις τῶν νεωτέρων γυμναστῶν οὕτω πολλὰς διαφορὰς γράψαι τρίψεων, ὡς μηδὲ ἀριθμῆσαι ῥᾳδίως αὐτὰς δύνασθαι; πόθεν ἄλλοθεν, ἢ ὅτι λογικῆς θεωρίας παντάπασιν ἀγύμναστοι ὄντες οὐ συνεῖδον ἅμα ταῖς οἰκείαις τῆς τρίψεως διαφοραῖς ἐνίοτε μὲν καὶ τῶν ἔξωθέν τινος μνημονεύοντες, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰς ἀπεργαζομένας ἑκάστην τρίψιν αἰτίας ἀναγράφοντες, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἐπιπλέκοντες αὐτάς τε τὰς γνησίας διαφορὰς καὶ ὅσας οὐκ ὀρθῶς αὐταῖς προσέθεσαν. ὅταν μὲν [71] γὰρ λέγωσι, τὰς τρίψεις ἀλλήλων διαφέρειν τῷ τὰς μὲν ἐν ὑπαιθρίῳ γίγνεσθαι, τὰς δὲ ἐν καταστέγῳ, τὰς δὲ ἐν ὑποσυμμιγεῖ σκιᾷ, καὶ τὰς μὲν ἐν ἀνεμώδει χωρίῳ, τὰς δὲ ἐν γαληνῷ, καὶ τὰς μὲν ἐν θερμῷ, τὰς δὲ ἐν ψυχρῷ, τὰς μὲν ἐν ἡλίῳ, τὰς δὲ ἐν βαλανείῳ, τὰς δὲ πρὸ βαλανείου, τὰς δὲ ἐν παλαίστρᾳ, καὶ τοιοῦτόν τινα ποιοῦντες κατάλογον, οὐκ οἰκείας διαφορὰς τρίψεων λέγουσιν, ἀλλ' ὧν οὐκ ἄνευ τινὸς ὁ τριβόμενός ἐστιν. ἀνάγκη γὰρ πάντως αὐτὸν ἔν τινι χωρίῳ

exiſtent. Undenam igitur plurimis neotericorum gymnaſtarum ſuccurrit tam numeroſas frictionum differentias prodere, quas vel numero comprehendere facile non eſt? Non aliunde certe, quam quod logicae contemplationis plane expertes cum propriis frictionum differentiis externa alienaque imprudentes nonnunquam confundunt, interim etiam, quod cauſas frictiones ſingulas efficientes adjiciunt, interim tum legitimas ipſas inter ſeſe frictionum differentias connectunt, tum vero cum his etiam, quas ipſi perperam excogitarunt. Quum enim dicant, frictiones inter ſe diſtare, quod aliae ſub dio fiant, aliae ſub tecto, aliae in admixta umbra, rurſus aliae in perflato loco, aliae in tranquillo, item aliae in calido, aliae in frigido, aliae in ſole, aliae in balneo, aliae ante balneum, aliae in palaeſtra, talemque catalogum faciant, ſane non proprias frictionum differentias afferunt, ſed eas, ſine quarum aliqua, qui fricatur, eſſe non poteſt, inculcant; quippe quem neceſſe omnino eſt in aliquo ter-

Ed. Chart. VI. [71.] Ed. Baſ. IV. (234.)

τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ὑπάρχειν, καὶ πρός γε τῷ χωρίῳ χειμῶνος, ἢ θέρους, ἢ κατά τινα τῶν ἄλλων ὡρῶν. ἐπειδὰν δὲ τὰς μὲν τῷ μετὰ πλείονος ἐλαίου, τὰς δὲ τῷ μετὰ ἐλάττονος, ἢ παντάπασιν ἐλαίου χωρὶς, ἤτοι διὰ τῶν χειρῶν μόνον, ἢ μετὰ κόνεως, ἢ διὰ σινδόνων, καὶ τούτων ἤτοι σκληρῶν ἢ μαλακῶν γίγνεσθαι διαφέρειν ἀλλήλων λέγωσι τὰς τρίψεις, αἰτίων καταριθμησιν ποιοῦνται τῶν ἤτοι σκληρὰν ἢ μαλακὴν ἀπεργαζομένων τὴν τρίψιν. ἐξ οὗ γένους τῶν αἰτίων ἐστὶ καὶ τὸ τὰς χεῖρας τῶν τριβόντων ἤτοι σκληρὰς ἢ μαλακὰς εἶναι, καὶ ἤτοι πιέζειν σφοδρῶς, ἢ πράως ἐφάπτεσθαι. τὸ δὲ τρίτον εἶδός ἐστι τῶν πολλὰς τῆς τρίψεως οἰομένων εἶναι διαφορὰς ἐκ τοῦ κατὰ συζυγίας τινὰς ἐπιπλέκειν ἀλλήλοις ἅπαντα τὰ νῦν εἰρημένα. ὅσοι μὲν οὖν αὐτῶν ἢ τὰς ἔξω περιστάσεις τῶν πραγμάτων, ἢ τὰς αἰτίας τῶν οἰκείων διαφορῶν ἀλλήλαις ἐπιπλέκουσιν, εὐφωρατότεροι γίνονται μὴ γινώσκοντες ὀρθῶς· ὅσοι δὲ κατὰ τὰς οἰκείας διαφορὰς ποιοῦνται τὰς συζυγίας, ἧττον οὗτοι γνωρίζονται σφαλλόμενοι. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ σο-

rarum loco eſſe, praeterque locum vel aeſtate, vel hyeme, vel aliquo alio anni tempore. Quum vero ita diſſidere dicant inter ſe frictiones, quod aliae cum copioſo oleo, aliae exiguo fiant, aut prorſus ſine oleo, idque vel manibus tantum, vel etiam cum pulvere, vel per linteum, atque hoc vel aſperum, vel lene, cauſarum plane, quibus frictio dura molliſve efficitur, enumerationem faciunt. Ex quo nimirum cauſarum eſt genere, et quod ipſae ſtricantium manus durae aut molles ſint, item valide premant, blandeve ſint admotae. Tertia ſpecies, quam afferunt ii, qui multas frictionum differentias autumant, inde naſcitur, quod omnia jam dicta inter ſe per conjugationes quaſdam copulent. Qui itaque ex his aut externas rerum circumſtantias, aut verarum differentiarum cauſas inter ſe copulant, facile deprehenduntur parum recte ſentire. Qui vero ex propriis differentiis conjugationes nectunt, horum non adeo facile deprehenditur error: imo nonnulli ſapientiae quoque laudem re-

Ed. Chart. VI. [71.] Ed. Baſ. IV. (234.)

φίας δόξαν ἀπηνέγκαντο, καὶ δοκοῦσι πλέον εὑρηκέναι τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων. ὥνπερ οὖν καὶ Θέων ὁ γυμναστής ἐστιν, ὅστις ἔδοξε βέλτιον Ἱπποκράτους ἐγνωκέναι περὶ τρίψεως. ἀφορισαμένου γὰρ ἐκείνου κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ἐν μὲν τῇ κατὰ ποιότητα διαφορᾷ τήν τε μαλακὴν καὶ σκληράν, ἐν δὲ τῇ κατὰ ποσότητα τήν τε πολλὴν καὶ τὴν μετρίαν, ὁ Θέων οὐκ ἀξιοῖ μνημονεύειν οὔτε ποιότητος οὔτε ποσότητος ἰδίᾳ, γράφων ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τῷ τρίτῳ τῶν γυμναστικῶν ὧδε. ἀρέσκει περὶ τρίψεως παραγγέλλοντας, δεῖν ἀεὶ συναρμόττειν ταῖς ποιότησι τὰς ποσότητας. καθ' ἑαυτὰς μὲν γὰρ ἀτελεῖς εἶναι πρὸς τὴν ἐν τοῖς ἔργοις κατόρθωσιν. τὴν γοῦν μαλακὴν τρίψιν παρὰ τὴν ποσότητα τριῶν ἀποτελεσμάτων ποιητικὴν γίγνεσθαι· τὴν μὲν γὰρ ὀλίγην ἀνιέναι ποσῶς τὴν σάρκα καὶ εὐαφῆ ποιεῖν, τὴν δὲ πολλὴν διαφορεῖν καὶ τήκειν, τὴν δ' αὐτάρκη σαρκοῦν τὸ σῶμα πλαδαρᾷ καὶ κεχυμένῃ σαρκί. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν σκληρὰν τρίψιν παρὰ τὴν ποσότητα καὶ ἴσον ἀριθμὸν ἀποτελεσμάτων ποιεῖν· πολλὴν

tuleruńt, et videntur plura inveniſſe, quam quae ab Hippocrate dicta ſunt: quorum eſt Theon gymnaſtes, qui rectius, quam Hippocrates, ſenſiſſe de frictione eſt viſus. Nam quum is in modo comprehenſis verbis in ea differentia, quae ex qualitate ſpectatur, mollem et duram, in ea vero, quae ex quantitate, multam et mediocrem collocet, Theon qualitatis quantitatiſve minime faciendam mentionem ſeorſum cenſet, ſcribens cum alibi, tum vero in tertio Gymnaſticorum hunc in modum: *De frictione praecipientes, placet quantitates ſemper cum qualitatibus coaptandas eſſe; per ſe namque imperfectiores ſunt, quam ut aliquis ſucceſſus ex ipſis proveniat. Quippe mollis frictio pro quantitatis modo triplex opus efficit. Pauca enim leviter carnem remittit, ac facile contrectabilem reddit; multa diſſolvit et liquat; mediocris laxa et fluida carne implet. Simili modo dura pro quantitatis ratione totidem numero effectus reddit.*

Ed. Chart. VI. [71. 72.] Ed. Baſ. IV. (234.)

γὰρ προσαχθεῖσαν σφίγγειν τὰ σώματα καὶ συνδεῖν, καὶ φλεγμονῇ τι παραπλήσιον ἀπεργάζεσθαι, τὴν δὲ αὐτάρκη σαρκοῦν μεμειωμένη καὶ εὐπεριγράπτῳ σαρκὶ, τὴν μέντοι γε ὀλίγην ἐνερευθῆ πρὸς ὀλίγον χρόνον τὴν ἐπιφάνειαν ποιεῖν. οὐκ ἀξιοῖ δὲ περὶ τῆς σκληρᾶς τρίψεως ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὴν οὐδὲν παραγγέλλειν τὸν γυμναστὴν, ἀλλὰ συναρμόζειν αὐτῇ τὸ ποσὸν, εἴπερ τι μέλλοι τότε κατόρθωμα πλέον ἐν τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ἔσεσθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ τῆς μαλακῆς ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὴν οὐδὲν ἡγεῖται νῦν ὑποτίθεσθαι· μὴ γὰρ δύνασθαί ποτε γενέσθαι μαλακὴν τρίψιν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν μόνην ἄνευ τοῦ πολλὴν, ἢ ὀλίγην, ἢ σύμμετρον ὑπάρχειν. εἶθ' ἑξῆς διηγεῖται κατὰ συζυγίαν, ὅσα περὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐργάζεσθαι πεφύκασιν· τὴν μὲν ὀλίγην τε ἅμα καὶ μαλακὴν ἀνιέναι ποσῶς τὴν σάρκα καὶ εὐαφῆ ποιεῖν, ἀποφαινόμενος οὐδὲν ἢ τὸ λῦσαι πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον, [72] ἑτέροις ὀνόμασιν ἑρμηνεύων· τὸ γὰρ ἀνιέναι τὴν σάρκα καὶ εὐαφῆ ποιεῖν τί ἄλλο ἢ λύειν ἐστὶ τὰ συνδεδεμένα καὶ συνημμένα;

Multa namque adhibita contrahit conſtringitque corpora, et phlegmonae perſimile quippiam relinquit; mediocris implet imminuta et evidenter circumſcripta expreſſaque carne; exigua vero in ſumma cute ruborem ad tempus excitat. Non cenſet autem de dura per ſe et ſeorſum quicquam gymnaſtae praecipiendum, ſed ei quantitatem adjungi debere, ſi quis paulo commodior ex artis opere ſucceſſus ſit futurus. Pari modo nec de molli per ſe et ſeorſum quicquam nunc tradendum exiſtimat; neque enim adhiberi uſquam poſſe mollem frictionem tantum, et quae nec multa, nec exigua, nec mediocris ſit. Deinde memorat, quaecunque per conjugationem in corporibus noſtris naturaliter efficiuntur, utique paucam cum molli carnem remittere leviter et tactu mollem reddere pronuncians. Ubi aliud plane nihil, quam quod Hippocrates verbo ſolvere ſignificavit, aliis verbis interpretatur. Quippe laxare carnem et mollem tactu reddere quid aliud eſt, quam ſolvere, quae colligata et coacta

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 100 sur 889

Ed. Chart. VI. [72.] Ed. Baſ. IV. (234.)

προσέθηκε δὲ τῷ λόγῳ τὸ ποσῶς, οὐ τὸ γένος τῆς ἐνεργείας ὑπαλλάττων, ἀλλὰ τὸ ποσὸν ἐν αὐτῷ διορίζων. μαλάττει γὰρ ἐπ᾽ ὀλίγον ἡ τοιαύτη τρίψις, ὡς, εἴ γ᾽ ἐπὶ πλεῖον γένοιτο, μαλάξει μὲν ἔτι καὶ νῦν, ἀλλὰ μειζόνως, ἢ πρόσθεν. ὅτι τοίνυν οὐ μεγάλως, οὐδ᾽ ἱκανῶς, ἀλλὰ καὶ βραχέως ἡ ὀλίγη καὶ μαλακὴ τρίψις ἀνίησί τε καὶ μαλάττει τὰ σώματα, διὰ τῆς τοῦ ποσῶς προσθήκης ἐδήλωσεν· οὐδέπω κατά γε τοῦτο τῶν ὑφ᾽ Ἱπποκράτους εἰρημένων διδάσκων περιττότερον, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐν τῷ φάναι, τὴν αὐτάρκη καὶ μαλακὴν σαρκοῦν τὸ σῶμα πλαδαρᾷ καὶ κεχυμένῃ σαρκί. διότι μὲν γὰρ αὐτάρκης, σαρκώσει, διότι δὲ μαλακὴ, λύσει, τοῦτ᾽ ἔστι μαλάξει, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ πλαδαρὰν καὶ κεχυμένην ἐργάσασθαι τὴν σάρκα. ἐχρῆν δ᾽ αὐτόν, ὥσπερ ὑπὲρ τούτων εἶπεν ὀρθῶς, οὕτως καὶ ὁπότε περὶ τῆς πολλῆς τε ἅμα καὶ μαλακῆς διαλέγεται, μὴ τοῦτο μόνον εἰπεῖν, ὅτι διαφορεῖν καὶ τήκειν πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ ὁποίαν τινὰ τὴν ὑπόλοιπον ἐργάζεται σάρκα. οὐ γὰρ δὴ

fuere? Adjecit vero ſermoni leviter ſive quodammodo, non genus actionis immutans, ſed quantitatem ejus definiens. Mollit enim exigue, quum adhibetur, ejusmodi frictio; quandoquidem, ſi amplius ſit adhibita, mollit quidem et tunc, caeterum largius quam antea. Quod ergo nec magnopere, nec mediocriter, ſed exigue remittit mollitque corpora pauca ac mollis frictio, per verbum illud, leviter, quod adjecit, declarat; ne hic quidem per hoc ſaltem iis, quae Hippocrates praecipit, quicquam tradens amplius; aeque nec, quum mediocrem et mollem addere corpori inquit laxam et fluidam carnem. Nam quoniam mediocris, idcirco carnem augebit; quoniam mollis, ſolvet, hoc eſt, molliet. Id quod tantundem eſt, ac laxam et fluidam carnem efficere. Erat autem hujus officium, ſicuti de his recte praecipit, et ſic, cum de multa ſimul et molli diſputat, non id modo dicere, quod halitu digerere ac liquare poteſt, ſed qualem etiam carnem relinquat apponere. Non enim ritu

Ed. Chart. VI. [72.] Ed. Baſ. IV. (234. 235.)

πᾶσαν τὴν οὐσίαν διαφορεῖ καὶ τήκει, καθάπερ τὸ πῦρ, ἀλλά τι καὶ καταλείπει πάντως. τοῦτο οὖν τὸ καταλειπόμενον ὁποῖόν τι τὴν ἰδέαν ἐστὶν, ἐχρῆν, οἶμαι, προσκεῖσθαι τῷ λόγῳ, καὶ μὴ μόνον τὸ τῆς πολλῆς τρίψεως ἴδιον ἔργον εἰπόντα τὸ τῆς μαλακῆς παραλιπεῖν. ὅτι μὲν ἡ πολλὴ διαφορεῖ, καὶ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται πρόσθεν· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ὑπὲρ τῆς πολλῆς ἐνεστήσατο τὸν λόγον ὁ Θέων, ἀλλὰ κατὰ συζυγίαν ἠξίωσε διδάσκειν, ἀπὸ τῆς πρώτης μὲν ἀρξάμενος τῆς τε ὀλίγης τε ὕμα καὶ μαλακῆς, ἐπὶ δευτέραν δὲ μεταβὰς τὴν μαλακήν τε ἅμα καὶ πολλὴν, εἶθ' ἑξῆς τρίτης μνημονεύσας τῆς μαλακῆς τε ἅμα καὶ συμμέτρου. ὥσπερ οὖν ἐπί τε τῆς πρώτης καὶ τρίτης συζυγίας οὐκ ἐσιώπησε τὸ τῆς ποιότητος ἔργον, οὕτως ἐχρῆν αὐτὸν οὐδὲ ἐπὶ τῆς δευτέρας παραλιπεῖν, ἀλλὰ κἀνταῦθα φάναι, τὴν πολλήν τε ἅμα καὶ μαλακὴν τρίψιν διαφορεῖν τε ὕμα καὶ μαλακὴν ἀπεργάζεσθαι τὴν σάρκα· πλὴν εἰ τὸ τήκειν ἀντὶ (235) τοῦ μαλάττειν χρὴ δέξασθαι, καὶ οὕτως ἀληθὲς μένει τὸ εἰρημένον. οὐχ ὅπως δὲ διαβάλλει τὴν

ignis univerſam ſubſtantiam exhaurit liquatque, ſed aliquid omnino relinquit. Id igitur, quod relictum eſt, qualenam demum ſpecie ſit, adjicere (arbitror) ſermoni oportuit, neque tantum multae frictionis proprio effectu poſito mollis opus omittere. Quod igitur multa diſſolvat, etiam ab Hippocrate prius dictum eſt. Verum non abſolute de multa Theon ſermonem inſtituit, ſed per conjugationem docendum eſſe cenſuit, utique a prima auſpicatus, nempe pauca et molli; poſt ſecundam aggreſſus, mollem et multam; inde tertiam memorans, mollem ſcilicet et mediocrem. Sicuti igitur in prima conjugatione et tertia proprium qualitatis effectum non diſſimulavit, ita nec in ſecunda ſuppreſſiſſe eum decuit; quin hic quoque docuiſſet multam ſimul et mollem frictionem non modo diſſolvere, ſed etiam mollem carnem reddere; niſi forte id, quod liquare dixit, pro mollire audiendum eſt. Atque ita quidem verum ſit, quod dicit. Caeterum ſic

Ed. Chart. VI. [72.] Ed. Baſ. IV. (235.)

Ἱπποκράτους διδασκαλίαν, ἀλλὰ καὶ παντὸς μᾶλλον ὁμολογεῖ αὐτήν. εἴπερ γὰρ ἡ μαλακὴ τρίψις ἀεὶ μὲν ἁπαλὸν ἐργάζεται τὸ σῶμα, κἂν ὀλίγη, κἂν πολλὴ, κἂν σύμμετρος ὑπάρχῃ, προσέρχεται δ' αὐτῇ οὐδέν τι παρὰ τῆς ποσότητος ἕτερον, ἀχώριστον ἔσται τῆς μαλακῆς τρίψεως τὸ μαλάττειν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τῆς σκληρᾶς τὸ σκληρύνειν, ἢ συνάγειν, ἢ σφίγγειν, ἢ δεῖν, ἢ πυκνοῦν, ἢ δυσαφῆ τὴν σάρκα ποιεῖν, ἢ ὡς ἄν τις ἑτέρως ἑρμηνεύειν ἐθέλοι ταὐτὸν πρᾶγμα. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ κύριον ὄνομα τῆς οὕτως διατιθεμένης σαρκός ἐστι τὸ σκληρὸν, ὥσπερ καὶ τῆς ἐναντίας αὐτῇ τὸ μαλακόν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὡς εἶπον, ἐγχωρεῖ λέγειν. καὶ διὰ τίνα μὲν τὴν αἰτίαν οὕτω πολλοῖς ὀνόμασιν οἷόν τε χρῆσθαι καθ' ἑνὸς πράγματος, ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται· νῦν δὲ, ὡμολόγηται γὰρ τοῦτο, τὴν μὲν αἰτίαν αὐτοῦ λέγειν ἔν γε τῷ παρόντι παραλίπωμεν. ὅτι δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ μαλακῇ τρίψει τὸ μαλακὰ ποιεῖν τὰ σώματα, πρόδηλον ἐκ τῶν εἰρημένων. εἰ γὰρ μὴ πολλὴν, μήτ' ὀλίγην, μήτε σύμμετρον

non modo Hippocratis doctrinam non accuſat, ſed multo maxime confirmat; etenim, ſi mollis frictio ſemper molle tenerumque corpus reddit, ſive ea exigua, ſive multa, ſive mediocris ſit, tum illi ex quantitate nihil accedit diverſum, inſeparabilis plane a molli frictione erit molliendi facultas, ſicuti a dura certe vis durandi, cogendi, conſtringendi, ligandi, denſandi, aut tactu duram carnem reddendi, aut quomodocunque aliter eandem rem interpretari malis. Quippe primum et proprium nomen ita affectae carnis eſt durities, ut ejus, quae diverſe afficitur, mollities: quamquam etiam reliquorum, quae dixi, nominum quolibet uti licet. Et quam ob cauſam tam variis nominibus unam interpretari rem liceat, paulo poſt dicemus. Nunc quoniam controverſa res non eſt, cauſam ejus ad praeſens ſaltem differamus. Quod autem mollem frictionem neceſſario conſequitur, ut corpora molliat, id plane clarum ex jam dictis eſt. Nam ſi nec qui multa

Ed. Chart. VI. [72. 73.] Ed. Baſ. IV. (235.)

τὴν τοιαύτην τρίψιν παραλαβὼν σκληρὸν ἐργάσασθαί ποτε δυνήσῃ τὸ σῶμα, δῆλον ὡς ἀχώριστον αὐτῆς ἐστι τὸ μαλάττειν, ὥσπερ γε καὶ τῆς σκληρᾶς τὸ συνδεῖν τε καὶ σκληρύνειν. καὶ γὰρ καὶ ταύτην [73] ἄν τ' ὀλίγην, ἄν τε πολλὴν, ἄν τε σύμμετρον παραλάβῃς, οὐδέποτε μαλάξεις τὸ σῶμα κατ' οὐδεμίαν ποσότητα, διὰ παντὸς δὲ σκληρὸν ἀπεργάσῃ μᾶλλον, ἢ ἧττον, ἐπὶ πλέον τρίβων μᾶλλον, ἐπ' ἔλαττον δὲ ἧττον· εἰ δὲ καὶ παντελῶς ὀλίγας τὰς σκληρὰς ἐπιβολὰς ποιησάμενος ἀρκεσθείης, ἀνάλογον τῇ τούτων βραχύτητι καὶ σκληρότης ἀπαντήσεται, καθάπερ καὶ ὁ πυρὶ πλησιάζων ἀεὶ μὲν θερμαίνεται, κἂν ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτῷ τύχῃ πλησιάζων, κἂν ἐπ' ὀλίγον, ἀλλὰ μᾶλλον μὲν τοῦθ' ὁ πολυχρονίως ὁμιλῶν, ἧττον δὲ ὁ μέχρι βραχέος, ἐπ' ἐλάχιστον δὲ ὁ ψαύσας μόνον. οὕτω κἂν ταῖς τρίψεσιν ὁμοιοῦται διαπαντὸς τὸ σῶμα, πρὸς μὲν τῆς μαλακῆς μαλαττόμενον, ὑπὸ δὲ τῆς σκληρᾶς σκληρυνόμενον, οὐ μὴν ἴσῳ γε τῷ μέτρῳ διαπαντὸς, ἀλλ' ὑπὸ μὲν τῆς πλείονος μᾶλλον, ὑπὸ δὲ τῆς ἐλάττονος ἧττον, ὥσπερ γε καὶ ὑπὸ μὲν τῆς πλείστης μάλιστα, ὑπὸ δὲ τῆς ἐλα-

ea, nec qui pauca, nec qui mediocri uſus fuerit, durum unquam corpus reddiderit, perſpicuum eſt molliendi vim nuſquam ab ea ſejungi, ſicuti nec dura colligandi et durandi; quippe quum hanc quoque ſive paucam, ſive multam, ſive mediocrem adhibeas, nunquam quantitatis ullius ratione corpus mollias, ſed ſemper duritiei plus minuſve adjicias, ſcilicet uberius perfricans plus, parcius vero minus. Quod ſi paucis omnino durisque manuum injectionibus contentus fueris, durities quoque proportione reſpondebit. Sicuti enim, qui igni ſe admovit, ſemper caleſit, ſive exiguo tempore id faciat, ſive diu, ſed magis, qui diutius verſatur, minus, qui brevi ſpatio, minime vero, qui tantum acceſſit; ita frictione quoque corpus ſemper pro ratione afficitur, a molli emollitum, a dura duratum, non tamen pari ſemper menſura, ſed a pluſcula magis, a parciore minus, a plurima maxime, a mi-

Ed. Chart. VI. [73.] Ed. Baſ. IV. (235.)

χίστης ἥκιστα. τοίνυν ὁ Θέων, ὁπότε περὶ τῆς μαλακῆς τε καὶ πολλῆς τρίψεως διαλεγόμενος διαφορεῖν καὶ τήκειν εἶπεν αὐτὴν, εἰ μὲν τὸ κενοῦν διὰ τοῦ τήκειν δηλοῖ, πλέον οὐδὲν σημαίνει τοῦ διαφορεῖν· ὥστε δὶς μὲν ἂν εἴη ταὐτὸν εἰρηκὼς, παραλέλοιπὼς δὲ προσθήκην ἀναγκαίαν τῆς γινομένης περὶ τὸ σῶμα διαθέσεως ἐκ τῆς μαλακῆς τρίψεως· εἰ δὲ τὸ μαλάττειν, ἢ λύειν, ἢ χαλᾶν, ἢ ὅπως ἂν ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλῃ, παραλείψεται μὲν οὕτως οὐδὲν αὐτῷ, τὰ δ' Ἱπποκράτους λέγων φωραθήσεται διὰ μοχθηροτέρου τρόπου διδασκαλίας. ὅτι μὲν ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς διδασκαλίας μοχθηρότερός ἐστιν ἧς Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ὀλίγον ὕστερον ἐπιδείξομεν· ὅτι δὲ, εἴπερ τὸ τήκειν ἀντὶ τοῦ μαλάττειν εἴρηκεν, οὐδὲν τῶν Ἱπποκράτους λέγει περιττότερον, ἄντικρυς δῆλον. εἰπόντος γὰρ ἐκ είνου, τὴν μὲν μαλακὴν λύειν, τὴν δὲ πολλὴν ἰσχναίνειν, εὔδηλον ἂν εἴη παντί γε τῷ νοῦν ἔχοντι συλλογίσασθαι, τὴν ἐκ τῆς μαλακῆς τε ἅμα καὶ πολλῆς σύνθετον ἰσχναίνειν τε ἅμα καὶ

nima minime. Theon ergo, quum de molli ſimul et copioſa frictione diſputans diſſolvere liquareque eam dixit, ſi quidem per liquare verbum inanire intelligit, aliud plane nihil ſignificaverit, quam diſſolvere; quare bis idem dixerit, praetermiſerit autem, quod neceſſario fuerat addendum, nempe eum affectum, qui ex molli frictione in corpore relinquitur; ſin mollire, ſolvere, remittere, aut aliud quippiam ejuſmodi dicere velit, ſic ſane reliquerit quidem nihil, caeterum, quum ea, quae Hippocratis ſunt, dicit, ob minus idoneam docendi rationem in furto deprehendetur. Quod itaque ejuſmodi docendi modus deterior ſit eo, quo uſus Hippocrates eſt, paulo poſt oſtendam. Quod vero, ſi liquare pro eo, quod eſt mollire, accipit, nihil iis, quae Hippocrates praedixit, amplius prodidit, plane manifeſtum eſt. Nam, quum ille dicat, mollem ſolvere, multam extenuare, quis non facile colligat, qui praeſertim mentis ſit compos, eam, quae ex molli multaque pariter compoſita ſit, extenuare ſimul ac

Ed. Chart. VI. [75.] Ed. Baſ. IV. (235.)

μαλάττειν. ἀλλ' οὐχ ὁ Θέων ἔοικεν οὕτω γινώσκειν, ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν γυμναστικῶν ἰσχναίνειν εἶπε δι' ἑνὸς ῥήματος, τοῦτ' ἐν τῷ τρίτῳ διὰ δυοῖν, τοῦ τε διαφορεῖν καὶ τήκειν. ἔχει γὰρ οὖν δὴ καὶ ἡ ἐν τῷ πρώτῳ ῥῆσις ὧδε. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων τὴν μαλακὴν τρίψιν, πολλὴν μὲν γενομένην, ἰσχναίνειν τὰ σώματα, αὐτάρκη δὲ, σαρκοῦν τρυφερᾷ καὶ κεχυμένῃ σαρκί. φανερῶς γὰρ ἐνταῦθα τὴν μαλακήν τε ἅμα καὶ πολλὴν τρίψιν ἰσχναίνειν ἔφησε τὰ σώματα. ὅτι δ' ἀναγκαῖον ἦν οὐ μόνον τὸ τῆς πολλῆς ἴδιον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μαλακῆς εἰπεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Θέων ἐνεδείξατο διὰ τῆς ἑξῆς ῥήσεως, ἐν ᾗ περὶ τῆς σκληρᾶς τρίψεως διδάσκων τὴν πολλὴν σφίγγειν τὰ σώματα καὶ συνδεῖν καὶ φλεγμονῇ τι παραπλήσιον ἐργάζεσθαί φησιν. ὃ γὰρ εἶχε συμμέτρως ὑπάρχουσα τῇ ποσότητι, τοῦτο πλεονασθεῖσα μᾶλλον ἐπεκτήσατο. πάντες οὖν ὁμολογοῦσι, τὴν σύμμετρον σκληρὰν σαρκοῦν τὸ σῶμα σκληρᾷ σαρκὶ, καθάπερ γε καὶ τὴν σύμμετρον μαλακὴν σαρκοῦν μὲν καὶ αὐτὴν, ἀλλὰ μαλακῇ τῇ σαρκί. κινδυνεύει δὲ ὁ Θέων, ἡνίκα

mollire? Verum non videtur ita ſenſiſſe Theon, ſed quod in primo Gymnaſticorum unico verbo extenuare dixit, id in tertio duobus extulit, nempe diſſolvere ac liquare. Habent vero ſe ejus verba in primo ad hunc modum: *Contrariarum vero mollem quidem, ſi multa ſit, extenuare corpora; ſin mediocris, carne implere utique delicata et fluida.* Aperte enim hoc loco mollem ſimul et multam frictionem extenuare corpora confirmat. Quod autem neceſſe fuerat non ſolum multae frictionis proprium effectum, ſed etiam mollis tradere, ipſe quoque Theon per ea, quae ſubjecit, oſtendit, in quibus, quum de dura praecipit, conſtringere multam coarctareque et phlegmonae ſimile quippiam parere ait. Quippe quod moderata quantitate adhibita poſſedit, id copioſius adaucta magis obtinuit. Omnes ergo duram mediocriter adhibitam dura carne implere fatentur ita, ut e diverſo mollem mediocriter adhibitam ipſam quoque carne implere, ſed ea molli. Accidit vero Theoni, quum de

Ed. Chart. VI. [73. 74.] Ed. Baſ. IV. (235.)

ὑπὲρ τῆς μαλακῆς τε ἅμα καὶ πολλῆς τρίψεως ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, μηδὲν τῆς μαλακῆς ἔργον εἰρηκέναι, ὁπότε δὲ περὶ τῆς σκληρᾶς τε ἅμα καὶ πολλῆς, μηδὲν τῆς πολλῆς. εἰ γὰρ τὸ τήκειν ταὐτὸν τῷ κενοῦν καὶ διαφορεῖν ὑπολάβοιμεν, ὑπὲρ μὲν τῆς πολλῆς ἔσται τι λεγόμενον αὐτῷ, περὶ δὲ τῆς μαλακῆς οὐδέν, ὥσπερ γε κἂν τῷ περὶ τῆς σκληρᾶς τε καὶ πολλῆς ὑπὲρ μὲν τῆς σκληρᾶς εἴρηται τὸ σφίγγειν καὶ δεῖν καὶ φλεγμονῇ τι παραπλήσιον ἀπεργάζεσθαι, [74] περὶ δὲ τοῦ πλήθους οὐδέν· καίτοι δίκαιον ἦν τι καὶ περὶ τῆς ποσότητος εἰπεῖν. ἀπεφήνατο γοῦν, ὡς, εἰ σύμμετρος εἴη τῇ ποσότητι, παχύνει. τί ποτ' οὖν ἡ πολλὴ ποιήσει μετὰ τὴν σύμμετρον ὑπάρχουσα; πάντως γὰρ ἤτοι φυλάξει τὸ ταύτης ἔργον, ἢ ἀλλοιώσει. ἀλλ' εἰ μὲν φυλάξει, τὸ πλῆθος μετὰ τῆς συμμετρίας τῶν τρίψεων οὐδὲν ἐργάσεται περιττότερον· εἰ δέ τι δράσει πλέον, ἤτοι καθαιρήσει τῆς σαρκώσεως, ἢ προσθήσει. καθαιροῦσα μὲν οὖν λεπτυνεῖ, προστιθεῖσα δὲ σαρκώσει. ἀλλὰ μὴν οὐ σαρκοῖ· λεπτύνειν γοῦν ἀναγκαῖον αὐτήν. οὐ μὴν εἶπέ γε ὁ Θέων

molli ſimul et multa frictione ſermonem faceret, nullum mollis effectum prodidiſſe; rurſus, quum de dura ſimul et multa, nullum multae expoſuiſſe. Nam ſi liquare pro eodem, quod eſt inanire et digerere, acceperimus, de multa quidem aliquid dixerit, de molli plane nihil; quemadmodum etiam in eo, quod de dura multaque ſcribit, duram quidem conſtringere, ligare et phlegmonae aliquid perſimile facere affirmat, de plenitudine vero nihil protulit; tametſi par fuerat de quantitate quoque aliquid dicere; nam illud confeſſus eſt, ſi mediocris quantitas ſit adhibita, eam incraſſare. Quid igitur efficiet multa, ſi ſupra mediocrem ſit adhibita? prorſus enim aut illius effectum tuebitur, aut alterabit. Sed ſiquidem ſervabit, certe multa frictio ſupra mediocritatem adhibita nihil plus adjiciet; ſin plus aliquid efficiet, aut minuet carnem, aut adjiciet. Verum, ſi minuet, extenuabit; ſi adjiciet, carne implebit. Atqui non adjicit carnem; extenuet ergo neceſſe eſt. Verum Theon de hac differentia nihil

Ed. Chart. VI. [74.] Ed. Baf. IV. (235.)

οὐδὲν ὑπὲρ τῆς κατὰ τοῦτο διαφορᾶς, ἀλλ' ὅλως ἐσιώπησε, μήτ' εἰ λεπτύνει, μήτ' εἰ παχύνει, μήτ' εἰ φυλάττει τὴν ἐκ τῆς συμμέτρου τρίψεως σάρκωσιν ἡ σκληρὰ πλεονασθεῖσα, μηδὲν ὅλως ἀποφηνάμενος, ἀλλὰ μόνον ὅτι σφίγγει καὶ συνδεῖ παραπλησίως φλεγμονῇ. ἐχρῆν δ' οὐ ταῦτα μόνον εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι καὶ λεπτύνει.

Κεφ. δ'. Φαίνεται τοίνυν ὁ Θέων ἢ μὴ δυνηθεὶς συνιέναι τῆς Ἱπποκράτους ἐν τοῖσδε τέχνης, ἢ μὴ βουληθεὶς ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα, διὰ βραχείας οὕτω ῥήσεως ἁπάσας τε τὰς διαφορὰς τῶν τρίψεων εἰπόντα καὶ πρὸς ταῖς διαφοραῖς ἑκάστης αὐτῶν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. ὡς μὲν γὰρ ἄν τις οἰηθείη κατὰ τὴν πρόχειρον οὑτωσὶ φαντασίαν, ὑπὲρ τεττάρων εἴρηκε μόνων· ἔχει δὲ οὐχ οὕτω τἀληθὲς, ἀλλ' ἑτέρας ἐνεδείξατο δύο ταῖς εἰρημέναις ἐξ ἀνάγκης συνεπινοουμένας, ἐν μὲν τῇ κατὰ ποιότητα διαφορᾷ τὴν μέσην τῆς σκληρᾶς τε καὶ μαλακῆς, ἥπερ δὴ καὶ σύμμετρός ἐστιν, ἐν δὲ τῇ κατὰ ποσότητα τὴν ὀλίγην· ἀναγκαῖον γὰρ τὴν ὀλίγην ἐναντίαν εἶναί τινα τῇ πολλῇ. τὸ δὲ

meminit, ſed omnino ſubticuit, minime plane definiens, extenuetne dura copioſe adhibita, an carnem augeat, an ſervet eundem, quem ex mediocri accepit, carnis modum, ſed tantum, quod conſtringit coarctatque et phlegmonae ſimile quid facit, confirmans. Conveniebat autem non hoc modo dicere, ſed etiam quod emaciat.

Cap. IV. Apparet ergo, Theonem aut Hippocratis artem hoc loco non intellexiſſe, aut hominem laudare noluiſſe, qui tam brevi ſermone omnes non ſolum differentias frictionum dixerit, ſed etiam uniuſcujusque opus et facultates. Quod etenim ſi quis prompta ita imaginatione arbitretur, quatuor eum duntaxat meminiſſe. Verum non ita ſe res habet; imo alias duas neceſſario in iis, quas dixit, ſubauditas inſinuavit; in qualitatis differentia durae molliſque mediam, quae nimirum mediocris eſt, in ea vero, quae a quantitate accipitur, paucam; quando paucam aliquam neceſſe eſt multae eſſe contrariam. Porro antiquae

Ed. Chart. VI. [74.] Ed. Baſ. IV. (235. 236.)

τῆς παλαιᾶς ἑρμηνείας εἶδος οὕτως ἐστὶ βραχυλόγον, ὡς πολλὰ πολλάκις ὑπερβαίνειν δοκεῖν τῇ λέξει τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων τοῖς λεγομένοις. καὶ διὰ τοῦτ', οἶμαι, γράφομεν αὐτῶν ὑπομνήματα, ποδηγοῦντα τοὺς δι' ἀγυμνασίαν ἀδυνάτους ἕπεσθαι τάχει λέξεως παλαιᾶς, καθάπερ κἂν τῷδε τῷ λόγῳ ποιοῦμεν. εἰ γὰρ ἡ μὲν σκληρὰ δύναται δεῖν, ἡ δὲ μαλακὴ λύειν, ὅσα μὲν ἐκλύεται πέρα τοῦ μετρίου σώματα, σκληρῶς ἀνατριπτέον, ὅσα δ' ἔσφιγκται, μαλακῶς. εἰ δέ τι συμμέτρως ἔχει, τοῦτ' εὔδηλον (236) ὡς οὔτε μαλακῶς, οὔτε σκληρῶς, ἀλλ' ὅσον οἷόν τε μάλιστα τὰς ὑπερβολὰς ἑκατέρας φυλαττόμενον. ὁ δὲ θαυμάσιος Θέων εὐθὺς τὸ πρῶτον ἔσφαλται, μήτε τὴν δύναμιν εἰπών ποτε τῆς συμμέτρου κατὰ ποιότητα τρίψεως, μήτε χρείαν, ἀλλ' ἀεὶ παρερχόμενος αὐτήν, ὥσπερ οὐκ οὖσαν. περὶ μὲν δὴ τοῦδε καὶ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. ὥσπερ δ' ἐν ταῖς κατὰ ποιότητα διαφοραῖς οὐ σκληρὰ καὶ μαλακὴ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ σύμμετρος, οὕτω κἂν ταῖς κατὰ τὸ ποσὸν οὐ πολλὴ καὶ ὀλίγη μόνον, ἀλλὰ καὶ μετρία.

interpretationis formula ita eſt brevis, ut non pauca ſaepe ipſa ſaltem dictione praeterire videatur, quae tamen neceſſario dicta ipſa ſequuntur. Quamobrem (arbitror) earum enarrationes ſcribimus, quae veluti praeeant iis, qui parum exercitati antiquae dictionis celeritatem aſſequi non valent, veluti in hoc ipſo loco facimus. Si namque dura ligandi, mollis ſolvendi vim habet, quae ſupra modum ſoluta corpora ſunt, ea duriter plane fricanda ſunt; contra, quae conſtricta ſunt, molliter; quae modice ſe habent, nec molliter, nec duriter, ſed, quatenus fieri poteſt, utroque declinato extremo. Egregius vero videlicet Theon primum in eo fallitur, quod neque mediocris qualitate frictionis vires tradidit, neque uſum, ſed ſemper ita praeteriit, tanquam nulla ſit. Verum de hoc paulo poſt agemus. Sicuti vero in iis differentiis, quae in qualitate ſpectantur, non ſolum dura mollisque conſiſtunt, ſed etiam media, ita et in iis, quae ex quantitate dicuntur, non ſolum multa et pauca, ſed etiam media noſcitur.

Ed. Chart. VI. [74. 75.] Ed. Baſ. IV. (236.)

τί ποτ' οὖν ἐν μὲν ταῖς κατὰ ποιότητα τὴν μέσην παρέλιπεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐν δὲ ταῖς κατὰ ποσότητα τὴν ὀλίγην; ἴσως ἄν τινι δόξειεν ἀλόγως τοῦτο πρᾶξαι· χρῆναι γὰρ ἐν ταῖς βραχυλόγοις διδασκαλίαις ἀφορίζεσθαι μὲν ταῖς ἄκραις ἐναντιότησι τὰ πράγματα παραλείπεσθαι δὲ τὸ μέσον τε καὶ σύμμετρον ἐν αὐταῖς, ὡς ἐξ ἀνάγκης τοῖς ἄκροις συνεπινοούμενον. ἐγὼ τοίνυν καὶ τοῦτο πειράσομαι διελθεῖν, καὶ σαφηνίσαι τὴν τοῦ παλαιοῦ γνώμην· [75] οὐκ ἀναγκαῖον μὲν ἐνταῦθα, τὰ γὰρ τοιαῦτα ζητήματα διὰ τῶν ἐξηγητικῶν ὑπομνημάτων εἰθίσμεθα λύειν, ἀλλ' ἐπεὶ ἅπαξ ἐν τῷδε τῷ λόγῳ κατέστην, ὡς ἀπολογεῖσθαι τοῖς ἀγυμνάστοις ὑπὲρ Ἱπποκράτους, ἐν οἷς αὐτοὶ σφαλλόμενοι κατηγοροῦσι τοῦ κατορθοῦντος, οὐκ ὀκνήσω προσθεῖναι καὶ τοῦτο. δυοῖν οὖν ὄντων πραγμάτων ὅλῳ τῷ γένει κεχωρισμένων, εἴ γε δὴ τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου τῷ γένει διενήνοχεν, αἱ μὲν τρίψεις ἐκ τῶν ποιούντων εἰσὶν, αἱ δ' ὑπ' αὐτῶν ἀποτελούμεναι κατὰ τὰ σώματ' ἡμῶν διαθέσεις ἐκ τῶν ποιουμένων. ὥστε καὶ τὰς ἐναντιότητας ἀναγκαῖον

Cur igitur in iis, quae ex qualitate trahuntur, mediam omiſit Hippocrates, in iis, quae ex quantitate, exiguam? Temere id feciſſe videri fortaſſe cuipiam poteſt; oportere enim in iis, quae compendio traduntur, ſummis inter ſe contrariis res definire, quod horum medium ſit atque mediocre, tranſire, utpote quod ex ſummis ipſis ultro ſit noſcendum. Ipſe igitur tum hoc docere, tum ſenis ſententiam clariorem reddere conabor, rem plane hoc loco non neceſſariam, quum quaeſtiones id genus in enarratoriis libris ſolvere ſoleam; ſed quoniam ſemel huc deſcendi, ut pro Hippocrate imperitis iſtis reſpondeam, in quibus ipſi falſi recte praecipientem calumniantur, non pigebit hoc quoque adjeciſſe. Quum igitur duo ſint toto genere inter ſe diverſa atque diſiuncta, ſi modo id quod facit ab eo quod fit genere differt, frictiones quidem ex eorum numero ſunt, quae faciunt, qui vero ab his in corpore relinquuntur affectus, ex iis, quae fiunt. Quare contrarietates quoque alias in frictionum genere, alias

Ed. Chart. VI. [75.] Ed. Baſ. IV. (236.)

ἑτέρας μὲν ἐν τῷ τῶν τρίψεων, ἑτέρας δ' ἐν τῷ τῶν διαθέσεων γένει ὑπάρχειν· ἐν μὲν τῷ τῶν τρίψεων τήν τε μαλακὴν καὶ τὴν σκληρὰν, καὶ τὴν πολλὴν καὶ τὴν ὀλίγην, ἐν δὲ τῷ τῶν διαθέσεων τήν θ' οἷον δέσιν τε καὶ λύσιν τῶν σωμάτων, καὶ τὴν ἰσχνότητα καὶ σάρκωσιν. ἡ μὲν οὖν προτέρα τῶν διαθέσεων ἐναντίωσις ὑπὸ τῆς προτέρας κατὰ τὰς τρίψεις ἐναντιώσεως γίγνεται, ἡ δὲ δευτέρα οὐκέτι. συμβαίνει γὰρ ἐπ' αὐτῆς τὴν μὲν ἰσχνότητα πρὸς τῆς πολλῆς γίγνεσθαι τρίψεως, τὴν δ' ἀνάθρεψιν ὑπὸ τῆς μετρίας. ἡ γὰρ ὀλίγη σαρκοῦν οὐδέπω δυνατὴ, διότι δεῖται μὲν τὸ σαρκωθησόμενον αἵματος παραθέσεως συμμέτρου καὶ δυνάμεως εὐρώστου. καὶ ταῦτα ἅμα καλῶς αὐτῷ πρὸς τῆς συμμέτρου γίνεται τρίψεως, οὐδέτερον δὲ ἱκανῶς οὐδ' αὔταρκες ἐπὶ τῆς ὀλίγης. ἐπεὶ τοίνυν οὐ συνέβαινον ἐς ταὐτὸν αἱ τῶν τρίψεων ἐναντιώσεις ταῖς τῶν διαθέσεων, ἠνάγκαζε δ' αὐτὸν ἡ τῆς βραχυλόγου διδασκαλίας ἰδέα δι' ἐναντιώσεων ἀφορίσασθαι τὸν λόγον, ἐπὶ τὴν χρησιμωτέραν ἐναντίωσιν ἀφικόμενος ὑπερεῖδε τῆς ἀχρηστοτέρας. χρησιμω-

in affectuum, qui ab his proveniunt, neceſſe eſt ſtatui: in frictionum genere tum duram et mollem, tum multam et paucam; in affectibus vero et eam, quae veluti colligatio et ſolutio corporum eſt, et gracilitatem ac craſſitudinem. Ac prior quidem affectuum contrarietas ex priore frictionum contrarietate naſcitur, ſecunda non item. Evenit enim in hac, ut gracilitas proveniat ex multa, carnis incrementum ex mediocri; quippe pauca augendae carni nondum ſufficit, quod videlicet id, quod carnis incrementum accipiet, et ſanguinis moderato acceſſu, et valida virtute eget, quorum utrumque mediocris frictio commode praeſtat; pauca neutrum, nec abunde, nec ſatis. Quoniam igitur non in idem coibant frictionum affectionumque contrarietates, coëgit vero eum compendiaria docendi ratio per contrarietates poſitas ſermonem abſolvere, utiliore contrarietate accepta minus utilem conſulto omiſit. Porro utilior ea eſt, quae in af-

Ed. Chart. VI. [75.] Ed. Baſ. IV. (236.)

τέρα δέ ἐστιν ἡ κατὰ τὰς διαθέσεις τῆς κατὰ τὰς τρίψεις· ἐνὶ μὲν καὶ πρώτῳ λόγῳ τῷ κατὰ τὸ τέλος τῆς τέχνης. ἐστοχασμέναι γάρ εἰσιν αἱ τρίψεις τῆς τοῦ σώματος διαθέσεως ὡς τέλους· ἀεὶ γὰρ τὸ τέλος τοῦ πρὸ αὐτοῦ κυριώτερον, ὅσῳ γε τοῦ διὰ τί γιγνομένου τὸ δι' ὃ γίγνεται· δευτέρῳ δὲ λόγῳ ἕνεκεν τῆς σαφηνείας. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ μαθεῖν ἡμᾶς τὰ τῆς πολλῆς καὶ τὰ τῆς μετρίας ἀνατρίψεως ἔργα ῥᾷστόν ἐστιν ἐπινοῆσαι τὰ τῆς ὀλίγης· οὐ μέντ' ὁμοίως εὐσύνοπτος ἡ τῆς συμμέτρου τρίψεως δύναμις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τρίτον τῷδε τῷ λόγῳ κάλλιστα ἂν Ἱπποκράτης εὑρίσκοιτο διδάσκων περὶ τρίψεως. ἡγεῖσθαι μὲν γὰρ χρὴ τὴν τῶν ἐναργῶς ἀποτελουμένων διδασκαλίαν, ἕπεσθαι δὲ τὴν τῶν ἀμυδρῶς, εἴτε γράφοι τις περὶ αὐτῶν ῥητῶς, εἴτε τοῖς ἀναγνιώσκουσιν ἀπολείποι. ἔστι δ' ἐναργὲς μὲν τὸ τῆς μετρίας τρίψεως ἔργον, ἡ σάρκωσις τοῦ σώματος, οὐκ ἐναργὲς δὲ τὸ τῆς ὀλίγης· οὔτε γὰρ σαρκοῦν, οὔτ' ἰσχναίνειν, οὔθ' ὅλως οὐδὲν ἐναργὲς φαίνεται ποιεῖν, ὅτι μὴ θερμαίνειν μόνον

fectibus, quam quae in frictionibus ſpectatur. Idque duplici ratione aſſeritur: una quidem et prima, quae ab artis fine ſumitur; quippe frictiones ad corporis affectum ceu finem diriguntur; finis enim iis, quae prae ſe, ſemper eſt praeſtantior, quanto nimirum id, cujus gratia, iis, quae ipſius gratia fiunt; altera, quae a claritatis ratione accipitur; intellectis namque multae et mediocris effectibus, facillimum eſt paucae opus contueri; non perinde tamen mediocris frictionis perſpicua vis eſt. Quin etiam tertium hoc ipſo de frictionibus ſermone belliſſime docuiſſe Hippocratem invenias. Praecedere namque eorum doctrinam oportet, quae liquido peragi cernuntur, ſequi vero eorum, quae minus liquido et obſcure, idque ſive de his expreſſis verbis ſcripſeris ſive lecturis ea intelligenda relinquas. Eſt vero evidens atque in aperto mediocris frictionis opus, ipſum ſcilicet carnis incrementum, obſcurum vero paucae, quippe quae nec augere nec minuere carnem, nec omnino evidens aliquid videtur effi-

Ed. Chart. VI. [75. 76.] Ed. Baſ. IV. (236.)

ἐπὶ βραχύ. κοινὸν δ' ἦν ἁπάσης τρίψεως τὸ θερμαίνειν. ὥστ', ἐπεὶ μήτ' ἐναργὲς ἀποτελεῖ μηδὲν, καὶ ὅ τι φαίνεται ποιεῖν, οὐδὲ τόδε ἴδιον αὐτῆς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἁπάσης τρίψεως, εὐλόγως παρελείφθη. τὸ μὲν οὖν, ὅτι κοινὸν ἁπάσης τρίψεως ἔργον ἐστὶ τὸ θερμαίνειν, οὐκ ἄξιον Ἱπποκράτους συγγράμματος· ὁποῖον δέ τι πέφυκεν ἑκάστη τρίψις ἴδιον ἀποτελεῖν, Ἱπποκράτει τε διδάσκειν ἀναγκαῖον ἦν, ἡμῖν τε μανθάνειν χρηστόν. ἀναγαγὼν γὰρ, ὥσπερ εἰς στοιχεῖά τινα, τὰς ἁπλᾶς διαφορὰς, ἅπαντα τὸν περὶ τῆς τρίψεως λόγον ἐδίδαξεν, ὅπως ἀναθρέψεις, ἢ καθαιρήσεις, ἢ μαλάξεις, ἢ σφίγξεις τὸ σῶμα. τούτοις δ' εὐθέως συνεμφαίνεται τά τε μέσα τῶν ἔργων καὶ τὰ κατὰ συζυγίαν ἀποτελούμενα· [76] μέσα μὲν, ὅταν μήτε δῆσαι τὸ σῶμα, μήτε λῦσαι, μήτε σαρκῶσαι, μήτε μινυθῆσαι προελώμεθα, κατὰ συζυγίαν δὲ, ὅταν, εἰ οὕτως ἔτυχε, ἅμα δῆσαι καὶ σαρκῶσαι. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐπινοήσειεν, ὡς, ἐπειδὰν σκληρᾷ σαρκὶ σαρκῶσαι σῶμα

cere, niſi parum caleſacere; at id omnis frictionis commune opus eſt. Quare, quum neque evidens aliquid efficit, et, quod facere videtur, proprium ejus non eſt, ſed omnis frictionis commune, non ſine cauſa eſt (ut arbitror) omiſſa. Quod igitur omnis frictionis calorem accendere commune opus ſit, non ſatis, quod ab Hippocrate prodatur, dignum praeceptum eſt. Quid vero quaeque frictio proprium efficiat, id ut Hippocrati neceſſe tradere, ita nobis certe utile erat diſcere. Reductis enim veluti in elementa ſimplicibus differentiis, univerſam frictionum rationem abſolvit, quemadmodum carnem adjicias, quemadmodum detrahas, quemadmodum corpus mollias, quemadmodum conſtringas. Cum his una protinus ſe promunt tum media earum opera, tum ea, quae per conjugationem faciunt: media quidem, quum nec ligare corpus, nec ſolvere, nec carnem augere, nec minuere ſtudemus; quae vero per conjugationem, quum, verbi gratia, pariter colligare et carnem addere. Quis enim non videat, quum duram carnem adjicere corpori

Ed. Chart. VI. [76.] Ed. Baſ. IV. (236.)

προαιρώμεθα, τὴν σκληρὰν ἡμῖν τρίψιν ἅμα ποσότητι συμμέτρῳ παραληπτέον ἐστὶν, ὥσπερ καπειδὰν μαλακῆ, τὴν μαλακήν τε ἅμα καὶ σύμμετρον ἐν τῷ ποσῷ, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας συζυγίας ἀνάλογον; ἃς ἔνιοι τῶν γυμναστῶν ὡς ἴδια γράφοντες εὑρήματα μετὰ τοῦ προσεγκαλεῖν Ἱπποκράτει μεγάλως πλημμελοῦσιν, ὅτι τε τὸν πρῶτον ὑπὲρ αὐτῶν διδάξαντα δικαίων ἐπαίνων ἀποστεροῦσι καὶ, τὸ τούτου χεῖρον, ὅτι τὴν ἐκείνου γνώμην ἐς αὑτοὺς καταφέροντες ἔτι καὶ διαβάλλειν αὐτὸν ἐπιχειροῦσιν, οὐδ' οὖν οὐδὲ καλῶς ἐπαλλάττοντες ἀλλήλαις τὰς ἁπλᾶς διαφοράς. ἐχρῆν γὰρ, οἶμαι, τόν γε κατὰ τρόπον ἐπὶ τὰς ἐν μέρεσι συζυγίας ἔρχεσθαι βουλόμενον οὔτε τὰς συμπάσας ἐξ ποιεῖν, ὥσπερ ὁ Θέων, οὔτε καταλιπεῖν τι κατὰ ταύτας ἔργον ἢ ποιότητος ἢ ποσότητος ἴδιον, ὥσπερ ἐπὶ μὲν τῆς μαλακῆς τε ἅμα καὶ πολλῆς τὸ τῆς μαλακῆς, ἐπὶ δὲ τῆς σκληρᾶς τε ἅμα καὶ πολλῆς τὸ τῆς πολλῆς ἴδιον ἐδείκνυτο παραλελοιπώς,

volumus, frictionem duram una cum mediocri modo eſſe petendam, veluti, quum mollem addere ſtudemus, frictionem mollem et quantitate mediocrem adhibendam, et per alias conjugationes ad proportionem? quas nonnulli gymnaſtarum tanquam ſua ipſorum inventa tradentes, dum Hippocratem accuſant, ipſi vehementer delinquunt, et quod eum, qui de his primum praecepit, merita laude fraudant, et quod, quum ejus inventa ſibi tribuant, etiam (quod atrocius multo eſt) calumniari hominem non dubitant. Accedit, quod nec ſimplices differentias apte inter ſe alternant; decuerat enim (arbitror) eum, qui recte ad particulares conjugationes deſcendere voluit, nec univerſas ſenario numero comprehendere, veluti Theon facit, nec aliquod earum proprium vel quantitatis vel qualitatis opus omittere, quemadmodum in mollis ſimul et multae opus mollis, in durae ſimul et multae effectum multae praetermiſiſſe eum offendimus,

Ed. Chart. VI. [76.] Ed. Baſ. IV. (236.)

ἀλλὰ καὶ ταῦτα προστιθέναι, καὶ τὰς κατὰ μέρος συζυγίας ἐννέα ποιεῖν. αἱ γὰρ τρεῖς διαφοραὶ τῶν κατὰ τὴν ποιότητα τρίψεων ἐπιπλεκόμεναι ταῖς τρισὶ διαφοραῖς τῶν κατὰ ποσότητα τρίψεων συζυγίας ἀποτελοῦσιν ἐννέα· ἓξ μὲν τὰς ὑπὸ Θέωνος εἰρημένας ἐν ᾗ παρεθέμην ὀλίγον ἔμπροσθεν ῥήσει, τρεῖς δ' ἄλλας, ἃς ἐκεῖνος παρέλιπε, τὴν μέσην σκληρᾶς τε καὶ μαλακῆς ὑπερβάς· καίτοι οὐδ' ἐπινοῆσαι δυνατόν ἐστιν οὔτε σκληρὰν οὔτε μαλακὴν τρίψιν ἄνευ τοῦ προσεπινοῆσαι τὴν σύμμετρον· ἣ τὰς τρεῖς διαφορὰς τῆς ποσότητος εἴπερ ἔζευξεν, ἐννέα τὰς πάσας ἂν οὕτως ἀπειργάσατο συζυγίας τρίψεων, οὐχ ἓξ. ἐκθήσομαι δὲ αὐτὰς ἐπὶ διαγράμματος, ἐν ᾧ τὸν μὲν πρότερον στοῖχον ἄνωθεν κάτω ποιοτήτων χρὴ νοεῖν, τὸν δὲ δεύτερον ποσοτήτων.

ſed has quoque adjeciſſe, et particulares conjugationes novem feciſſe. Quippe tres quae a qualitate frictionum ſumentur differentiae, ſi eas tribus, quae a quantitate ducuntur, junxeris, novem conjugationes effeceris: ſex, quae a Theone ſunt poſitae in iis quae paulo ſupra memoravi verbis, et tres, quae ab eo ſunt pratermiſſae, dum mediam mollis duraeque omiſit; quanquam ne intelligere quidem neque mollem frictionem neque duram fas eſt, ut non ſimul intelligatur mediocris. Cui ſi tres quantitatis differentias junxiſſet, novem ita univerſas frictionum differentias effeciſſet, non ſex. Eas ipſe nunc in deſcriptione exponam, in qua duorum verſuum, qui ſuperne deorſum pinguntur, priorem qualitatum intelligi volo, ſecundum quantitatum.

Ed. Chart. VI. [76.]		Ed. Bas. IV. (236. 237.)
		ποσότητες
	ποιότητες	ὀλίγη
	σκληρὰ	πολλὴ
		σύμμετρος
		ὀλίγη
Διάγραμμα	μαλακὴ	πολλὴ
		σύμμετρος
		ὀλίγη
	σύμμετρος	πολλὴ
		σύμμετρος.

τῶν ἐν τούτῳ τῷ διαγράμματι γεγραμμένων ἐννέα συζυγιῶν ἓξ τὰς πρώτας εἰπὼν ὁ Θέων, οὐκέτ' ἐμνημόνευσεν τῶν ὑπολοίπων τριῶν, αὐτὸς ἑαυτῷ περιφανῶς (237) μαχόμενος. εἴπερ γάρ ἐστι τῆς ὀλίγης καὶ πολλῆς μέση τρίψις, ἣν μετρίαν τε καὶ σύμμετρον ὀνομάζομεν, εἴη ἂν δηλονότι καὶ σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἑτέρα τις μέση, σύμμετρός τε καὶ μετρία προσαγορευομένη. μεμνῆσθαι δὲ ἡμᾶς χρὴ παρὰ πάντα τὸν λόγον, ὡς πάντα ταῦτα κατὰ τὸ πρός τι λέγεται. καὶ

		Quantitates
	Qualitates	Pauca
	Dura	Multa
		Mediocris
		Pauca
Figura	Mollis	Multa
		Mediocris
		Pauca
	Mediocris	Multa
		Mediocris

Novem harum, quas descriptio complectitur, conjugationum quum Theon sex primas tradidisset, reliquarum trium certe non meminit, ipse secum manifestissime pugnans. Si enim paucae ac multae media quaedam est, quam mediocrem vocamus, etiam mollis duraeque altera certe media erit, quam mediocrem moderatamque appelles. Sane meminisse per omnem sermonem convenit, haec omnia in respectu collationeque dici; quando, quae

Ed. Chart. VI. [76. 77.] Ed. Baſ. IV. (237.)

γὰρ ἡ σκληρὰ τῷδέ τινι μαλακὴ γένοιτ' ἂν ἑτέρῳ τινὶ, καὶ ἡ σύμμετρος ἀσύμμετρος, ἥ τ' ὀλίγη πολλὴ, καὶ ἡ πολλὴ τῷδέ τινι τοῖς ἄλλως πως διακειμένοις ὀλίγη. τοῦτο μὲν δὴ καὶ ὁ Θέων βούλεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ὑπερβὰς τὴν σύμμετρον ἐν ποιότητι τρίψιν οὐ μακρῶς ἁμαρτάνει. καί μοι δοκεῖ περιπεσεῖν ὁ Θέων αὐτῷ, διότι παραλέλειπται κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ῥῆσιν. [77] ὥστε κἀκ τούτου κατάφωρον γίγνεσθαι τὸν ἄνδρα, μηδὲν μὲν ἴδιον ὑπὲρ τρίψεως ἐξευρηκότα, τὰ δ' Ἱπποκράτους οὐκ ὀρθῶς μεταχειριζόμενον. οὐ γὰρ ἀνέγνω τὰ συγγράμματα τοῦ παλαιοῦ παρὰ διδασκάλοις εὐθὺς ἐκ παίδων ὁρμώμενος. ὁμολογεῖ γοῦν αὐτὸς ἀθλητὴς γενέσθαι τὰ πρῶτα, καταλύσας δὲ τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τὴν γυμναστικὴν ἀφίκετο τέχνην. καὶ ταῦτα, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐχ ὑπὲρ τοῦ ψέξαι τὸν ἄνδρα προεθέμην εἰπεῖν· ἀποδέχομαι γὰρ αὐτὸν οὐδενὸς ἧττον τῶν ἀρίστων γυμναστῶν· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἀναγνωσομένοις τήνδε τὴν πραγματείαν ἐνδείξασθαι τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι παρακολουθεῖν βιβλίοις παλαιοῖς ἄνευ τῶν ἐπιμελῶς ἐξηγουμένων αὐτά. διότι μὲν γὰρ ἔπρεπε βραχυλογίᾳ παλαιᾷ

huic dura eſt, alteri pro molli ſit; et quae mediocris, immodica; et quae pauca, multa; et quae alii multa eſt, aliter quodammodo affecto ſit pauca. Hoc vero et Theon fatetur; nec fieri ſane poteſt, ut, qui mediocrem in qualitate frictionem praeterit, non longe aberret. Ac mihi quidem videtur Theon inde adeo in hunc errorem lapſus, quod Hippocrates de ea frictione ſubticuit; adeo, ut hinc deprehendatur nihil proprium et ſuum de frictione Theon protuliſſe, ſed perperam Hippocratis inventa tractaſſe. Non enim a pueris ſtatim orſus et ſub praeceptore ſenis ſcripta perlegit, quum fateatur ipſe, primum athletam ſe fuiſſe, deinde, hoc exercitio depoſito, ad gymnaſticen ſe contuliſſe. Atque haec medius fidius, non quo hominem vituperem, appoſui, quem alioqui inter primos gymnaſtas cenſeo, ſed quo iſta lecturos doceam, haud facile eſſe veterum libros intelligentia conſequi, ſi deſint, qui ea curioſe enarrent. Nam quod ex priſca

Ed. Chart. VI. [77.] Ed. Baſ. IV. (237.)

τὴν μέσην σκληρᾶς τε καὶ μαλακῆς ὑπερβῆναι τρίψιν ἔν γε τῇ τῆς λέξεως ἑρμηνείᾳ, ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι· διότι δ' ἡμᾶς οὐ χρὴ παρορᾶν τά γε τοιαῦτα, καὶ πρόσθεν μὲν ἐπέδειξα, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἐπιδείξω. εἴπερ γὰρ ἡ μαλακὴ καὶ ἡ σκληρὰ τρίψις ἐν τῷ πρός τι τήν θ' ὕπαρξιν ἔχουσι καὶ τὴν νόησιν, ἀνάγκη καὶ τὴν σύμμετρον ἐν τῷ πρός τι συνίστασθαι. τίθεσο δή μοι σῶμα τοιοῦτον, οἷον καὶ τὸ τοῦ παιδὸς ὑπεθέμεθα τοῦ προκειμένου κατὰ τόνδε τὸν λόγον, ἀκριβῶς ὑγιαῖνόν τε καὶ σύμμετρον πάντη, ὡς μήτε μαλακώτερον ἐθέλειν ἡμᾶς αὐτὸ, μήτε σκληρότερον ἐργάσασθαι, μήτε προσθεῖναί τι τῇ σαρκώσει, μήτ' ἀφελεῖν. ἆρ' οὖν ἐπὶ τοῦ τοιούτου σώματος ἢ τὴν σκληρὰν τρίψιν, ἢ τὴν μαλακὴν προσάξομεν; ἢ τὴν πολλὴν, ἢ τὴν μετρίαν; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς ἡγοῦμαι συμφέρειν. ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς σκληρᾶς σκληρότερον, ὑπὸ δὲ τῆς μαλακῆς μαλακώτερον, ὥσπερ γε καὶ ὑπὸ μὲν τῆς πολλῆς ἰσχνότερον, ὑπὸ δὲ τῆς μετρίας παχύτερον ἀπεργασθήσεται τὸ τοιοῦτον σῶμα. χρὴ

brevitatis dignitate fuerit durae mollisque frictionis mediam ſilentio praeterire in ipſa enarrationis ſerie, id ante a nobis jam dictum eſt. Quod autem talia a nobis praeteriri non debeant, id quoque et oſtenſum prius eſt, et nunc nihilo ſecius oſtendetur. Si enim tam mollis frictio, quam dura, in reſpectu collationeque non ſolum ſubſiſtentiam, ſed etiam intelligentiam ſui habet, etiam mediocrem in ſimili reſpectu collationeque conſtitui neceſſe eſt. Finge ergo, tale eſſe corpus, quale propoſiti nobis in hoc libro pueri eſſe praeſumpſimus, ſanum prorſus et omnis exceſſus medium, ita, ut neque molliorem hunc effectum velimus, neque duriorem, ſed nec carnis ejus modo adjectum quicquam detractumve: num igitur ita ſe habenti corpori aut duram, aut mollem frictionem admovebimus, aut etiam multam, aut mediocrem? Ego plane quamlibet harum inutilem cenſeo, quippe quum a dura durius, a molli mollius, a multa gracilius, a mediocri craſſius reddetur; quorum nullo ei eſt opus, imo

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 118 sur 889

Ed. Chart. VI. [77.] Ed. Baſ. IV. (237.)

δ' οὐδὲν τούτων, ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν ἀκριβῶς αὐτῷ φυλάττεσθαι συμμετρίαν. ὥστε οὔτε σκληρῶς, οὔτε μαλακῶς αὐτὸ τρίψομεν, οὔτε πολλαῖς, οὔτε ὀλίγαις, ἀλλὰ μετρίαις ἀνατρίψεσιν αὐτὸ τρίψομεν, οὐδὲν πλέον ἐργαζόμενοι τοῦ παρασκευάζειν τε πρὸς τὰ γυμνάσια, καὶ αὖθις ἀποθεραπεύειν, ἐπειδὰν ἱκανῶς γυμνάσηται. καλείσθω γὰρ οὖν δὴ καὶ ἡμῖν, ὥσπερ καὶ τοῖς νεωτέροις γυμνασταῖς, ἀποθεραπεία τὸ μετὰ τὰ γυμνάσια μέρος τῆς τρίψεως. ὁ δέ γε Θέων οὐδεμίαν ὧν εἶπε κατὰ τὰς τρίψεις συζυγιῶν ἐφαρμόσαι δύναται τῇ τοιαύτῃ φύσει τοῦ σώματος, ἓξ εἰπὼν τὰς πάσας, τρεῖς μὲν τὰς πρώτας τῆς μαλακῆς, ἑτέρας δὲ τρεῖς τῆς σκληρᾶς. οὔτε δὲ τῶν μαλακῶν οὐδὲ μιᾶς τὸ τοιοῦτον σῶμα φαίνεται δεόμενον, οὔτε τῶν σκληρῶν, ἀλλὰ τῆς τούτων ἀμφοτέρων μέσης, ἣν σύμμετρον ὀνομάζειν χρὴ κατὰ ποιότητα. καὶ δῆλον ἤδη γέγονεν, ἡλίκον ὁ Θέων ἐσφάλται τὴν μέσην σκληροτέρας καὶ μαλακῆς ὑπερβὰς τρίψιν. ἐπὶ γοῦν τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος οὐδεμίαν ὧν εἶπε συζυγιῶν ἐφαρμόσαι δυνατὸν, οὔθ' ὑγιαίνοντος ἀκριβῶς,

priſtinam potius mediocritatem ad unguem ſervari. Quare neque duriter id, neque molliter, neque multis frictionibus, neque quantitate mediocribus, ſed paucis et qualitate mediocribus infricabimus, nihil ultra moliti, quam ut ad exercitandum praeparemus, ac rurſus, quam jam ſatis exercitatum ſit, apotherapia curemus. Vocetur autem nobis, ſicuti recentibus gymnaſtarum, apotherapia ea frictionum pars, quae poſt exercitationem adhibetur. Sane Theon nullam ex iis quas protulit conjugationibus ejuſmodi corporis naturae accommodare poteſt, quum ſex in univerſum nominavit, priores tres mollis, reliquas vero tres durae, et neque mollium cujusquam ejusmodi corpus egeat, neque durarum, ſed ejus, quae harum media ſit, quam ſcilicet mediocrem in qualitate dixiſſe par eſt. Liquidoque patere jam arbitror, quantopere lapſus Theon ſit mediam durae mollisque praeteriens. Siquidem ad optimum ſtatum corporis nullam harum, quas protulit, conjugationum accommodare fas eſt, nec quum

Ed. Chart. VI. [77. 78.] Ed. Baſ. IV. (237.)

οὔτ' ἐπανορθώσεως δεομένου τοῦ τοιούτου σώματος. εἰ μὲν γὰρ ἀκριβῶς ὑγιαίνει, μόνης τῆς παρασκευαστικῆς δεῖται τρίψεως, ἣν ὀλίγην τε ἅμα καὶ μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐδείξαμεν ὑπάρχειν· εἰ δ' ἤτοι τοῦ δέοντος ἰσχνότερον ἢ παχύτερον γίγνοιτό ποτε, μὴ μέντοι κατὰ ποιότητα τῆς σαρκὸς ὑπαλλαγείη μηδέν, εἰς τὸ μέσον δ' ἀκριβῶς φυλάττοιτο μαλακοῦ τε καὶ σκληροῦ, τηνικαῦτα τὴν πολλὴν μὲν ἅμα καὶ σύμμετρον ἐν ποιότητι προσάξομεν ἰσχναίνειν βουλόμενοι, σαρκοῦν δὲ τὴν ὀλίγην τε ἅμα καὶ σύμμετρον κατὰ ποιότητα. ταύτας τὰς τρεῖς συζυγίας ὑστάτας ἐπὶ ταῖς ἓξ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐξεθέμην ἐν τῷ διαγράμματι, δεικνὺς ὡς ἁπάσας αὐτὰς ὁ Θέων παρέλιπεν. [78] ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μάνον ὅτι παρέλιπεν, ἀλλὰ καὶ ὅτι χρησιμωτάτας ὑπαρχούσας, ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἐξῆς ἂν εἴη καιρὸς ἐπὶ τὰ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἀναβληθέντα ἰέναι· καὶ πρῶτόν γε, ὡς ἡ κατὰ τὰ στοιχεῖα τῶν πραγμάτων διδασκαλία χρησιμωτέρα τῶν ἄλλων ἐστίν· εὐσύνοπτόν τε γὰρ ἐργάζεται τὸ πᾶν πρᾶγμα, καὶ τῇ μνήμῃ παρατιθέμενον, εἰς ἀνάμνησίν τε

integra plane valetudine corpus fruitur, nec etiam, ſicubi corrigi poſtulat. Quippe ubi plane valet, ſola praeparatoria frictione eget, quam exiguam ac mollis duraeque mediam eſſe oſtendimus. Ubi juſto gracilius craſſiusve effectum eſt, non tamen in qualitate alterata caro quicquam eſt, ſed plane mollis, ac durae medium modum ſervat, ſi quidem emaciare ſtudemus, et multam, et qualitate mediocrem adhibemus, ſi carnem augere, paucam ſimul et mediocrem in qualitate. Has tres conjugationes ultimo loco poſt ſex in deſcriptione expoſui hoc conſilio, ut omnes eas a Theone praetermiſſas indicarem. Quoniam igitur non ſolum praetermiſſas ab eo, ſed etiam utiliſſimas eaſdem praetermiſſas diſputatio noſtra docuit, deinceps tempeſtivum arbitror ad ea, quae paulo ante diſtulimus, reverti; ac primum illud, quod doctrina ea, quae per rerum elementa traditur, caeteris ſit utilior; quippe quae et ſub compendium rem omnem cogit, et memoriae affigit, et reminiſcentiae facile ſuggerit, ac

Ed. Chart. VI. [73.] Ed. Baf. IV. (237.)

ῥᾳδίως ἐρχόμενον, ἅπάντων τε τῶν κατὰ μέρος ἐπιδέξιον χρῆσιν ἑτοίμως δεικνύμενον, ὡς ἂν εἰς ὀλίγα καὶ ὡρισμένα στοιχεῖα τῆς ἀναφορᾶς γιγνομένης αὐτῶν. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως πάσας τὰς κατὰ μέρος ἐν ταῖς τρίψεσι διαφοράς τε καὶ χρείας καὶ δυνάμεις, εἰ μόνον ἅπαξ ἐκμαθὼν τὴν γνώμην τοῦ παλαιοῦ μετὰ ταῦτα πρόχειρον ἔχει τῇ μνήμῃ τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ, δι' ἧς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὡς δῆσαι μὲν ἡ σκληρά, λῦσαι δὲ ἡ μαλακή, μινυθῆσαι δὲ ἡ πολλή, σαρκῶσαι δ' ἡ μετρία δύναται τρίψις; ἐκ γὰρ τοῦ ταῦτα νοῆσαί τε καὶ μνημονεῦσαι πρώτας μὲν τὰς ἐν τῇ ῥήσει παραλειφθείσας διαφορὰς εὑρήσομεν, εἶθ' ἑξῆς ἐπιπλέοντες ἀλλήλαις ἁπάσας ἐννέα συζυγίας ἀπεργασόμεθα, τὰς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπὶ τοῦ διαγράμματος ἐγκειμένας, ἃς οὔθ' εὑρεῖν οὔτε μνημονεῦσαι δυνατὸν ἄνευ τοῦ προηγήσασθαι τὴν στοιχειώδη διδασκαλίαν, ἣν Ἱπποκράτης ἐποιήσατο, σύμπαντα τὸν περὶ τῆς τρίψεως λόγον εἰς τὰς πρώτας ἀρχὰς ἀναγαγών, ἐξ ὧν ἀκριβῶς εὑρημένων οὐ μόνον τὰ νῦν εἰρημένα περιγίγνοιντο ἂν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ κρίνειν ἁπάσας

omnium, quae ſigillatim agentur, rectum uſum prompte ſuppeditat, ceu ad pauca et certa elementa referens. Quis enim non facile membratim frictionum differentias, uſum ac vires inveniat, ſi, ſemel intellecta ſenis ſententia, poſtea dictionem ejus memoriter teneat? qua videlicet docet, conſtringere quidem frictionem duram, ſolvere mollem, corpus adimere multam, augere mediocrem poſſe. Ex horum namque notitia ac memoria primum ſane, quae omiſſae in verborum contextu ſunt, differentias invenies; mox, omnibus inter ſe complicatis, novem conjugationes efficies, quas paulo ſupra deſcriptione ſumus complexi; quas neque inveniſſe, neque memoria tenuiſſe promptum ſit, niſi, quam Hippocrates tradidit, elementaris doctrina praeceſſerit, omnium frictionum ratione in prima principia reducta. Ex quibus prorſus inventis non ea modo, quae nunc ſunt inventa, nobis ſuppeterent, ſed etiam omnem corruptam doctrinam judicandi facultas

Ed. Chart. VI. [78.] Ed. Baf. IV. (237.)

τὰς μοχθηρὰς διδασκαλίας. ἴδιον γὰρ μάλιστα μεθόδου τοῦτο, τὸ διὰ βραχείας ἀρχῆς στοιχειώδους ἐπὶ τὰ πάντα δύνασθαι τὰ κατὰ μέρος ἰέναι, καὶ κρίνειν ἅπαντα τὰ μοχθηρῶς εἰρημένα, καθάπερ κανόνι τινὶ τοῖς ἐπιστημονικοῖς θεωρήμασι τὰς οὐκ ὀρθὰς δόξας δοκιμάζοντα. περὶ μὲν δὴ τοῦ μήτ' ἄλλον τινὰ περὶ τρίψεως ὀρθῶς ἐγνωκέναι, μήτε τὸν γυμναστὴν Θέωνα, καίτοι τῶν ἄλλων κάλλιον ὑπὲρ αὐτῆς ἀποφηνάμενον, ἀλλ' Ἱπποκράτην τε καὶ ὅσοι τούτῳ παρηκολούθησαν, ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. ε'. Λείποιτο δ' ἂν ἔτι τῶν ἀναβληθέντων, ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων εἰπεῖν, ἵνα μή τις ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἐξαπατώμενος ἰσαρίθμους οἰηθῇ τὰς διαθέσεις ὑπάρχειν ταῖς προσηγορίαις. τὸ μὲν γὰρ σκληρὸν ὄνομα κυρίως ἐπιφέρεται κατά τινος μιᾶς τοῦ σώματος διαθέσεως, ἣν οὐδ' ἐξηγεῖσθαι διὰ πολλῶν ὁποία τίς ἐστι δεόμεθα, πάντων ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς φωνῆς ποδηγουμένων ἐπὶ τὸ πρᾶγμα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ μαλακόν. τὸ δ' ἀραιὸν καὶ τὸ πυκνὸν οὐκέθ' ὁμοίως ἐναργῶς σημαίνει τὰς δια-

supereſſet. Quippe id methodi proprium maxime eſt, ut ex parvo elementari principio ad ſingula membratim pervenire poſſit, tum, quicquid perperam eſt dictum, ſcientificis id theorematis, veluti regula quapiam, poſſis judicare, perverſas opiniones examinans. Quod igitur neque alius quiſpiam recte de frictione ſenſit, neque Theon ipſe gymnaſtes (tametſi eruditius caeteris de ea locutus), ſed Hippocrates, et qui eum ſunt ſecuti, ſatis haec ſunt.

Cap. V. Supereſt ex iis, quae ad hunc locum diſtulimus, ut de nominibus ipſis differamus, ne quis eorum numero deceptus pares numero affectus cum ipſis appellationibus exiſtimet. Duri enim vocabulum de quadam corporis affectione proprie dicitur, quam nec interpretari quidem, qualis ſit, pluribus eſt opus, nemine vel ex voce ipſa non ad rei notitiam perducto. Ad eundem modum et mollis vocabulum. At rari et denſi vocabula non perinde evidenter ipſos corporis affectus ſignificant,

Ed. Chart. VI. [78. 79.] Ed. Bas. IV. (237. 238.)

θέσεις τοῦ (238) σώματος, ὅτι διττή τις ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις ἐγένετο, κυρίως μὲν ὀνομαζόντων ἑτέρα, καταχρωμένων δ' ἑτέρα. τὸ μὲν οὖν κυρίως ἀραιόν ἐστι τὸ μεγάλοις διαλαμβανόμενον πόροις, ὥσπερ γε καὶ πυκνὸν τὸ μικροῖς· τὸ δ' ἐκ μεταφορᾶς, ἢ καταχρήσεως, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν, καὶ κατὰ τοῦ κεχυμένου τε καὶ πεπιλημένου λέγεται. κατὰ τοῦτο γοῦν ἔστιν ὅτε τὸν μὲν ἀέρα καὶ τὸ πῦρ ἀραιὰ, τὸ δ' ὕδωρ καὶ τὴν γῆν [79] πυκνὰ λέγομεν, ἐπ' αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὰς εἰρημένας προσηγορίας ἐπιφέροντες, ἡνωμένα τε καὶ ὁμοιομερῆ τὴν φύσιν ὑπάρχοντα, καὶ μηδενὶ διαλαμβανόμενα πόρῳ. πολὺ δὲ δὴ τούτων ἔτι μᾶλλον ἀποκεχώρηκε τοῦ κυρίως ὀνομάζεσθαι τό τε ἐσφιγμένον καὶ τὸ δεδεμένον, ἐκ μεταφορᾶς ἄμφω λεγόμενα, τὸ μὲν ἐσφιγμένον ἐπί τε τοῦ πυκνοῦ καὶ τοῦ σκληροῦ, ποτὲ μὲν ἑκατέρου καταμόνας ὑπάρχοντος, ἔστιν ὅτε δ' εἰς ταὐτὸν ἀφιγμένου, τὸ δ' αὖ δεδεμένον ἐπὶ τῶν αὐτῶν μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς μεταφορᾶς. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντα τὰ δεδεμένα δυσκίνητά εἰσιν, οὕτως ὀνομάζουσι καὶ τὰ διὰ

propterea quod duplex eorum nominum uſus obſervatur, alter eorum, qui proprie loquuntur, alter abutentium. Ac proprie quidem rarum accipimus, quod meatus magnos per totum obtinet, ſicuti e diverſo denſum, quod eoſdem parvos; at per metaphoram, ſive abuſum, ſive quocunque alio genere appellaſſe libet, de laxo coactoque haec ipſa vocabula dici audias; hac enim ratione et aërem et ignem aliquando raros dicimus, aquam et terram denſas, ad elementa ſcilicet ipſa translatis appellationibus, quae tamen et unita ſunt, et ex ſimilaribus natura partibus conſtant, nec ullos ejusmodi meatus obtinent. Multo his longius a proprietate receſſerunt illa, quae per metaphoram ambo ſunt dicta, nempe conſtrictum et colligatum. Illud de denſo et duro, modo quidem utroque ſeorſum exiſtente, modo in idem conveniente; hoc rurſus de iiſdem dicimus, non tamen eadem metaphora. Nam quoniam omnia, quae colligata ſunt, eadem ad motum impedita ſunt, ita nonnulli nominarunt et quae ob ſic-

Ed. Chart. VI. [79.] Ed. Baſ. IV. (238.)

ξηρότητά τινα, ἢ ψύξιν, ἢ φλεγμονὴν, ἢ σκίρρον, ἢ τάσιν, ἢ πλήρωσιν, ἢ βάρος ἐν δυσκινησίᾳ καθεστῶτα. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ τοῖς ἐναντίοις χρῶνται τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τῶν ἐναντίων διαθέσεων, ἀνεῖσθαι λέγοντες, ἢ ἐκλελῦσθαι, ἢ κεχαλάσθαι. χρὴ δὲ μὴ τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων προσέχειν, ἀλλ' ἡγεῖσθαι, διττὰ γένη διαθέσεων ὑπάρχειν τὰ πάντα, τὸ μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ὅπερ ἤτοι σκληρὸν, ἢ μαλακόν ἐστι, τὸ δ' ἐν ταῖς τῶν ὀργάνων ποροποιΐαις συνιστάμενον, ὅπερ ἤτοι πυκνὸν, ἢ ἀραιόν. αὗται γὰρ ἴδιαι τῶν σωμάτων αὐτῶν εἰσιν αἱ διαθέσεις, ἐπίκτητοι δὲ καὶ ὡς ἄν εἴποι τις πρόσκαιροι, ποτὲ μὲν ἐμπεπλησμένων τῶν πόρων ὑγρότητος περιττῆς, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ καθαρῶν ὑπαρχόντων, καὶ ποτὲ μὲν ἀνεπεπταμένων, ἔστιν ὅτε δὲ μεμυκότων.

Κεφ. ς'. Ἀλλὰ περὶ τῶν διαθέσεων τούτων ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν ὁ λόγος ἔσται· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανιέναι χρὴ, καὶ πρότερον διορίσασθαι σαφέστερον ἔτι περὶ τρίψεως. ὡς ἐνίοτε μὲν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἐργά-

citatem aliquam, frigus, phlegmonen, ſcirrhum, tenſionem, repletionem, aut pondus aegre moventur. Eandem ob cauſam et contrariis nominibus in contrariis affectibus utuntur, remitti, aut reſolvi, aut laxari dicentes. Oportet autem non nominum inſpicere numerum, ſed affectuum genera duplicia in totum eſſe exiſtimare, alterum, quod in ſimilaribus ipſis obſervatur, de quo molle durumve dicitur, alterum, quod in inſtrumentalibus meatuum ratione conſiſtit, quod denſum eſſe vel rarum dicitur. Hi namque corporum ipſorum proprii affectus ſunt; aſcititii vero et (ut ita dicam) temporarii, quod alias meatus ipſi ſupervacuo humore impleantur, alias ſint mundi, et modo patentes, modo conniventes.

Cap. VI. Verum de his affectibus in ſequentibus libris agemus. Nunc ad propoſitum redeundum, ac primum clarius adhuc de frictione ipſa diſſerendum; nempe quod haec ipſa interdum per ſe corporibus noſtris com-

Ed. Chart. VI. [79.] Ed. Baſ. IV. (238.)

ζεταί τι περὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν χρηστὸν, ἐνίοτε δὲ τοῖς ἐργαζομένοις ὑπηρετεῖ, καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε περὶ ἐπιδέσεως, ὡς ἐπίδεσις τὸ μὲν αὐτὴ ἰᾶται, τὸ δὲ τοῖς ἰωμένοις ὑπηρετεῖ. αὐτὴ μὲν οὖν ἡ τρίψις ἐργάζεται τά τ' ἀραιὰ πυκνὰ ποιοῦσα, καὶ τὰ μαλακὰ πυκνοῦσα· σκληρὰ δ' ἂν εἴη πάντως ἡ τοιάδε τρίψις· καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ σκληρὰ μαλάττουσα, καὶ τὰ πυκνὰ διευρύνουσα· μαλακὴ δέ ἐστιν ἡ τοιαύτη τρίψις. οὕτω δὲ καὶ ἡ τοῦ σαρκῶσαι χάριν ἢ τοῦ λεπτῦναι παραλαμβανομένη καθ' ἑαυτὰς ἐργάζονταί τι χρηστὸν ἐν τοῖς σώμασιν. ἡ μέντοι παρασκευάζουσα πρὸς τὰ γυμνάσια καὶ ἡ μετὰ ταῦτα παραλαμβανομένη τοῖς γυμνασίοις ὑπηρετοῦσιν, ἡ μὲν ἐκ τοῦ θερμῆναι μετρίως τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα, καὶ τὰ κατὰ τὴν σάρκα περιττώματα χέουσα, καὶ τὰ στερεὰ μαλάττουσα. καλεῖται δὲ παρασκευαστικὴ τρίψις ἡ τοιαύτη. ἡ δὲ ἑτέρα προσαγορεύεται μὲν ἀποθεραπευτική· γινομένη δὲ μετὰ ἐλαίου πλέονος ἐπιτέγγει τε ἅμα τῷ λίπει, καὶ μαλάττει τὰ στερεὰ, καὶ διαφορεῖ τὰ ἐν τοῖς πόροις περιεχόμενα. ἀλλὰ περὶ

modum afferat, interdum iis, quae commodum afferunt, ad eum ſane modum ſubminiſtret, quem Hippocrates de deligatione tradidit his verbis: *Deligatio partim ipſa ſanat, partim ſanantibus ſubſervit.* Ipſius igitur frictionis effectus ſunt, et quod rara denſat, et mollia durat; dura vero haec eſſe omnino poſtulat; praeterea quod dura mollit, et denſa laxat; haec contra mollis ſit oportet. Pari modo et quae carnis augendae minuendaeve cauſa ſuſcepta eſt, utraque per ſe utile aliquid corpori confert. Quae tamen ad exercitationes corpora praeparat, item quae poſt exercitationem adhibetur, hae exercitationibus ſubſerviunt. Illa modice caleſaciendo tenues meatus recludit, ſimul excrementa, quae caro continet, fluxilia reddens, et ſolida emolliens; appellant autem hujuſmodi frictionem praeparatoriam; altera recuratoria appellatur; haec cum pluſculo oleo adminiſtrata ſimul pinguedine humectat, et ſolida emollit, et quae meatibus continentur, in halitus digerit. Verum de hac poſt dice-

Ed. Chart. VI. [79. 80.] Ed. Baſ. IV. (238.)

μὲν τῇσδε καὶ αὖθις εἴπωμεν ἐφεξῆς τοῖς γυμνασίοις. ἡ μέντοι παρασκευαστικὴ τρίψις ἐπὶ τῆς ἀρίστης φύσεως ἕνεκα τοῦ διαθερμῆναι τὰ σώματα παραλαμβανομένη καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ὀλίγον ἔμπροσθεν γιγνέσθω, μαλακὴ μὲν τὰ πρῶτα, προσαγόντων δὲ ἤδη τοῖς πόνοις σκληρά. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τό τε μαλάττειν ἔχοι καὶ τὸ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἐπεγείρειν, καὶ τὸ διαφυλάττειν ὁποίαν παρέλαβε τὴν φύσιν τοῦ σώματος. εἰ μέντοι διαμαρτάνοιτο κατά τι, πρὸς τὸ σκληρὸν ἐκτρεπέσθω μᾶλλον. αἱ γὰρ ἐπ' ὀλίγον ὑπερβολαὶ τῆς συμμετρίας ἐν τῷ δέρματι καταπαύονται, τῶν ἐντὸς οὐδὲν ἀλλοιοῦσαι, [80] βλάπτοιεν δ' ἂν ἧττον τὸ δέρμα πρὸς τὸ σκληρόν τε καὶ πυκνὸν ἐκτρεπόμεναι· οὕτως γὰρ ἂν εἴη δυσπαθέστερον. ὡς, εἴ γε καὶ διαπνεῖσθαι τὸ τοιοῦτον καλῶς ἠδύνατο, σκληρότατον ἂν αὐτὸ καὶ πυκνότατον ἀπειργαζόμεθα. νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ πρὸς ἄμφω χρὴ παρασκευασθῆναι καλῶς αὐτό, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἔνδοθεν περιττωμάτων διαπνοὴν, καὶ τὴν τῶν ἔξωθεν ὁμιλούντων βίαν, ἄριστον ἂν εἴη τὸ μέσον ἑκατέρων τῶν ὑπερ-

mus, quum de exercitatione egerimus. Sed praeparatoria frictio in optima ſtatus natura caleſaciendi corporis cauſa ſuſcepta, prout ſupra traditum eſt, fiat mollis primo, mox vero exercitationem aggreſſuro dura; ita namque maxime et mollire poterit, et ad exercitationes excitare, et corporis naturam, qualem ab initio accepit, ſervare. Quod ſi quid aberratum ſit, ad durum id potius ſpectet. Nam qui breves a medio receſſus ſunt, ii cute tenus finiuntur, nullo interiorum alterato. Minus vero laedetur ipſa cutis, ſi ad durum ſimul et denſum receſſus a medio ſint, quippe ita injuriae minus opportuna fiet. Adeo, ſi tranſpiratio per hujuſmodi cutim facilis eſſet, duriſſimam eam atque denſiſſimam efficeremus; nunc, quoniam ad utrumque munus probe eſſe comparatam oportet, et excrementa, quae intus conduntur, per halitum emittenda, et eorum, quae foris accedunt, vim tolerandam, utiliſſimus ſane fuerit medius inter utrumque exceſſum

Ed. Chart. VI. [80.] Ed. Baſ. IV. (238.)

βολῶν. εἰ δ' ἄρα ποτὲ μὴ φυλάττοιτο τοῦτο, βέλτιον τὸ σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον τοῦ μαλακωτέρου καὶ ἀραιοτέρου. τὸ μὲν γὰρ τῆς διαπνοῆς ἔλλιπὲς ἐπανορθώσασθαι γυμνασίαις οἷόν τε· τὸ δὲ τῆς ἑτέρας διαθέσεως εὐεπηρέαστον ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων οὔτ' ἐπανόρθωσίν τινα ἑτέραν ἑτοίμην ἔχει, καὶ πρόσεστιν αὐτῷ βλάβη οὐ σμικρὰ, διαφερομένων πολλάκις οὐ τῶν περιττωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς τροφῆς. ἐν μὲν δὴ ταῖς κατὰ ποιότητα διαφοραῖς ἐπὶ τὸ σκληρότερον ἁμαρτάνειν χρὴ μᾶλλον, ἤπερ ἐπὶ τὸ μαλακώτερον· ἐν μέντοι ταῖς κατὰ ποσότητα πρὸς τὸ ἔλαττον, ἐπὶ τῆς προκειμένης δηλονότι φύσεώς τε καὶ ἡλικίας. ἀεὶ γὰρ χρὴ τούτου μεμνῆσθαι κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον. αὐξάνεσθαί τε γὰρ ἔτι βουλόμεθα τὸ τοιοῦτον σῶμα, καὶ ἥκιστα ξηραίνεσθαι. τίνας μέντοι χρὴ φύσεις σωμάτων κατὰ διαθέσεις ἐπὶ πλέον τρίβειν, αὖθις εἰρήσεται.

Κεφ. ζ'. Νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν ἐνεστῶσαν ὑπόθεσιν ἐπα-

modus, qui ſi quando fortaſſe non ſervabitur, melior utique fuerit, qui ad durius denſiusque pertinebit, quam qui ad mollius laxiusque. Nam tranſpirandi defectum exercitio farcire licebit; alterius vero affectus vitium, quod eſt ad externorum injuriam opportunitas, neque alias corrigi facile poteſt, affertque praeterea conjunctum incommodum non parvum, digeſto ſubinde non excremento modo, verum etiam ipſius corporis nutrimento. Ergo in iis differentiis, quae a qualitate ſumuntur, aberrare ſatius eſt verſus eam, quae durior eſt, quam eam, quae mollior. In iis tamen, quae a quantitate ducuntur, in propoſita ſaltem natura et aetate ſi quid delinquitur, verſus id, quod minus eſt, id eſto. Semper enim ejus in praeſenti diſputatione meminiſſe oportet, augendi ejuſmodi corpus, haud quaquam ſiccandi ſtudium eſſe propoſitum. Quas vero corporum naturas affectas amplius fricandum ſit, poſtea dicemus.

Cap. VII. Nunc ad propoſitam materiam reverſi

Ed. Chart. VI. [80.] Ed. Baſ. IV. (238.)

νεῖλθόντες ὑπὲρ τοῦ μέτρου τῆς τρίψεως ἐπισκεψώμεθα τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἀρτίως ἐπεσκεψάμεθα περὶ τῆς ποιότητος. ἔοικε δὲ καὶνταῦθα, πρὶν ὁρίζειν τὸ μέτρον, ἑτέρου τινὸς ἐπιμνησθήσεσθαι σκέμματος, οὗ χωρὶς οὐδὲ τὸ μέτρον ὀρθῶς οὔτε ὁρισθῆναι δυνατὸν οὔτε γνωρισθῆναι. τὸ δὲ δὴ σκέμμα τοῦ περιέχοντος ἀέρος τὸν τριψόμενον ἡ κρᾶσίς ἐστιν, ἣν δεῖξαι μὲν ἐπὶ ἔργου ἐγχωρεῖ, διελθεῖν δὲ τῷ λόγῳ σαφῶς οὕτως, ὡς μηδὲν ἀπολείπεσθαι τὴν ἑρμηνείαν ἐναργοῦς ἐνδείξεως, ἀμήχανόν ἐστι καὶ ἀδύνατον παντάπασιν. ἀλλ' εἰ μὴ πολὺ λείποιτο δείξεως ἐναργοῦς ὁ λόγος, ἱκανὸν καὶ τοῦτο. προηγεῖται δὴ καὶ τῶνδε πάλιν ἑτέρα τις ὑπόθεσις, ἐν τίνι μὲν ὥρᾳ τοῦ ἔτους, ἐν τίνι δὲ χώρᾳ τῆς οἰκουμένης ὁ γυμνασόμενος ἔσται· μόνα γὰρ ἐπ' αὐτῷ διώρισται τό τε τῆς κατασκευῆς τοῦ σώματος καὶ τὸ τῆς ἡλικίας. οὔτε δὲ ἐν ᾧτινι τέθραπται μέρει τῆς γῆς, οὔτε ἐν ᾧ μέλλει γυμνάζεσθαι νῦν, οὔτε καθ' ἥντινα τοῦ ἔτους τὴν ὥραν, ἢ καὶ τῆς ἡμέρας, προσδιώρισται, καίτοι παρὰ

de menſura ipſa frictionum agamus ad eundem modum, quo paulo ante de qualitate egimus. Convenit autem hoc loco, ut, priuſquam menſuram definiam, alterius cujuſdam quaeſtionis mentionem faciam, ſine cujus notitia menſuram ipſam nec definiviſſe recte licet, nec noviſſe. Eſt vero, quod aeſtimandum cenſeo, aëris, qui fricandum corpus continebit, temperies; quam utique in re ipſa monſtrare licet, explicare oratione aperte, ita ut interpretationis evidentiae nihil deſit, plane non licet, ſed eſt prorſus inexplicabilis. Verum, ſi non adeo multum orationi de rei evidentia deſit, abunde fuerit. Praecedit vero hanc et alia quaedam conſideratio, nempe quo anni tempore, et in quonam orbis loco exercitandum ſtatuamus. Duo enim hactenus de eo tantum definita ſunt, corporis ſtatus et aetas. In qua vero terrae parte aut educatus hactenus fuerit, aut exercitandus tunc ſit, aut quo anni die ve tempore, nihil ſane conſtitutum eſt; quanquam pro harum certe cujuſque ratione medio-

Ed. Chart. VI. [80. 81.] Ed. Baſ. IV. (238. 239.)

ταῦτα τὸ μέτρον τῆς τρίψεως ὑπαλλάττεται. προσδιοριστέον οὖν αὐτὰ πάλιν, εἰρημένα μὲν ἤδη δυνάμει κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦδε τοῦ γράμματος, οὐ μὴν τῇ γε ἑρμηνείᾳ σαφῶς δεδηλωμένα. λέγοντες γὰρ οἷον κανόνα τινὰ πρῶτον ἐκτίθεσθαι πάντων τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων τὸν ἄμεμπτον τῇ κατασκευῇ τοῦ σώματος ἄνθρωπον, εὐθέως ἐν τούτῳ καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ διορισόμεθα δυνάμει. οὔτε γὰρ εὐκρατότατον, οὔτε ἀμεμπτότατον τῇ κατασκευῇ γίνεσθαι σῶμα δυνατὸν ἐν τοῖς ἀμέτρως κεκραμένοις χωρίοις, ὡς ὅ τε λόγος ὑπαγορεύει καὶ ἡ πεῖρα δείκνυσι. ξηροὶ μὲν γὰρ καὶ ἰσχνοὶ καὶ οἷον ἐσκελετευμένοι γίνονται κατὰ τὰς θερμὰς χώρας οἱ ἄνθρωποι, ἀνώ[81]μαλοι δὲ ταῖς κράσεσιν, ὡς τὰ μὲν ἔξω ψυχρά, τὰ δὲ ἔνδον τε καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα θερμὰ (239) περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἔχειν, οἱ τῶν ψυχρῶν χωρίων οἰκήτορες. τὸ δ' ἄριστον σῶμα, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος, ὥσπερ ὁ Πολυκλήτου κανών ἐστιν· ᾧ κατὰ μὲν τὴν ἡμετέραν χώραν, ὡς ἂν εὔκρατον ὑπάρχουσαν, ὀπταὶ πολλὰ παραπλήσια σώματα, παρὰ δὲ Κελτοῖς,

critas frictionis eſt varianda. Ergo ad ea, quae hactenus ſtatuta ſunt, haec quoque definienda ſunt, utique poteſtate inter initia operis jam tradita, non tamen interpretationis luce clare explicata. Dicens enim veluti regulam quandam omnium, quae poſt dicenda erant, poſiturum me hominem eo corporis ſtatu, de quo queri non poſſit, obiter nimirum etiam regionem hominis poteſtate definivi, quum nec optimo temperamento, nec inculpabili conſtitutione ullum in iis regionibus, quae a temperamenti modo receſſerunt, gigni poſſit, ſicuti tum ratio docet, tum experientia commonſtrat. Quippe ſicci, graciles et veluti torreſacti in aeſtuoſis tractibus homines fiunt. Rurſus frigidioris plagae incolae inaequali temperamento viſuntur, ut quibus exteriora frigeant, interiora atque in his viſcera immodice caleant. Sane optimum corpus, de quo nunc ſermo proponitur, veluti Polycleti regula eſt; cui in noſtra regione, utpote probe temperata, non pauca ſimilia videas, apud Celtas vero,

Ed. Chart. VI. [81.] Ed. Baſ. IV. (259.)

ἢ Σκύθαις, ἢ Αἰγυπτίοις, ἢ Ἄραψιν οὐδ' ὄναρ ἰδεῖν ἔστι τοιοῦτον σῶμα. καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἡμετέρας χώρας ἱκανὸν ἐχούσης πλάτος, εὐκρατότατόν ἐστι τὸ μεσαίτατον, οἷόν περ ὑπάρχει τὸ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους πατρίδα· καὶ γὰρ χειμῶνος αὕτη καὶ θέρους ἐστὶν εὔκρατος, ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἦρός τε καὶ φθινοπώρου. τοιαύτην οὖν τινα χώραν ὑποθέμενοι τῷ προκειμένῳ σώματι, τὴν μὲν ὥραν τοῦ ἔτους αὐτῷ προσυποθώμεθα τὸ μεσαίτατον τοῦ ἦρος· ἔστω δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ μέλλει πρὸς ἡμῶν γυμνάζεσθαι τὸ πρῶτον, ὡς οἷόν τε τὸ μεσαίτατον· ἵνα κατὰ μηδένα τρόπον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἐξαλλαχθῇ πως ἡ φυσικὴ δύναμις τῆς κράσεως αὐτοῦ. διὰ δὲ τὸν αὐτὸν λογισμὸν οὐδὲ τὸν οἶκον, ἐν ᾧ γυμνάζεσθαι μέλλει, θερμότερον ἢ ψυχρότερον εἶναι προσήκει κατά γε τὴν ἡμέραν ἐκείνην τοῦ κοινοῦ τῆς πόλεως ὅλης ἀέρος. ἐν μέντοι χειμῶνι καὶ θέρει τοιοῦτον αὐτῷ προσθετέον· ἐν μὲν χειμῶνι θερμότητα, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχρότητα, ὡς εὔκρατον ἀκριβῶς ἀποτελεσθῆναι τὸ σῶμα κατὰ τὸν τῆς τρίψεως καιρόν.

Scythas, Aegyptios, Arabas ne per ſomnium quidem tale unquam eſt vidiſſe. Noſtrae autem regionis, quae in latitudinem non parvam extenditur, id, quod in medio habetur, optime ſane temperatum eſt, cujuſmodi patria Hippocratis eſt; etenim ea tum hyeme, tum aeſtate mediocrem temperiem exhibet, vere autem et autumno multo magis. Ejuſmodi igitur locum quum corpori propoſito dederis, anni quoque tempus veris medium ipſi dabis. Eſto vero et diei, in qua exercitandus a nobis primum eſt, maxime, quoad fieri poteſt, ipſe meridies; quo videlicet naturalis temperamenti ejus vis ab ambiente nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, ut ne domus quidem, in qua exercitandus eſt, ipſo praeſertim die calidior frigidiorve ſit, quam publicus totius urbis aër. At hyeme atque aeſtate talis vel arte praeparandus eſt, nempe hyeme calidior, aeſtate frigidior; quo videlicet exacta temperie corpus frictionis tempore frua-

Ed. Chart. VI. [81.] Ed. Baſ. IV. (239.)

εἰ γὰρ ἤτοι θερμότερος ἢ ψυχρότερος εἴη περαιτέρω τοῦ προσήκοντος, ἐν μὲν τῷ θερμοτέρῳ φθάσειεν ἂν ἱδρῶσαι, πρὶν αὐτάρκως μαλαχθῆναι· κατὰ δὲ τὸν ψυχρότερον οὐδ' ἂν ἐκθερμανθείη τὴν ἀρχήν, οὐδὲ μαλαχθείη ποτὲ καλῶς, οὐδ' ἐπανθήσειεν ἐρευθος εὐανθὲς, οὐδ' εἰς ὄγκον ἀρθείη τὸ σῶμα. ταῦτα γὰρ δὴ τὰ γνωρίσματα συμμέτρου τρίψεώς ἐστιν ἐν ἀέρι συμμέτρῳ περὶ τὴν εὔκρατον ἕξιν τοῦ σώματος, ἔρευθός τε καὶ ὄγκος. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ καταχεῖν ὕδωρ θερμὸν εἰς ὄγκον μὲν τὸ πρῶτον ἐξαίρεται τὰ σώματα, πλεοναζόντων δὲ καθίσταται, καὶ διὰ τοῦθ' Ἱπποκράτης ἐπ' αὐτῶν εἶπε· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀείρεται, ἔπειτα δ' ἰσχναίνεται· οὕτως καὶ ἡ τρίψις ἐξαίρει μὲν πρῶτον, αὖθις δὲ συστέλλει τε καὶ καθαίρει τὸ σῶμα. τοὺς μὲν δὴ σαρκώσεως ἕνεκα τριβομένους τηνικαῦτα παύεσθαι προσήκει, ὅταν τὸ σῶμα πλησίον ἥκῃ τοῦ καθίστασθαι· τοὺς δ' εἰς τὰ γυμνάσια παρασκευαζομένους οὐχὶ τοῦτον ἀναμένειν τὸν καιρὸν, ἀλλὰ πολὺ πρόσθεν παύεσθαι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἄριστοι τὴν κρᾶσιν ὦσι, καὶ παῖδες ἔτι τὴν ἡλικίαν.

tur; quando, ſi juſto calidior frigidiorve domus fuerit, in calidiore quidem ſudabit prius, quam abunde molliatur, in frigidiore neque calefiet prorſus, nec mollietur unquam, nec floridum ruborem oſtendet, nec in tumorem attolletur. Sunt namque duo haec, rubor et tumor, in aëris temperie et corporis ſtatu temperato mediocris frictionis notae. Veluti enim, ſi calidam aquam affundas, primum quidem corpus intumeſcit, ſi largius affundas, conſiſtit, ideoque et Hippocrates de his aiebat: *Primum quidem attollitur, deinde fit gracile:* ita frictio quoque attollit quidem primum, poſtea contrahit ac purgat corpus. Iis ergo, qui carnis augendae cauſa fricantur, tunc plane finienda frictio eſt, quum corpus et intumuit, et prope eſt ut contrahatur. Qui autem ad exercitandum jam praeparantur, iis minime id tempus expectandum, ſed longe prius deſiſtendum a frictione eſt, potiſſimum quum optimi temperamenti ſunt, et aetate adhuc pueri;

Ed. Chart. VI. [81.] Ed. Baſ. IV. (239.)

ὑγρὰ γὰρ δὴ τούτων τὰ σώματα, καὶ μαλακὰ, καὶ βραχείαις τρίψεσι μαλαττόμενα, σκοπὸς δέ ἐστι καὶ τέλος τῆς παρασκευαστικῆς τρίψεως τὸ μαλαχθῆναι μὲν τὰ στερεὰ, λυθῆναι δὲ τὰ ὑγρὰ, τοὺς πόρους δ' εὐρυνθῆναι. ὁπόσον δέ τι τὸ πλῆθος ἔσται τῶν ἀνατρίψεων, οὐχ οἷόν τε λόγῳ δηλῶσαι, ἀλλὰ χρὴ τὸν ἐπιστατοῦντα, τρίβωνα τῶν τοιούτων ὑπάρχοντα, κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν οὐκ ἀκριβεῖ στοχασμῷ χρήσασθαι, κατὰ δὲ τὴν ἑξῆς, ἐμπειρίαν ἤδη τινὰ τῆς τοῦ σώματος ἐκείνου φύσεως ἔχοντα, τὸν στοχασμὸν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξακριβοῦν. καὶ μὲν δὴ καὶ κατὰ τὰ γυμνάσια τῇ μὲν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν οὐ δυνατὸν ἀκριβῶσαι τὸ μέτρον, ἐν δὲ ταῖς μετὰ τήνδε καὶ πάνυ δυνατόν. ἔστω δὴ κἀνταῦθα γνωρίσματα, κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν, ὅταν ἐγκελευομένῳ καὶ παρορμῶντι γυμνάσασθαι μηκέθ' ὁμοίως ὑπακούῃ, ἀλλὰ βραδυτέρας τε καὶ ἀραιοτέρας, καὶ ἀσθενεστέρας, καὶ, τὸ σύμπαν εἰπεῖν, ἀτονωτέρας ποιῆται τάς τε λαβὰς τῶν προσπαλαιόντων καὶ τὰς κινήσεις. εἶναι δὲ δηλονότι χρὴ τὸν γυμναζόμενον οὔτε

horum namque tum humidum corpus eſt, tum tenerum, ac paucis frictionibus molleſcens. Praeparatoriae vero frictionis meta finisque eſt, ut ſolidae partes mollíantur, humidae ſolvantur, et corporis exigui meatus laxentur. Quis vero frictionum eſſe debeat numerus, deſinire ſane oratione non eſt: caeterum, qui his praeficitur harum rerum peritus, hic primo quidem die minus exacta exquiſitaque conjectura utetur, ſequenti vero die, ubi jam experientiam aliquam naturae illius corporis eſt adeptus, magis exactam certamque habebit. Quin etiam de exercitatione ipſa primo certe die menſuram ad unguem deſinire non poteſt, ſequentibus deinceps omnino poteſt. Sunto igitur hic quoque notae, primo quidem die, quum adhortanti incitantique ad exercitandum non perinde obſequitur, ſed ſegniores et minus tum frequentes, tum decentes, ac (ut ſemel dicam) minus valentes tum colluctatoris ſui apprehenſus, tum motus obit. Porro expedit neque paulo animoſiorem eſſe, qui exercitatur, ut

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 132 sur 889

Ed. Chart. VI. [81. 82.] Ed. Baſ. IV. (239.)

θυμικὸν, ὡς ἔτι προθυμεῖσθαι γυμνάζεσθαι, καμνούσης ἤδη τῆς δυνάμεως, [82] οὔτ' ἄθυμον, ὡς ἀπαγορεύειν ἔτι πονεῖν δυνάμενον. ἔστι δὲ δή που τοιοῦτος οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν, ὃ νῦν ἡμῖν ὑποκείμενος ἄνθρωπος· ὡς, ὅσοι γε ψυχροὺς ἔχουσι χυμοὺς ἐν τῇ γαστρὶ περιεχομένους, ἢ κατὰ τὴν ὅλην ἕξιν ἠθροισμένους, ἀργότεροι πρὸς τὰς κινήσεις εἰσίν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ πληθωρικῶς διακείμενοι καὶ οἱ προσφάτῳ κρύει καταπονηθέντες ἄθυμοί τέ εἰσι καὶ ὀκνηροὶ κινεῖσθαι, καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον, ὅσοι φύσει ψυχρότεροι, καὶ πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον, εἰ τῇ ψυχρότητι καὶ ὑγρότης προσείη. οὗτοι μὲν γὰρ νοθεύουσι τὰ τοῦ μέτρου τῶν γυμνασίων γνωρίσματα, καθάπερ γε καὶ οἱ θερμότεροι τὴν κρᾶσιν, ἢ διὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἢ δι' ἐπίκτητόν τινα διάθεσιν, εὔθυμοί τέ εἰσι καὶ φιλόνεικοι, καὶ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἕτοιμοι περαιτέρω τοῦ δέοντος. ὅσοι δὲ μήτε τὸ σῶμα θερμότερον ἢ ψυχρότερον ἔχουσι, μήτ' ἄθυμοι τὴν ψυχὴν εἰσι τὸ πάμπαν, ἢ φιλόνεικοί τε καὶ φιλότιμοι καὶ θυμικοὶ, τούτοις ἀκριβῆ διαφυ-

laſſis jam viribus etiam exercitari aveat, neque ignavum, qui integris adhuc viribus laborem tamen detrectet. Eſt vero profecto talis non corpore modo, ſed etiam animo, quem nunc educandum ſuſcepimus: quandoquidem, quibus frigidus ſuccus in ventre continetur, aut in toto corporis habitu collectus eſt, ii ſegniores ad motionem ſunt. Pari modo et qui plethorici ſunt, et quos recens frigus afflixit, ii et ignavi ſunt, et ad movendum pigri. Jam his etiam magis ita ſunt affecti, quicunque natura frigidiores ſunt; ſicuti etiam his ipſis longe magis, quorum frigiditati etiam humor eſt adjunctus; hi namque menſurae exercitationum notas corrumpunt, ſicuti e diverſo, qui calidiori temperamento ſunt, ſive id propria naturae ſponte eveniat, ſive ab aſcititio quopiam affectu, hi et animoſi ſunt, et certaminis avidi, et ad actionem plus, quam expedit, prompti. At quibus nec corpus calidius frigidiusve eſt, nec animus omnino demiſſus, aut contentionis gloriaeve praecupidus, et ad actionem praeceps,

Ed. Chart. VI. [82.] Ed. Baſ. IV. (239.)

λάττεται τοῦ μέτρου τῶν γυμνασίων τὰ γνωρίσματα, καὶ κατὰ τὴν πρώτην μὲν ἡμέραν εὐθύς, ἀτὰρ οὖν ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ. εἰ γάρ τι καὶ παρέλαθεν κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἀκριβωθήσεται τοῦτο τῇ πείρᾳ διδαχθέν. οὕτως οὖν εἰς ἀκριβῆ στοχασμὸν ἔρχεται καὶ τὸ τῶν σιτίων μέτρον, οὐδενὶ τρόπῳ κατ' ἀρχὰς γνωρισθῆναι δυνάμενον· ἀλλ' ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πεῖρα καὶ μνήμη τοῦ ποσοῦ τῶν σιτίων τε καὶ γυμνασίων, οὐδὲ ἀργῶς ὁρῶντος τοῦ προεστῶτος, ἀλλ' ἀεὶ μεμνημένου, ὅπως ἔπεψεν ἐπὶ τοσοῖσδε γυμνασίοις τὰ τοσάδε σιτία, πλησίον ἀκριβοῦς ἐπιστήμης ἄγει τὴν διάγνωσιν ἐν τῷ χρόνῳ. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη πρὸς ἅπαντα κοινὰ καὶ ταῖς μοχθηροτέραις ὑπάρχει κατασκευαῖς τοῦ σώματος, ὑπὲρ ὧν οὐδέπω πρόκειται λέγειν. ἡ δ' ἀρίστη φύσις, ἡ νῦν ἡμῖν προκειμένη, τὰ μέτρα πάντων εὐδηλα κέκτηται, μήτε τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσι μήτε ταῖς τοῦ σώματος δυσκρασίαις ἐπιθολοῦσά τε καὶ νοθεύουσα τῶν εἰρημένων μηδὲν, ἀλλὰ καὶ τρίψεων, καὶ γυμνασίων, καὶ σιτίων, καὶ ὕπνων ἐναργῶς ἐνδεικνυμένη τὰ μέτρα,

iis modi exercitationum indicia integra manent, illaeſaque ſervantur, et primo ſtatim die, et multo magis procedente tempore. Si enim quid inter initia nos fugit, id experientia ipſa perceptum ad exactam notitiam perveniet. Non aliter et cibi modus ad certam conjecturam perducitur, qui tamen ab initio definiri nullo pacto poteſt, verum quotidiana experientia, cum recordatione quantitatis tum cibi, tum exercitationum, eo etiam, qui huic praeficitur, nihil non ſollicite obſervante, ſed ſemper, ut tantum ciborum poſt tantam exercitationem concoxit, recordante, propemodum ad exactam ſcientiam intellectum tempore perducit. Haec igitur omnia etiam deficientibus ab optima conſtitutionibus communia ſunt, de quibus agere nondum ſtatuimus. Caeterum optima natura, quae hic nobis eſt propoſita, menſuras omnium manifeſtas obtinet, ut quae nec animi moribus, nec corporis intemperie dictorum quicquam obturbet immutetve, ſed frictionis, exercitationis, ciborum ac ſomni menſu-

Ed. Chart. VI. [82.] Ed. Baſ. IV. (239.)

καὶ τηνικαῦτά πρῶτον ἀπαγορεύουσα πρὸς ἕκαστον, ὅταν μηκέτι δέηται, ὥστε εἶναι καὶ τοῦτο τῷ προεστῶτι τοιούτου σώματος οὐ μικρὸν γνώρισμα μέτρου. λέγω δὲ τὴν περὶ ἕκαστον ὧν ἂν πράττῃ προθυμίαν, αὐτῆς τῆς φύσεως ἑαυτῇ τὸ μέτρον εὑρισκούσης ἐν ταῖς ἀρίσταις κατασκευαῖς. καὶ γὰρ ἀναπαυόμενοι τηνικαῦτα πρῶτον ἐξιᾶσιν ἐπὶ τὸ γυμνάσιον οἱ ἄριστα πεφυκότες, ὅταν ἱκανῶς ἔχωσι μαλακότητός τε ἅμα καὶ θερμότητος ἅπαντι τῷ σώματι· καὶ γυμναζόμενοι τότε πρῶτον ὀκνήσουσιν, ὅταν αὐτάρκως γυμνασθῶσιν· καὶ δὴ καὶ σιτίων καὶ ποτῶν ἀποστήσονται τότε πρῶτον, ὅταν ἱκανῶς ἐμπλησθῶσιν· ὡς οὐδεὶς φόβος, οὔτε ὑπερπονῆσαι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, οὔθ' ὑπερεμπλησθῆναι, ταῖς ὁρμαῖς τῆς φύσεως ὁιακιζόμενον. οὔκουν οὐδὲ τοῦ προεστῶτος εἰς ἄκρον ἥκοντος ἐπιστήμης ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος δεῖται, καθάπερ οἱ μετὰ ταῦτα λεχθησόμενοι πάντες, οἱ μοχθηρῶς κατεσκευασμένοι. αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ πάντ' ἐξευρίσκει τὸ ὑγιεινὸν σῶμα, ταῖς τῆς φύσεως ὁρμαῖς

ras aperte indicet, ac tum primum quodlibet horum reſpuat, quum ejus ultra non egeat. Quare fuerit hoc quoque ei, qui tali corpori praeficitur, non minimus modi index; dico autem ipſam ad ſingula, quae agi debent, alacritatem, ipſa nimirum natura in optimo corporis ſtatu modum ſibimet praeſcribente. Etenim qui optima natura ſunt, et jam ad exercitationem frictione praeparantur, tum demum ad exercitandum prodibunt, quum toto jam corpore abunde emolliti excalfactique ſunt. Exercitati quoque tum primum ſegnius movebuntur, quum ſatis exercitati jam fuerint. Jam a cibo et potu primum abſiſtent, quum ſatis ſe impleverint. Quare nullus in hoc homine metus eſt, ne quando aut juſto plus laboret, aut juſto plus cibis ſe ingurgitet, ſi naturae ſuae impetus ſequatur; quo fit, ut neque prorſus peritiſſimum ſibi praefici is poſtulet, ſicuti omnes, de quibus poſtea ſermo erit, deterioris notae homines: quippe ſanum corpus ipſum ſibi ipſi omnia invenit proprio naturae uae ductum impetu, maxime ſi in iis, quae ad ani-

Ed. Chart. VI. [82. 83.] Ed. Baſ. IV. (239. 240.)

ἐπιτροπευόμενον, καὶ μάλιστά εἰ καλῶς εἴη τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ πεπαιδευμένα. πολλοὶ γὰρ ἔθεσι μοχθηροῖς ἐντραφέντες, ἀκολαστότερον ἢ ἀργότερον διαιτώμενοι, διαφθείρουσι φύσεις χρηστὰς, ὥσπερ αὖ πάλιν ἔνιοι, μοχθηρῶς φύντες τὸ σῶμα, βίῳ σώφρονι καὶ γυμνασίοις εὐκαίροις ἐπανωρθώσαντο τὰ πολλὰ τῶν ἐ(240)λαττωμάτων. [83] ἀλλὰ τούτων μὲν γυμνασίων τε καὶ ἔργων ὁ μετὰ ταῦτα λόγος ἅπας σύγκειται· περὶ δὲ τῶν ἄριστα κατεσκευασμένων τὸ σῶμα καὶ τὸν νοῦν προσεχόντων ἐπιστάταις ὑγιεινοῖς ἐν τῷδε τῷ γράμματι πρόκειται διελθεῖν. ὁ μὲν οὖν ἔμπροσθεν λόγος ὑπὲρ αὐτῶν εἰς τὸ μέτρον ἐτελεύτα τῶν γυμνασίων· ἐφεξῆς δ' ἂν εἴη καιρὸς ὑπὲρ τῶν εἰδῶν διελθεῖν.

Κεφ. η'. Εἴδη δὲ γυμνασίων ὀνομάζω πάλην, παγκράτιον, καὶ πυγμήν, καὶ δρόμον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, τινὰ μὲν αὐτῶν τούτων γυμνάσια μόνον ὑπάρχοντα, τινὰ δὲ οὐ γυμνάσια μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργα· γυμνάσια μὲν αὐτά γε δὴ ταῦτα τὰ εἰρημένα, καὶ προσέτι τὸ πιτυλίζειν, τὸ ἐκπλεθρίζειν, τὸ σκιομαχεῖν, τὸ ἀκροχει-

mum pertinent, recte ſit inſtitutum. Nam multi in malis moribus a pueris educati, in deſidia et intemperantia viventes, bonitatem naturae corrumpunt, ſicuti contra nonnulli vitioſam corporis naturam ſortiti temperantia vitae et appoſitis exercitiis naturae vitia mutarunt in melius. Sed de horum quidem *tum exercitationibus*, tum operibus ſequens liber totus componitur. De iis autem, qui optimo corporis ſtatu ſunt, et qui ſanitatis rectoribus mentem adhibent, in hoc libro agere ſtatuimus. Ac praecedens quidem de his ſermo ad exercitationum menſuram usque eſt progreſſus; ſupereſt ergo, ut de ſpeciebus ejus diſſeramus.

Cap. VIII. Species exercitationum voco luctam, pancratium, pugilatum, curſum et quaecunque caetera ſunt ejusmodi, quorum alia tantum exercitationes ſunt, alia non exercitationes ſolum, ſed etiam opera. Exercitationes ſunt tum haec ipſa, quae dicta modo ſunt, tum praeter haec pitylisma, ecplethrisma, ſciomachia, acro-

Ed. Chart. VI. [83.] Ed. Baſ. IV. (240.)

ρίζεσθαι, τὸ ἄλλεσθαι, τὸ δισκοβολεῖν, καὶ διὰ κωρύκου, καὶ διὰ σφαίρας, ἢ μικρᾶς, ἢ μεγάλης, καὶ δι' ἁλτήρων ἐκπονῆσαι τὸ σῶμα, γυμνάσια δ' ἅμα καὶ ἔργα σκάπτειν, ἐρέττειν, ἀροῦν, κλᾶν ἀμπέλους, ἀχθοφορεῖν, ἁμᾶν, ἱππεύειν, ὁπλομαχεῖν, ὁδοιπορεῖν, κυνηγετεῖν, ἁλιεύειν, ὅσα τ' ἄλλα κατὰ μέρος πράττουσιν ἄνθρωποι τεχνῖται καὶ ἄτεχνοι τῶν κατὰ τὸν βίον ἕνεκα χρειῶν, ἢ οἰκοδομοῦντες, ἢ χαλκεύοντες, ἢ ναυπηγοῦντες, ἢ ἀροτρεύοντες, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πολέμιον ἢ εἰρηνικὸν ἐργαζόμενοι. τοῖς πλείστοις δὲ τῶν τοιούτων ἔνεστί ποτε καὶ ὡς γυμνασίοις μόνον χρήσασθαι. τριττὴ γάρ τις αὐτῶν ἡ σύμπασα χρεία· ποτὲ μὲν γὰρ ὡς ἔργον μόνον αὐτὸ δὴ τοῦτο παραλαμβανόμενον, ἐνίοτε δὲ ὡς ἀσκημάτων ἕνεκα τῆς τῶν μελλόντων ἔργων χρείας, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ ὡς γυμνασίων. κατ' ἀγρὸν γοῦν ποθ' ἡμεῖς ληφθέντες ἐν χειμῶνι ξύλα τε σχίζειν ἠναγκάσθημεν ἕνεκα τοῦ γυμνάζεσθαι, καὶ κριθὰς ἐμβάλλοντες ὅλμῳ κόπτειν τε καὶ ἐκλεπίζειν, ἅπερ ἑκάστης ἡμέρας οἱ κατ' ἀγρὸν ἔπραττον ὡς ἔργα. περὶ μὲν δὴ τῆς ὡς

cheirismus, ſaltare, diſcum jacere, tum coryco, tum pila, vel parva, vel magna, et per halteres corpus fatigare. Exercitia ſimul et opera ſunt ſodere, remigare, arare, vites amputare, onus geſtare, metere, equitare, armatum pugnare, iter facere, venari, piſcari et facere alia, quaecunque homines, vel opifices, vel non opifices, in vita uſus cauſa exercent, ſeu domos aedificent, ſeu naves, ſeu ferrariam aerariamve factitent, ſeu aratra pangant, ſeu tale aliquod pacis bellive inſtrumentum fabricent. Horum autem plerisque licet quandoque veluti exercitiis tantum uti. Quippe triplex in univerſum ipſorum uſus eſt, quum interdum operis tantum cauſa uſurpentur, interdum meditationis, ſed quae ad uſum futuri ſit operis, interdum pro exercitatione tantum. Quippe ipſe aliquando hyeme deprehenſus in agro, tum ligna findere, tum hordeum in pila contundere ac deglubere exercendi corporis cauſa ſum coactus, quae nimirum

Ed. Chart. VI. [83.] Ed. Baſ. IV. (240.)

ἔργων αὐτῶν χρήσεως ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ διαιρήσομαι· ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ τῆς ὡς γυμνασίων ἐροῦμεν. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα γυμνάσια γίγνονται μήτε δι' ὅλης ἡμέρας αὐτὰ πραττόντων, μήτ' ἐν ἄλλῳ καιρῷ τοῦ πρὸ τῶν σιτίων. φυλάττεσθαι δὲ δήπου προσήκει καὶ τὸ μέτρον ἐπ' αὐτοῖς τῶν γυμνασίων, καὶ τὴν καλουμένην ἀποθεραπείαν. εἰ δὲ καὶ προανατριψάμενός τις αὐτάρκως ἐπ' αὐτὰ παραγίγνοιτο, νῦν μὲν ἂν ἀκριβῶς ἅπαντας ἔχοι τοὺς ἀριθμοὺς τῶν γυμνασίων. ὑπέρ τε οὖν τούτων ἁπάντων, ἃ δὴ καὶ γυμνασίων εἴδη καλοῦμεν, ἐπίστασθαι χρὴ τὸν τὴν ὑγιεινὴν μετιόντα, καλεῖν δ' ἔξεστιν αὐτὸν, ὡς ἔμπροσθεν εἶπον, ἢ ὑγιεινὸν, ἢ γυμναστὴν, ἢ ἰατρόν, κυριωτάτης μὲν ἐσομένης τῆς πρώτης προσηγορίας, ἐκ καταχρήσεως δὲ τῶν ἄλλων. εἴπερ γὰρ ἅπαντες οἱ τεχνῖται παρωνύμως ὀνομάζονται τῶν τεχνῶν, ἃς μεταχειρίζονται, πρόδηλον, ὡς ὁ τὴν ὑγιεινὴν τέχνην μετερχόμενος ὑγιεινὸς ἂν εὐλόγως προσαγορεύοιτο, καθάπερ καὶ ὁ περὶ τὰ γυμνάσια μόνον γυμναστὴς, καὶ ὁ περὶ τὰς ἰάσεις ἰατρός. εἰ δέ

agreſtes quotidie pro opere faciebant. De horum igitur ceu operum uſu in ſequentibus, ceu exercitationum nunc tractabimus. Nullum namque id genus exercitium aut perpetuum diem obitur, aut alio tempore, quam ante cibum. Servari vero tum modum exercitationum in his oportet, tum vocatam apotherapiam. Quod ſi etiam idonea frictione uſus ad ea quis accedet, jam omnes exercitationum numeros impleverit. De his igitur omnibus, quas exercitiorum ſpecies vocamus, ſcientem eſſe oportet eum, qui hygieinen exercet; licet enim eum (ut ante dictum eſt) aut hygieinum, aut gymnaſten, aut medicum vocare: prima tamen appellatio maxime propria eſt, reliquae per abuſum. Nam ſi artifex quisque ab arte, quam tractat, deductum ſortiatur nomen, patet, eum, qui hygieinen artem profitetur, merito hygieinum appellari, ita nimirum, ut, qui gymnaſiis tantum praeeſt, gymnaſten, et qui morbis medetur, medicum. Quod ſi quis

Ed. Chart. VI. [83. 84.] Ed. Baſ. IV. (240.)

τις ἢ γυμνασιὴν, ἢ ἰατρὸν ὑγιεινὸν τοῦτον, ἀπὸ μέρους τε προσαγορεύει τὸ σύμπαν καὶ οὐ κυρίως, ἀλλ' ἐκ καταχρήσεως, ἢ ἐπιδιστάσεως, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ καλεῖν, οὕτω ποιήσεται τὴν προσηγορίαν. αἴτιον δὲ τούτου τὸ, μιᾶς οὔσης τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, ἐφ' ὅλης αὐτῆς ὄνομα μηδὲν τετύχθαι κύριον, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλεῖον ἐν ἑνὶ βιβλίῳ τὸν λόγον ἐποιησάμην, ὃ Θρασύβουλος ἐπιγράφεται. εἴδη μὲν γυμνασίων τὰ εἰρημένα. [84] ποιότης δὲ ἢ διαφορὰ (καὶ γὰρ οὖν καὶ ταῦτ' ἔξεστιν ἑκατέρως ὀνομάζειν) ὀξύτης τε κινήσεώς ἐστι καὶ βραδύτης, εὐτονία τε καὶ, ὡς ἄν εἴποι τις, ἀτονία, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι σφοδρότης ἔσται καὶ ἀμυδρότης. τρόποι δὲ τῆς χρήσεως ἁπάντων τῶν εἰρημένων εἰδῶν ἅμα ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς οἱ τοιοίδε εἰσίν. ἤτοι συνεχὴς ἡ κίνησίς ἐστιν, ἢ διαλείπουσα· καὶ εἰ μὲν συνεχὴς, ἤτοι ὁμαλὴ, ἢ ἀνώμαλος, εἰ δὲ διαλείπουσα, ἢ τεταγμένη, ἢ ἄτακτος. οὗτοι μὲν οὖν οἱ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τρόποι τῆς χρήσεως· οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσιόντες τοιοίδε. ἢ ἐν ὑπαίθρῳ χωρίῳ γίγνεται

hunc ipſum vel gymnaſten, vel medicum hygieinum appellet, et a parte totum, et non proprie nominat, ſed abuſive, vel ambigue, vel quomodocunque aliter quis vocare velit, appellationem faciet. Hujus rei cauſa eſt, quod, cum una ſit ars, quae circa corpus verſetur, unicum ei toti proprium nomen inditum non eſt. De quibus omnibus uberius ſingulari libro egimus, qui Thraſybulus inſcribitur. Ac genera quidem exercitationum ſunt ea, quae diximus: qualitas vero ſeu differentia (nam et hanc quoque utroque modo appellare licet) velocitas tarditasque motus ſunt, et robur, et, ut aliquis dixerit, imbecillitas, ad haec vehementia et levitas. Utendi vero modi omnium praedictorum generum una cum differentiis propriis hujusmodi ſunt. Nam aut continuus motus eſt, aut intermittens; et ſi continuus, aut aequalis, aut inaequalis; ſin intermittens, aut ordinatus, aut inordinatus. Hi igitur utendi modi ab ipſa re ſumuntur. Qui vero ab externis rebus ducuntur, ejusmodi ſunt, quod aut ſub

Ed. Chart. VI. [84.] Ed. Baſ. IV. (240.)

τὸ γυμνάσιον, ἢ ἐν καταστέγῳ, ἢ ἐν ὑποσυμμιγεῖ σκιᾷ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ θερμόν ἐστι τὸ χωρίον, ἢ ψυχρὸν, ἢ εὔκρατον, καὶ ἤτοι ξηρὸν ἀκριβῶς, ἢ ὑγρὸν, ἢ μέτριον. οὕτω δὲ καὶ τὸ μετὰ κόνεως, ἤτοι πλέονος, ἢ ἐλάττονος, ἐλαίου τε, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἢ πλέονος, ἢ ἐλάττονος, ἢ καὶ χωρὶς ἑκατέρου, τρόπος ἐστὶ χρήσεως γυμνασίου.

Κεφ. θ'. Ἐπεὶ τοίνυν ἤδη διώρισται πάνθ' ἡμῖν, ὧν ἔμπειρον εἶναι χρὴ τὸν ὑγιεινόν, ἐπὶ τὰ τῶν γυμνασίων εἴδη καιρὸς ἰέναι, καὶ πρῶτον μὲν διελέσθαι, τί τὸ κοινὸν ἅπασιν ὑπάρχει, καὶ τί καθ' ἕκαστον ἴδιον, ἐφεξῆς δὲ τοὺς καιροὺς τῆς τρίψεως ἀφορίσασθαι. τὸ μὲν δὴ κοινὸν ἁπάντων γυμνασίων ἐστὶ θερμότητος αὔξησιν ἐξ αὐτῶν τοῖς ζώοις ἐργάζεσθαι. θερμαίνεται γὰρ ἡμῶν τὰ σώματα κατά τε τὰ βαλανεῖα, καὶ κατὰ θερμῶν ὑδάτων λουτρὰ, καὶ τὰς θερμὰς ὥρας τοῦ ἔτους, ἡλιοθερούντων τε καὶ παρὰ πυρὶ θαλπομένων, καὶ θερμοῖς φαρμάκοις ἀνατριβομένων. ἀλλ'

dio exercitatio ſit, aut ſub tecto, aut in mixta umbra. At ipſo modo aut calens locus eſt, aut frigidus, aut temperatus, praeterea aut plane ſiccus, aut humidus, aut medio modo temperatus. Sic vero et quae exercitatio cum pulvere exiguo multove, item quae cum oleo exiguo multove, aut etiam ſine utroque, modus eſt uſus exercitationis.

Cap. IX. Quoniam ergo enumerata a nobis univerſa ſunt, quorum peritum eſſe oportet, qui ſanitatem tuendam profitetur, ad ipſa nunc exercitationum genera redire tempeſtivum eſt, ac primum diluere, tum quid omnibus ſit commune, tum quid ſingulis proprium, hinc frictionis ipſius tempora definire. Ergo omnis exercitationis commune illud eſt, quod animali ipſi ex ipſa caloris incrementum excitatur. Quippe caleſiunt corpora noſtra et balneis, et calidarum aquarum lavacris, et calidis anni tempeſtatibus, quum inſolamur, et quum igni fovemur, et quum calidis medicamentis perfricamur. Caeterum ab

Ed. Chart. VI. [84.] Ed. Baſ. IV. (240.)

ἔξωθεν αἱ τοιαῦται πᾶσαι θερμότητος, οὐκ ἔνδοθεν, οὐδ' ἐκ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἀνάπτονται καὶ αὐξάνονται. κατὰ δὲ τὰ γυμνάσια τῆς ἐμφύτου θερμότητος τοῖς ζώοις αὔξησίς ἐστιν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἰδίων σωμάτων γιγνομένη. καὶ τοῦτο κοινὸν μὲν ἁπάντων τῶν γυμνασίων, οὐ μὴν ἴδιόν γέ ἐστιν, εἴ γε δὴ καὶ τοῖς θυμωθεῖσι, καὶ τοῖς ἀγωνιῶσι, καὶ τοῖς αἰδεσθεῖσιν αὔξησις τῆς ἐμφύτου γίγνεται θερμότητος. ὁ μέν γε θυμὸς οὐδ' ἁπλῶς αὔξησις, ἀλλ' οἷον ζέσις κατὰ τὴν καρδίαν θερμοῦ· διὸ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τῶν φιλοσόφων οἱ δοκιμώτατοι τοιαύτην εἶναί φασι. συμβεβηκός γάρ τι καὶ οὐκ οὐσία τοῦ θυμοῦ ἐστιν ἡ τῆς ἀντιτιμωρήσεως ὄρεξις. αὐξάνεται δὲ καὶ τοῖς αἰδεσθεῖσιν ἡ ἔμφυτος θερμότης, εἴσω μὲν τὰ πρῶτα δραμόντος ἅπαντος τοῦ θερμοῦ, μετὰ ταῦτα δὲ ἀθροισθέντος ἐν τῷ βάθει, κἄπειτα αὐξηθέντος, καὶ δι' ἄθροισιν μὲν τὴν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τὴν κίνησιν δὲ τὴν συνεχῆ. οὐ γὰρ ἡσυχάζει τὸ πνεῦμα τῶν αἰδουμένων, ἀλλ' ἔνδοθέν τε καὶ περὶ αὐτὸ μετὰ τοῦ σύμπαντος αἵματος κυκᾶται πολυειδῶς,

externo eſt omnis ejusmodi calor, non ab interno, nec a proprio principio, ſed aliunde accenſus auctuſque, per exercitationes vero inſiti caloris augmentum animalibus ex ipſorum corporibus excitatur. Atque is omnium exercitationum communis eſſectus eſt; proprius tamen earum effectus non eſt, ſi modo et iratis, et perturbatis, et pudore affectis naturalis etiam calor augetur: quanquam ira non ſimpliciter augmentum, ſed veluti fervor eſt caloris in corde. Itaque etiam eſſentiam ejus vel probatiſſimi philoſophorum talem eſſe affirmant: quippe accidens quoddam irae eſt, non ejus ſubſtantia, ultionis appetentia. Verecundis autem augetur inſitus calor, dum primum intro ſe recipit univerſus: deinde poſtquam in alto corporis eſt collectus, et ex ipſo inibi congeſtu, et ex aſſiduo motu incrementum capit. Non enim quieſcit pudore affectorum ſpiritus, ſed tum ab interno, tum circa ſe una cum toto ſanguine varie circumagitur, ita

Ed. Chart. VI. [84. 85.] Ed. Baſ. IV. (240.)

ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἀγωνιώντων. εἰρήσεται δ' ἐπὶ πλέον ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπάντων παθῶν τῆς ψυχῆς ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ. νυνὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κοινὸν ἕπεσθαι σύμπτωμα τούτοις τε τοῖς πάθεσι καὶ τοῖς γυμνασίοις ἠναγκάσθην αὐτῶν μνημονεῦσαι, δεικνὺς, ὡς ἁπάντων κοινόν γυμνασίων ἐστὶν ἡ τῆς ἐμφύτου θερμότητος αὔξησις ἔνδοθέν τε καὶ ἐξ αὐτῆς, οὐ μὴν ὅτι γε μόνοις ὑπάρχει τοῦτο γυμνασίοις, [85] ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰρημένοις ἄρτι πάθεσιν. ἤδη δ' ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα τῶν γυμνασίων ἴδια τὸν λόγον ἄγειν καιρὸς, ἐπισημηνάμενόν γε πρότερον, ὡς καὶ κατὰ ταῦτα πλείους εἰσὶν αἱ διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἄλλοτε ἄλλο τι μέρος, ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον γυμνάζει, καὶ τὰ μὲν ἐλιννυόντων γίγνεται, τὰ δὲ ὀξύτατα κινουμένων, καὶ τὰ μὲν εὐτόνως, τὰ δὲ ἀτόνως, καὶ πρὸς τούτοις γ' ἔτι τὰ μὲν σφοδρῶς, τὰ δὲ ἀμυδρῶς. εὔτονον μὲν γυμνάσιον ὀνομάζω τὸ βιαίως ἄνευ τάχους διαπονοῦν, σφοδρὸν δὲ τὸ βιαίως τε καὶ σὺν τάχει· βιαίως δὲ ἢ ῥωμαλέως

plane, ut ſpiritus eorum, qui perturbantur. Dicetur autem in progreſſu latius de omnibus ejusmodi animi affectibus. Nunc enim propterea, quod commune ſymptoma tum hos ipſos affectus, tum exercitationes excipit, dum omnis exercitii commune eſſe nativi caloris incrementum oſtenderem, idque de interno et a ſe, non tamen ſolis exercitationibus ineſſe, ſed pariter dictis modo affectibus, coactus ſum obiter et de his meminiſſe. Jam ſingulas exercitationum proprietates ſeorſum perſequi tempeſtivum videtur, illo praeſertim prius ſignificato, quod in his quoque complures differentiae inveniantur. Quippe interim aliam partem aliud alio magis exercitium fatigat. Et quaedam lente motis fiunt, quaedam ociſſime agitatis; et quaedam robuſte adhibitis, quaedam infirme; ad haec quaedam vehementer, quaedam languide. Ac quod violenter quidem ſine velocitate exercetur, valens exercitium voco; quod violenter et cum celeritate conficietur, vehemens; violenter autem robuſteve dicere nihil referat.

Ed. Chart. VI. [85.] Ed. Baſ. IV. (240. 241)

λέγειν οὐ διοίσει. τὸ μὲν οὖν σκάπτειν εὔτονόν τε καὶ ῥωμαλέον ἐστὶν, οὕτω δὲ καὶ τὸ τέτταρας ἵππους ἅμα κατέχειν ἡνίαις εὔτονον μὲν ἱκα(241)νῶς γυμνάσιον, οὐ μὴν ὠκύ γε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἴ τις ἀράμενος ὁτιοῦν μέγιστον φορτίον ἢ μένοι κατὰ χώραν, ἢ προβαίνοι σμικρὰ, καὶ οἱ ἀνάντεις περίπατοι, τούτου τοῦ γένους εἰσίν. ἀναφέρεται γοῦν καὶ ἀναβαστάζεται κατ' αὐτοὺς ὑπὸ τῶν πρώτων κινουμένων ὀργάνων ἅπαντα τὰ λοιπὰ μόρια τοῦ σώματος, ὥσπερ τι φορτίον. οὕτω δὲ καὶ ὅς τις ἀναῤῥιχᾶται διὰ σχοινίου, καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ γυμνάζουσι τοὺς παῖδας, εἰς εὐτονίαν παρασκευάζοντες. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅς τις ἢ σχοινίου λαβόμενος ἤ τινος ὑψηλοῦ ξύλου μέχρι πλείστου κατέχει κρεμάμενος ἐξ αὐτοῦ, ῥωμαλέον μέν τι καὶ ἰσχυρὸν γυμνάζεται γυμνάσιον, οὐ μὴν ὠκύ γε, καὶ ὅς τις προτείνας ἢ ἀνατείνας τὼ χεῖρε πυξ ἔχων ἀτρεμίζει μέχρι πλείστου. εἰ δὲ καὶ παραστήσας τινὰ κελεύει καθέλκειν κάτω τὼ χεῖρε, μὴ ἐνδιδοὺς αὐτὸς, ἔτι δὴ μᾶλλον οὗτος εἰς εὐρωστίαν παρασκευάζει τούς τε μῦς καὶ τὰ νεῦρα·

Eodem ergo modo fodere valens robuſtaque exercitatio eſt. Sic et ſiquis quatuor ſimul equos habenis coërceat, impenſe robuſta exercitatio eſt, non tamen celeris; ſimili modo, ſiquis, maximo onere ſublato, aut eodem loco maneat, aut paululum procedat. Jam ardua obambulatio hujus quoque generis eſt. Attolluntur enim per ſe et veluti onus ſuſtinentur a primis quae moventur inſtrumentis reliqua corporis membra univerſa. Praeterea ſiquis per funem manibus apprehenſum ſcandat, ſicuti in palaeſtra pueros exercent, qui eos ad robur praeparant. Quin etiam ſi quis, fune arrepto, aut etiam pertica, ſublimis ex ea pendeat, ac diu teneat, robuſtum is validumque laborem exercet, citra tamen celeritatem. Ita vero et ſi quis manibus in pugnum reductis, iisdem prolatis, vel in altum ſublatis, diutiſſime eodem habitu conſiſtat. Quod ſi adhibitum quempiam deducere ſibi manus jubeat, nec tamen ipſe remittat, adhuc ſane impenſius hic tum muſculos omnes, tum nervos ad robur comparat, ut quo-

Ed. Chart. VI. [85.] Ed. Baſ. IV. (241.)

τούτων γὰρ ἴδια τὰ τοιαῦτα μάλιστα ἅπαντα γυμνάσια· πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον, εἴ τι βάρος ταῖς χερσὶν ἄκραις περιλαβὼν ἑκατέραις καταμόνας, οἷοί περ οἱ κατὰ παλαίστραν εἰσὶν ἅλτῆρες, ἀτρέμας ἔχει προτείνας ἢ ἀνατείνας αὐτάς. εἰ δὲ δὴ καὶ κελεύσειάς τινι καθέλκειν τε καὶ κάμπτειν βιαίως, αὐτὸν ἀκίνητόν τε καὶ ἄκαμπτον, οὐ ταῖς χερσὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ τῇ ῥάχει διαφυλάττων, οὐ σμικρὸν γυμνάσεται γυμνάσιον εἰς εὐτονίαν ὀργάνων. οὕτω τοι λόγος ἔχει κἀκεῖνον τὸν Μίλωνα γυμνάζειν ἑαυτὸν, ἐνίοτε μὲν ἀποσαλεῦσαί τε καὶ μετακινῆσαι τῆς ἕδρας ἐπιτρέποντα τῷ βουλομένῳ, (ἀλλὰ τοῦτο μὲν σκελῶν ἂν εἴη μάλιστα γυμνάσιον,) ἐνίοτε δὲ, εἰ τὰς χεῖρας γυμνάζειν βούλοιτο, τὴν πυγμὴν διαλύειν κελεύοντα· αὖθις δ' ἄν, ὥς φασιν, ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων ἢ ῥοιὰν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀφαιρεῖσθαι τῷ βουλομένῳ παρεῖχε. ταυτὶ μὲν οὖν τὰ γυμνάσια μεγίστης ἰσχύος ἐπίδειξίν τε ἅμα καὶ ἄσκησιν ἔχει. τόνον δὲ μορίων γυμνάζει τε καὶ ῥώννυσι, κἀπειδὰν, ἤτοι διαλαβὼν ἕτερόν τινα μέσον, ἢ δια-

rum maxime propria ſunt omnia id genus exercitia. Idque multo certe magis fiet, ſi quis ſummis manibus, utraque ſeorſum, apprehenſo pondere (cujusmodi ſunt, qui in palaeſtra halteres dicuntur), porrectis his, aut in ſublime erectis, eodem habitu perſiſtat. Jam ſi etiam cuipiam juſſeris, ut te violenter detrahat inflectatque, dum ipſe non manibus modo, verum etiam cruribus ſpinaque conſtans inflexusque reſiſtas, non levem ad membrorum robur exercitationem obieris. Sane hoc genere Milonem ipſum exercitaſſe ſe ferunt, dum alias convellere ſe movereque de loco volenti permitteret; verum haec crurum maxime exercitatio fuerit; alias utique, ſi manus exercitandas curabat, pugnum aperire juberet. Idem (ut ajunt) malum punicum aut tale quippiam manibus complexus auferendum cuivis praebebat. Haec igitur exercitia maximi roboris tum oſtentationem, tum exercitationem continent. Robur autem partium tum exercet, tum vero firmat, et ſi quis alterum complexus medium, aut etiam

Ed. Chart. VI. [85. 86.] Ed. Baſ. IV. (241.)

ληφθεὶς αὐτὸς, ἐπηλλαγμένων πρὸς ἀλλήλας τῶν χειρῶν τε καὶ τῶν δακτύλων, ἤτοι τῷ κρατουμένῳ προστάξειε διαλύειν, ἢ αὐτὸς λύοι τοῦ κρατοῦντος· οὕτω δὲ καὶ πειδάν, ἑτέρου προσνεύσαντος, ἐκ πλαγίων αὐτῷ προσελθὼν, ἐν κύκλῳ τοῖς λαγόσι περιβαλὼν τὰς χεῖρας, ὥσπερ τι φορτίον ἀράμενος ἀναφέροι τε ἅμα καὶ προφέροι τὸν ἀρθέντα, καὶ μᾶλλον εἰ ἐπινεύοι τε καὶ ἀνανεύοι βαστάζων· ὧδε γὰρ ἂν ἀκριβῶς τις ἅπασαν τὴν ῥάχιν εἰς ῥώμην παρασκευάσειεν. οὕτω δὲ καὶ ὅσοι τὰ στέρνα πρὸς ἀλλήλοις ἀπερεισάμενοι βιαίως ὠθοῦσιν εἰς τοὐπίσω, καὶ ὅσοι τῶν αὐχένων ἐκκρεμάμενοι κατασπῶσιν, εἰς εὐτονίαν παρασκευάζουσιν. [86] ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καὶ χωρὶς παλαίστρας ἢ βαθείας κόνεως δύναται γίγνεσθαι καθ' ὁτιοῦν χωρίον ἐπίκροτον, ὀρθῶν καὶ ἑστώτων· ὅσα δὲ παλαίοντες εἰς ἀλλήλους δρῶσιν ἀσκοῦντες τὸν τόνον, ἤτοι κόνεως βαθείας, ἢ παλαίστρας δεῖται. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα τοιάδε· περιπλέξαντες τοῖς ἑαυτῶν δυοῖν σκέλεσι τὸ ἕτερον σκέλος τοῦ προσπαλαίοντος, ἔπειθ' ἅψαντες πρὸς ἀλλήλας τὼ χεῖρε,

ipſe medio comprehenſus, manibus digitisque pectinatim junctis, aut quem complectitur abſolvere ſe jubeat, aut ipſe ſe a complectente ſolvat. Ita etiam et quis alterum, qui verſus ipſum ſe inclinet, a latere aggreſſus, ilia manibus complexus, ceu onus atiquod ſublatum invicem protendat reducatque; ac magis, ſi, dum geſtat, ipſe nutu renutuque corporis utatur; ſic namque ſpinam univerſam ad robur comparaverit. Aeque vero, qui pectoribus ex adverſo innixi magno ſe conatu invicem retrudunt. Etiam qui a cervicibus pendentes deorſum trahunt, ad robur praeparant. Caeterum talia omnia exerceri citra palaeſtram aut copioſum pulverem queunt, quocunque conculcato loco, erectis ac ſtantibus. Quae vero luctantes inter ſe moliuntur, quum robori augendo ſtudent, haec aut pulverem altum, aut palaeſtram deſiderant. Ea ſunt ejusmodi. Quum uterque luctantium ambobus cruribus alterum alterius crus complectitur, deinde ma-

Ed. Chart. VI. [86.] Ed. Baſ. IV. (241.)

τὴν μὲν ἐπὶ τὸν αὐχένα βιαίως ἐρείδειν, ἥ τις ἂν ᾖ κατ' εὐθὺ τοῦ κατειλημμένου σκέλους, τὴν δ' ἑτέραν ἐπὶ τὸν βραχίονα. δύναιτο δ' ἂν καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν ἄκραν τὸ ἄμμα περιθεὶς ἀνακλᾶν εἰς τοὐπίσω βιαζόμενος. τὰ τοιαῦτα γὰρ παλαίσματα πρὸς εὐτονίαν ἑκάτερον τῶν παλαιόντων ἀσκεῖ, καθάπερ γε καὶ ὅσα ζώσαντος τοῖς σκέλεσι θατέρου τὸ ἕτερον ἢ κατ' ἀμφοῖν ὄμφω καθέντος γίνεται, καὶ γὰρ καὶ ταῦτ' ἀμφότερα εἰς ῥώμην παρασκευάζει. μυρία δὲ τοιαῦτα ἕτερα κατὰ παλαίστραν ἐστὶν εὔτονα γυμνάσια, περὶ ὧν ἁπάντων τὴν ἐμπειρίαν τε ἅμα καὶ τριβὴν ὁ παιδοτρίβης ἔχει, ἕτερος δέ τις ὢν ὅδε τοῦ γυμναστοῦ, καθάπερ ὁ μάγειρος τοῦ ἰατροῦ. καί πως ἔοικεν αὖ καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἥκειν εἰς σκέμμα· περὶ οὗ λέλεκται μὲν ἤδη καὶ κατ' ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ὃ Θρασύβουλον ἐπιγράφομεν, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὅσον αὔταρκες εἰς τὸν παρόντα, πρότερόν γε διελθόντων ἡμῶν τὰς διαφορὰς τῶν γυμνασίων. ὅσα μὲν οὖν εὔτονα, καὶ δὴ λέλεκται.

nibus inter ſe collatis, altera cervici violenter incumbat, utique quae e regione impediti cruris eſt, altera brachio. Licebit et circa ſummum caput manu altera tanquam funiculo injecta violenter retrorſum reclinare ac revellere. Ejusmodi lucta utriusque luctatoris robur exercet; quemadmodum et ea, quae altero alterum cruribus cingente vel ambo per ambo mittente fiunt; nam haec quoque utrumque ad robur praeparant. Infinitae aliae ejusmodi robuſtae exercitationes in palaeſtra ſunt. Quarum nimirum omnium peritiam uſumque paedotriba callet, ipſe ſane ſic a gymnaſta diverſus, ut a medico coquus; quod ipſum quoque venit conſiderandum. At dictum quidem jam de hoc eſt in eo libro, qui Thraſybulus inſcribitur: caeterum dicemus et nunc quod ſatis ad praeſentem ſit diſputationem, verum ſi prius exercitationum varietates abſolvero; quarum quae robuſtae, jam dictae ſunt.

Ed. Chart. VI. [86.] Ed. Baſ. IV. (241.)

Κεφ. ι'. Μεταβαίνειν δὲ καιρὸς ἐπὶ τὰ ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας. δρόμοι δ' εἰσὶ ταῦτα, καὶ σκιομαχίαι, καὶ ἀκροχειρισμοὶ, καὶ τὸ διὰ τοῦ κωρύκου τε καὶ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνάσιον, ὅταν ἐκ διεστώτων τε καὶ διατεθέντων γίγνηται. τοιοῦτον δέ τι καὶ τὸ ἐκπλεθρίζειν, καὶ τὸ πιτυλίζειν. τὸ δὲ ἐκπλεθρίζειν ἐστὶν, ἐπειδάν τις ἐν πλέθρῳ πρόσω τε ἅμα καὶ ὀπίσω διαθέων ἐν μέρει πολλάκις ἐφ' ἑκάτερα χωρὶς καμπῆς ἀφαιρῇ τοῦ μήκους ἑκάστοτε βραχὺ, καὶ τελευτῶν εἰς ἓν καταστῇ βῆμα· τὸ δὲ πιτυλίζειν, ἐπειδὰν ἐπ' ἄκρων τῶν ποδῶν βεβηκὼς, ἀνατείνας τὼ χεῖρε, κινῇ τάχιστα, τὴν μὲν ὀπίσω φέρων, τὴν δὲ πρόσω. μάλιστα δὲ τοίχῳ προσιστάμενοι γυμνάζονται τοῦτο τὸ γυμνάσιον, ἵν', εἰ καί ποτε σφάλλοιντο, προσαψάμενοι τοῦ τοίχου ῥᾳδίως ὀρθῶνται· καὶ οὕτω δὲ γυμναζομένων λανθάνει τε τὰ σφάλματα καὶ ἀσθενέστερον γίνεται τὸ γυμνάσιον. ὠκεῖαι δὲ κινήσεις εἰσὶν, οὐ μὴν βίαιοί γε, καὶ ὅσαι κατὰ παλαίστραν ἐπιτελοῦνται κυλινδουμένων ὀξέως

Cap. X. Supereſt, ut de iis dicamus, quae celeritate peraguntur, citraque robur et violentiam. Id genus ſunt curſus, et umbratilis armorum meditatio, et quum duo ſummis manibus concertant, tum quae per corycum et parvam pilam exercitatio fit, utique quum a diſtantibus et currentibus adminiſtratur. Ejus generis eſt et ἐκπλεθρίζειν, et πιτυλίζειν. Eſt autem ἐκπλεθρίζειν, quum in plethro, *id eſt, in ſexta parte ſtadii,* quis prorſum retrorſumque viciſſim, idque ſaepe, in utramque partem ſine flexu curſitans, unoquoque curſu breve quiddam de ſpatio demit, quoad in unico greſſu conſtiterit; πιτυλίζειν vero, ſiquis ſummis pedibus ingrediens, tenſas in ſublime manus, hanc antrorſum, illam retrorſum, celerrime moveat. Hoc vero exercitamento maxime ante parietem ſtantes uti ſolent, quo, ſi quando aberrent, facile pariete apprehenſo erigantur. Sed ſic exercitatorum, ut error magis latet, ita exercitium ipſum fit imbecillius. Celeres vero motus ſunt, citra tamen violentiam, et qui in palaeſtra eduntur, circumvolutis celeriter humi nobis,

Ed. Chart. VI. [86. 87.] Ed. Baſ. IV. (241.)

καθ' ἑτέρων τε καὶ καταμόνας. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ὀρθοὺς ἐνειλουμένους τε ἅμα καὶ μεταβάλλοντας ἐν τάχει τὸν πέλας ὀξὺ γυμνάσασθαι γυμνάσιον. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ διὰ τῶν σκελῶν μόνων ὀρθὸν ἐφ' ἑνὸς χωρίου γυμνάσασθαι γυμνάσιον ὀξύ, πολλάκις μὲν εἰς τοὐπίσω μόνον ἀφαλλόμενον, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ εἰς τοὔμπροσθεν ἀναφέροντα τῶν σκελῶν ἑκάτερον ἐν μέρει. καὶ μὲν δὴ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἔνεστιν ὀξὺ γυμνάσιον ὁμοιόρροπον γυμνάσασθαι χωρὶς τοῦ κατέχειν ἁλτῆρας, ἐπισπεύδοντα τὰς κινήσεις αὐτῶν εἰς πυκνότητά τε ἅμα καὶ τάχος, εἴτε πὺξ ἐθέλοι τις, εἴτε χωρὶς πυγμῆς ἀναχθήσειεν ἁπλῶς. τοιοῦτον μὲν δὴ καὶ τὸ ταχὺ γυμνάσιόν ἐστιν, ἐν οἷς εἴπομεν εἴδεσιν ἀφωρισμένον. ἐπὶ δὲ τὸ σφοδρὸν ἰέναι καιρός. [87] ἔστι δ', ὡς εἴρηται, τοῦτο σύνθετον ἐξ εὐτόνου τε καὶ ταχέος. ὅσα γὰρ εὔτονα τῶν γυμνασίων εἴρηται, τούτοις ἅπασιν ὡς σφοδροῖς ἄν τις χρῷτο, κινήσεις ταχείας προστιθείς. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα γυμνάσια σφοδρὰ, σκάψαι, καὶ δισκεῦσαι, καὶ κινῆσαι, καὶ πηδῆσαι συνεχῶς, ἄνευ τοῦ διαναπαύσασθαι.

vel ſolis, vel cum aliis. Licet autem et erectis, tum circumactis, ac velociter prope adſtantem mutantibus, celerem exercitationem peragere. Poteſt et ſolis cruribus, erectus, ac uno loco conſiſtens, celeriter exerceri, ſubinde quidem retro tantum reſiliens, interim vero in anteriora referens crurum utrumque viciſſim. Quin et per manus exercitatione celeri tantumdem valente uti datur, idque citra ullos halteres utique, ſi frequentiae celeritatique motus earum impenſe incumbas, ſive has in pugnum ductas, ſive explicatas mavis. Ac ejusmodi quidem celeris exercitatio eſt, in quibus dixi ſpeciebus comprehenſa. Reliquum eſt, ut ad vehementem veniamus. Ea vero, ſicuti praedictum jam eſt, ex robuſta celerique compoſita eſt, quando, quas robuſtas diximus, iis omnibus ut vehementibus uti licet, motus modo celeritatem adjicias. Non in poſtremis vero vehementes hae ſunt, fodere, diſcum mittere, moveri, ſaltare, idque continuato ſine in-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 148 sur 889

Ed. Chart. VI. [87.] Ed. Baſ. IV. (241. 242.)

οὕτω δὲ καὶ τὸ ἀκοντίζειν ὁτιοῦν τῶν βαρέων βελῶν συνείροντα τὴν ἐνέργειαν, ἢ βαρέσιν ὅπλοις ἐσκεπασμένον ἐνεργεῖν ὀξέως. ἀμέλει καὶ οἱ γυμναζόμενοι διά τινος τῶν τοιούτων ἀναπαύονται κατὰ βραχύ. καί σοι ἡ κατὰ τὸ συνεχές τε καὶ διαλεῖπον γυμνάσιον ἤδη πως γινωσκέσθω διαφορά. τὰ γὰρ εἰρημένα νῦν δὴ πάντα διαλείποντες μᾶλλον εἰς χρείαν ἄγουσι, καὶ μάλισθ' ὅσα πόνοι τινές εἰσι καὶ ἔργα, μὴ μόνον γυμνάσια, καθάπερ τὸ ἐρέσσειν τε καὶ σκάπτειν. ὅσα δ' ἀσθενέστερα τῶν γυμνασίων ἐστὶν, ἄνευ τοῦ διαναπαύεσθαι γίνεται μᾶλλον, ὥσπερ δολιχός τε καὶ αἱ ὁδοιπορίαι.

Κεφ. ια'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα γυμνασίων ἐστὶν εἴδη, τάς τε νῦν εἰρημένας ἔχοντα διαφορὰς, καὶ πρὸς τού(242)τοις ἔτι τὸ τὰ μὲν ὀσφῦν μᾶλλον, ἢ χεῖρας, ἢ σκέλη διαπονεῖν, τὰ δὲ τὴν ῥάχιν ὅλην, ἢ τὸν θώρακα μόνον, ἢ τὸν πνεύμονα μόνον. βάδισις μέν γε καὶ δρόμος ἴδια σκελῶν γυμνάσια, ἀκροχειρισμοὶ δὲ καὶ σκιομαχία ἴδια χειρῶν, ὀσφύος δὲ τὸ ἐπικύπτειν τε καὶ ἀνακύπτειν συνεχῶς,

termiſſione opere; ſimiliter grave quodvis telum jaculari, continuatis ſibi quam maxime jactibus, aut gravi armatura tectum celeriter agitari. Et qui aliquo quidem talium exercentur, intermittere paululum ſolent. Atque hoc loco inter aſſiduam interpolatamque exercitationem differentiam noſcas licet. Quas enim modo retulimus, univerſae parva mora interpoſita magis uſurpari ſolent; ac potiſſimum, quae labores operaque ſunt, nedum exercitia, ut foſſio et remigatio. Quae vero remiſſiores exercitationes ſunt, eae ſine interpoſita quiete magis fiunt, veluti diu currere et iter facere.

Cap. XI. Haec igitur omnia exercitationum genera ſunt, quae et modo dictas differentias habent, et ſupra has, quod alia lumbos magis, quam brachia crurave, exercent, alia ſpinam totam, aut pulmonem tantum, aut thoracem tantum. Quippe ambulatio curſuſque crurum exercitationes ſunt, acrochiriſmi et ſciamachiae brachiorum ac manuum propria, lumborum autem aſſidue ſe

Ed. Chart. VI. [87.] Ed. Baſ. IV. (242.)

ἢ αἴροντά τι βάρος ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ ἐν ταῖν χειροῖν βαστάζοντά τι διαπαντός. ἔνιοι μὲν καταθέντες ἁλτῆρας ἐν τῷ πρόσθεν διεστῶτας ἀλλήλων ὀργυιάν, εἶτ' ἐν μέσῳ στάντες αὐτῶν, ἀναιροῦνται προκύπτοντες, τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, τῇ δὲ ἀριστερᾷ τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ αὖθις ἑκάτερον εἰς τὴν οἰκείαν κατατίθενται χώραν, καὶ τοῦτο δρῶσιν ἐφεξῆς πολλάκις ἀτρεμίζοντες τῇ βάσει. τὰ δὲ πλάγια μέρη τῆς ῥάχεως ἡ κίνησις ἥδε διαπονεῖ μᾶλλον, ὥσπερ ἡ προειρημένη τὰ κατ' εὐθύ. θώρακος δὲ καὶ πνεύμονος αἱ μέγισται τῶν ἀναπνοῶν οἰκεῖα γυμνάσια, καθάπερ καὶ αἱ μέγισται φωναὶ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἁπάντων τῶν φωνητικῶν ὀργάνων. εἴρηται δ' ὁ κατάλογος αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ φωνῆς ὑπομνήμασι. ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγόναμεν, οὐ χεῖρον ὑπὲρ ἁπάντων διελθεῖν τοῦ ζώου τῶν μορίων, ὅσα τε κινήσεις τινὰς ἐναργεῖς ἔχει καὶ ὅσα βραχείας τε καὶ ἀμαυρὰς, καὶ τίνα μὲν ἐξ ἑαυτῶν κινεῖται, τίνα δὲ ὑφ' ἑτέρων· ἡ γὰρ τοιαύτη διαίρεσις οὐ σμικρὰν εὐπορίαν παρέξει τῷ γυμναστῇ πρὸς τὸ κινεῖν

inclinare, ac rurſus revocare, idque aut pondus aliquod a terra tollentem, aut aſſidue manibus ſuſtinentem. Sunt et qui, depoſitis ante ſe halteribus, ulnae intervallo diſtantibus, poſtea medii ipſi ſtantes inclinant ſe atque attollunt, dextrà quidem eum, qui ad ſiniſtram jacet, ſiniſtrà, qui ad dextram, tum rurſum utrumque in ſuum locum referunt; atque hoc identidem deinceps faciunt iisdem veſtigiis inſiſtentes. Hic vero motus transverſas ſpinae partes magis exercet, ſicuti prior ille rectas. Thoracis vero et pulmonis maximae reſpirationes propriae exercitationes ſunt. Maxime vero vox praeter jam dicta vocis quoque inſtrumenta omnia permovet; quorum enumeratio in iis, quae de voce edidimus, habetur. Quoniam autem huc provecti ſumus, non alienum ſit de omnibus animalis partibus tradere, et quae motus evidentes, et quae exiguos et obſcuros obtineant; quae rurſus a ſe moveantur, quaeque ab aliis. Quippe ejusmodi diſcretio non parvam commoditatem gymnaſtae aſſeret ad omnia

Ed. Chart. VI. [87. 88.] Ed. Baſ. IV. (242.)

ἅπαντα τοῦ ζώου τὰ μόρια, ποτὲ μὲν ἐξ ἑαυτῶν τε καὶ κατὰ τὰς οἰκείας δυνάμεις, ἔστιν ὅτε δ' ὑφ' ἑτέρων τε καὶ δι' ἑτέρων. αἱ γὰρ κατὰ προαίρεσιν ἐνέργειαι πᾶσαι μυῶν τε καὶ νεύρων καὶ τενόντων ἴδιαι κινήσεις εἰσίν· εἰ δὲ καὶ σφοδρότεραι γίγνοιντο, τὰ μὲν εἰρημένα μόρια πρῶτά τε καὶ μάλιστα γυμνάζουσι, κατὰ δὲ τὸ συμβεβηκὸς καὶ τὰς ἀρτηρίας. ὀστᾶ δὲ καὶ φλέβες καὶ σάρκες καὶ σύνδεσμοι καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τοῦ ζώου μόρια συγκινοῦνται τοῖς προειρημένοις. αἱ δ' ἄλλαι κινήσεις ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ὅσαι μὴ κατὰ κοινὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἤτοι φυσικαί τινες, ἢ κατὰ τὰ τῆς ψυχῆς γίγνονται πάθη, διτταὶ μέν εἰσι κατὰ γένος· αἱ μὲν ἕτεραι καρδίας καὶ ἀρτηριῶν, αἱ δὲ ἕτεραι φλεβῶν τε καὶ ἥπατος ἐνέργειαι, [88] πρῶτον μὲν τούτων καὶ μάλιστα, δεύτερον δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μορίων, ἐπειδὴ πάντα τέτταρσι φυσικαῖς διοικεῖται δυνάμεσιν. ἡ μὲν δὴ τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ τῆς καρδίας κίνησις οὔπ ἔστιν ὅτ' ἐκλείπει τὸ πάμπαν, ἐπιτείνεται μέντοι καὶ ἀνίεται κατὰ μέγεθος καὶ σμικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα

animalis membra movenda, alias a ſe et propria virtute, alias ab alio et per alienam. Quaecunque enim voluntate ſuſcipiuntur actiones, eae muſculorum nervorumque et tendonum propriae ſunt. Eaedem tamen, ſi majore vi et celeritate fiant, primum quidem et maxime dictas jam partes, ex accidenti vero etiam arterias exercent; cum praedictis vero oſſa, venae, carnes, ligamenta et caeterae omnes animalis partes una moventur. Reliquorum vero motuum, qui in animalium corporibus naſcuntur, quicunque non communi voluntate ſuſcipiuntur, ſed vel naturales ſunt, vel pro animi affectibus eduntur, duplices hi genere ſunt; alii enim cordis et arteriarum, alii venarum et jecinoris affectiones ſunt, atque horum quidem primum et maxime, ſecundo loco reliquarum omnium partium; quandoquidem quatuor naturalibus facultatibus omnes gubernantur. Ac arteriarum quidem cordisque motus nunquam ſane omnino intermittitur, caeterum magnitudine, parvitate, velocitate, tardi-

Ed. Chart. VI. [88.] Ed. Baf. IV. (214.)

καὶ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα παρὰ πολλὰς αἰτίας, ὧς συμπάσας μὲν ἐν τῇ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτιῶν πραγματείᾳ διῆλθον, ἀρκεῖ δ' ἐν τῷ παρόντι τὰ κεφάλαια μόνον αὐτῶν εἰπεῖν τὰ πρῶτα. μία μὲν οὖν αἰτία τῆς μεταβολῆς τῶν σφυγμῶν ἐστιν αὔξησίς τε καὶ μείωσις τῆς ἐμφύτου θερμότητος, ἑτέρα δὲ ἡ κατὰ τὴν ποσότητα τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀλλοίωσις, τρίτη δὲ ἡ κατὰ τὴν τῆς δυνάμεως εὐρωστίαν τε καὶ ἀῤῥωστίαν, τετάρτη δὲ ἡ κατὰ τὰ τῶν ὀργάνων πάθη. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης οὐ νῦν διδάσκειν καιρός· ἤδη γὰρ νοσεῖν ἀνάγκη τὸ ζῷον ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν· αἱ δὲ ἄλλαι πᾶσαι τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις καὶ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι γίγνονται. παρὰ μὲν τὴν αὔξησίν τε καὶ μείωσιν τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἥ τε παρὰ τὰς ὥρας καὶ τροφὰς καὶ πόματα καὶ λουτρὰ καὶ τρίψεις καὶ ὕπνους καὶ ἐγρηγόρσεις, ἔτι τε τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείας· ἡ δὲ παρὰ τὴν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀλλοίωσιν ἐν ταῖς τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων διαφοραῖς· ἡ δὲ παρὰ τὴν τῆς δυνάμεως εὐρωστίαν τε καὶ

tate, et vehementia et imbecillitate varie intenditur atque remittitur, idque multis ex cauſis, quas omnes in opere, quod De pulſuum cauſis conſcripſimus, percenſui; nunc ſumma tantum capita delibaſſe ſat erit. Una igitur mutandi pulſus cauſa eſt naturalis caloris auctio diminutioque. Altera cauſa eſt, quae ex animalis ſpiritus mutata quantitate ſpectatur. Tertia, quae ex firmitate infirmitateque virtutis accipitur. Quarta, quae ex inſtrumenti ipſius malo affectu aeſtimatur. Verum de hac diſſerere non eſt hujus loci. Jam enim aegrotet animal neceſſe eſt in ejusmodi affectibus; quum reliquae omnes pulſus mutationes etiam in ſanis ſpectentur. Quae igitur ex aucto diminutoque naturali calore mutatio oritur, ea pro anni tempore, nutrimento, potu, balneo, frictione, ſomno et vigilia, itemque animi affectibus et actionibus voluntate ſuſceptis incidit. Quae vero ex animalis ſpiritus alteratione naſcitur, ea pro motus voluntarii differentiis variatur. Quae ex virium firmitate infirmitateque

Ed. Chart. VI. [88.] Ed. Baſ. IV. (242.)

ἀῤῥωστίαν ἐν ταῖς εὐκρασίαις τε καὶ δυσκρασίαις αὐτοῦ τοῦ σώματος τῆς τε καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν. αἱ δὲ τῶν φλεβῶν ἐνέργειαι σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὀργάνοις, ὅσα περὶ τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίαν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο, κατὰ τὰς ἐδωδάς τε καὶ πόσεις, ἀναδόσεις τε καὶ πέψεις καὶ θρέψεις ἀλλοιοῦνται· μέρος δέ τι ταύταις ἐστὶν καὶ ταῖς ἀρτηρίαις. ὅσαι δὲ τῶν κινήσεων οὐκ εἰσὶν ἐνέργειαι, τριττὴ τούτων ἡ διαφορά· τινὲς μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῶν τοῖς ζώοις ἐγγίνονται, τινὲς δὲ ἔξωθεν προσέρχονται, τινὲς δὲ ὑπὸ φαρμάκων καταναγκάζονται. ἐξ ἑαυτῶν μέν, ἃς ἔμπροσθεν εἶπον· ἔξωθεν δὲ κατὰ τοὺς πλοῦς, καὶ τὰς ἱππασίας, καὶ τὰς αἰωρήσεις, ὅσαι τ' ἐκ τῶν ὀχημάτων γίγνονται, καὶ ὅσαι διὰ σκιμπόδων ἐκκρεμαμένων, ἢ λίκνων σειομένων, ἢ ἐν ταῖς τροφῶν ἀγκάλαις τοῖς βρέφεσιν. ἐκ δὲ τῶν ἔξωθεν κινήσεων εἴη ἂν καὶ ἡ ἀνάτριψις, εἴθ' οὕτως τις αὐτὴν ὀνομάζειν ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς, εἴτε καὶ χωρὶς τῆς ἀνά προθέσεως ὥσαύτως τοῖς νεωτέροις βούλοιτο· διαφέρει γὰρ οὐδὲν εἰς τὰ παρόντα.

oritur, pro ſubſtantiae ipſius cordis et arteriarum bono contrariove temperamento contingit. Porro venarum opus una cum aliis inſtrumentis univerſis, quaecunque natura ad alimenti diſpenſationem excogitavit, pro cibo potuque, tum vero pro diſtributionis in corpus et concoctionis et nutricationis ratione variatur. Hujus vero mutationis arteriae quoque participes ſunt. Qui vero motus actiones non ſunt, horum triplex diverſitas intelligitur. Alii namque animantibus ex ſe ipſis inſunt; alii extrinſecus adveniunt; alios medicamenta proritant. Et ex ſe quidem animalibus inſunt ii, quos ante memoravi. Extrinſecus vero accedunt, qui navigando, equitando, aut geſtando, ſive vehiculo, ſive lectulo pendente, ſive cunis agitatis praeſtantur, ſive per nutricum ulnas, ut infantibus: extrinſecus praeterea advenientium et frictio ſit, ſive quis eam ita velit appellare, quemadmodum et antiqui, ſive proferat ſine additione particulae ἀνὰ, quemadmodum et recentiores; nihil enim refert ad praeſens inſtitutum.

Ed. Chart. VI. [88.] Ed. Baſ. IV. (242.)

ἔνιαι μέντοι κινήσεις εἰσὶ μικταὶ, καθάπερ καὶ αἱ ἱππασίαι. οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀχήμασι, καὶ μάλιστα ἐν οἷς κατακλίναντες ἀτρεμίζομεν, οὕτω κἂν τοῖς τῶν ἵππων ὀχήμασι συμπίπτει σείεσθαι μόνον ὑπὸ τοῦ φέροντος, ἐνεργοῦντα μηδὲν, ἀλλὰ τὴν ῥάχιν ὄρθιον ἀπευθύνειν χρὴ, καὶ τοῖς μηροῖς ἀμφοτέροις ἀκριβῶς ἔχεσθαι τῶν πλευρῶν τοῦ ἵππου, καὶ τετάσθαι τὰ σκέλη, καὶ προορᾶσθαι τὰ πρόσθεν· ἐν τούτῳ γὰρ καὶ ἡ ὄψις γυμνάζεται, καὶ ὁ τράχηλος πονεῖ. μάλιστα δ' ἐν τῷ τοιούτῳ γυμνασίῳ σείεται τὰ σπλάγχνα· σείεται μὴν οὐδὲν ἧττον τὰ σπλάγχνα καὶ τοῖς ἀλλομένοις, ἐν μέντοι ταῖς ἐπὶ τῶν ὀχημάτων αἰωρήσεσιν ἧττον. ὥστε, εἴ τις ἐθέλοι τὰ κάτω φρενῶν σπλάγχνα κινῆσαι βιαιότερον, ἐπί τε τοὺς εἰρημένους ἥκειν πόνους καὶ πρὸς τούτοις ὅσα διὰ τῆς τῶν ὑμμάτων περιθέσεως τρίβουσι. χρὴ δ' ὄπισθεν εἶναι τὸν τρίβοντα, περιφέροντα τὼ χεῖρε ποτὲ μὲν ἐπ' ἀριστερὰ, ποτὲ δ' ἐπὶ δεξιὰ, συνεπικλινόμενα πρὸς ταῦτα καὶ τριβόμενα. συγκινοῦσι μέν πως τὰ κάτω τῶν φρενῶν σπλάγχνα

Nonnulli tamen motus mixti plane ſunt, veluti equitatio. Non enim, ut in vehiculis, praeſertim in quibus ſtratus quieſcas, ita etiam cum equo inſideas, accidit, ut a geſtante tantum agiteris, ipſe nihil agas; quin ſpinam erectam ſuſtinere, tum utrisque femoribus equi coſtis firmiter haerere, et crura extendere oportet, etiam ante proſpicere. In quo non modo viſus exercetur, ſed etiam collum laborat, praecipue tamen viſcera hoc genere agitantur. Porro ea ſalientibus quoque aeque dimoventur, verum iis, qui vehiculo geſtantur, non aeque. Quare ſi quis viſcera, quae ſub ſepto ſunt, movere violentius velit, et praedictos labores adeat, et praeterea ad frictionem, quae per circumjectam faſciam adminiſtratur, accedat. Statuatur autem oportet is, qui fricat, a tergo; qui modo in dextram, modo in ſiniſtram manus injiciat, ſimul inclinante in has ipſas partes ipſo, qui fricatur. Sane concutiunt nonnihil ea quae ſub ſepto viſcera ſunt

Ed. Chart. VI. [89.] Ed. Baf. IV. (242.)

[89] καὶ αἱ μέγισται τῶν ἀναπνοῶν τε καὶ φωνῶν, ὥσπερ γε καὶ αἱ ἐκφυσήσεις αἵ τε καταμύνας γιγνόμεναι καὶ αἱ μετὰ καταλήψεως ἐν αὐλήσεσί τε καὶ φωναῖς, καὶ αὐτὴ δ' ἡ κατάληψις τοῦ πνεύματος γυμνάσιόν ἐστιν οὐχ ἧττον τῶν κατ' ἐπιγάστριον ἢ τῶν κατὰ θώρακα μυῶν. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης αὖθις εἰρήσεται· πρὸς γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἄρτι καὶ ἄλλην οὐ σμικρὰν χρείαν ἔχει, ἧς ἕνεκεν ἐπὶ τελευτῇ τῶν γυμνασίων αὐτὴν παραλαμβάνομεν. ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐπανιτέον, ὡς πολλαὶ τῶν ἐγγινομένων κινήσεων τοῖς τοῦ ζώου μορίοις οὔτ' ἐνέργειαι τῶν μορίων αὐτῶν εἰσιν, οὔτ' ἐνεργείας ἀκολουθοῦσιν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρων τε καὶ δι' ἑτέρων ἀποτελοῦνται, ὡς ἐπὶ τῶν ὀχουμένων γίγνονται, καὶ πλεόντων, καὶ τριβομένων, καὶ καθαιρομένων ὑπὸ φαρμάκων ἐμετηρίων τε καὶ ὑπηλάτων. ἀλλ' ἡ τοιαύτη κίνησις οὐκ ἔστι τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι, καὶ μάλιστα ἡ διὰ τρίψεως ἀναγκαιοτάτη γινώσκεσθαι τοῖς ὑγιεινοῖς. τῆς γὰρ τούτων τέχνης ἐστὶν

et maximae tum reſpirationes, tum voces; pari modo exſufflationes, et quae per ſe fiunt, et quae cum cohibito compreſſoque ſpiritu tum in tibiarum ſono, tum voce adhibentur. Jam ipſa ſpiritus cohibitio exercitatio quaedam muſculorum eſt, non minus certe eorum, qui in abdomine, quam qui in thorace ſunt. Verum de hac poſt agetur, utpote quae ſupra alia, quae modo retulimus, commoda etiam alium uſum non levem praeſtat, cujus nimirum cauſa ad finem exercitationem eam adhibemus. Verum ad propoſitum redeundum, nempe quod non pauci ex iis motibus, qui partibus animalium accedunt, nec partium ipſarum actiones ſunt, nec earum actiones ſequuntur, ſed ab aliis et per alia perficiuntur: veluti in his, qui vehuntur, navigant, fricantur, et purgantur per medicamenta, tum vomitoria, tum alvum ducentia, fit. Verum ejusmodi motus hujus de tuenda ſanitate artis non eſt. Reliqui omnes, et potiſſimum ii, qui ex frictione fiunt, imprimis neceſſarii cognitu hujus artis praeſidi

Ed. Chart. VI. [89.] Ed. Baſ. IV. (242. 243.)

ἁπασῶν τῶν κινήσεων ἐπίστασθαι τὰς δυνάμεις, ὥσπερ, οἶμαι, τῶν τεχνικῶν αὐτῶν ἁπάσας τὰς κατὰ μέρος· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῆς κατὰ τὴν ὕλην ποικιλίας, ὁ γυμναστὴς δὲ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἔχει τὴν γνῶσιν. εἰ γοῦν τίς με κελεύσειεν ὁπλομαχικὰς κινήσεις ἢ ἕτερον διδάσκειν, ἢ αὐτὸν εὐρύθμως κινεῖσθαι, οὐκ ἂν δυναίμην καλῶς ἐνεργῆσαι μίαν (243) ἐξ αὐτῶν τὴν ἐπιτυχοῦσαν· εἰ μέντοι παρείην τινὶ τῶν ὁπλομαχικῶν ἐνεργοῦντι, καὶ τίνα δύναμιν ἑκάστη τῶν ἐνεργειῶν ἔχει, καὶ τί μάλιστα μόριον ἐκπονεῖ, πάντων ἂν ἐκείνων ἀκριβέστερον εἰδείην. μᾶλλον δ', εἰ χρὴ ταληθὲς εἰπεῖν, ὁ μὲν ὁπλομαχικὸς οὐδὲν ἂν εἴποι τῆς δυνάμεως αὐτῶν, ὁ δὲ τὴν περὶ τὰ γυμνάσια τέχνην ἐπιστάμενος ἀκριβῶς ἁπάσας διαγνώσεται, πρὸς ὡρισμένους σκοποὺς ἀναφέρων. ἢ γὰρ βίαιοί τινές εἰσι, καὶ βαρεῖαι, καὶ εὐτονοι, ἢ κοῦφαι, καὶ ταχεῖαι, καὶ σύντονοι, ἢ βίαιοί τε ἅμα καὶ ὀξεῖαι. ταῦτα οὖν γνωρίσεις ῥᾳδίως ἐν αὐτῷ τῷ θεάσασθαι γινόμενα, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τίνες μὲν ἐνέργειαι σκέλη μᾶλλον, ἢ χεῖρας, ἢ θώρακα,

sunt; quippe ad quem spectat omnium motuum vires novisse, sicuti, reor, ad opifices ipsos spectat singulos particulares motus nosse. Hi namque varietatem, quae in materia est, norunt, gymnastes virtutis singulorum scientiam habet. Etenim, si quis me jubeat, armorum meditationis motus vel alium doceam, vel ipse concinne peragam, sane unumquemlibet eorum obire commode nequeam. At si cui me hoplomachicorum, quum agit, adhibeas, non modo quam vim obtineat actionum quaelibet, sed etiam quam maxime partem exercitet, omnibus illis certius norim. Imo vero (si verum ingenue fateri oportet) hoplomachicus nullus earum vim reddat. Qui exercitationum artem probe callet, is omnes noverit, singulas ad certos referens fines. Namque aut violentae quaedam sunt gravesque ac robustae, aut leves, celeres et concitatae, aut pariter violentae et celeres. Has igitur obiter dum agi conspicit, statim visas facile dignoscit, atque hoc amplius, quaenam crura, brachia, vel thoracem

Ed. Chart. VI. [89.] Ed. Baſ. IV. (243.)

τίνες δ' ὀσφῦν, ἢ κεφαλήν, ἢ ῥάχιν, ἢ γαστέρα, τίνες δ' ὁτιοῦν ἄλλο μέρος ὑπὲρ τἆλλα διαπονοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ ὁπλομαχικὸς εὐρύθμως μὲν ἐνεργήσει κινήσεις ταχείας, εἰ οὕτως ἔτυχεν, εὐτόνους τε ἅμα καὶ βαρείας, οὐ μὴν ὅτι γε πυκνοῦσιν καὶ ἰσχναίνουσιν αἱ τοιαῦται κινήσεις οἶδεν, ὥσπερ οὐδ' ὅτι σαρκοῦσί τε καὶ ἀραιοῦσιν αἱ βραδύτεραι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐνεργήσει μέν ποτε κινήσεις εὐτόνους τε ἅμα καὶ βραδείας καὶ βαρείας, οὐ μὴν ὅτι γε ῥώμην αὗται καὶ βάρος σώματος κατασκευάζουσιν οἶδεν. οὕτω δὲ καὶ ὁ ἡνίοχος ἐνεργήσει μὲν ἁπάσας τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας εὐρυθμότατά τε ἅμα καὶ τῇ χρείᾳ συμφορώτατα, ποῖαι δ' αὐτῶν ἤτοι λεπτύνουσιν, ἢ σαρκοῦσιν, ἢ ῥώμην ἢ συντονίαν ἀποτελοῦσιν, ἢ μαλακὸν, ἢ σκληρὸν, ἢ πυκνὸν, ἢ ἀραιὸν ἐργάζονται τὸ σῶμα, παντάπασιν ἀγνοεῖ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ σφαιριστικὸς ἁπάσας μὲν ἐπίσταται τὰς τῆς σφαίρας βολάς τε καὶ λήψεις, οὐ μὴν ἥντινά γε διάθεσιν ἑκάστη τῷ σώματι περιποιεῖ. οὕτω καὶ ὁ παιδοτρίβης ἁπασῶν μὲν τῶν κατὰ παλαίστραν ἐνεργειῶν ἐπιστήμων ἐστὶν, ὅ τι

actio exerceat, quae lumbos, caput, ſpinam, vel ventrem, quae demum aliam quamvis partem egregie praeter caetera fatiget. Hoplomachicus enim apte numeroſeque motus peraget celeres fortaſſe, robuſtos ac graves; caeterum quod denſent aut emacient ejusmodi motus, parum noverit; pari modo nec quod ſcarnem augent et rareſaciunt motus tardi. Jam idem robuſte ſimul et tarde et graviter movebitur; nec tamen, quod iſtiusmodi motibus corpori robur et gravitatem acquirit, intelligit. Aurigandi quoque peritus omnes motus particulares numeroſe apteque et ad uſum commodiſſime efficiet; ſed qui horum corpus emacient, aut carne impleant, robuſtum, vegetum, molle, durum, denſum rarumve efficiant, omnino ignorat. Ita et peritus pila ludendi omnem pilae jactum exceptumque callet; minime tamen, quem corpori affectum hi procreent, novit. Paedotriba quoque, quicquid in palaeſtra motuum geritur, pernovit;

Ed. Chart. VI. [89. 90.] Ed. Baſ. IV. (243.)

δὲ ἑκάστη πέφυκε δρᾶν, ἀγνοεῖ. καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντες ἄνθρωποι τεχνῖταί τε καὶ ἄτεχνοι, διὰ τῶν σωμάτων ἐνεργοῦντες, ἀγνοοῦσι τῶν ἐνεργειῶν τὰς δυνάμεις, ὀρχησταὶ, ναυτίλοι, τέκτονες, ἁλιεῖς, γεωργοὶ, χαλκεῖς, οἰκοδόμοι, σκυτοτόμοι, πάντες ἁπλῶς οἵ τι πράττοντες. [90] ἀλλ' ὁ γυμναστικὸς, ἀφ' ὧν εἶπον ὀλίγον ἔμπροσθεν ὁρμώμενος, εἰ καὶ νῦν πρῶτον εἴη θεώμενος ἡντιναοῦν ἐνέργειαν, οὐκ ἀγνοήσει τὴν δύναμιν αὐτῆς. οἷον αὐτίκα τῶν ὀρχηστῶν αἱ σύντονοι κινήσεις, ἐν αἷς ἄλλονται μέγιστα, καὶ περιδινοῦνται στρεφόμενοι τάχιστα, καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ προσσύρουσι, καὶ διασχίζουσιν ἐπὶ πλεῖστον τὰ σκέλη, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν αἷς ὀξύτατα κινοῦνται, λεπτὸν καὶ μυώδες καὶ σκληρὸν καὶ πυκνὸν ἔτι τε σύντονον ἀποτελοῦσι τὸ σῶμα. κατὰ δὲ τὰς ἐκλύτους τε καὶ βραδείας καὶ μαλακὰς κινήσεις οὐ μόνον οὐκ ἂν γένοιτο τὸ σῶμα τοιοῦτον, οἷον εἴρηται νῦν, ἀλλ' εἰ καὶ φύσει μυώδές τε καὶ σύντονον ὑπάρχει, τὴν ἐναντίαν ἀμείψει διάθεσιν. ὅπερ οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὡς ὁ παιδοτρίβης

quid quisque motus efficere queat, ignorat. Et (ut semel dicam) omnes homines artifices juxta inertesque, quos corpore motus exercent, eorum ignorant vires, saltatores, nautae, fabri, piscatores, agricolae, fabri ferrarii, aedificatores, sutores, omnes denique, qui quidvis moliuntur. At gymnastes ex iis, quae ante retuli, principiis cujusvis actionis, etiam ejus, quam nunc primum nec ante conspexit, vim tenebit. Veluti statim saltantium vegeti motus, in quibus nimirum quam maxime saliunt, ac celerrime circumacti vertuntur, et genu prius posito mox emicant, et crura tum attrahunt, tum maxime divaricant, et summatim, in quibus ocissime moventur, gracile, musculosum, durum, compactum, praeterea vegetum corpus reddunt: at remissi, tardi et languidi motus non solum non ejusmodi corpus, quale nunc diximus, faciunt, sed contra, si natura musculosum et vegetum sit, diversam omnino affectionem inducunt. Quod igitur paulo

Ed. Chart. VI. [90.] Ed. Baſ. IV. (243.)

ὑπηρέτης ἐστὶ τοῦ γυμναστοῦ τοιοῦτος, οἷός περ ὁ μάγειρος ἰατροῦ, τοῦτο καὶ νῦν ἐπιδέδεικται. σκευάζει γὰρ ὁ μάγειρος ἢ τεῦτλον ἢ φακῆν ἢ πτισάνην ἄλλοτε ἀλλοίως, οὔτε τὸ σκευαζόμενον ὁποιόν τι τὴν δύναμίν ἐστιν ἐπιστάμενος, οὔθ' ἥτις τῶν σκευασιῶν βελτίστη· ὁ δ' ἰατρὸς οὐδὲν μὲν τούτων ὁμοίως τῷ μαγείρῳ παρασκευάσαι δυνατός ἐστιν, παντὸς δὲ τοῦ παρασκευασθέντος ἐπίσταται τὴν δύναμιν.

Κεφ. ιβ'. Ὁ τοίνυν γυμναστὴς τοῦ προκειμένου ἐν τῷ λόγῳ μειρακίου, τοῦ τὴν ἀρίστην ἔχοντος κατασκευήν, ἐπίσταται μὲν ἁπάντων γυμνασίων τὰς δυνάμεις, ἐκλέγεται δὲ καθ' ἕκαστον εἶδος τὰ σύμμετρά τε καὶ μέσα τῶν ἀμετρίων ἑκατέρων. οὔτε γὰρ ὀξέος οὔτε βραδέος ἡ ἀρίστη κατασκευὴ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦ μέσου τε καὶ συμμέτρου δεῖται γυμνασίου· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὔτε βιαίου καὶ σφοδροῦ, οὔτ' ἐκλύτου καὶ ἀμυδροῦ, ἀλλὰ κἀντεῦθεν τὸ σύμμετρον ἄριστον. οὐ γὰρ ὑπαλλάττειν προσήκει τὴν ἀρίστην κατασκευὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ φυλάττειν. εἴτ' οὖν ἐν

ante diximus, paedotribam ita esse gymnastae ministrum, ut medici coquum, id nunc quoque ostensum est. Quippe coquus betam, lentem, aut ptisanam alias alia ratione praeparat; nec tamen, quod praeparavit, quam vim obtineat, intelligit, aut quaenam praeparandi ratio censenda sit optima. At medicus nihil horum ita, ut coquus, parare est potis; verum quicquid praeparatum sit, ejus vires probe callet.

Cap. XII. Ergo gymnastes propositi nobis adolescentis, utique qui optimum corporis statum est sortitus, omnium quidem exercitationum vires pernovit; deligit vero ex omni genere, quod moderatum mediumque inter utrumque excessum est. Nam neque celeris tardaeve exercitationis optimus status eget, sed plane mediocris ac mediae; nec rursus violentae et vehementis, nec remissae et languidae, imo in his quoque mediocre optimum est; quando non alterare, sed plane servare optimum corporis statum convenit. Sive igitur armis ejus-

Ed. Chart. VI. [90.] Ed. Baſ. IV. (243.)

ὁπλοις ἐθέλοι γυμνάζεσθαι τὸ τοιοῦτον μειράκιον, ὁ γυμναστὴς αὐτοῦ τὸν ἐμπειρότατον τῆς ὕλης τῶν ὁπλομαχικῶν ἐνεργειῶν παραλαβών, ἁπάσας αὐτῷ δειχθῆναι κελεύσει, κἄπειτ' αὐτὸς ἐκλέξεται, καὶ διακρινεῖ, καὶ προστάξει, κατὰ ποίας μὲν αὐτῶν ἐπὶ πλέον χρὴ γυμνάζεσθαι, κατὰ ποίας δ' ὀλιγάκις, ἢ συμμέτρως, ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ διαπαντός. οὐ γὰρ δύναται λαθεῖν αὐτὸν, οὐθ' ὅ τι μόριον ἑκάστη διαπονεῖ μᾶλλον, οὔθ' ἥτις αὐτῆς ἐστιν ἡ ποιότης τε καὶ ἡ δύναμις. εἴτε διὰ σφαίρας ἐπιθυμήσειε γυμνάζεσθαι, κἀνταῦθα πάλιν ἐξευρήσει τό τε εἶδος τῶν ἐνεργειῶν καὶ τὴν ποιότητα καὶ τὸ μέτρον, ὑπηρέτην λαβὼν τὸν σφαιριστικὸν ὑπὲρ τοῦ τὴν ὕλην ἅπασαν θεάσασθαι τῶν ἐνεργειῶν. αὐτῆς μὲν γὰρ τῆς κατὰ μέρος ὕλης ἑκάστης τῶν τεχνῶν ἄπειρός ἐστιν ὁ γυμναστὴς, ἧ γυμναστής ἐστιν· εἰ δὲ ἅπαξ αὐτὴν θεάσαιτο, τήν τε ποιότητα καὶ τὴν δύναμιν αὐτίκα γνωρίζει. μυρίους γοῦν ἡμεῖς ἀσθενέστερά τινα μέρη τοῦ σώματος ἔχοντας, ὡς συνεχέστατα τοῖς

modi adoleſcens velit exerceri, ejus gymnaſtes peritiſſimum materiae hoplomachicarum actionum aſſumens, eum omnes ſibi promere actiones jubebit; mox ipſe eliget ac diſcernet, imperabitque, quibus earum ſaepe, quibus raro, quibus mediocriter, quibus aut nunquam, aut ſemper exercitari eum velit: quippe quem latere non poteſt, quae quodque membrum exercitatio magis agitet, quaeve cujusque exercitationis qualitas facultasve ſit. Si vero pila exerceri deſideret, hic quoque rurſus tum ſpeciem, tum qualitatem, tum modum actionis inveniet, eum pilae peritum miniſtrum accipiens, a quo ille omnem ejus generis actionum materiam poſſit videre. Nam ipſius propriae cujusque artis materiae gymnaſtes, qua gymnaſtes, omnino eſt ignarus: verum, ubi ſemel inſpexit, non ſolum qualitatem, ſed etiam vim ejus protinus intelligit. Quamplurimos enim ipſi ex iis, quibus imbecilliores quaedam corporis partes erant, unde crebris in his urgeban-

Ed. Chart. VI. [90. 91.] Ed. Baſ. IV. (243.)

κατὰ ταῦτα νοσήμασιν ἁλίσκεσθαι, διὰ μόνης γυμναστικῆς ἀνερρώσαμεν, οὐκ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν οἰκείων γυμνασίων, ἀλλ' εἴτ' ὀρχηστικὸς ἦν ὁ ἄνθρωπος, εἴθ' ὁπλομαχικὸς, εἴτε παγκρατιαστικὸς, εἴτε παλαιστρικὸς, εἴθ' ὁτιοῦν ἄλλο, τὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ τέχνῃ κινήσεις ἁπάσας αὐτὸν ἐπιτάξαντες ἡμῶν παρόντων κινηθῆναι, κἀξ αὐτῶν ἐκλεξάμενοι τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὕμα καιρῷ τε καὶ μέτρῳ. [91] περὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἐπανορθώσεων ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ διαλέξομαι κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς πραγματείας, ἐν ᾧ περὶ τῶν μοχθηρῶν κατασκευῶν τοῦ σώματος διέξειμι. νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἄριστον σῶμα πρόκειται φυλάττειν ἄριστον, ἐξ ἁπάντων δ' ἐκλεκτέον αὐτῷ τὸ σύμμετρον, ἐκ τρίψεων, ἐκ γυμνασίων, ἐκ λουτρῶν, ἐκ τροφῶν, ἐξ ὕπνων, μήτε μαλακωτέραν αὐτοῦ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἐργαζομένους, μήτε σκληροτέραν, (ἡ μὲν γὰρ εὐκίνητος ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων, ἡ δὲ τὴν αὔξησιν κωλύει,) μήτε πυκνοτέραν, ὡς ἴσχεσθαί τι τῶν κατὰ σάρκα περιττωμάτων, μήτε ἀραιοτέραν, ὡς ἀπορρεῖν τι καὶ τοῦ χρηστοῦ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν

tur morbis, unius gymnaſticae ope reſtituimus, non abducentes a propriis exercitationibus, ſed ſive quis ſaltator erat, ſive hoplomachicus, ſive pancratiaſtes, ſive luctator, ſive alio quovis genere exercitatus, juſſo eo nobis praeſentibus artis ſuae omnes motus promere, mox appoſitiſſimis una cum tempore et menſura delectis. Verum de correctione id genus procedente tractatu agemus, ea ſcilicet operis parte, in qua de vitioſis corporum conſtitutionibus diſceptabitur. Nunc optime comparato corpori ſuum ſtatum tueri propoſuimus. Porro huic ex omni genere mediocritas adhibenda eſt, ex frictione, exercitatione, balneo, cibo, ſomno, ita ut nec durior illi, nec mollior habitus corporis reddatur; quippe hic ab extrinſecus imminentibus facile offenditur, ille corporis inhibet auctum; praeterea nec denſior, ne videlicet in carne excrementorum aliquid haereat, nec rarior, ne, quod eſt ſalubre, effluat. Simili modo, ſi quidem optimo

Ed. Chart. VI. [91.] Ed. Baſ. IV. (243.)

τρόπον οὐδ' ἰσχνότερον ἑαυτοῦ ποιητέον οὐδὲ παχύτερον, εἴπερ ἄριστα διέκειτο, γινώσκοντας, ὡς τὸ μὲν ἰσχνότερον εὐεπηρέαστον ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων, τὸ δὲ παχύτερον ὑπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμωμένων. ἢ τί δεῖ λέγειν, ὡς οὐδὲ θερμότερον αὐτὸ, ἢ ψυχρότερον, ἢ ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον ἀποφαντέον, εἴπερ ἀμέμπτως ἐκέκρατο; εἷς οὖν ἐπὶ τοῦ τοιούτου σώματος ὁ σκοπὸς ἐν ἁπάσαις ταῖς ὑγιειναῖς ὕλαις τὸ σύμμετρόν τε καὶ μέτριον, ὅπερ ἀκριβῶς ἐστι μέσον ἑκατέρων τῶν ἀμετριῶν. ὡς δ' ἄν τις μάλιστα τοῦ σκοποῦ τυγχάνοι, λέλεκται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, ἀλλ' οὐδὲν χεῖρον ὑπὲρ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἀναμιμνήσκειν πολλάκις. ἡ μὲν γὰρ πρώτη τῶν ἡμερῶν πλατὺν ἔχει τὸν στοχασμὸν, ἡ δὲ δευτέρα, καὶ ἡ τρίτη, καὶ ἡ τετάρτη, καὶ τῶν λοιπῶν ἑκάστη κατὰ τὸ ἑξῆς ἀκριβέστερον. ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ διὰ τῶν εἰρημένων σκοπῶν ἅπαντά σοι πραττέσθω. ἀποδυέσθω μὲν ἐπὶ πεπεμμένοις ἀκριβῶς τοῖς οὔροις, ὡς ὁ Αἰγίμιος ἐκέλευσεν.

habitu erat, nec ſolito gracilior, nec craſſior, quum conſtet, gracilitatem externis injuriis, craſſitudinem iis, quae interne ab ipſo corpore proveniunt, eſſe obnoxiam. Pari modo neque calidius, frigidius, ſiccius, vel humidius efficere ejusmodi corpus expedit, ſiquidem inculpato temperamento erat. Unum igitur eſt, quod in ita ſe habente corpore eſt ſpectandum, nempe in omni tuendae ſanitatis materia' quod conveniens mediocreque eſt. Porro id eſt inter utrumque exceſſum plane medium. Quemadmodum autem hujus maxime ſis compos, ſupra jam dictum eſt. Caeterum de iis, quae maxime neceſſaria ſunt, vel ſaepius meminiſſe non ſit profecto inutile. Prima ergo dies craſſiorem conjecturam praebebit, ſecunda vero, tertia, quarta et reliquarum quaelibet pro ratione magis exactam. Quippe in prima die omnia tibi pro dictis jam ſcopis ſunt peragenda. Exuat ſe, ſicut Aegimius praecepit, ubi in lotio jam perfecta concoctio cernitur.

Ed. Chart. VI. [91.] Ed. Baſ. IV. (243. 244.)

ἐφεξῆς δὲ τῆς μὲν ἀνατρίψεως ὁ σκοπὸς, ὡς μαλαχθῆναι τὰ μόρια· δηλώσει δὲ τό τε ἐπιτρέχον ἄνθος αὐτοῖς, καὶ τὸ ῥᾳδίως ἐπαλλάττειν τὰ κῶλα, καὶ τὸ πρὸς τὰς κινήσεις ἅπάσας ἑτοίμως ἔχειν. μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη γυμναζέσθω, (244) μέχρις ἂν εἰς ὄγκον αἴρηται τὸ σῶμα, καὶ εὐανθὲς ὑπάρχῃ, καὶ αἱ κινήσεις ἕτοιμοί τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ εὔρυθμοι γίγνωνται. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἱδρῶτα θεάσῃ θερμῷ ἀτμῷ συμμιγῆ. παύσασθαι δὲ τηνικαῦτα πρῶτον, ἐπειδάν ἔν τι τῶν εἰρημένων ἀλλοιωθῇ. καὶ γὰρ εἰ φανείη σοι συστελλόμενος ὁ τοῦ σώματος ὄγκος, αὐτίκα παύειν τὸ μειράκιον· εἰ γὰρ ἐπὶ πλέον γυμνάζοις, ἐκκενώσεις τι καὶ τῶν χρηστῶν, ὥστ' ἰσχνότερον ἀποδείξεις τὸ σῶμα, καὶ ξηρότερον, καὶ ἀναυξέστερον. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ τὸ τῆς χρόας εὐανθὲς μαραίνοιτο, παύεσθαι· καὶ γὰρ καταψύξεις τὸ σῶμα καὶ διαφορήσεις ἐπὶ πλέον, εἰ γυμνάζοις ἔτι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ κινήσεων ἕτοιμον ἢ εὔρυθμον ἢ ὁμαλὲς ἐπειδὰν ἐνδιδόναι προφαίνηται, καὶ ὀκλάζειν κατά τι, παύειν

Mox frictionis ratio huc ſpectet, ut membra molliantur. Docebit id tum floridus color, qui in ſumma cute reſidebit, tum artuum flexibilitas habilitasque ad omnem motum. Poſt haec exercitetur, donec et corpus intumeſcat, et color illi floridus appareat, et motus prompte, aequaliter et concinne edat. Inter haec vero ſudorem cum calido vapore miſtum cernes. Inhibenda vero exercitatio tum primum eſt, quum aliquod horum fuerit mutatum. Quippe ſi contractior paulo corporis moles videbitur, illico quieſcere debet adoleſcens; ſi enim amplius ſe exerceat, etiam boni ſucci nonnihil educetur, atque ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius atque ad incrementum minus habile. Non minus profecto et ſi coloris gratia marceſcat, ceſſandum eſt, quando, ſi ulterius exerceas, frigidum corpus efficies et nimium exhauries. Jam motuum alacritas, aequalitas, vel concinnitas ſi remitti quippiam collabique cernitur, utique ſtatim deſi-

Ed. Chart. VI. [91. 92.] Ed. Baſ. IV. (244.)

αὐτίκα, καὶ εἰ περὶ τὸν ἱδρῶτα γίγνοιτό τις ἢ κατὰ τὸ πλῆθος ἢ κατὰ τὴν ποιότητα μεταβολή. πλέονα γὰρ ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτὸν γίγνεσθαι χρὴ καὶ θερμότερον, εἰς ὅσον ἂν αἱ κινήσεις ἀνάγωνται πρὸς τὸ σφοδρότερον. ὅταν οὖν ἢ ἐλάττων ἢ ψυχρότερος γίγνηται, διαφορεῖται ἤδη τὸ σῶμα καὶ ψύχεται καὶ ξηραίνεται περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. ἀκριβῶς οὖν προσέχειν τὸν νοῦν τῷ γυμναζομένῳ σώματι, καὶ διαπαύειν εὐθέως, ἐπειδὰν προφαίνηταί τι τῶν εἰρημένων σημείων, οὐ μὴν αὐτίκα γε ἀπολύειν λουσόμενον, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀκμῆς τῶν γυμνασίων ἐπισχεῖν, καὶ στῆναι κελεῦσαι, καὶ εἰ βουληθείης κατοχῇ πνεύματος πληρῶσαι τὸν λαγόνα, περιχέοντα τοὔλαιον ἀποθεραπεύειν τοὐντεῦθεν. οἷον δέ τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ ἀποθεραπεία, καὶ τίνες ἐν αὐτῇ σκοποί, καὶ τί τὸ μέτρον, ἐξ ὧν τε συμπληροῦνται κινήσεών τε καὶ τρίψεων, ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ δηλωθήσεται. νυνὶ μὲν γάρ μοι δοκῶ καταπαύειν ἤδη τὸν ἐνεστῶτα, [92] αὐτάρκες ἔχοντα μέτρον, ἐκεῖνο μόνον ἔτι προσθείς, ὡς καὶ τὸ λουτρὸν, τὸ ἀκριβῶς εὔκρατον, ἐπὶ

nere conveniet; itidem ſi in ſudore accidat ulla qualitatis ejus quantitatisve mutatio, quippe quem et copioſum magis, et magis calidum edi par eſt, prout motibus vehementiae plus acceſſerit. Quum igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tum ſcias digeri exhauririque corpus, praeterea refrigerari ac ſiccari plus juſto. Quo magis ſollicite attendendum exercitando corpori eſt, ut, quum dictarum jam notarum quaelibet apparet, protinus ceſſet. Nec tamen protinus lavatum ablegandum eſt, ſed ſummam exercitationis intenſionem remittere ſiſtereque jubebitur. Quod ſi ilia cohibendo anhelitu implere velis, perfundi oleo, atque apotherapia uti deinceps debebit. Porro ea cujusmodi res ſit, ſimul qui ſint in ea ſcopi, et quae menſura, praeterea quibus abſolvatur tum motibus, tum frictionibus, ſequenti libro monſtrabitur; praeſentem enim, utpote ſatis verborum habentem, jam commode videor finire, ſi modo illud unum adjecero, lavacrum, quod omnino medio

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 164 sur 889

Ed. Chart. VI. [92.] Ed. Baſ. IV. (244.)

τῆς προκειμένης ἡλικίας τε καὶ φύσεως ἐκλέγεσθαι προσήκει. πρόκειται δ', εἴ τι μεμνήμεθα, τρίτη τις ἑβδομὰς ἐτῶν ἀπὸ τῆς γενετῆς, τουτέστιν ἡ μετὰ τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος ἡλικία μέχρι τοῦ πρώτου καὶ εἰκοστοῦ, καθ' ἣν οὐδέπω κελεύω ψυχρολουτεῖν τὸ μειράκιον, ἵν' ἐπὶ πλεῖστον αὔξοιτο. τελειωθέντος δὲ κατὰ μέγεθος, ἐπισκεψόμεθά τι καὶ περὶ τῆς ψυχρολουσίας. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν κόνει γυμνασίων ἀκριβέστερον ἐπισκεψόμεθα κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον. ἐν δέ γε τῷ παρόντι τοῦτο εἰπεῖν ἀρκέσει, τὸ μηδὲ κόνεως χρήζειν τὸ μειράκιον, εἰ τὸν οἶκον, ἐν ᾧ γυμνάζεται, καθ' ὃν ἐν ἀρχῇ τρόπον ἐκέλευσα παρεσκευασμένον ἔχοι. εἰ δέ γε θερμότερος εἴη, καὶ κόνει χρηστέον. εἰ μὲν δὴ κονίσεται, πάντως λουστέον· εἰ δὲ μὴ κονίσαιτο, δυνατὸν καὶ μὴ λούσασθαι, καὶ μάλιστα χειμῶνος. ἐφεξῆς δὲ καὶ ὅσα περὶ τροφὴν, ἢ ποτόν, ἢ ὕπνον, ἢ περίπατον ἐστοχάσθαι χρὴ τὸν ἐπιστάτην τοῦ μειρακίου, καὶ λεχθήσεται μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς· ἀδύνατον δ' ἀκριβῶς ἐπιτυχεῖν αὐτῶν ἐν τῇ

temperamento ſit, ad propoſitam aetatem naturamque eſſe eligendum. Propoſitum namque eſt, ſi recte meminimus, tertium a nativitate ſeptennium, id eſt quod inter quartumdecimum ac unum et vigeſimum annum intervenit; quo utique frigida lavari adoleſcentem adhuc nolim, ne incremento ejus (cui plurimum eſt conſulendum) ſit in mora. Ubi vero juſtam magnitudinem impleverit, etiam de frigida lavatione aliquid diſpiciemus. Simili ratione et de exercitationibus, quae in pulvere obeuntur, exquiſitius in ſequenti ſermone agemus. In praeſenti illud noviſſe ſatis erit, ne pulvere quidem huic adoleſcenti opus eſſe, modo illi, in qua exercitabitur, domus ad eum modum, quem inter initia praecepimus, praeparata ſit. Verum ſi calidior ſit, tum pulvere utendum. At eo ſi utetur, omnino erit lavandum. Si non utetur, liceat et illotum dimittere, praeſertim hyeme. Poſt haec vero et quae ad cibum, potum, ſomnum ambulationemque pertinent, conjectanda huic ſunt, qui adoleſcenti praeficitur, et in ſequentibus a nobis dicentur. Verum fieri non

Ed. Chart. VI. [9 .] Ed. Baſ. IV. (244.)

πρώτη τῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δευτέραν, ἐπὶ πόσοις γυμνασίοις ὅπως διητήθη γινώσκων, εἰ μὲν ἀκριβῶς φαίνοιτο διαφυλάττων τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς μέτροις διαιτήσει τε καὶ διαγυμνάσει, μὴ φυλάττοντα δὲ, καθότι ἂν ἐξίστηται τῶν ἀρχαίων, ἐπανάγειν πειράσεται μεταβάλλων τὰ μέτρα. καὶ τοῦτο οὐ παύσεται ποιῶν, ἄχρι περ ἂν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων ἀκριβὲς ὁρίσῃ τὸ μέτρον. ὁπόσαι δ' εἰσὶ καὶ τίνες αἱ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπαὶ, καὶ πῶς ἑκάστην χρὴ διαγινώσκειν τε καὶ θεραπεύειν, ὁ ἐφεξῆς λόγος ἐξηγήσεται.

poteſt, ut modi horum primo ſaltem die ratio illi exacta conſtet: ſecundo, ubi exploratum habuerit, quomodo poſt quot exercitationes nutritus adoleſcens ſit, ſi proprium naturae habitum prorſus ſervare viderit, eodem ſervato modo tum nutriet adoleſcentem, tum exercitabit. Sin autem non ſervaverit, quacunque ratione a priſtino habitu eſt lapſus, reducere eum mutata menſura tentabit; atque hoc facere non deſiſtet, quoad in ſingulis peragendis exactum modum definierit. Quot vero et qui ſint praeter naturam lapſus, ac quemadmodum quemlibet tum agnoſcere, tum reparare conveniat, in ſequenti opere docebitur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΓΙΕΙΝΩΝ ΛΟΓΟΣ Γ.

Ed. Chart. VI. [93.] Ed. Baſ. IV. (244.)

Κεφ. α'. Τῶν γραψάντων ὑγιεινὰς πραγματείας ἰατρῶν τε καὶ γυμναστῶν ἔνιοι μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις κοινάς τινας ὑποθήκας ἐποιήσαντο, μηδὲν νοήσαντες ὅλως ὑπὲρ τῆς κατ' εἶδος ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν διαφορᾶς· ἔνιοι δ', ὅτι μὲν οὐ μικρῷ τινι διαφέρομεν ἀλλήλων, ἐδήλωσαν, ἃς δ' ἀδύνατον ἁπάσας ἐπελθεῖν τὰς διαφορὰς ἑκόντες παρέλιπον· ὀλίγοι δέ τινες εἴδεσί τε καὶ γένεσιν ἐπιχειρήσαντες ἀφορίσασθαι, πλέονα διήμαρτον ὧν κατώρθωσαν. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ πρῶτον εὐθέως βιβλίον ἐδηλώ-

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER TERTIVS.

Cap. I. Medicorum gymnaſtarumque qui de ſanitate tuenda ſcripſerunt, alii omnium hominum communia praecepta tradiderunt, nihil usquam cogitantes de corporum noſtrorum per ſpecies differentia. Aliis diſſidere inter ſe corpora noſtra non parvo diſcrimine placuit, eorum tamen doctrinas, ceu comprehendi plane univerſae nequeant, conſulto omiſerunt. Pauci omnino, qui per ſpecies et genera diſcernere ſunt aggreſſi, plura perperam quam recte ſcripſerunt. Nos primo ſtatim volumine,

Ed. Chart. VI. [93. 94.] Ed. Baſ. IV. (244.)

σαμεν, ὁπόσα τὰ πάντα ἐστὶν εἴδη τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἐπηγγειλάμεθά τε καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ γράφειν ὑποθήκας ὑγιεινάς. ἠρξάμεθα δ' ἀπὸ τοῦ τὴν κατασκευὴν ἄμεμπτον ἔχοντος. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐν περιστάσεσι πραγμάτων ἐνίοτε γινόμενος ἢ ἑκὼν ἢ ἄκων ἐμποδίζεται κατὰ τὰ προστάγματα τῆς ὑγιεινῆς τέχνης διαιτᾶσθαι, κάλλιον ἔδοξεν ὑποθέσθαι πρῶτον αὐτὸν ἐλεύθερον ἀκριβῶς, αὐτῇ μόνον τῇ τοῦ σώματος ὑγείᾳ σχολάζοντα. ὅπως μὲν οὖν ἀνατρέφεσθαι χρὴ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ὁ πρῶτος λόγος ἔδειξε, μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκαέτιδος ἡλικίας ἐκτείνας αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν· ὅπως δ' ἀνδροῦσθαι, διὰ τοῦ δευτέρου γράμματος ἐδηλώσαμεν, ἐμηκύνθη δ' ὁ λόγος εἰς κοινὰ κεφάλαια τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας ἀφικόμενος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τ' ἦν οὐδὲ περὶ τῆς ὑποκειμένης ἡλικίας τε καὶ φύσεως ἀκριβῶς διελθεῖν. ἁπάσας γὰρ [94] ἐξηριθμησάμεθα τάς τε τῶν τρίψεων καὶ τῶν γυμνασίων διαφορὰς, οὐ μὰ Δία τὰς κατὰ μέρος, ὅτι μὴ πάρεργον ἕνεκα παραδείγματος εἰς χρείαν ἐλθούσας, ἀλλὰ

quot numero ſpecies humanorum corporum ſint, indicavimus, promiſimusque ſingulis propria tuendae ſanitatis praecepta ſeorſum tradituros. Exorſi autem ſumus ab eo, qui inculpatum corporis habitum haberet. Quoniam autem is homo negotiorum interdum occaſione vel ſponte vel invitus pro ſecundae valetudinis praeceptis vivere prohibetur, ſatius viſum eſt primum eum liberum ſuaeque plane ſpontis ac uni corporis valetudini vacantem proponere. Ac quemadmodum quidem educari ejusmodi hominem conveniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimum usque annum curam ejus perſecuti; ſecundo, qua ratione ad virilem aetatem duci debeat, indicavimus; ubi longior ſermo incidit, poſtquam in communia ſalubris artis capita devenit, ſine quibus ne de propoſita quidem aetate naturaque exacte differere licebat. Omnes enim tum frictionis tum exercitationis differentias enumeravimus, non mehercle particulares, (niſi ſicubi has obiter exempli cauſa, non neceſſitatis, referre ex uſu fuit,) ſed

Ed. Chart. VI. [94.] Ed. Baſ. IV. (244.)

τὰς ἐν εἴδεσί τε καὶ γένεσιν ἀφωρισμένας· ἐν μὲν ταῖς τρίψεσι τὴν σκληρὰν, καὶ τὴν μαλακὴν, καὶ πρὸ τούτων γε τὴν σύμμετρον, ἥν τινα δύναμιν ἔχουσιν, ἐξηγησάμενοι, προσθέντες δ' αὐταῖς τὰς κατὰ τὸ ποσὸν διαφορὰς, τρεῖς οὔσας καὶ αὐτὰς, εἶτα κατὰ συζυγίαν ἐννέα τὰς πάσας ἐπιδείξαντες, ἑκάστης τε τὴν δύναμιν εἰπόντες· ἐν δὲ τοῖς γυμνασίοις, τίνα μὲν ὀξέα τε καὶ ταχέα προσαγορεύομεν, τίνα δ' ἀμβλέα τε καὶ βραδέα, καὶ τίνα τούτων μέσα τε καὶ πρῶτα κατά γε τὴν φύσιν ὑπάρχοντα, καὶ περὶ τῶν εὐτόνων, καὶ μαλακῶν, καὶ βαρέων δὲ καὶ κούφων ὁμοίως, ὅσα τε τούτων ἐστὶ τὰ μέσα διελθόντες ἐδείξαμεν, ὡς χρὴ τὴν ἀρίστην κατασκευὴν ἐν ἅπασι τοῖς μετρίοις τε καὶ συμμέτροις, ἃ δὴ καὶ μέσα τῶν ἀμέτρων ἐστὶ, διαιτᾶσθαι κατά τε τρίψεις, καὶ γυμνάσια, καὶ λουτρὰ, καὶ τροφὰς, ὅσα τ' ἄλλα συμπληροῖ τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν. ὑπεσχόμεθά τε, καθάπερ ἐπὶ τρίψεών τε καὶ γυμνασίων ἐποιήσαμεν, εἰς εἴδη τινὰ κοινὰ τὴν θεωρίαν ἀναγαγόντες, ὥστε εὐμνημόνευτόν τε ἅμα καὶ

quae genere ac ſpecie ſunt diſtinctae. Ergo in frictionibus quidem quam mollis duraque et ante has mediocris facultatem obtineant, interpretati ſumus. Adjecimus et differentias, quae a quantitate ſumuntur, quae et ipſae tres ſunt numero; mox quae ex conjugatione harum oriuntur, omnes in totum numero novem, etiam poteſtate ſingularum expoſita. In exercitationibus vero enarratis quaenam acuta veloxque vocetur, quaenam hebes tardaque, ac quae harum mediae primaeque natura ſaltem ſint, itemque quae valens ac mollis, praeterea gravis levisque, quaeque harum ſint mediae, ſimili modo tractatis, docuimus, optimum corporis ſtatum per omnia, quae mediocria convenientiaque ſunt, quae eadem media plane exceſſuum ſunt, agi debere, idque tum in frictione, tum exercitatione, tum balneo, tum alimento, omnibus denique, quae ſalubrem victus rationem complent, pollicitique ſumus, ſicuti de frictione exercitationeque fecimus, ubi in genera quaedam communia ſpeculationem revocavimus, quo ſimul recordatu facilis ac certa ratione viaque tradita

Ed. Chart. VI. [94.] Ed. Baf. IV. (244. 245.)

μεθοδικὴν εἶναι τὴν διδασκαλίαν, οὕτω κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ποιῆσαι· καὶ πρώτόν γε περὶ τῆς καλουμένης ἀποθεραπείας, ἐπειδὴ ἔμπροσθεν ἐφεξῆς ἐτέτακτο, δηλώ-(245)σαντες γὰρ, εἰς ὅσον ἐπιτείνειν τε καὶ παραύξειν χρὴ τὰ γυμνάσια πρὸς τὸ τέλος, ὡς ἐν ὑγιείας λόγῳ, ἀκολουθεῖν ἔφαμεν αὐτοῖς τὴν καλουμένην ἀποθεραπείαν, ὑπὲρ ἧς ἤδη λέγωμεν.

Κεφ. β'. Ἓν μὲν καὶ πρῶτον, ὡς διττὴ κατὰ γένος ἐστί· ἡ μέν τις ὡς μέρος, ἡ δ' ὡς εἶδος γυμνασίου. περὶ δὴ τῆς ὡς εἶδος ἐξῆς ἐροῦμεν, περὶ δὲ τῆς ὡς μέρος ἤδη λέγωμεν. ἅπαντος γυμνασίου καλῶς ἐπιτελουμένου τὸ τελευταῖον μέρος ἀποθεραπεία καλεῖται· δύο δ' αὐτῆς οἱ σκοποὶ, κενῶσαί τε τὰ περιττώματα καὶ ἄκοπον φυλάξαι τὸ σῶμα. κοινὸς μὲν οὖν ὁ πρότερος σκοπὸς ὅλῳ τῷ γυμνασίῳ τῶν ἀθλητῶν τε καὶ τῶν ὁτιοῦν ἔργον ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ διαπραττομένων, οἷον ἥτοι σκαπτόντων. καὶ γὰρ κἀκείνου δύο τοὺς πάντας ἐλέγομεν εἶναι σκοπούς·

doctrina eſſet, ita et in reliquis omnibus facturos; ac primum quidem de ea, quam apotherapiam vocant, acturos, quandoquidem ea proximo loco tractanda in ſuperioribus eſt propoſita. Quippe ubi, quousque intendere augereque exercitationem oporteat, quod ad ſanitatis rationem pertinet, praecepimus, finem quoque ſequi debere diximus apotherapiam, de qua nunc agemus.

Cap. II. Eſt igitur unum quidem primum, quod ea genere duplex eſt; altera quidem exercitationis ceu pars, altera ejus ceu ſpecies. Ac de ea quidem, quae ceu ſpecies cenſetur, poſtea dicemus; de ea vero, quae ut pars habetur, nunc agendum. Omnis exercitationis probe peractae poſtrema pars apotherapia dicitur. Et duplici ſcopo ſuſcipitur, et ut excrementa expurget, et ut corpus a laſſitudine tutum reddat. Communis igitur prior ſcopus eſt omni exercitationi cum athletarum, tum eorum, qui opus aliquod vitae neceſſarium exercent, ut fodientium, quandoquidem ejus quoque duplex omnino ſcopus

Ed. Chart. VI. [94. 95.] Ed. Baſ. IV. (245.)

ἐπιῤῥῶσαί τε τὰ στερεὰ μόρια τοῦ ζώου καὶ κενῶσαι τὰ περιττώματα. ὁ δ' ἴδιος τῆς ἀποθεραπείας σκοπὸς ἐνστῆναί τε καὶ διακωλῦσαι τοὺς εἰωθότας ἐπιγίγνεσθαι τοῖς ἀμετροτέροις γυμνασίοις κόπους. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀθλητῶν, οἷον ἤτοι σκαπτόντων, ἢ ὁδοιπορούντων, ἢ ἐρεσσόντων, ἢ τι τοιοῦτον διαπραττομένων ὁτιοῦν ἔργον ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ, ἑτοιμότερον οἱ κόποι συνίστανται, πλὴν εἴτις ἀποθεραπείᾳ χρῷτο· κατὰ δὲ τὸ προκείμενον ἐν τῷ νῦν λόγῳ σῶμα, τὸ κάλλιστα κατεσκευασμένον ἀπηλλαγμένον τε δουλείας ἁπάσης, ὡς μόνῃ σχολάζειν ὑγείᾳ, σπάνιος ἡ τοῦ κόπου γένεσις. ὥσπερ γὰρ οὐδ' οἱ πλεῖστα πονοῦντες ἀθληταὶ κατ' ἄλλο τι γυμνάσιον ἐφευρεύοντα κόπον ἔχουσι, πλὴν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τέλειον, οὕτως οὐδ' οἱ βίον ἐλευθέριον ζῶντες ὑγείας μόνης ἕνεκα γυμναζόμενοι κοπιαθήσονταί ποτε διὰ τὸ μηδ' εἰς ἀνάγκην ἀφικνεῖσθαι τοῦ τοιούτου γυμνασίου. τοῖς μὲν γὰρ ἀθληταῖς ἀναγκαῖόν ἐστιν, [95] ὡς ἂν παρασκευάζωσι τὰ σώματα πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἄθλοις πόνους, ἀμέτρους ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ὅλης ἡμέρας γιγνομένους,

eſt, et ut ſolidas animalis partes firmet, et excrementa expurget. Proprius tamen apotherapiae ſcopus eſt, ut laſſitudinem, quae ſuccedere immodico exercitio ſolet, ſummoveat atque prohibeat. Ac athletis quidem, ſicut et iis, qui vel fodiunt, vel iter agunt, vel remigant, vel tale quippiam opus vitae neceſſarium obeunt, praeſto laſſitudines adſunt, niſi apotherapia devitentur. Verum de quo hoc loco agimus, optime comparatum corpus, quod ab omni ſervitute eſt liberum, et uni ſanitati vacat, raro laſſitudine tentatur. Sicuti enim athletae, quos labor maximus exercet, nullo alio exercitandi genere obnoxii laſſitudini ſunt, praeterquam eo, quod ab ipſis abſolutum dicitur, ita nec qui vitam degunt liberam, et qui tantum valetudinis tuendae gratia exercitantur, usquam laſſabuntur, propterea quod hujusmodi exercitium adire nulla neceſſitate coguntur. Athletis enim neceſſe eſt (quo videlicet ad immodicos in certaminibus labores, etiam totum diem aliquando continuatos, praeparato jam cor-

Ed. Chart. VI. [95.] Ed. Baſ. IV. (245.)

γυμνάζεσθαί ποτε τὸ τελεώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον, ὃ δὴ καὶ κατασκευὴν ὀνομάζουσι. τοῖς δ' ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζομένοις οὔτ' ἀναγκαῖον οὔτε χρήσιμον ὅλως ἐστὶν εἰς ὑπερβάλλοντας ἄγεσθαι πόνους, ὥστ' οὐδεὶς φόβος ἀλῶναι κόποις. ἀλλ' ὅμως ἀποθεραπεύειν αὐτῶν χρὴ τὰ σώματα, κἂν εἰ μὴ διὰ κόπου προσδοκίαν, ἀλλά τοι τοῦ κενῶσαι ἕνεκα τὰ περιττώματα. προσγίνεται δ' ἐξ ἐπιμέτρου τῷδε καὶ ἡ πρὸς τὸν κόπον ἀσφάλεια. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ μέτρον αὐτοῖς τῶν γυμνασίων ἄκοπόν ἐστιν, καὶ ὁ τῆς ἐνεργείας τρόπος ἄβιαστος, ἐνδέχεταί ποτε λαθεῖν τὸν γυμναστὴν ἐν ἑκατέρῳ τι σμικρόν, ὃ παροφθὲν ἐργάζεταί τινα, καὶ εἰ μὴ μέγαν, ἀλλὰ βραχύν γε τῷ γυμναζομένῳ τὸν κόπον. οὐ μὴν προσήκει τὸν ἑαυτῷ ζῶντα καὶ μόνῃ σχολάζοντα τῇ τοῦ σώματος ὑγείᾳ βλάπτεσθαί ποτε οὐδὲ τὸ σμικρότατον. ἀσφαλέστατον οὖν ἀποθεραπείᾳ χρῆσθαι διαπαντός. ὁποίαν δέ τινα ποιητέον αὐτὴν, ἡ τῶν σκοπῶν φύσις ἐνδείξεται. ἐπειδὴ γὰρ πρόκειται τῶν ἐν τοῖς στερεοῖς

pore ſint) abſolutiſſimum illud exercitium (ipſi κατασκευὴν vocant) aliquando obeant. Verum qui tantum tuendae bonae valetudinis cauſa exercitantur, iis nec neceſſum, nec utile plane eſt immodicos labores adire; itaque his nullus inſtat laſſitudinis metus. Nihilo ſecius tamen iidem apotherapia utuntur, etſi nullo laſſitudinis timore, at certe excrementorum purgandi cauſa: cui inſuper etiam laſſitudinis ſecuritas accedit. Nam et ipſe exercitationis modus his eſt a laſſitudine quam maxime alienus, actionisque omnis ratio plane citra violentiam; fieri tamen aliquando poteſt, ut gymnaſten in utroque paulum quid ſubterfugiat, quod neglectum, ſi non magnam, certe levem exercitato laſſitudinem concitet. Caeterum non convenit, qui ſibi vivat, et uni corporis ſanitati vacet, ut vel minimum laedatur usquam. Tutiſſimum itaque ſit apotherapia ſemper uti. Quae qualis adhibenda ſit, ipſa finium, ad quos tendimus, demonſtrabit natura. Nam quoniam id petimus, ut ſolidarum animalis partium ex-

Ed. Chart. VI. [95.] Ed. Baſ. IV. (245.)

τοῦ ζώου μέρεσι περιττωμάτων, ὅσα θερμανθέντα καὶ λεπτυνθέντα πρὸς τῶν γυμνασίων ἔτι μένει κατὰ τὸ σῶμα, κένωσιν ἀκριβῆ ποιήσασθαι, χρὴ δήπου τάς τε δι' ἑτέρων ἀνατρίψεις παραλαμβάνεσθαι μετὰ τοῦ συντείνειν τὰ τριβόμενα μόρια, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὴν καλουμένην τοῦ πνεύματος κατάληψιν. ἐπεὶ δ' οὔτε τῶν τρίψεων ἓν ἅπασῶν ἐστιν εἶδος, οὔτε τῆς τοῦ πνεύματος καταλήψεως, ἄμεινον ἐκλέξασθαι τὸ χρησιμώτατον ἐξ ἑκατέρου. τῶν μὲν δὴ τρίψεων αἱ σκληραὶ συνδεῖν ἐδείκνυντο, τουτέστι πυκνότερόν τε ὅμα καὶ σκληρότερον ἀποφαίνειν τὸ σῶμα· ὥστ' οὐκ ἂν ἁρμόττοιεν αἱ τοιαῦται τοῖς παροῦσιν, εἴ γε δὴ τὸ μὲν πυκνούμενον ἐντὸς ἑαυτοῦ στέγει, τὸ δ' ἀραιούμενον ἐπιτρέπει διαῤῥεῖν τοῖς περιττοῖς. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν σκληρύνεσθαι τοῖς συντεταμένοις ἐναντιώτατον, (αὐξάνει γὰρ αὐτῶν τὴν διάθεσιν,) τὸ δὲ μαλάττεσθαι χρησιμώτατον. εἴπερ οὖν ἅμα τε διαφορεῖν χρὴ τὰ περιττώματα καὶ μαλάττειν τὰ συντεταμένα, τὰς σκληρὰς τῶν τρίψεων φευκτέον. οὐδὲν δ' ἧττον, οἶμαι, φυλακτέον ἐστὶ καὶ τὰς βραδείας. ἐπειδὴ

crementa, quaecunque excalfacta extenuataque per exercitationem in corpore adhuc manent, prorſus ejiciantur, et frictiones, quae per alios adminiſtrentur, adhiberi oportebit, et cum his una tum ipſarum, quae fricantur, partium tenſionem, tum etiam ſpiritus cohibitionem. At quoniam nec frictionum unica ratio eſt, nec ſpiritus cohibendi, deligendum ex utroque genere eſt, quod utiliſſimum eſt. Atque ex frictionibus quidem quae dura eſt, cogere corpora, hoc eſt denſiora ſimul durioraque reddere traditum jam eſt. Itaque haec ad res propoſitas parum eſt accommoda; ſiquidem, quod denſatur, intra ſe claudit, quod laxum ſit, liberum excrementis exitum praebet. Ad eundem modum, quod durat, iis, quae tenſa ſunt, maxime eſt adverſum, ut quod eorum affectum magis adauget; contra quod mollit, id eſt utiliſſimum. Si igitur ſemel et excrementa digeri, et quae tenſa ſunt molliri convenit, durae certe frictiones omnino ſunt fugiendae; nec his minus a lentis cavendum arbitror. Nam

Ed. Chart. VI. [95.] Ed. Baſ. IV. (245.)

γὰρ οὐκέτ' ἐξ αὐτοῦ κινεῖται τὸ σῶμα, κίνδυνος αὐτῷ ψυχθῆναί τε καὶ πυκνωθῆναι, μηδὲν ἐπικούρημα θερμαῖνον ἔξωθεν προσλαβόντι. διὰ τοῦτ' οὖν οὐ μόνον εἰς τάχος χρὴ τρίβειν, ἀλλὰ καὶ πολλαῖς χερσὶν, ὡς οἷόν τ' ἐστὶ μάλιστα, ὡς μηδὲν εἶναι μέρος τοῦ τριβομένου γυμνόν. ἀλλ' εἴπερ μήτε βραδεῖαν εἶναι προσήκει τὴν τρίψιν, μήτε σκληράν, ἔλαιον δαψιλὲς χρὴ περικεχύσθαι τῷ τριβομένῳ σώματι· καὶ γὰρ εἰς τάχος τοῦτο καὶ εἰς μαλακότητα τῇ τρίψει συντελεῖ, καὶ πρόσεστι αὐτῷ τι καὶ ἄλλο μέγιστον ἀγαθόν· ἐκλύει γὰρ τὰς τάσεις, καὶ μαλάττει τὰ πεπονηκότα κατὰ τὰς σφοδροτέρας ἐνεργείας. διὰ ταῦτα μὲν δὴ φευκτέον ἐστὶ τὴν σκληρὰν τρίψιν, δι' ἕτερα δὲ τὴν μαλακήν· οὔτε γὰρ ἐξικνεῖται πρὸς βάθος ἡ τοιαύτη τρίψις, ἀλλ' αὐτόθι που κατὰ τὸ δέρμα καὶ τὰς πλησίον αὐτοῦ σάρκας ἐκλύεται, οὔτ' ἐκθλίβει τὰ περιεχόμενα κατὰ τοὺς στενοὺς τῶν πόρων περιττώματα. δι' ὃ δὴ τήν τε σύντασιν τῶν τριβομένων παραλαμβάνομεν, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος κατάληψιν. ἡ μέση τοίνυν μαλακῆς καὶ σκληρᾶς, ἥπερ δὴ καὶ σύμμετρός ἐστιν,

poſtquam a ſe corpus non amplius movetur, periculum eſt, ne frigeſcat ac denſius fiat, dum nulla ope externa caleſit. Hac igitur de cauſa non ſolum cum celeritate eſt fricandum, ſed etiam, quoad fieri poteſt, multis manibus, quo nulla corporis pars nuda maneat. At ſi nec tardam eſſe frictionem oportet nec duram, oleum nimirum fricando corpori largiter circumfundi debebit; id enim ad velocitatem ſimul et mollitiem frictionis multum conducit, et alioqui aliud non ſecundum mediocre commodum affert, quando et quae tenſa ſunt remittit, et quae inter vehementius laborandum fatigata ſunt emollit. Atque his quidem de cauſis dura vitanda eſt frictio, ob alias vero mollis; quippe ea nec alte demittitur, ſed circa cutem ipſam et ei vicinas carnes diſſolvit, nec ea quae in anguſtis meatibus contenta excrementa ſunt extundit. Cujus profecto cauſa tum ipſarum fricandarum partium tenſionem, tum ſpiritus cohibitionem injungimus. Media igitur mollis duraeque, quae eadem et mediocris eſt, ab utrius-

Ed. Chart. VI. [95. 96.] Ed. Baſ. IV. (245.)

ἐκπεφευγέναι φαίνεται τό τε τῆς μαλακῆς ἄπρακτον καὶ τὸ τῆς σκληρᾶς βίαιον καὶ βλαβερόν. ἐνεργηθήσεται δὲ, τῶν μὲν τοῦ τρίβοντος χειρῶν ἐρρωμένως ἐπιβαλλομένων, [96] ὡς ἐγγύς πη τὴν ἀπ' αὐτῶν θλῖψιν εἶναι τῇ σκληρᾷ τρίψει, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τοῦ λίπους καὶ τὸ τάχος τῆς φορᾶς ἐκλυομένων τοσοῦτον, ὡς ἀκριβῶς γίνεσθαι σύμμετρον. τό τε γὰρ λίπος οὐ σμικρὸν ἀλεξητήριόν ἐστι βιαίας ἐπιβολῆς, τό τε βραχυχρόνιον τῆς ὁμιλίας τοσοῦτον ἀφαιρεῖ τῆς βιαίας, ὅσον καὶ τοῦ χρόνου. τείνειν δ' ἀξιοῦμεν ἐν τούτῳ τὰ τριβόμενα μόρια χάριν τοῦ πᾶν ὅσον ἐστὶ μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς περίττωμα διὰ τοῦ δέρματος ἐκκενοῦσθαι. χαλαρῶν γὰρ ἀμφοτέρων ὑπαρχόντων, οὐδὲν μᾶλλον ἔξω φέρεσθαι τοῖς περιττώμασιν ἢ εἴσω συμβήσεται· ταθέντων δὲ τῶν ὑποκειμένων τῷ δέρματι, πάντ' ἐκτὸς ἐκκρίνεται, καθάπερ ὑπὸ δυοῖν πιεζόμενα χεροῖν, μιᾶς μὲν αὐτῶν τῆς ἔξωθεν ἐπιβεβλημένης τοῦ τρίβοντος, ἑτέρας δὲ τῶν τεταμένων ἔνδον μερῶν. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ ἡ τοῦ πνεύματος κατοχὴ καὶ κατάληψις οὐ

que incommodo abeſſe videtur, et mollis inefficacia, et durae violentia noxaque. Ea vero perficietur, fricantis quidem manibus valenter injectis, ita ut earum impreſſio ad duram frictionem proxime accedat, caeterum pinguedinis copia et velocitate movendi eatenus remiſſis, ut plane evadat mediocris. Nam et pinguedo ipſa valentioris manuum injectionis non leve praeſidium eſt, et brevitas ipſa contactus tantum demit de violentia, quantum etiam de tempore. Porro tendendas obiter, dum fricantur, partes cenſemus, quo, quicquid inter cutem et ſubjectam carnem excrementorum reſidet, per cutem expellatur. Quippe ambabus iis laxis non magis foras quam intro ferri excrementa continget; diſtentis vero iis, quae ſub cute ſunt, omnia foras extunduntur ceu gemina manu expreſſa, una foris ejus utique, qui fricat, altera intus, ipſis ſcilicet, quae tenduntur, partibus manus vicem ſupplentibus. Ac propter haec quidem non exigua portio apotherapiae eſt ſpiritus detentio et cohi-

Ed. Chart. VI. [96.] Ed. Baſ. IV. (245. 246.)

σμικρὸν μέρος ἀποθεραπείας ἐστίν· ὀνομάζεται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἅπαντας ἐντείναντές τε καὶ προστείλαντες τοὺς μῦς τοῦ θώρακος, οἳ κατὰ τὰς πλευράς εἰσιν, ἐπέχομεν τὴν ἐκπνοήν. συμβαίνει γὰρ τηνικαῦτα τὸ θλιβόμενον ὑπὸ τῶν πλευρῶν πνεῦμα κεκωλυμένον ἐκπνεῖσθαι, διὰ τὸ κεκλεῖσθαι τὸν λάρυγγα, πᾶν ὠθεῖσθαι κάτω πρὸς τὸ διάφραγμα· τούτῳ δὲ ὑποκειμένων ἥπατός τε καὶ σπληνὸς, καὶ γαστρὸς, καί τινων ἑτέρων, συνεξαίρεσθαι ταῦτα σύμπαντα τῷ διαφράγματι. χρὴ δ' ἐν τούτῳ συντείνειν ἀτρέμα τοὺς κατ' ἐπιγάστριον μῦς, ἵν' ὑπὸ τούτων τε ἅμα καὶ τοῦ διαφράγματος, ὥσπερ ὑπὸ δυοῖν θλιβόμενα χεροῖν, ὅσα μεταξὺ κεῖται μόρια, τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς περίττωμα πρὸς τοὐκτὸς ὠθῇ. τὰ μὲν οὖν μεταξὺ κείμενα τό τε ἧπάρ ἐστι, καὶ ὁ σπλὴν, καὶ ἡ γαστὴρ, καὶ κώλου τε καὶ λεπτῶν ἐντέρων προὔχοντα· χῶραι δ' εἰς ὑποδοχὴν ἕτοιμοι τοῖς ἐκθλιβομένοις περιττώμασιν ἥ τε τῆς γαστρὸς εὐρυχωρία πᾶσα, καὶ τῶν ἐνταῦθα κειμένων (246) ἐντέρων αἱ κοιλότητες. εἰ δ' ἀργοὺς ἀκριβῶς ἐάσαις τοὺς κατ' ἐπιγάστριον μῦς, οὐδενὸς μὲν τῶν εἰρημένων ἐκκενώσεις τὰ

bitio; appellant vero ita, ubi omnibus thoracis muſculis, qui circa coſtas habentur, intentis coactisque expirationem continemus. Accidit namque obiter, ut ſpiritus, qui a coſtis premitur, dum efflari, quod clauſus ſit larynx, prohibetur, univerſus peſſum ad transverſum ſeptum detur, atque ut cum hoc, quae ipſi ſubſunt, omnia ſimul attollantur, jecur, lien, ventriculus et quaedam alia. Oportebit autem interim muſculos quoque, qui in abdomine ſunt, leviter intendi, ut ab his una cum ſepto ceu gemina manu preſſis quae interſunt partibus excrementum, ſi quod intra ſe habent, foras impellant. Porro mediae inter haec partes continentur jecur, lien, ventriculus et craſſi ac tenuis inteſtini partes quae prominent. Loca vero ad excipienda quae expelluntur excrementa patent tum ventris tota capacitas, tum iſthic conſiſtentium inteſtinorum cavitas. Si vero feriari plane abdominis muſculos paſſus fueris, nullius praedictorum excre-

Ed. Chart. VI. [96.] Ed. Baſ. IV. (246.)

περιττώματα, τὰ δ' ἐν θώρακί τε καὶ πνεύμονι μεταστήσεις κάτω. προσήκει δ' ἐνταῦθα μεθίστασθαι μᾶλλον αὐτοῖς τοῦ μένειν ἐν ἐκείνοις, ὅσῳ καὶ ἡ κένωσις ἑτοιμοτέρα τῶν ἐν τῇ κοιλίᾳ περιεχομένων, ἤπερ τῶν ἐν πνεύμονί τε καὶ θώρακι. τὰ μὲν γὰρ ἐμεῖταί τε καὶ ἀποπατεῖται ῥᾳδίως, τὰ δὲ μετὰ συντονίας τε καὶ βίας ὑπὸ βηχὸς ἐκβάλλεται. εἰ μέντοι τις ὁμοίως ταῖς φρεσὶν ἐντείνει τοὺς κατ' ἐπιγάστριον μῦς ἐν ταῖς τοῦ πνεύματος καταλήψεσιν, ἀκριβέστερον μὲν ἐκκαθαρθήσεται τὰ κάτω τῶν φρενῶν σπλάγχνα, μεταστήσεται δὲ οὐδὲν ἐκ τῶν τοῦ πνεύματος ὀργάνων εἰς τὰ τῆς τροφῆς, ἀλλ' ἅπαν ἐν θώρακί τε καὶ πνεύμονι μένει τὸ περίττωμα. διὸ δὴ τὴν τοιαύτην κατάληψιν τοῦ πνεύματος οὐκ ἐπαινῶ νῦν, ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν ἤδη μηδ'. ὅλως τις ἐντείνας τὰς φρένας ἰσχυρῶς καὶ βιαίως προστείλῃ τοὺς κατ' ἐπιγάστριον μῦς. ἀνάγκη γὰρ ἐν τῷδε ἐμπίπλασθαι μὲν αἵματός τε καὶ πνεύματος ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν τράχηλον ἀγγεῖα καὶ μόρια, φέρεσθαι δ' ἄνω τε καὶ πρὸς τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἐπὶ τὴν γαστέρα καὶ κάτω τὰ περιττώ-

menta vacuabis, quae vero in thorace ac pulmonibus habentur, ea deorſum transferes. Expedit vero huc potius transferantur, quam in illis maneant; tanto profecto magis, quanto etiam eorum, quae in ventre, quam quae in pulmonibus et pectore continentur, promptior exitus patet. Haec enim vel evomuntur facile, vel excernuntur; illa cum conatu et vi per tuſſes ejiciuntur. Verum ſiquis, perinde ut ſeptum, ita abdominis quoque muſculos anhelitus cohibitione intendat, exquiſitius plane expurgabit ea quae ſub ſepto ſunt viſcera; non transferetur tamen quicquam a ſpiritus inſtrumentis ad ea, quae nutrimento ſunt delegata, ſed totum in ipſo thorace et pulmonibus excrementum manebit. Quare cohibitionem anhelitus id genus nunc non probo, multoque minus, ſi quis omnino non diſtento ſepto valide ac vehementer contrahat muſculos abdominis; quando ita neceſſe eſt venas omnes partesque, quae circa collum ſunt, ſpiritu ac ſanguine impleri, excrementa vero ſurſum atque ad caput, non de-

Ed. Chart. VI. [96. 97.] Ed. Baſ. IV. (246.)

ματα. θεάσασθαι γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ καὶπὶ τῶν αὐλούντων, ἢ μέγιστον ἢ ὀξύτατα φωνούντων· εὑρύνεται γὰρ αὐτῶν ἅπας ὁ τράχηλος, οἰδίσκεται δὲ τὸ πρόσωπον, ἥ τε κεφαλὴ πληροῦται σφοδρῶς, ὅτι καὶ κατὰ τοῦτο τὸ ἔργον οἱ κατ' ἐπιγάστριον ἐκτείνονται μύες, εἴκοντος αὐτοῖς τοῦ διαφράγματος. ἔστι γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἅπαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ φωνῆς ἀποδέδεικται, μικτόν καὶ σύνθετον ἔκ τε μεγίστης ἐκπνοῆς καὶ πνεύματος καταλήψεως, [97] ἐν μὲν ταῖς ἀθρόαις ἐκφυσήσεσι μεγίστης ἐκπνοῆς γινομένης ἐπὶ σφοδροτάταις ἐντάσεσι τῶν κατὰ τὰς πλευρὰς μυῶν ἅμα τοῖς κατ' ἐπιγάστριον, ἐν δὲ ταῖς τοῦ πνεύματος καταλήψεσιν ἧς μὲν αὐτῆς ἐντάσεως γιγνομένης ἑκατέρων τῶν μυῶν, ἐκπνεομένου δ' οὐδενὸς, ἐπὶ δὲ τῶν αὐλούντων τε καὶ φωνούντων ὀξὺ τῶν μὲν μυῶν ὡσαύτως τεινομένων, οὔτε δ' ἐπεχομένης ἀκριβῶς τῆς ἐκπνοῆς, οὔτε ἀθρόως ἐπιτελουμένης, ἀλλὰ μέσην ἐχούσης κατάστασιν. ὥστε ταῖς τρισὶν ἐνεργείαις κοινὴν μὲν εἶναι τὴν τάσιν τῶν μυῶν, ἰδίαν δὲ κατὰ μὲν

orſum et ad ventrem ferri. Intueri enim id tum in iis, qui tibia canunt, licet, tum in iis, qui maximam acutiſſimamque vocem edunt. Siquidem his collum omne dilatari, faciem vero intumeſcere, et caput validiſſime impleri videas, propterea quod in hoc opere, qui in abdomine muſculi ſunt, tenduntur, diaphragmate his cedente. Eſt enim, quicquid ejusmodi operis eſt, veluti in iis demonſtratum eſt, quae de voce edidimus, mixtum ac compoſitum ex maxima expiratione et ſpiritus cohibitione; utique quum ſimul omnis ſpiritus efflatur, maximo nimirum facto expiratu, idque cum validiſſima muſculorum, tum qui coſtis inſident, tum qui in abdomine ſunt, tenſione, in ſpiritus autem cohibitione eadem utrorumque muſculorum facta tenſione, nullo tamen ſpiritu elabi permiſſo; in iis, qui tibia ſonant aut acutam vocem edunt, muſculis pari modo tenſis, expiratione tamen nec penitus cohibita, nec tota ſimul emiſſa, ſed mediam rationem ſervante. Ita nimirum fit, ut trium operum communis ſit muſculorum tenſio, propria vero per conſertim factas ex-

Ed. Chart. VI. [97.] Ed. Baſ. IV. (246.)

τὰς ἀθρόας ἐκφυσήσεις, τὴν ταχεῖαν ἔξω φορὰν τοῦ πνεύματος, κατὰ δὲ τὰς καταλήψεις τὴν ἐπίσχεσιν, ἐν δὲ ταῖς αὐλήσεσί τε καὶ φωναῖς σύμμετρον κένωσιν. αἰτία δὲ τῶν τριῶν ἐνεργειῶν ἡ φάρυγξ, ἀνοιγομένη μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς ἀθρόαις ἐκφυσήσεσιν, ἀκριβῶς δὲ κλειομένη καταλαμβανόντων τὸ πνεῦμα, μέσην δ' ἔχουσα κατάστασιν αὐλούντων τε καὶ φωνούντων ὀξύ τε ἅμα καὶ μέγα. περὶ μὲν δὴ τούτων ἀνάγκη ποτὲ καὶ αὖθις εἰπεῖν ἐν τοῖς περὶ ἀναφωνήσεως λόγοις. ἡ δ' εἰς τὴν ἀποθεραπείαν ἐπιτήδειος ἐξαίρει τὴν γαστέρα, τεινομένων μὲν ἁπάντων τῶν τοῦ θώρακος μυῶν, ἀνιεμένων δὲ τῶν κατ' ἐπιγάστριόν τε καὶ τὰς φρένας· οὕτω γὰρ ἐνεχθήσεται κάτω τὰ περιττώματα. δευτέραν δὲ ἔχει τάξιν ἡ μετρίως ἐντείνουσα τοὺς κατ' ἐπιγάστριον μῦς ὑπὲρ τοῦ τὰ κάτω τῶν φρενῶν ἀποθεραπεῦσαι σπλάγχνα. τῶν δ' αὐτῶν τούτων ἕνεκα καὶ αἱ τῶν ἀμμάτων περιφοραὶ γιγνέσθωσαν, ἃς ἐξόπισθεν τῶν τριβομένων οἱ τρίβοντες ἱστάμενοι ποιοῦνται περὶ τὴν γαστέρα

ſufflationes velox ejus foras expulſio; in anhelitu cohibendo ipſa ejus retentio; in tibiarum opere et voce mediocris emiſſio. Cauſa vero triplicis hujuſce operis pharynx eſt; quippe qui in conſertim factis exſufflationibus latiſſime ſe pandit; in ſpiritus cohibitione prorſus claditur; in iis, qui tibia ſonant aut qui voce acuta ſimul et magna utuntur, medium quendam habitum ſervat. Ac de his quidem poſt hoc aliquando agere neceſſe erit in iis, quibus de vociferatione agemus. Caeterum ſpiritus cohibitio, quae ad apotherapiam eſt idonea, ventriculum attollit, tenſis, qui in thorace ſunt, muſculis univerſis, remiſſis, qui ſunt in ſepto et abdomine, ita namque deorſum ferentur excrementa. Secundo autem loco habenda eſt, quae mediocriter eos, qui in abdomine ſunt, muſculos tendit, quo videlicet ea, quae ſub ſepto ſunt, viſcera apotherapiae fructum ſentiant. His ipſis de cauſis etiam faſciarum circumactus fieri conveniet; quos fricantes ipſi, quum a tergo fricandorum conſtiterint, circa totum ven-

Ed. Chart. VI. [97.] Ed. Baſ. IV. (246.)

σύμπασαν· ἄλλας δ' ἐκ τῶν πρόσθεν ἱστάμενοι τῶν μεταφρένων περιβολὰς ἱμάτων ποιοῦνται, τῷ χεῖρε περιάγοντες· ἄλλας δὲ ταῖς πλευραῖς, καὶ τῇ ῥάχει, καὶ τῷ στέρνῳ, συνεπιστρεφομένου πως αὐτοῖς τοῦ τριβομένου. κατὰ τῆς ὀσφύος δὲ γιγνέσθωσαν ἱμάτων ὅμοιαι περιβολαί τε καὶ περιφοραὶ, συνειτεινομένου μὲν ἁπάσαις αὐταῖς τοῦ τριβομένου, συνεπιστρεφομένου καὶ οὐχ ἁπάσαις· οὐδὲ γὰρ συνεχεῖς ἔτι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀποθεραπείας χρὴ ποιεῖσθαι τὰς κινήσεις, ὥσπερ οὐδὲ σφοδρὰς, ἀλλὰ ποιεῖσθαι μέν τινας, ἐκ διαλειμμάτων δ' ἐχόντων τρίψεις· αἱ μὲν γὰρ συνεχεῖς τε καὶ σφοδραὶ τρίψεις ἴδιαι τῶν κατασκευαστικῶν γυμνασίων εἰσὶν, αἱ δὲ μήτε συνεχεῖς μήτε σφοδραὶ τῆς ἀποθεραπείας οἰκεῖαι. ὥστε πολλάκις μὲν ἐναειλεῖσθω, πολλάκις δὲ καὶ ἀπωθείσθω, πολλάκις δὲ καὶ μεταβαλλέτω τὸν προσγυμναζόμενον ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ. πολλάκις δὲ καὶ κατὰ νῶτον γιγνόμενος αὐτὸς, ἑκάτερον ἐν μέρει τῶν σκελῶν περιπλέκων τῷ γυμναστῇ μετ' ἐντάσεώς τινος οὐκ ἠπειγμένης, ὑφ' ἑτέρων εὐκαίρως ἐπαφωμένων τριβέσθω· οὕτω γὰρ ἂν καὶ μάλιστα

trem adhibent: alios vero, quum a fronte conſiſtentes faſciarum circa dorſum circumjectionibus utuntur, duabus manibus circumagentes: alios autem coſtis, et ſpinae, et pectori, idque converſo pariter cum his quodammodo eo, qui fricatur. Circa lumbos vero ſimilis faſciarum circumjectio circumactioque fiet, tendente ſe ad ſingulas eo, qui fricatur, non tamen cum omnibus pariter ſe vertente, quum neque continuos motus, nec vehementes contingere ei ex apotherapia conveniat, ſed certe aliquos et quibus ex intervallo frictiones ſint interpoſitae. Quae namque et continuae et vehementes frictiones ſunt, hae exercitationis, quam praeparatoriam vocant, ſunt propriae; quae vero non continuae, nec vehementes, apotherapiae. Itaque ſaepe quidem revolvatur, ſubinde vero etiam repellat; ſaepe etiam hoc ipſo tempore progymnaſten mutet; ſaepe ipſe a tergo gymnaſtae incumbens, ac crurum utrumque per vices ipſi circumplectens, idque cum tenſione aliqua haudquaquam urgente, ab aliis, qui commode

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 180 sur 889

Ed. Chart. VI. [97. 98.] Ed. Baſ. IV. (245.)

διαφυλάττοι τε τὴν ἐν τοῖς γυμνασίοις ἡὐξημένην θερμότητα, καὶ συνεκκρίνοι ταῖς ἰδίαις ἐντάσεσί τε καὶ κινήσεσι τὰ περιττώματα· πρὸς ὃ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος κατάληψις οὐκ ὀλίγον μοι ἔοικεν ἐπιβοηθεῖν, ἐνωθούμενον γὰρ τοῦτο πανταχόθεν εἰς τοὺς λεπτοὺς πόρους ἀναγκάζεται καταδύεσθαι, καὶ ἢν ἐπὶ πλέον θλίβηταί τε καὶ προωθῆται, πάντας αὐτοὺς διεξέρχεται, συναποφέρον αὐτῷ τι καὶ τῶν λελεπτυσμένων περιττωμάτων. οὕτω γέ τοι καὶ τρήματα πολλάκις ὀργάνων λεπτὰ τοὺς δημιουργοὺς ἔστιν ἰδεῖν ἐκκαθαίροντας ἐμφυσήσει σφοδροτέρου πνεύματος· εἰς ὅσον γὰρ τοῦτο φέρεται πρόσω βιαίως ἐπαναγκαζόμενον, εἰς τοσοῦτον τὰ μὲν ὠθεῖται παρ' αὐτοῦ, τὰ δὲ παρασύρεται διεξελθεῖν ἐφιέμενα τὴν ὁδὸν ἅπασαν· [98] ὠθεῖται μὲν τὰ πρόσω, παρασύρεται δὲ τὰ πλάγια, τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς ἄμφω βιαζόμενα. καὶ τοίνυν καὶ τῶν γυμνασίων αὐτῶν μεταξὺ παραλαμβάνουσιν οἱ ἄριστοι γυμνασταὶ κατάληψιν πνεύματος, ὥσπερ γε καὶ τὴν προειρημένην ἀποθε-

contrectent, fricetur; hac enim vel maxime ratione et calorem, qui exercitando eſt adauctus, ſervaverit, et ſimul excrementa propriis ipſius tum tenſionibus tum motibus ejecerit. Ad quod ſane opus ſpiritus quoque cohibitio non parum mihi conducere videtur, quippe qui undique compulſus in anguſtos ſe recipere meatus cogitur, eosque, ſi amplius truſus propulſusque fuerit, etiam penitus tranſire atque extenuati jam excrementi ſecum nonnihil arripere. Ad hunc ſane modum exilia inſtrumentorum foramina vehementiore ſpiritus inflatu expurgantes opifices videas. Nam quantum is ulterius per vim coactus impellitur, tantum ab ipſo quaedam impelluntur, quaedam trahuntur, totamque viam peregiſſe properant. Et truduntur quidem, quae ante occurrunt, attrahuntur, quae ad latus ſunt poſita, impetu ipſo motus utraque coacta. Quin etiam inter ipſam exercitationem ſpiritus cohibitionem interponunt optimi gymnaſtae, atque etiam quam ſupra comprehendimus ipſam, quae apo-

Ed. Chart. VI. [98.] Ed. Baſ. IV. (246.)

ραπευτικὴν τρίψιν, ἅμα μὲν ἀναπαύοντες, ὅταν ἄρχωνται κάμνειν, ἅμα δὲ διακαθαίροντες κατὰ βραχὺ τοὺς πόρους, ἵν' εὔπνουν τε ἅμα καὶ καθαρὸν ᾖ τὸ σῶμα πρὸς τοὺς ἑξῆς πόνους, ὡς κίνδυνός γε, μηδενὸς τοιούτου προνοηθέντος; τὸν γυμναστὴν ἐμφράξαι μᾶλλον ἢ καθᾶραι τοὺς πόρους. αἱ γάρ τοι σφοδρόταται φοραὶ τῶν ὑλῶν τὰ ἐναντία πεφύκασιν ἐργάζεσθαι, κατὰ διαφέροντας καιροὺς καὶ τρόπους ἐνεργούμεναι· ἐμφράξεις μὲν, ὅταν ἀθρόον τε ἅμα καὶ παχὺ καὶ πολὺ τὸ φερόμενον ᾖ, καθάρσεις δὲ, ἐπειδὰν ὀλίγον τε καὶ λεπτομερὲς ὑπάρχον μὴ πάνυ κατεπείγηταί τε καὶ καταναγκάζηται πᾶν ἀθρόως ἐκκενοῦσθαι. φαίνεται γὰρ οὕτω ταῦτα γινόμενα κατά τε τῶν ἐκτὸς ἁπάντων ὀργάνων τε καὶ πλοκάμων. ἀποπλύνεται γάρ τοι καὶ ἀπορρύπτεται τὸ περιττὸν ἅπαν ἐξ αὐτῶν, οὐχ ὅταν, ὑπεξιόντων ἔτι τῶν προτέρων, ἕτερα βιαίως ἐπιφέρηται, (κίνδυνος γὰρ ἐν τῷδε, σφηνωθέντα καὶ διαιρεθέντα πρὸς ἄλληλα τὰ διερχόμενα φράξαι τὴν ὁδὸν,) ἀλλ' ὅταν, τῶν προτέρων ἤδη κεκενωμένων, αὖθις ἕτερα κενωθῇ. καὶ τίς δὲ περὶ

therapiae debetur, frictionem, ſimul hominem, quum laſſitudo incipit, recreantes, ſimul cutis meatus paulatim expurgantes, quo videlicet perſpirabile ſimul purumque corpus ad ſubſequentes labores ſit, quum alioqui verendum ſit, ne, ſi nihil tale gymnaſta providerit, obſtruat potius praedictos meatus, quam expurget, propterea quod vehementiſſimi materiae impetus diverſis temporibus ac rationibus contrarios edere effectus poſſunt; obſtruere quidem, quum craſſum ſimul ac multum fuerit, quod confertim ac praeceps agitur; purgare, quum exiguum tenueque eſt, nec praepropere nec violenter cogitur ſimul omne expelli. Apparet enim, ita accidere in omnibus tum externis inſtrumentis, tum vero calathorum plexibus. Quippe eluitur extergeturque ex his omne ſupervacuum, non quum, egredientibus adhuc paulatim prioribus, alia violenter a tergo irruunt, (verendum enim interim eſt, ne, quae in tranſitu ſunt impacta innixaque, invicem viam obſtruant,) ſed quum, prioribus plane vacuatis, alia poſt-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 182 sur 889

Ed. Chart. VI. [98.] Ed. Baſ. IV. (246. 247.)

τῶν μικροτέρων πόρων θαυμάσειεν, ὅπου γε καὶ τῶν θεάτρων ἀθρόως ἐξιόντες πολλοὶ κατὰ τὰς διεξόδους ἴσχονται; διὰ ταῦτα μὲν δὴ καὶ τοὺς ἐν μέσοις τοῖς πόνοις ἀποθεραπείᾳ χρωμένους ἐπαινῶ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν τοὺς βαρεῖς καλουμένους ἄθλους ἀσκούντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις. ὁ δὲ νῦν ἡμῖν ὑποκείμενος ἄνθρωπος οὐκ ἀθλητικὴν εὐεξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς ὑγίειαν ἔχει τὸν σκοπόν. οὔτ' οὖν πολλῶν αὐτῷ χρεία γυμνασίων ἐστὶν, οὔτε πρὸς ἀνάγκην ἐδωδῆς, ἀλλ' οὐδὲ πλήθους κρεῶν χοιρείων, οὐδ' ἄρτων τοιούτων, οἵους ἐσθίουσιν αἱ βαρεῖς ἀθληταί. (247) διὰ ταῦτ' οὖν ἅπαντα τῷ μὲν οὐδεὶς κίνδυνος ἐμφραχθῆναι τοὺς πόρους, εἰ καλῶς προκατεσκευάσαντο, τουτέστι ἐπιτηδείῳ τε τρίψει καὶ πόνοις ἐξ ὀλίγου τε καὶ κατὰ βραχὺ προϊοῦσι· ἀθλητῇ δὲ βαρεῖ κίνδυνός ἐστι διά τε τὴν ποιότητα καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων, εἰ μὴ πάντα γίγνοιτο καλῶς, ἐμφραχθῆναι μᾶλλον ἐν τοῖς γυμνασίοις ἢ καθαρθῆναι τοὺς πόρους.

modum vacuantur. Et quid de exiguis meatibus miremur, quum etiam e theatris multitudo, quae confertim egredi conatur, in exitu haeret? Ob haec itaque, qui etiam in mediis laboribus apotherapia utuntur, gymnaſtas laudo, potiſſimumque in iis, quos gravia (quae vocant) certamina exercent. Verum de his poſtea. Qui autem nunc nobis propoſitus homo eſt, non athleticum habitum, ſed ſimpliciter ſanitatem ſcopum habet, quo minus aut multis exercitationibus, aut coacta comeſtione eſt opus, aut etiam ſuillae carnis copia, aut pane id genus, quo graves athletae utuntur. Atque his omnibus de cauſis timendum huic non eſt, ne exiles ejus meatus obſtruantur, ſi modo probe eſt praeparatus, ſcilicet idonea frictione ac laboribus, qui ex parvis paulatim creſcant. Gravi vero athletae, niſi omnia probe adminiſtrentur, ob ciborum tum qualitatem tum quantitatem verendum in exercitationibus eſt, ne obſtruantur potius quam expurgentur meatus.

Ed. Chart. VI. [98. 99.] Ed. Baſ. IV. (247.)

Κεφ. γ'. Ἅλις μὲν ἤδη μοι τῶν περὶ τῆς ἀποθεραπείας λόγων. ἴωμεν δ' ἐξῆς ἐπὶ τὰ λουτρὰ, τοσοῦτο γοῦν μόνον εἰπόντες ὑπὲρ τῶν προκειμένων, ὡς, ὅς τις ἂν ἐλάττοσιν ἔπεσιν ἑρμηνεύσῃ ταῦτα, μακρολογίαν ἡμῖν ἐγκαλείτω. εἰ δὲ τῶν ἀναγκαίων τι θεωρημάτων ἢ τῶν ταῦτα πιστουμένων ἀποδείξεων ὑπερβὰς τινας βραχὺν ἡγοῖτο πεποιηκέναι τὸν λόγον, οὐκ ἀγάλλεσθαι προσῆκεν, ἀλλ' αἰσχύνεσθαι μᾶλλον αὐτῷ ταῖς τοιαύταις βραχυλογίαις. ἐγὼ δὲ, καίτοι βιβλίον ὅλον ὑπὲρ τῆς καλουμένης ἀποθεραπείας γρόψαι δυνάμενος, οὐκ ἐδικαίωσα ποιεῖν οὕτως, συντέμνειν ὅτι μάλιστα τὸ μῆκος τῆσδε τῆς πραγματείας προῃρημένος. εἰ γὰρ ἐπὶ τὸ διελέγχειν ὅσα κακῶς εἴρηται τοῖς πλείστοις ἐτραπόμην, οὐ μικράν, οὐδὲ φαύλην ὕλην εἰς μῆκος λόγου ἔσχον ἄν· [99] ἀλλ' ἐξ ὧν ἀπέδειξα, νομίζω τοῖς ἔχουσι νοῦν ἁπάσας τῆς ἀντιλογίας τὰς ἀφορμὰς παρασχέσθαι. λέγοντος γοῦν Ἀσκληπιάδου, τὴν κατάληψιν τοῦ πνεύματος ἐμπιπλάναι τὴν κεφαλὴν, ἐξ ὧν ἐγὼ διωρισάμην ὀλίγον ἔμπροσθεν,

Cap. III. Ac de apotherapia quidem abunde mihi dictum jam eſt. Deinceps ad balnea veniamus, illud modo de propoſitis praefati, quod, ſi quis haec paucioribus interpretabitur, is merito prolixitatem ſermonis noſtri accuſet; verum ſi quis aut neceſſarium aliquod theorema, aut, quae id confirment, evidentes demonſtrationes praeteriens brevitate ſe uſum putat, hunc non tam de tali brevitate ſibi placere, quam certe pudore affici par eſt. Ego vero, etſi iſtud volumen ſcribere de ea quae vocatur apotherapia potuiſſem, tamen id faciendum non cenſui, ut qui longitudinem hujus operis contrahere maxime ſtudui. Si enim ad ea refellenda, quae perperam a plerisque ſunt ſcripta, me convertere voluiſſem, nec parvam, nec certe levem materiam longioris ſermonis habuiſſem. Verum arbitror ex iis, quae demonſtravi, ſatis me ſeminum dediſſe iis, qui ſaltem non plane hebetes ſunt, ejuſmodi omnia refellendi. Quum enim dicat Aſclepiades, ſpiritus cohibitionem caput opplere, ex iis, quae ipſe

Ed. Chart. VI. [99.] Ed. Baſ. IV. (247.)

ἐπιδεικνὺς αὐτῆς τὰς διαφοράς, ἔνεστι τῷ βουλομένῳ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν ποιεῖσθαι. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὸ δεύτερον βιβλίον ἐξῆν δή που κἀμοὶ τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα γυμνάσια διηγουμένῳ μηκῦναι τὸν λόγον, ὥσπερ ἄλλοι τέ τινες ἐποίησαν ὅ τε κάλλιστα μεταχειρισάμενος ὅλην τὴν πραγματείαν Θέων ὁ Ἀλεξανδρεύς· τέτταρα γὰρ οὗτος ἔγραψε βιβλία περὶ τῶν κατὰ μέρος γυμνασίων. ἅπαντα κἀμοὶ λέγειν ἐξῆν, ἄμεινόν γε ἑρμηνεύειν ἐκείνου δυναμένῳ, καὶ προσέτι καὶ ἄλλων πολλῶν μνημονεύειν γυμνασίων ἔργοις κοινῶν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ, ὡς ἂν ἀθλητὰς μάλιστα γυμνάζειν ἔργον πεποιημένος, ἐν τοῖς ἐπ' ἐκείνων ἐπλεόνασε γυμνασίοις· ἔξεστι δὲ τῷ βουλομένῳ περὶ πάντων τῶν κατὰ πάσας τὰς τέχνας διεξέρχεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν μοι λελέχθω πρὸς τοὺς ἀγανακτήσοντας τῷ μήκει τῆς πραγματείας.

Κεφ. δ'. Καιρὸς δ' ἤδη περὶ λουτρῶν διέρχεσθαι, πρῶτον μὲν, ὁπόσα γλυκέων ὑδάτων ἐστὶ θερμαινόμενα,

paulo ante definivi, quum differentias ejus traderem, poteſt, qui volet, hominis ſententiam refellere. Similiter in ſecundo quoque volumine licuit etiam mihi omnibus exercitationibus ſigillatim commemoratis librum producere, ſicuti quum alii nonnulli fecerunt, tum, qui belliſſime totam materiam eſt exequutus, Theon Alexandrinus. Is enim quatuor libros non alia de re quam de particularibus exercitiis ſcripſit. Quae et mihi dixiſſe licuit, ut qui tum melius, quam ille, interpretari potuerim, tum vero aliarum meminiſſe non paucarum exercitationum, quae ſunt operibus communia. Is enim quum illud ſibi propoſuiſſet, ut, quemadmodum athletae maxime exercitarentur, doceret, in his multum verborum abſumpſit. Poteſt autem, qui volet, et de iis quas ſingulae artes praeſtant exercitationibus differere. Atque haec quidem iis, qui longitudinem operis parum aequo animo ferunt, dicta ſint.

Cap. IV. Nunc de balneis agere tempeſtivum videtur. Ac primum quidem de aquis dulcibus calfactis, ut

Ed. Chart. VI. [99.] Ed. Baſ. IV. (247.)

ἐπειδὴ τούτων ἡ χρεία πλείων, ἐξῆς δὲ τῶν ψυχρῶν, εἶθ' οὕτως τῶν αὐτοφυῶν ὀνομαζομένων, καὶ αὐτῶν δή που τὰ μὲν εὔκρατα, τὰ δὲ ζέοντα, τὰ δὲ χλιαρά, τὰ δὲ ψυχρὰ παντάπασιν ὑπάρχει. ἔστι δὴ τῶν γλυκέων ὑδάτων τῶν θερμῶν ἡ δύναμις, εὐκράτων μὲν ὄντων, ὑγρὰ καὶ θερμή, χλιαρωτέρων δὲ γενομένων, ὑγρὰ καὶ ψυχρά, θερμοτέρων δὲ τοῦ δέοντος ἀποτελεσθέντων, θερμὰ μέν, οὐκέτι δ' ὁμοίως ὑγρά. φρίττειν γὰρ ἀνάγκάζει τὰ σώματα, καὶ πυκνοῦσθαι τοὺς πόρους αὐτῶν, ὡς μήτ' ἀπολαύειν ἔτι τῆς ἔξωθεν ὑγρότητος, μήτ' ἐκκενοῦσθαί τι τῶν ἔνδον περιττωμάτων. ἀλλ' ἀπὸ τῶν εὐκράτων ἀρκτέον, ἃ διὰ παντὸς ὑγραίνει, καὶ θερμαίνει διὰ παντὸς καθ' ἑαυτά. συμβαίνει δ' αὐτοῖς ἐνίοτε κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἤτοι διαφορεῖν τὰς ὑγρότητας, ἢ πληροῦν ῥεύματος περιττοῦ τὰ μόρια τοῦ σώματος, ἢ μαλάττειν, ἢ πέττειν, ἢ ῥωννύναι τὴν δύναμιν, ἢ καταλύειν. εἰς ταῦτα μέν γε καὶ ἡ ποσότης αὐτῶν οὐκ ὀλίγα συντελεῖ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν τοῖς εἰρημένοις ἑπομένων ἔνεστι καταλέγειν ἔργα τῶν εὐκράτων ποτίμων λουτρῶν,

quarum crebrior ſit uſus; mox de frigidis; poſtremo de iis, quas ſponte natas appellant, quarum aliae media temperie, aliae ferventes, aliae tepidae, aliae omnino frigidae ſunt. Dulcium calfactarum aquarum, ſi media temperie ſint, vis calida et humida eſt; ſin tepidiores ſint, humida et frigida; quod ſi juſto calidiores fiant, calida quidem, ſed non perinde humida. Quippe horrere corpora contrahique exiles earum meatus ſubigunt, ita ut nec madeſcere ab extrinſecus accedente humore poſſint, nec excrementi, quod intus latet, quicquam emittere. Caeterum ab iis incipiendum, quae medium temperamentum obtinent, quae per ſe ſemper caleſaciunt et humectant; evenit tamen ex accidente, ut aut per halitum digerant humores, aut ſupervacua fluxione corporis partes impleant, aut molliant, aut concoquant, aut vires firment vel infirment; ſiquidem ad haec quantitas quoque earum non minimum confert. Quin alios quoque multos lavationis aquae temperatae et potabilis effectus,

Ed. Chart. VI. [99. 100.] Ed. Baſ. IV. (247.)

ὧν τὰ πρέποντα τῇ νῦν ἡμῖν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ λεχθήσεται καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ διὰ βραχέων, ἀναβεβλημένης ἐν τῷ παρόντι τῆς εἰς τὰ νοσήματα χρείας αὐτῶν. εἰς δὲ τὴν ὑγιεινὴν χρῆσιν ὁ προκείμενος ἐν τῷ λόγῳ νεανίσκος ἡκέτω γεγυμνασμένος, ὡς εἴρηται πρόσθεν. ἐπὶ τούτου τοίνυν ὀλίγη μὲν ἡ ἐξ αὐτοῦ ὠφέλεια· πάντα γὰρ φθάνει ἔχων ἐκεῖνος ἔκ τε τῶν συμμέτρων γυμνασίων καὶ τῆς εἰρημένης ἀποθεραπείας. ὅμως δ' οὖν, εἰ καλῶς παραλαμβάνοιτο τὰ λουτρὰ, μέρος ἄν τι γένοιτο καὶ αὐτὰ τῆς ἀποθεραπείας, εἴ γε δὴ μαλάττει μὲν τὰ σκληρὰ καὶ τεταμένα μόρια, διαφορεῖ δ', εἴ τι περίττωμα καὶ σύντηγμα πρὸς τοῦ δέρματος ἐντὸς ἴσχοιτο. ἀλλὰ τούτων γε οὐδετέρων χρῄζειν ἔοικεν ὁ ὑποκείμενος ἄνθρωπος ἐν τῷ λόγῳ, οὔτε σύντηγμα σαρκὸς ἁπαλῆς ἢ πιμελῆς εἰκὸς αὐτῷ γεγονέναι τι κατὰ τὰ γυμνάσια. ταῖς γὰρ ἀμέτροις τε [100] καὶ σφοδραῖς κινήσεσιν εἵπετο τὰ τοιαῦτα, κεκένωται δὲ πάντ' αὐτῷ τὰ περιττώματα καὶ μεμάλακται τὰ στερεὰ μόρια κατὰ τὸν τῆς

qui jam comprehenſis ſuperveniant, enumerare licet; quorum qui propoſito nunc operi ſunt accommodi, dicentur quam fieri poteſt pauciſſimis, dilato videlicet in aliud tempus eo quem in morbis praeſtant uſu. Sed quod ad ſanitatis tuendae ſpectat uſum, juvenis in ſermone propoſitus jam exercitatus redeat, ut prius eſt comprehenſum. Huic igitur praedicti balnei perexiguus eſt uſus, ut qui omnia jam ex mediocri exercitatione et jam dicta apotherapia eſt conſecutus. Nihilo ſecius tamen, ſi probe balneum adhibeas, ipſum quoque apotherapiae pars aliqua ſit; ſiquidem duras tenſaſque partes emollit, excrementum et liquamentum, ſi quod intus ad cutim haeret, evocat. Verum neutrius horum egere videtur propoſitus juvenis, nec ullum aut mollioris carnis aut adipis liquamentum credibile eſt illi inter exercitandum evenire, quum et immodicos et vehementes motus talia ſequantur, huic vero non ſolum expulſa omnia excrementa, ſed etiam emollitae ſolidae partes ſunt obiter, dum apothe-

Ed. Chart. VI. [100.] Ed. Baſ. IV. (247.)

ἀποθεραπείας καιρόν, ὥστ' ἀποπλύνασθαι τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν κόνιν, εἰ καὶ ταύτῃ ποτὲ χρήσαιτο, δεῖται μᾶλλον ἢ θερμανθῆναι κατὰ τὸ βαλανεῖον. διαβαδίσαι τοιγαροῦν χρήζει μόνον ἄχρι τῆς δεξαμενῆς, οὐκ ἐνδιατρῖψαι τῷ βαλανείῳ, καθάπερ οἱ χωρὶς τοῦ γυμνάσασθαι καθέψοντες ἑαυτούς. οὐ μὴν οὐδ' ἐγχρονίζειν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ δεῖται, περιπλυνάμενος δ', ὡς εἴρηται, πρὸς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐπειγέσθω. σύμμετρον δ' ἐστω καὶ τοῦτο τῇ συμμέτρῳ φύσει τοῦ σώματος. ἐφ' ὧν γὰρ ἤτοι σφόδρα ψυχροῦ χρεία τοῦ ὕδατος, ἢ μαλακοῦ τε καὶ οἷον εἰληθεροῦς, αὖθις εἰρήσεται. τὸ δ' ἄριστα πεφυκὸς σῶμα, μέχρι μὲν αὐξάνεται, λέλεκταί που καὶ πρόσθεν, ὡς οὐ χρὴ ψυχρῷ λούειν, ἵνα μή τι τῆς αὐξήσεως αὐτοῦ κωλύσωμεν· ηὐξημένου δ' ἱκανῶς, ἐθίζειν ἤδη καὶ τῷδε· κρατύνει τε γὰρ ἅπαν σῶμα, καὶ τὸ δέρμα πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἀποτελεῖ· κράτιστον δὲ τοῦτο πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν βλάβην. ὡς δ' ἄν τις ὑπάρξαιτο λούεσθαι ψυχρῷ, μηδενὸς ἀπὸ τῆς ἐξαιφνιδίας μεταβολῆς ἀπολαύσας βλαβεροῦ, παντὸς μᾶλλον ἐπίστασθαι χρή. πολλοὶ

rapia eſt uſus. Quare elui ſibi in balneo ſudorem et pulverem, ſi quando hoc utitur, magis poſtulat quam caleſieri. Ergo tranſire tantum ad ſolium uſque, non in laconico immorari is debebit, ſicuti qui citra exercitationem ſe ipſos elixant. Sed nec morari in piſcina huic eſt opus; imo lotus, ut comprehenſum eſt, ad frigidam feſtinet; atque ipſa quoque mediocris eſto, utpote ad medii temperamenti corpus. Quibus enim aut vehementer frigida opus ſit, aut molli et veluti inſolata, poſt dicemus. Caeterum optimum corpus, quoad augeſcit, dictum eſt non eſſe frigida lavandum, ne ejus incrementum moretur. Ubi vero abunde eſt auctus, jam frigidae quoque aſſueſaciendus; ut quae tum corpus univerſum roboret, tum cutem denſam duramque efficiat; quod ſane tutiſſimum eſt adverſus noxas, quae extrinſecus imminent. Quemadmodum vero quiſpiam frigida lavari primum incipiet, ſic ut nullam ex ſubita mutatione noxam ſentiat, id utique ante omnia ſcire convenit. Multi enim, quum

Ed. Chart. VI. [100.] Ed. Baſ. IV. (247.)

γὰρ κακῶς ἀρξάμενοι διεβλήθησαν οὕτω πρὸς ὅλον τὸ ἐπιτήδευμα τῆς ψυχρολουσίας, ὥστε μηδὲ τοῖς ἀσφαλῶς αὐτὸ μεταχειριζομένοις ὑπομένειν ἑαυτούς ποτε παρασχεῖν. ἔστω τοιγαροῦν ὁ μὲν τοῦ ἔτους καιρὸς ἀρχομένου θέρους, ἵνα πρὸ τοῦ χειμῶνος ἐν ἅπαντι τῷ μεταξὺ χρόνῳ γένηταί τις ἐθισμὸς ἀξιόλογος. ἔστω δὲ δή που καὶ ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ἀρχόμεθα, νήνεμος ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ εἰς ὅσον οἷόν τε κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν θερμοτάτη. δῆλον δ', ὡς καὶ τῆς ἡμέρας αὐτῆς ἐκλέγεσθαι χρὴ τὸ θερμότατον, ὥσπερ γε καὶ τὸ γυμναστήριον εὐκρατότατον. ἡ μὲν ἔξωθεν αὕτη παρασκευή. σῶμα δ' αὐτὸ τὸ μέλλον χρῆσθαι τῷ ψυχρῷ παρεσκευάσθω κατὰ τάδε. τῇ μὲν ἡλικίᾳ ἔστω κατὰ τετάρτην ἑβδομάδα μεσοῦσαν μάλιστα, μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς ἠλλοιωμένος αἰτίου προσφάτου κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἢ τὴν πρὸ αὐτῆς νύκτα, τὴν δ' ὑγιεινὴν κατάστασιν, ἣν εἶχεν ἔμπροσθεν, ἀκριβῶς διαφυλάττων. ἔστω δὲ καὶ τὴν ψυχὴν εὔθυμός τε καὶ φαιδρὸς ὁ μέλλων χρήσασθαι τῷ ψυχρῷ φεανίσκος, εἴπερ ποτὲ ἄλλοτε, καὶ τότε μάλιστα. πρῶτον μὲν

parum recte incepiſſent, adeo in frigidam lavationem male fuere affecti, ut nec iis, qui tutiſſime eam adminiſtrare potuiſſent, ſe permitterent. Eſto igitur anni tempus aeſtatis initium; quo videlicet ante hyemem in toto interpoſito tempore non ſpernenda conſuetudo pariatur. Eſto praeterea dies, quo auſpicabimur, quammaxime tranquillus et, quod id tempus feret, calidiſſimus; cujus etiam calidiſſimam deligendam eſſe partem nemo dubitat, ſicuti etiam gymnaſterium, quod mediocri maxime ſit temperamento. Et externa quidem praeparatio talis eſt. Corpus ipſum, quod uti frigida debebit, ad hunc modum praeparabitur. Eſto illi aetas quarti maxime ſeptennii medium, nulla nec ipſo die nec quae eam praeceſſit nocte nova re alterato, ſed priſtinam ſalubritatem ad unguem ſervanti. Eſto vero, qui frigida utetur, juvenis et animo tum praeſente, tum plane hilari, ſi quando alias, etiam tunc praecipue. Ac primum quidem fricetur

Ed. Chart. VI. [190.] Ed. Baſ. IV. (247. 248.)

οὖν ἀνατριβέσθω σινδόσιν ἐπιπλέον· ἔστωσαν δὲ καὶ σφοδρότεραι νῦν μᾶλλον, ἢ πρόσθεν, τρίψεις, καὶ διὰ σκληροτέρων ὀθονίων· εἰ δὲ καὶ χειρῖδας ῥαπτὰς περιθέμενοι ταῖς χερσὶν οἱ προγυμνασταὶ τρίβοιεν, ὡς ὁμαλωτέραν γενέσθαι τὴν ἐνέργειαν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον. ἐφεξῆς δὲ δι' (248) ἐλαίου τριβέσθω, καθότι σύνηθες ἦν αὐτῷ· κἄπειτα γυμναζέσθω τῷ πλήθει μὲν ἴσα γυμνάσια, θάττονα δὲ νῦν, ἢ πρόσθεν· ἔπειθ' οὕτως εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ καταβαινέτω μὴ βλακεύων, ἀλλ' ἐπωκύνων τὴν ἐνέργειαν, ἢ ἀθρόως ἐναλλέσθω, σκοπὸν ἐν ἀμφοῖν ἔχων, ὡς μάλιστα καθ' ἕνα χρόνον ἅπασι τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι περιχυθῆναι τὸ ὕδωρ· τὸ γὰρ κατὰ βραχὺ πλησιάζειν αὐτῷ φρίκης ἐστὶ ποιητικόν. ἔστω δὲ μήτε χλιαρὸν τὸ ὕδωρ, μήτε ἀτέραμνόν τε καὶ παγετῶδες· τὸ μὲν γὰρ οὐ ποιεῖται θερμασίας ἐπανάκλησιν, τὸ δὲ πλήττει καὶ καταψύχει τοὺς ἀήθεις. ὡς ἔν γε τῷ χρόνῳ προϊόντι καὶ τοιούτῳ ποτὲ χρήσαιτ' ἂν ἡμῶν ὁ νεανίσκος, ἀνάγκης καταλαβούσης· ἀλλὰ κατά γε τὴν πρώτην ἡμέραν ἀκριβῶς χρὴ φυλάττεσθαι

linteis uberius. Sunto autem frictiones magis nunc quam ante vehementes, atque etiam linteis durioribus administratae; ſi vero et manicas conſutas manibus progymnaſta circumdaret, atque ita fricaret, quo fieret opus aequabilius, non minime ad rem pertineret. Dehinc oleo, prout aſſuevit, fricetur; inde exercitetur exercitationibus multitudine quidem paribus, ſed citatioribus, quam ante. Ab his in frigidam deſcendat, non tamen cunctanter, ſed celeriter, vel etiam ſemel totus inſiliat, huc utrobique ſpectans, ut uno maxime tempore omnibus corporis partibus humor circumfundatur, quippe quum ſenſim his accedere horrorem concitet. Eſto vero et aqua ipſa nec tepida, nec plane cruda et glacialis; altera namque repercuſſum caloris non efficit, altera ferit inſuetos ac refrigerat. Siquidem procedente tempore tali quoque aqua utatur juvenis noſter, ſi neceſſitas exigat; verum primo ſaltem die omnino cavenda eſt admodum frigida,

Ed. Chart. VI. [100. 101.] Ed. Baſ. IV. (248.)

τὸ λίαν ψυχρόν. ἐξελθόντι δὲ τοῦ ὕδατος ὑπὸ πλειόνων ἀνατρίβεσθαι προσήκει δι' ἐλαίου, μέχρις ἂν ἐκθερμανθῇ τὸ δέρμα· καὶ μετὰ ταῦτα σιτία μὲν πλείω τῶν εἰωθότων, ἔλαττον δὲ προσφερέσθω τὸ πόμα. [101] ταῦτα δ', εἰ καὶ σὺ μὴ κελεύσειας, αὐτὸς ἂν οὕτω ποιήσειεν, ὀρθῶς ἁπάντων γενομένων. καὶ γὰρ ὀρέγονται πλεόνων ἐπὶ τῇ ψυχρολουσίᾳ, καὶ πέπτουσιν ἄμεινον, καὶ διψῶσιν ἧττον· ἀφικνοῦνταί τε κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἐπὶ τὰ γυμνάσια σαφῶς εὐεκτικώτεροι, τὸν μὲν τοῦ σώματος ὄγκον ἴσον ἔχοντες τῷ πρόσθεν, ἐσφιγμένον δὲ καὶ μυωδέστερον καὶ συντονώτερον, καὶ τὸ δέρμα σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον. ὁμοίως οὖν ἐπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν πρακτέον ἅπαντα, καὶ κατὰ τὴν τρίτην τε καὶ τετάρτην. εἶθ' οὕτως ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ κελεύσομεν αὐτὸν ἐμβαίνειν τὸ δεύτερον τῷ ψυχρῷ μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ προτέρῳ τρίψιν, ὡς εἴρηται πρόσθεν. τὸ δὲ καὶ τρίτον ἔτι τοῦτο ποιεῖν, ὡς ἔνιοί τινες ἐκέλευσαν, οὐκ ἐπαινῶ· καὶ γὰρ τὸ δεύτερον αὔταρκες εἶναί μοι δοκεῖ, δυναμένων γε ἡμῶν, εἰς ὅσον ἂν ἐθέλωμεν, ἐν

Exeunti vero ab aqua fricari oleo idque a pluribus expedit, quoad cutis ipſa incaleat. Poſt haec cibos ſolitis plures, potum infra conſuetudinem capiat, quae ipſemet vel injuſſus faciet, rite modo omnia ſint peracta. Nam a frigida lavatione et plus appetunt, et melius concoquunt, ac minus ſitiunt; veniuntque ad exercitationes poſtridie plane meliore habitu corporis, mole quidem pari ei, quae ante, caeterum compacta et muſculoſiore ac vegetiore, cute vero duriore ac denſiore. In hoc ergo ſecundo praeterea die ſimiliter omnia ſunt peragenda, etiam tertio et quarto. Poſtea vero procedente tempore ad eundem modum frigidam iterum ingredi jubebimus, videlicet poſt eam, quae priori ingreſſui ſucceſſit, frictionem, ut prius eſt comprehenſum. Verum tertio eam ingredi quod nonnullis placuit, non laudo. Nam et iterum id feciſſe abunde ſatis mihi eſſe videtur, praeſertim quum pro arbitrio noſtro immorari hominem jubere liceat.

Ed. Chart. VI. [101.] Ed. Baſ. IV. (248.)

αὐτῷ κελεῦσαι διατρίβειν. ὁ δὲ σκοπὸς κἀνταῦθα τοῦ χρόνου τῆς διατριβῆς ἐκ τῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανέσθω πείρας. εἰ μὲν γὰρ ἀνελθὼν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐπὶ ταῖς ἀνατρίψεσιν εὔχρους ἐν τάχει γίγνοιτο, μετρίως ἐν αὐτῷ διατρίψας· εἰ δὲ δυσεκθέρμαντός τε καὶ ἄχρους διαμείνῃ μέχρι πλείονος, ἀμετρότερον ἐχρήσατο τῷ ψυχρῷ. τοῦ χρωτὸς τοίνυν προσέχων τοῖς γνωρίσμασιν ἐξευρήσεις ῥᾳδίως, εἴτε τὸν ἴσον χρόνον αὖθις ἐν τῷ ψυχρῷ διατρίβειν προσήκει, εἴτε καὶ μετακινῆσαί τι πρὸς τὸ ἔλαττον ἢ πλέον. καὶ περὶ μὲν ψυχρολουσίας ὡς πρὸς τὴν ἀρίστην φύσιν ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. ε'. Τὰς δὲ τῶν παρεμπιπτόντων ἁμαρτημάτων ἐπανορθώσεις ὅπως ἄν τις κάλλιστα ποιοῖτο, διελθεῖν ἤδη καιρός· εἰ γὰρ ὅτι μάλιστα τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος ἄμεμπτον ἔχοι τις, ἀπηλλαγμένος τε εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἁπάντων πραγμάτων, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ ζῶν, ἀλλὰ τό γε μηδέποτ' ἁμαρτάνειν μηδὲν ἧττον ἢ αὐτὸν ἢ τὸν ἐπιστάτην αὐτοῦ παντάπασιν ἀδύνατον. εἰκὸς τοίνυν ἐστὶ πρώτόν τε καὶ μά-

Ipſum vero immorandi tempus hîc quoque a quotidiana ipſius experientia eſt conjectandum. Nam ſi egreſſus frigidam coloratior ex frictione cito redditur, mediocriter moratum indicat; ſin et tardius ei calor redeat, et decolor diutius maneat, plus aequo moratum docet. Si ergo cutis notis intentus ſis, facile intelliges, an par tempus poſtea in frigida morari conveniat, an potius ad majus minusve aliquid ſit mutandum. Et de frigida lavatione, quod ad optimam naturam ſpectet, abunde dictum arbitror.

Cap. V. Errata autem, ſi quae contigerint, quomodo quis emendet, jam dicere tempeſtivum eſt. Ut enim quam maxime ſtatum corporis illaeſum tum ſortitus quispiam ſit, ac ab omnibus, quae in vita contingunt, negotiis liber ſit, et ſibi uni vivens, fieri tamen nequit, ut non aliquando vel ipſe, vel is, qui ei praeficitur, aberret. Primum igitur non abſimile eſt in id maxime et frequen-

Ed. Chart. VI. [101.] Ed. Baſ. IV. (248.)

λιστα καὶ συνεχέστατα περιπίπτειν ἁμαρτήμασι νεανίσκον γυμναστικὸν, οἷον ὁ κόπος ἐστίν· ὑπὲρ οὗ πολλάκις μὲν ἤδη πολλοῖς, οὐκ ἰατροῖς μόνον ἢ γυμνασταῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφοις εἴρηται, ὥσπερ καὶ Θεοφράστῳ βιβλίον ὅλον ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντι. ἐγὼ δὲ κἀνταῦθα μήκους φειδόμενος, ἃ μὲν εἴρηται κακῶς ὑπὲρ αὐτοῦ τισιν, ὑπερβῆναι διέγνωκα, τὰ δ' ἀναγκαιότατα τοῖς ὑγιεινοῖς ἅμα ταῖς οἰκείαις ἀποδείξεσι διελθεῖν. καὶ πρῶτόν γε περὶ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ· δίκαιον γὰρ ἀπὸ ταύτης ἀρξαμένους οὕτως ἐπὶ τὴν οὐσίαν μεταβῆναι. ἔννοιαν δ' ἔχουσι κόπου τινὲς μὲν ἐν τῷ πεπρῆσθαί τε καὶ τετάσθαι δοκεῖν ἤτοι πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἢ τὰ πονήσαντα μόνον· τινὲς δ' ἐν τῷ δυσχερῆ τινα καὶ ἀνιαρὰν αἴσθησιν ἑαυτῶν κατὰ τὰς κινήσεις λαμβάνειν, ἣν τινες μὲν ἄῤῥητον ἔφασαν, ἔνιοι δὲ ἑλκώδη προσηγόρευσαν· ἄλλοι δέ τινες, ὅταν ὡς τεθλασμένων τε καὶ φλεγμαινομένων αἰσθανώμεθα τῶν μελῶν. εἰσὶν μὲν οἳ καὶ μιγνύουσιν ἀλλήλαις τὰς ἁπλᾶς ταύτας διαθέσεις, τὴν

tiſſime peccatum incidere juvenem exercitationibus deditum, quae laſſitudo appellatur; de qua a multis jam non ſolum medicis aut gymnaſtis, ſed etiam philoſophis eſt dictum, veluti Theophraſto, qui integrum de ea volumen ſcripſit. Ego vero hîc quoque prolixitati parcens, quae nonnullis parum recte de ea ſunt tradita, ea tranſire ſtatui; quae vero maxime ſunt neceſſaria iis, qui ſanitatem tuendam profitentur, haec una cum accommodatis demonſtrationibus explicare; ac primum de notione ejus agere, quippe recte ſe habet, ab hac quum exorſi fuerimus, ad eſſentiam ejus explicandam accedere. Ergo laſſitudinis notionem intelligentiamque ſunt qui accipiant, dum incenſi diſtentique ſibi eſſe videntur, idque aut omnibus corporis partibus, aut iis tantum, quibus laborarint; quidam, dum triſti moleſtoque ſenſu inter movendum afficiuntur; hunc alii indicibilem dixere, alii ulceroſum appellavere; nonnulli, quum membra ceu contuſa et phlegmone obſeſſa ſentiunt. Non deſunt et qui ſimplices hos affectus inter ſe miſcent, et qui tenſionis eſt, et qui ul-

Ed. Chart. VI. [101. 102.] Ed. Baſ. IV. (248.)

τε τῆς τάσεως καὶ τὴν ἑλκώδη καὶ τὴν φλεγμονώδη· τινὲς δὲ δύο μιγνύουσιν ἐξ αὐτῶν, ἤτοι τὴν ἑλκώδη τῇ μετὰ τάσεως, ἢ τὴν φλεγμονώδη μεθ' ἑκατέρας αὐτῶν ἀνὰ μέρος. ὥσθ' ἑπτὰ τὰς πάσας γίγνεσθαι δόξας περὶ τῆς κατὰ τὸν κόπον ἐννοίας, ἐκ μέρους μέν τινος ἁπάσας ἀληθεῖς, τὸ σύμπαν δὲ οὐχ ἁπλῶς. [102] ἐάν τε γὰρ ἑλκώδης αἴσθησις γίγνηται κινουμένοις, ἐάν τε φλεγμονώδης, ἐάν τ' ἐμπίπρασθαι καὶ τείνεσθαι δοκῶσιν, ἐάν τε κατὰ συζυγίαν τινὰ τούτων, ἂν θ' ὁμοῦ συνέλθῃ τὰ πάντα, κόπος ὀνομάζεται τῶν εἰρημένων διαθέσεων ἑκάστη. ὥστ' εἶναι διαφορὰς ἑπτὰ τὰς συμπάσας τῶν κόπων· ἁπλᾶς μὲν τρεῖς, συνθέτους δὲ τέτταρας. ἐπανορθώσεις δὲ τῶν οὕτως ἐχόντων σωμάτων, αἱ μέν τινες ἴδιαι καθ' ἑκάστην εἰσὶ διάθεσιν, αἱ δέ τινες ἁπασῶν κοιναί. λεχθήσεται δ' ἑξῆς ὑπὲρ αὐτῶν, ἐὰν πρότερον ὑπὲρ τῆς παρακειμένης τοῖς κόποις διαθέσεως εἴπωμεν, ἣν ἐξαπατώμενοί τινες ὀνομάζουσι κόπον. ὁποία δ' ἐστὶν αὕτη, καὶ τίνα κέκτηται γνωρίσματα, δηλωθήσεται σαφέστερον, ἂν τὴν οὐσίαν ἑκάστης τῶν κο-

cerosus, et qui phlegmones speciem praefert. Alii duos ex his miscent, aut eum, qui ulceris speciem exhibet, ei, qui tensioni assimilatur, aut eum, qui phlegmones sensum affert, seorsum cum utroque; ita ut sint in universum sententiae de lassitudinis notione septem. Quae sane omnes ut verae ex parte sunt, ita in totum simplici absolutoque sermone non sunt. Nam sive ulceris sensus, quum moventur, se exhibet, sive phlegmones, sive incendi tendique videntur, sive duo quilibet horum, sive etiam omnes coëunt, lassitudo dicitur eorum affectuum unusquisque. Quo fit, ut septem ejus in universum differentiae sint, simplices tres, compositae quatuor. Corporis vero, quod his sit affectum, remedia quaedam propria cujusque lassitudinis sunt, quaedam omnibus communia. De his mox dicetur, si prius de affectu quodam, qui lassitudini proximus est, dixero, quem decepti nonnulli prave lassitudinem nominant. Is qualis sit, et quas notas habeat, illustrius apparebit, si cujusque lassitudinis essentiam prius

Ed. Chart. VI. [102.] Ed. Baſ. IV. (248.)

πωδῶν διαθέσεων εὕρωμεν. ἄχρι μὲν γὰρ τοῦδε τὰ συμπτώματα μόνον εἴρηται, καὶ γὰρ τὸ πεπρῆσθαί τε καὶ τείνεσθαι δοκεῖν τὰ μόρια, καὶ τῷ κινουμένῳ ἤτοι φλεγμονώδη τινὰ ἢ ἑλκώδη γίγνεσθαι τὴν αἴσθησιν, οὐδὲ διαθέσεις εἰσὶν, ἀλλὰ συμπτώματα. διαθέσεις δέ γε τῶν σωμάτων αὐτῶν, ἐφ' οἷς εἴωθε τὰ τοιαῦτα συμπίπτειν, ἁπλαῖ μὲν τρεῖς, σύνθετοι δὲ τέσσαρες. ἡ μὲν οὖν ἑλκώδης διάθεσις ἐπὶ πλήθει γίνεται περιττωμάτων λεπτῶν τε ἅμα καὶ δριμέων, ἅπερ ἐν τῷ γυμνάζεσθαι γεννᾶται κατὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τῶν παχυτέρων περιττωμάτων χυθέντων τε καὶ λεπτυνθέντων, οὐχ ἁπάντων δὲ ἐκκριθέντων, ἢ τακείσης τινὸς ἤτοι πιμελῆς, ἢ σαρκὸς ἁπαλῆς. ἀνάγκη γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων ὑγρῶν, λεπτῶν καὶ δριμέων ὑπαρχόντων, κεντεῖσθαί τε καὶ οἷον τιτρώσκεσθαι τό τε δέρμα καὶ τὰς σάρκας, ὥστε καὶ φρίκην ἐνίοτε γίνεσθαι, καί τι καὶ ῥίγους, ὅταν ἰσχυρῶς ᾖ δριμέα τε ἅμα καὶ πολλά. τοιοῦτος μὲν δή τις ὁ οἷον ἑλκώδης κόπος. ἐν ᾧ δὲ τείνεσθαι δοκεῖ τὰ μόρια μόνον, ἑλκώδης δ' οὐκ ἔστιν αἴσθησις, ἐν τῷδε τῷ κόπῳ περίττωμα

diſquiſiverimus. Hactenus enim ipſa ſymptomata dicta ſunt. Illa enim, quod incendi tendique corpus videatur, et quod moventi ſe vel ulceris vel phlegmones ſenſus oboriatur, affectus non ſunt, ſed ſymptomata. Affectus vero corporum, quibus haec ſupervenire ſolent, tres ſimplices ſunt, quatuor compoſiti. Et ulceroſus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium ſimul et acrium, quae nimirum inter exercitandum proveniunt duplici ex cauſa, aut eo excremento, quod craſſius erat, fuſo et attenuato, non tamen toto expulſo, aut adipe mollive carne liquata. Neceſſe enim eſt abs tali humore ceu tenui atque acri pungi et quaſi vulnerari tum cutem, tum ipſam carnem, ſic ut etiam horror interim oboriatur, imo etiam quadantenus rigor, ſi modo admodum tum copioſus humor, tum acer ſit. Ac talis quidem eſt ulceroſa laſſitudo. Ubi autem tendi ſolum membra videntur, ulceris vero ſenſus non eſt, in hac certe laſſitudine nullum

Ed. Chart. VI. [102.] Ed. Baſ. IV. (248. 249.)

μὲν οὐδὲν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, περιέχεται τοῖς σώμασι, κατὰ δὲ τοὺς μῦς καὶ τὰ νεῦρα διάθεσίς τις ἐπὶ ταῖς σφοδροτέραις ἐντάσεσιν, ἃς ἐποιήσαντο κατὰ τὰ γυμνάσια, συνίσταται τοῦ ποιήσαντος αἰτίου τὴν δύναμιν ἐνδεικνυμένη. συμβαίνει γὰρ ταῖς σφοδροτέραις ἐντάσεσιν, ἁπάσας μὲν τῶν μυῶν τείνεσθαι τὰς ἶνας, οὐχ ὁμοίως δὲ ἁπάσας κάμνειν, ἀλλ' ὅσαι μάλιστα κατὰ τὴν εὐθύτητα τῆς τάσεώς εἰσιν· ὡς ὅσαι γε λοξότεραί πως ὑπάρχουσιν, ἧττον εὐθύνονται τεινόμεναι. ὥστε ταύταις μὲν οὐδεὶς ἐφεδρεύει κίνδυνος, ἐν δὲ ταῖς ἐπὶ πλέον ἐκτεινομέναις, ὡς ἐγγὺς ἧκειν τοῦ διασπασθῆναι, καταλείπεταί τις διάθεσις ὁμοία τῇ κατὰ τὰς ἐνεργείας ἐγγινομένῃ· τείνεσθαι γὰρ ἔτι δοκοῦσι, κἂν μηκέτι τείνωνται. ἡ δὲ δὴ τρίτη τοῦ κόπου διαφορὰ, καθ' ἣν ὥσπερ τεθλασμένων ἢ φλεγμαινόντων αἰσθανόμεθα τῶν μορίων, τηνικαῦτα μάλιστα συμπίπτειν εἴωθεν, ὅταν ἐκθερμανθέντες ἱκανῶς οἱ μύες ἐπισπάσω(249)ταί τι τῶν περικεχυμένων ἑαυτοῖς περιττωμάτων. εἰ δὲ καὶ περὶ τοὺς τένοντάς τε καὶ νεῦρα τὴν αὐτὴν γενέσθαι διάθεσιν συμβαίνει,

excrementum, de quo ratio ulla ſit habenda, in corpore continetur, ſed reſidet in muſculis et nervis ex nimia tenſione, quam exercitando admiſerunt, affectus quidam effectricis cauſae poteſtatem indicans. Accidit namque in vehementi tenſione omnes muſculorum fibras tendi, non tamen ſimiliter omnes laſſari, ſed eas maxime, quae per longitudinem tenſionis porriguntur. Quippe quae obliquiores quodammodo jacent, minus in directum aguntur; quare his nullum inſtat periculum. In iis vero, quae immoderatius ſunt extentae, ita ut parum a diſruptione abſint, relinquitur affectio quaedam ſimilis ei, quae inter agendum fiebat; quippe tendi adhuc videntur, quum tamen nulla jam tenſione urgeantur. Tertia vero laſſitudinum differentia, qua nimirum ceu contuſas aut phlegmone obſeſſas partes ſentimus, tum maxime ſolet incidere, quum muſculi nimium excalefacti attraxere quippiam ex circumfuſis ſibi excrementis. Quod ſi etiam tum tendonibus, tum nervis idem affectus incidit, oſſium do-

Ed. Chart. VI. [102. 103.] Ed. Baſ. IV. (249.)

ὀστοκόπον ὀνομάζουσι τὸ πάθημα, τῷ βυθίῳ τῆς αἰσθήσεως ἐπὶ τὰ διὰ βάθους κείμενα μόρια τοὔνομα φέροντες. ἐπιπολῆς μὲν γὰρ τὸ δέρμα, δευτέραν δὲ ἔχουσι θέσεως τάξιν οἱ μύες, ἐν κύκλῳ τοῖς ὀστοῖς περικείμενοι, συμφυεῖς δὲ οἱ τένοντες ὑπάρχουσι τοῖς ὀστοῖς, ὥστ᾽ εὐλόγως, ὅταν οὗτοί τι τῶν εἰρημένων πάσχωσιν, ἐν τῷ βάθει τε καὶ περὶ τοῖς ὀστοῖς αὐτοῖς ἡ διάθεσις εἶναι δοκεῖ. αὗται μὲν αἱ μόναι τρεῖς ἁπλαῖ τῶν κόπων εἰσὶ διαφοραί· σύνθετοι δ᾽ ἐξ αὐτῶν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τέτταρες, ὑπὲρ ὧν ἑξῆς ἐροῦμεν, ἐὰν πρότερον τὸν περὶ τῶν ἁπλῶν διέλθωμεν λόγον. ἔστι γὰρ δή τις καὶ ἄλλη διάθεσις ἐξαπατῶσά τινας, ὡς κόπος. [103] ἡ μὲν γένεσις ἐν τῷ ξηρανθῆναι τοὺς μῦς περαιτέρω τοῦ προσήκοντος, ὥστε ἅπαν αὐχμηρὸν καὶ προσεσταλμένον φαίνεσθαι τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τὰς κινήσεις ὀκνεῖν ἀτρέμα. ἀλλ᾽ οὐδὲν ὑπάρχει αὐτῷ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, οὔτε τὴν οἷον ἕλκους αἴσθησιν, ἢ τάσεως, οὔτε πολὺ μᾶλλον τὴν οἷον φλεγμονῆς. ἐναντιωτάτη γὰρ ἡ ὄψις τοῦ τε τοιούτου καὶ τῆς νῦν λεγομένης διαθέσεώς ἐστιν.

lorem eum affectum nominant, ob penitiorem ſcilicet ſenſum partibus, quae in alto maxime corpore ſunt poſitae, nomen tribuentes; quippe ſummum locum cutis occupat, ſecundum ab ea ſitus ordinem muſculi habent, utique circum oſſa poſiti, at tendones ipſis oſſibus adhaerent. Quo magis rationabile eſt, quum hi quicquam praedictorum patiuntur, videri in imo ac circa ipſa oſſa affectionem haerere. Atque hae quidem ſolae tres ſimplices laſſitudinum differentiae ſunt; compoſitae vero ex his, ut jam dictum eſt, quatuor ſunt, de quibus mox agendum, ſi tamen prius ſimplices univerſas abſolvero. Eſt namque affectio alia quoque, quae, ceu laſſitudo ſit, nonnullis imponit: haec incidit, quum ſupra modum muſculi ſiccantur adeo, ut ſquallens contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammodo pigrum; non tamen ei quicquam eorum, quae modo diximus, ineſt; neque is, qui veluti ulceris aut tenſionis eſt, multoque minus, qui veluti phlegmones eſt ſenſus. Quippe diverſiſſimus aſpectus ejuſmodi affectus eſt, et ejus, quem ultimo loco retulimus.

Ed. Chart. VI. [103.] Ed. Baf. IV. (249.)

αὕτη μὲν γὰρ αὐχμῶδες καὶ προσεσταλμένον ἀπεργάζεται τὸ σῶμα, ὁ δὲ φλεγμονώδης κόπος ἐν ὄγκῳ μείζονι καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν. ὥστ' εἶναι τὰς πάσας τέτταρας ἁπλᾶς διαθέσεις, ἰδίας ἑκάστην ἐπανορθώσεως δεομένην.

Κεφ. ς'. Ἀρκτέον δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἕλκώδη φέροντος αἴσθησιν, ὃν καὶ διὰ δριμύτητα περιττωμάτων ἐλέγομεν ἀνίστασθαι. οὗτος ὁ κόπος συμπίπτει μάλιστα τοῖς κακοχύμοις τε καὶ περιττωματικοῖς σώμασιν. ἐπιγίγνεται δὲ καὶ ταῖς ὑπογυίοις ἀπεψίαις, ὅταν ἤτοι γυμνάσωνται προπετέστερον, ἢ ἐν ἡλίῳ διατρίψωσιν. οὐ μὴν ἀδύνατόν γε αὐτὸν συστῆναί ποτε χωρὶς ἀπεψίας ἐν εὐχύμῳ σώματι δι' ὑπερβολὴν ἄμετρον γυμνασίων. εἰώθασι δ' αὐτὸν ὀξεῖαι καὶ πολλαὶ φέρειν κινήσεις. πυκνὸν δὲ καὶ φρικῶδες φαίνεται τῶν ἐν τούτῳ τῷ κόπῳ τὸ δέρμα, καὶ ὁμολογοῦσιν ἐν τῷ κινεῖσθαι καθάπερ ἕλκος ἀλγεῖν, οἱ μὲν τὸ δέρμα μόνον, οἱ δὲ καὶ τὰς ὑπ' αὐτῷ σάρκας. ἡ δ' ἴασις ἐξ ὑπεναντίου τῇ διαθέσει· διαφορῆσαι γὰρ χρὴ τὰ περιττώματα, καὶ

Hic namque ſquallens et contractius corpus efficit; at qui phlegmones ſenſum prae ſe fert, in mole etiam ea, quae naturalis eſt, ampliore conſiſtit. Quare quatuor in univerſum ſimplices affectus ſunt; quorum ſingulis ſua ſunt remedia.

Cap. VI. Ordiendum vero ab ea, quae ulceris ſenſum invehit; quam etiam ab excrementorum acrimonia ortam diximus: haec autem laſſitudo maxime in ea incidit corpora, quae et mali ſucci ſunt, et excrementis abundant. Succedit vero recentibus cruditatibus, quum aut exercitantur immoderatius, aut in ſole ſunt morati. Caeterum nihil obſtat, quin in corpore boni ſucci citra cruditatem proveniant, utique ob exercitationis nimium exceſſum. Sane excitare eam ſolent celeres ac multi motus. In hac vero laſſitudine etiam denſa eſſe horrereque cutis videtur. Fatenturque, qui ea ſunt affecti, inter movendum dolere ſibi ulceris ritu alii cutim tantum, alii ſubjectam etiam carnem. Remedium hujus ex iis, quae affectui ſunt contraria, comparatur, quippe ſi quae

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 198 sur 889

Ed. Chart. VI. [103.] Ed. Baſ. IV. (249.)

πέπανται τὸ πάθημα. διαφορηθήσεται δὲ τρίψει πολλῇ καὶ μαλακῇ σὺν ἐλαίῳ μηδεμίαν ἔχοντι στύψιν, ὁποῖον μάλιστ' ἐστὶ τὸ Σαβῖνον. ἐναντιώτατον δὲ τῇ διαθέσει τό τ' ἐκ τῆς Ἱσπανίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς Ἰβηρίας, ὅπερ Ἱσπανὸν ὀνομάζουσι, τό τε καλούμενον ὀμφάκινον ἢ ὠμοτριβὲς, ἐνὶ δὲ λόγῳ τὸ αὐστηρὸν ἅπαν οὐκ ἐπιτήδειον, ὡς ἔνεστί σοι γευομένῳ διαγινώσκειν τὴν δύναμιν αὐτῶν, κἂν μὴ πρότερον ἧς πεπειραμένος. οὕτω γοῦν καὶ ἡμεῖς ἐν Μακεδονίᾳ ποτὲ γευσάμενοι τοῦ κατὰ τὸν Αὐλῶνα τὸν περὶ τῷ Στρυμόνι γινομένου ἐλαίου τῆς αὐτῆς εἶναι δυνάμεως ἐγνωρίκαμεν αὐτὸ τῷ καλουμένῳ Ἱσπανῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐλαίων ἁπάντων οὕτω γνωρίσεις τὴν δύναμιν, ὅσα τε καταχρηστικῶς ὀνομάζεται, καὶ ὅσα σκευάζεται δι' ἁλῶν, ἢ ῥιζῶν, ἢ βοτανῶν, ἢ βλαστῶν, ἢ φύλλων, ἢ καρπῶν. εἴρηται δ' αὐτάρκως μὲν ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν ἐν ταῖς περὶ φαρμάκων πραγματείαις· λεχθήσεται δὲ καὶ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἐν οἰκείῳ καιρῷ. νῦν δὲ τοῦτ' ἀρκεῖ μόνον

redundant diſcutias, malum ceſſabit. Sane diſcutientur frictione multa mollique cum oleo, a quo omnis adſtringendi vis abeſt: quod genus maxime Sabinum eſt. Adverſiſſimum vero huic affectioni eſt, quod ex Hiſpania affertur et ex Iberia, vocant autem Hiſpanum, tum quod omphacinum vocant vel crudum; et ut ſemel dicam, quod auſterum eſt, omne id alienum eſt. Adeo guſtu ipſo vim eorum diſcernere licet, etiamſi de ipſis ante periculum non feceris. Sic namque et nos quondam in Macedonia deguſtato oleo, quod ſit circa Aulonem, qui eſt ſuper Strymonem, deprehendimus eandem cum Hiſpano vim habere. Quin et reliquorum omnium olei generum ita deprehendas vires, etiam quaecunque per abuſionem nominant, et quae ex ſale, ex radicibus, ex herbis, ex germinibus, ex foliis vel fructibus praeparantur. Dictum vero abunde de his omnibus eſt in operibus iis, quae de medicamentis inſcripſimus; nihilo tamen minus etiam in propoſito opere dicetur ſuo loco. Illud tantum

Ed. Chart. VI. [103, 104.] Ed. Baſ. IV. (249.)

εἰπεῖν, ὡς, ὅπερ ἂν ᾖ γλυκύτατον ἔλαιον, ἐπιτηδειότατόν ἐστιν εἰς τὰ παρόντα. τούτῳ τοίνυν χρῆσθαι δαψιλεῖ μετὰ τρίψεως πολλῆς· ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ὅλως γενέσθαι τὸν ὑποπτευόμενον ἔσεσθαι κόπον, ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ χάριν τοῦ λῦσαι τὸν ἤδη γεγονότα. λύει δ' αὐτὸν τὸ καλούμενον ἀποθεραπευτικὸν γυμνάσιον, ἐν ᾧ καὶ κινήσεις ἔνεστι ποιεῖσθαι, συμμέτρους μὲν τῇ ποσότητι, βραδυτέρας δὲ τῇ ποιότητι, μετὰ πολλῶν τῶν μεταξὺ διαναπαύσεων, ἐν αἷς χρὴ τρίβειν τὸν ἄνθρωπον, ἐφαπτομένων ὁμοῦ πλειόνων, ὅπως μήτε καταψύχοιτό τι μέρος αὐτοῦ, καὶ τάχιστα διαφοροῖτο τὰ περιττώματα. πλεονάζειν [104] δὲ χρὴ ταῖς μὲν τρίψεσι κατὰ τὸν ἐν τῷ δέρματί τε καὶ ὑπὸ τῷ δέρματι τὸ πλῆθος τῶν περιττωμάτων ἔχοντα, ταῖς δ' ἐξ αὐτοῦ κινήσεσι κατὰ τὸν ἕτερον κόπον, ᾧ τὸ πλέον ἐν τοῖς μυσὶν ἤθροισται. τὰ γὰρ ἐν τούτοις περιττώματα τρίψις μόνη διαφορεῖν οὐχ ἱκανή. δεῖται γὰρ οὐκ ἔξωθεν μόνον ἕλκεσθαι πρός τινος, ἀλλὰ καὶ συνέπωθεῖσθαι πρὸς ἑτέρου τινὸς ἔσωθεν. ἐπωθεῖ δ' αὐτά

in praeſentia dixiſſe ſatis ſit, quod plane dulciſſimum oleum eſt, id eſſe ad propoſitum affectum maxime accommodatum. Hoc igitur copioſo cum multa frictione utendum; primo quidem die, quo ſuſpectam forte laſſitudinem omnino declines, ſecundo vero, ut, ſi qua incidit, diſcutiatur. Diſcutit porro eam exercitatio, quae apotherapia dicitur, in qua ſcilicet motus adhibeas quantitate mediocres, qualitate tardiores, idque cum frequenti interpoſita his quiete; qua utique fricare hominem oportet, pluribus ſimul contrectantibus, quo nec refrigeſcat pars ulla, et ociſſime excrementa diſcutiantur. Porro frictionum plus adhibebitur in iis, qui in cute et ſub cute excrementorum collectam vim habent, motuum vero, quos ipſemet edat, in altera laſſitudine; ſcilicet in qua plus eſt in ipſis muſculis congeſtum. Quae enim in his coacta excrementa ſunt, ſola frictio educere non poteſt; his enim opus eſt non ſolum ab aliquo foris attrahi, verum etiam ab altero quopiam intrinſecus impelli. Impellit

Ed. Chart. VI. [104.] Ed. Baſ. IV. (249.)

τό τ' ἀναπτόμενον θερμὸν ἐν ταῖς κινήσεσι, καὶ τὸ συνεκκρινόμενον πνεῦμα, καὶ ἡ αὐτῶν τῶν μυῶν ἔντασις, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ καὶ ἡ καθ' ἕκαστον μόριον ἀποκριτικὴ τῶν ἀλλοτρίων δύναμις. ὁ δὲ ἕτερος κόπος, ἐφ' οὗ συντάσεως αἰσθάνονται, τὸν σκοπὸν τῆς ἰάσεως ἔχει τὴν πρὸς Ἱπποκράτους ὀνομαζομένην χάλασιν, ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῇ συντάσει, καθάπερ τῇ σκληρότητι ἡ μάλαξις. ἔλεγε γοῦν ὧδε· δέρματος σκληροῦ μάλαξις, σιντεταμένου χάλασις· ὡς ἐναντίον ὑπάρχον, τῷ μὲν σκληρῷ τὸ μαλακὸν, τῷ δὲ συντεταμένῳ τὸ χαλαρόν. χαλᾶται δὲ τὸ συντεταμένον, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις διαθέσεσιν, ἃς ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως εἴπομεν, ἑτέρως, ἐπὶ δὲ τῇ διὰ τὰ γυμνάσια τρίψει μὲν ὀλίγῃ τε ἅμα καὶ μαλακῇ δι' ἐλαίου γλυκέος εἰλημένου, ἀναπαύσει δὲ ὅλως, ἢ καὶ ἡσυχίᾳ, καὶ λουτροῖς εὐκράτοις, καὶ διατριβῇ πλέονι κατὰ τὸ θερμὸν ὕδωρ, ὥστε καὶ εἰ δὶς αὐτὸν ἢ τρὶς λούσαις, ὀνήσεις μειζόνως. οὗτοι δὲ καὶ μετὰ τὰ βαλανεῖα ἀλείφεσθαι δέονται, πρὶν ἀμφιέννυσθαι· καὶ εἰ δι' ἱδρῶτά τινα τύχοιεν ἀπομάξασθαι

ea partim calor ipſe, qui per motum accenditur, partim ſpiritus, qui una emittitur, partim ipſa muſculorum tenſio; ſuper haec vero ipſa ſingularum partium excretrix alieni facultas. Altera vero laſſitudo, in qua tenſio ſentitur, illud pro remedio poſtulat, quod Hippocrati laxatio dicitur. Ea namque tenſioni contraria eſt ad eum modum, quo duritici mollities. Ait enim ita: *Cutis durae mollitio, diſtentae laxatio, ceu duro molle, diſtento laxum contrarium ſit.* Sane relaxatur, quod diſtentum eſt, in aliis quidem affectibus, quos in quinto de ſimplicium medicamentorum facultatibus diximus, alia ratione. Quod vero per exercitationem incidit, tum pauca mollique frictione, eaque ex oleo dulci atque inſolato, tum intermiſſione omnino aut etiam quiete, praeterea lavatione medii temperamenti, atque in calida pluſcula mora; adeo, ſi bis terve lavabis, plus proderis. Hi vero et poſt balneum ungi deſiderant prius, quam veſtiantur. Quod ſi propter ſudorem forte aliquem pingue deterſerint, rurſus

Ed. Chart. VI. [104.] Ed. Baſ. IV. (249.)

τὸ λίπος, αὖθις ἀλείφεσθαι χρήζουσι. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀνασιάντες ἐκ τῆς κοίτης ἀλειφθῆναι δέονται, μηδέποτ' ἄκρως ψυχρῷ τῷ ἐλαίῳ μηδὲ σκληρῶς ἀνατριβόμενοι. γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος κόπος εὐχύμοις ἀνδράσι πονήσασιν εὖτονα μᾶλλον ἢ ὀξέα γυμνάσια, καὶ δεινῶς ὀκνηρούς τε καὶ δυσκαμπεῖς ἐργάζεται τοὺς κοπωθέντας, οὐ μὴν πυκνοί γε καὶ φρικώδεις οἱ τοιοῦτοι φαίνονται, καθάπερ οἱ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένοι. προσεσταλμένοι δ' οὐδὲν ἧττον ἐκείνων οὗτοι καὶ αὐχμώδεις ὁρῶνται, καὶ θερμότεροι τοῖς ἅπτομένοις εἶναι δοκοῦσιν οὐ μόνον τῶν τὴν ἑλκώδη διάθεσιν ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ σφῶν αὐτῶν, ὅθ' ὑγίαινον.

Κεφ. ζ'. Ὁ δὲ δὴ τρίτος τῶν κόπων ἐπὶ σφοδροτάταις γίνεται κινήσεσι, καὶ μόνος ἐξαίρει τοὺς μῦς ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν, ὡς ἐοικέναι φλεγμονῇ τὴν διάθεσιν αὐτῶν. ταῦτά τοι καὶ ψαυόντων ὀδυνῶνται, καὶ θερμότεροι φαίνονται· ὀδυνῶνται δὲ καὶ ἢν αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιχειρήσωσι κινεῖσθαι. ἀήθεσι δὲ γυμνασίων ἀνθρώποις ὁ τοιοῦτος

ungi deſiderant. Quin etiam poſtero die, quum e cubili ſurgunt, ungi his expedit, nunquam tamen oleo ſumme frigido, nec dura frictione. Incidit certe hujuſmodi laſſitudo iis, quibus ſalubris ſuccus eſt, poſt robuſtas potius quam celeres exercitationes, redditque laſſatos ipſos pigros admodum aegreque flexibiles. Non tamen hi denſi horrenteſque apparent, quemadmodum quos paulo ante comprehendimus, caeterum contracti aridique non minus ipſis apparent; tangentibus vero calidiores videntur non ſolum iis, quos ulceroſa laſſitudo urget, ſed etiam quam ipſimet, quum ſani eſſent.

Cap. VII. Tertia laſſitudo ex vehementiſſimis naſcitur motibus ſolaque ſupra naturalem habitum muſculos attollit ſic, ut phlegmonae perſimilis affectus ſit. Itaque et levi tactu offenduntur, et calidiores apparent. Dolent vero etiam, ſi ipſi per ſe moveri conentur. Incidit haec laſſitudo iis plurimum, qui aſſueti exercitationibus non

Ed. Chart. VI. [104. 105.] Ed. Baſ. IV. (249. 250.)

κόπος ὡς τὰ πολλὰ συμπίπτει, γυμνάζεσθαι δ' εἰθισμένοις ὀλιγάκις ἐγένετο κατὰ τὰς σφοδροτάτας τε ἅμα καὶ παμπόλλας κινήσεις. ἡ δὲ ἴασις αὐτοῦ τρεῖς ἔχει τοὺς σκοποὺς, οὕσπερ σχεδόν τι καὶ τὰ φλεγμαίνοντα σύμπαντα, κένωσιν τοῦ περιττοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν τοῦ συντεταμένου, καὶ ἀνάψυξιν τοῦ φλογώδους. ἔλαιόν τε οὖν πολὺ χλιαρὸν, αἵ τε τρίψεις μαλακώταται, καὶ ἡ ἐν τοῖς εὐκράτοις ὕδασι διατριβὴ πολυχρονιωτάτη τοὺς τοιούτους ἰᾶται κόπους. εἰ δὲ καὶ βραχύ τι χλιαρώτερον εἴη τὸ ὕδωρ, ὀνήσει μᾶλλον. οὕτω δὲ καὶ ἡσυχία πολλὴ, καὶ ἀλείμματα συνεχῆ, καὶ πάνθ' (250) ὅσα τὸ μὲν κεκμηκὸς ἀναπαύει τε ἅμα καὶ παρηγορεῖ, τὸ δὲ περιττὸν διαφορεῖ. [105] τάχα δ' ἄν τις οἰηθείη, τὸν τοιοῦτον κόπον οὐχ ἁπλοῦν, οὐδὲ τρίτον ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις δύο, σύνθετον δ' ὑπάρχειν ἐξ αὐτῶν, οὐδὲν ἔχοντα πλέον τῆς τάσεως τῶν νευρωδῶν σωμάτων καὶ τῆς ἕλκώδους αἰσθήσεως· τὴν γὰρ θερμότητα τοῖς τοιούτοις κόποις ἄλλως μὲν ὑπάρχειν φύσει, καθάπερ καὶ τῶν προειρημένων ἑκατέρῳ, οὐ μὴν συμπληρωτικήν γε

sunt; nam exercitari assuetis raro incidit utique ex vehementissimis plurimisque motibus. Sanationis vero ejus tres sunt scopi, quemadmodum fere et omnium phlegmone obsessorum, nempe supervacanei vacuatio, extenti requies, et inflammationis refrigeratio. Ergo et oleum copiosum ac tepidum cum frictione mollissima et longissima in medii temperamenti aquis mora hujusmodi lassitudines emendat. Quod si paulo tepidior aqua sit, plus proderit. Ad eundem modum multa quies, et unctio assidua, denique omnia, quae id, quod lassatum est, quiete lenimentoque recreent, ac quod supervacuum est, per halitum digerant. Sed putet fortasse quispiam, lassitudinem hanc nec simplicem esse, nec a duabus jam traditis tertiam, sed ex his compositam, nec aliunde constantem, quam ex nervosarum partium tensione et ulceris sensu; calorem namque in hujusmodi lassitudine alioqui quidem naturaliter inesse, veluti in memoratarum utraque,

Ed. Chart. VI. [105.] Ed. Baſ. IV. (250.)

τῆς ἐννοίας ἢ τῆς οὐσίας εἶναι. ἀλλά τοι τό γε τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τούτῳ τῷ κόπῳ μόνῳ παρὰ τοὺς ἄλλους ἐξαίρετον ὑπάρχει, καὶ τὸ τῆς ἀλγεινῆς αἰσθήσεως οὐχ ὅμοιον ἔν τε τῷ τονώδει κόπῳ καὶ τῷδε. τείνεσθαι μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τεθλάσθαί τε τὰ νεῦρα σύμπαντα μέχρι καὶ τῶν ὀστῶν οἱ τούτῳ τῷ κόπῳ κατεχόμενοι νομίζουσι. ὥστε κατά γε ταῦτα διαφοράν τινα ἐξαίρετον ἔχει παρὰ τοὺς ἄλλους δύο κόπους, οὐχὶ σύνθετος μόνον ἐστί. αὗται μὲν δὴ τρεῖς, εἴτε καταστάσεις σώματος, εἴτε διαθέσεις, εἴθ' ὅ τι βούλεταί τις ὀνομάζειν. ἄλλη δ' ἐπ' αὐταῖς τετάρτη, παραπλησία μὲν ὑπάρχουσα κόπῳ, κόπος δ' οὐκ οὖσα, τῷ μήτε τὴν ἑλκώδη, μήτε τὴν τονώδη, μήτε τὴν φλεγμονώδη διάθεσιν ἔχειν, ἀλλὰ μηδὲ φρίκην τινά, μηδ' ἄλγημα, μηδὲ τὸν πρὸς τὰς κινήσεις ὄκνον ὅμοιον τοῖς κόποις ἐπιφέρειν, ἰσχνότητα δὲ μόνην ἅμα καὶ ξηρότητα. γίνεται μὲν οὖν ἐν εὐχύμοις τε ἅμα καὶ γυμναστικοῖς σώμασιν, ὅταν ἄμετρον γυμνασθέντα μὴ καλῶς ἀποθεραπευθῇ. διαφορεῖται γὰρ οὕτω τὰ περιττώματα, καὶ χαλᾶται τὰ τεταμένα, καὶ οὐδὲν

nec tamen complendae notionis ſubſtantiaeve partem eſſe ullam. Verum illud huic uni egregie prae caeteris ineſt, nempe major quam pro naturali habitu tumor, tum quod nec doloris ſenſus ſimilis in hac et tenſionis laſſitudine habetur; quippe in illa tendi, in hac contuſos eſſe uſque ad oſſa nervos univerſos putant, qui ipſa laborant. Quare in his ſaltem proprium a reliquis duabus diſcrimen habet, nec eſt compoſita tantum. Tres igitur ſive corporis ſtatus, ſive affectus, ſive quid aliud dixiſſe velis, hi ſunt. Eſt alia quaedam ſuper has quarta, ſimilis quidem laſſitudini, non tamen laſſitudo, quod neque ulceris, neque tenſionis, neque phlegmones affectum prae ſe ferat: ſed nec horrorem ullum doloremve, nec pigritiam ad motus, quemadmodum laſſitudines, infert, ſed gracilitatem tantum ariditatemque facit. Incidit quidem haec in corporibus boni ſucci et exercitationi aſſuetis, ubi immodice exercitata parum rite apotherapia ſunt uſa. Quippe ita et digeruntur excrementa, et quae tenſa fuerant,

Ed. Chart. VI. [105.] Ed. Baſ. IV. (250.)

ἄλλο ὑπολείπεται κατὰ τὸ σῶμα πλὴν ξηρότητος, ἣν ἐκ τῆς ἀμετροτέρας κινήσεως ἔσχον. δεῖται δὲ κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν οὐδενὸς ἐξηλλαγμένου παρὰ τὰ πρόσθεν, ὅτι μὴ θερμοτέρου τοῦ ὕδατος, ὡς συναγαγεῖν ἀτρέμα καὶ θερμᾶναι καὶ τονῶσαι τὸ δέρμα, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἀποθεραπευτικοῦ γυμνασίου βραχέος τε ἅμα καὶ μαλακοῦ καὶ βραδέος ἔν τε κινήσεσι καὶ τρίψεσι, καὶ τῆς δεξαμενῆς ὁμοίως θερμῆς. ἐκπηδάτωσαν δ' εὐθέως εἰς τὴν ψυχρὰν ὑπὲρ τοῦ μένειν αὐτοῖς τὸν ἐν τῷ δέρματι τόνον ἅμα θερμότητι. καὶ γὰρ ἧττον ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ διαφοροῦνται, καὶ ῥᾳδίως εἴς τε τὰς σάρκας καὶ τὸ δέρμα τὴν τροφὴν ἀναλαμβάνουσιν, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὐδὲν ἐξεύροις ἂν αὐτοῖς, οὐδεμίαν διάθεσιν ἐξαίρετον ἔχουσι παρὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἰσχνότητα καὶ ξηρότητα. δεῖται γάρ, οἶμαι, τό γε τοιοῦτον ἀνατραφῆναί τε ἅμα καὶ ὑγρανθῆναι, καὶ ταῦτ' ἄμφω κάλλιστ' αὐτῷ γίνεσθαι πέφυκεν ἐκ τῆς ὑγραινούσης τροφῆς.

Κεφ. η'. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐμνημόνευσα τῆς ἐπὶ τοῖς

laxantur, nec aliud in corpore relinquitur praeter ſiccitatem, quam ex immodico motu contraxerunt. Poſtulat autem primo die nihil ſane diverſum ab iis, quae prius dicta ſunt, praeter calidiorem aquam, quae ſenſim contrahat, et calfaciat, et roboret cutem: ſecundo apotherapiae exercitationem, quae tum in motu tum frictione et pauca et mollis et tarda ſit: praeterea ſolium ſimiliter calidum. Verum protinus in frigidam exiliant, quo videlicet ipſis robur in cute una cum calore conſtet. Nam et minus in ſequenti tempore diſſolvuntur, et facile in carnem cutemque nutrimentum reſumunt, quo majus his commodum nullum profecto invenias, ut qui nullum notabilem affectum praeter carnis gracilitatem ariditatemque habeant. Quippe poſtulat (arbitror) tale ſaltem corpus nutriri ſimul ac madefieri; quorum utrumque ex humido nutrimento optime aſſequetur.

Cap. VIII. Quoniam vero facta ſemel mentio de

Ed. Chart. VI. [105. 106.] Ed. Baſ. IV. (250.)

λουτροῖς διαίτης, οὐ χεῖρον ἂν εἴη καὶ τὰ περὶ τῶν κοπωδῶν διαθέσεων ἐπεξελθεῖν. ὁ μὲν οὖν ἑλκώδης κόπος, εἰ μὲν ἱκανῶς ἀποθεραπευθείη, τῆς συνήθους δεῖται τροφῆς, ἢ τι βραχὺ μείονος, ἔτι δ' ὑγροτέρας τε ἅμα καὶ ἐλάττονος· εἰ δὲ κατὰ τὴν ἀποθεραπείαν εἰς τὴν τετάρτην μεταπέσοι διάθεσιν, (εἴωθε γὰρ οὕτω γίγνεσθαι τὰ πολλὰ,) κατ' ἐκείνην καὶ λουέσθω καὶ τρεφέσθω. ὁ δὲ τονώδης ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ὀλιγωτέρας δεῖται τῆς τροφῆς· ὁ δὲ φλεγμονώδης ὑπὲρ ἅπαντας ὑγροτάτης τε καὶ βραχυτάτης, καί τι καὶ ψῦχον ἐχούσης. εὐχύμου δ' ὁμοίως ἅπαντες οἱ κεκοπωμένοι δέονται τροφῆς, ὁποίᾳ δηλονότι καὶ ὑγιαίνων ὁ ὑποκείμενος ἐν τῷ λόγῳ νεανίσκος ἐχρῆτο. φυλάττεσθαι [106] δὲ προσήκει τὸ γλίσχρον ἐν αὐτῷ κατά τε τὸν φλεγμονώδη καὶ τὸν ἑλκώδη κόπον, ὡς ἂν κωλῦον διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα. κατὰ μέντοι τὸν τονώδη καὶ τὰ τοιαῦτα σιτία δοτέον, ἀφαιροῦντα τοῦ πλήθους αὐτῶν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐναντιολογίαν εἶναι

victu poſt balneum eſt, non alienum fuerit et de eo, quod ad laſſitudines pertinet, praecipere. Ulceroſa igitur laſſitudo poſt legitimam apotherapiam conſuetum nutrimentum deſiderat, aut etiam parcius, praeterea humidius. Quod ſi in ipſa apotherapia in quartum migraverit affectum, (ſolet enim ita plerumque fieri,) pro ipſius ratione tum lavetur, tum nutriatur. At quae tenſionem laſſitudo praefert, ea etiam magis, quam ulceroſa, parce nutriri poſtulat. Quae vero phlegmones ſenſum affert, ea ſupra reliquas omnes tum humidiſſimum, tum minimum, tum vero quod refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni ſucci tamen nutrimentum omnes, qui laſſitudine gravantur, juxta poſtulant, quali nimirum propoſitus nobis juvenis adhuc integer utebatur. Cavendus tamen in ulceroſa et ea, quae phlegmones ſenſum exhibet, glutinoſus cibus eſt, ceu qui excrementorum digeſtionem moretur. At in tenſionis laſſitudine etiam exhibendum ejuſmodi nutrimentum eſt, auferentibus aliquid de ejus copia. Quo minus mirum eſt, ſi multiplex pugna non plebeiis modo

Ed. Chart. VI. [106.] Ed. Baſ. IV. (250.)

παμπόλλην οὐκ ἰδιώταις μόνον ἐν ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ τεχνίταις πρὸς ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἰδιώτας, οὔτε περὶ γυμνασίων, οὔτε περὶ τρίψεων, οὔτε περὶ λουτρῶν, οὔτε περὶ διαιτημάτων ὁμολογοῦσιν ὑπὲρ τῶν κοπωθέντων. ἀκοῦσαι γοῦν ἔστι τῶν μὲν φασκόντων, ὡς κόπῳ χρὴ λύειν τὸν κόπον, ἑτέρων δὲ, ὡς ἀνάπαυσις ἰᾶται τὸν κάματον, καὶ τῶν μὲν, ὡς ἐνδεῶς χρὴ διαιτᾶσθαι τοὺς κοπωθέντας, ἄλλων δὲ, ὡς οὐ μόνον ἀφαιρεῖν προσήκει τῶν εἰθισμένων, ἀλλὰ καὶ τοσούτῳ πλείω προσφέρειν, ὅσῳ περ ἔτυχον πλείω γυμνασάμενοι, ἀνάλογον γὰρ χρῆναι τοῖς πόνοις προσαίρεσθαι τὰς τροφὰς, ἄλλων δέ τινων, ὡς οὔτε προστιθέναι χρὴ ταῖς τροφαῖς, οὔτ' ἀφαιρεῖν. οὕτω δὲ καὶ λούουσιν, οἱ μὲν εὐκράτοις ὕδασιν, οἱ δὲ θερμοτέροις, οἱ δὲ χλιαρωτέροις. ἥ τε γὰρ ἐμπειρία πρὸς ἐκεῖνο μόνον ἕκαστον ἀπάγει, πρὸς ὅπερ ἔτυχε θεασάμενος πολλάκις, ὅ τε λόγος, ὡς ἂν μὴ τέλειος ὑπάρχων ἑκάστῳ, καθάπερ ἐδείκνυτο πρόσθεν, ἀλλὰ μίαν τινὰ διάθεσιν ἐκδιδάσκων κοπώδη, τὰς δ' ἄλλας ὥσπερ οὐκ οὔσας ὑπερβαίνων, ἐκείνης μόνης

inter ſe, ſed etiam artificibus et inter ſe et cum plebeiis oritur, dum neque de exercitationibus, neque frictionibus, neque balneis, neque victu laſſatorum conſentiunt. Quippe alios affirmare audias, laſſitudinem laſſitudine eſſe abolendam; alios, laborem quiete ſanari; alios, parcius nutriendos, qui laſſitudine premuntur; alios contra, non modo de conſueto nutrimento non demendum quicquam, ſed etiam tanto plus adjiciendum, quanto plus ſe fatigaverint, ad portionem enim laborum nutrimentum exhibendum; alios rurſus, nec adjiciendum quicquam nutrimenti, nec etiam demendum. Ad eundem modum balneo quoque utuntur, alii ex aquis medii temperamenti, alii calidioribus, alii tepidioribus. Nam et experientia ad id tantum probandum, quod uſu ſaepe uſurpavit, quemlibet impellit, et praeterea ratio, utpote quam quiſque abſolutam non habet, ut ſupra dictum eſt. Verum, quum unum tantum laſſitudinis ſenſum traderet, reliquis, ceu non ſint,

Ed. Chart. VI. [106.] Ed. Baſ. IV. (250.)

ἐκδιδάσκει τὴν ἐπανόρθωσιν, ἧς ἔγγυς μόνης. ἀληθὲς γοῦν ἐστι καὶ τὸ κόπῳ λύεσθαι τὸν κόπον, ὅταν γε δὴ φαίνηται ποτε δέον εἶναι τοῖς ἐν τῇ προτεραίᾳ γυμνασίοις ἴσα κατὰ τὴν ὑστεραίαν γυμνάζεσθαι, καὶ τὸ τὴν ἴασιν κόπων ἡσυχίαν ὑπάρχειν. τούτων γὰρ τὸ μὲν ἐν τοῖς περιττωματικοῖς κόποις, καὶ μάλισθ' ὅσοι κατὰ τοὺς μῦς ἔχουσι τὰ περιττώματα, τὸ δ' ἐν τοῖς τονώδεσί τε καὶ φλεγμονώδεσι φαίνεται συμφέρον. ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ χρῆναι τοὺς κοπωθέντας ἐνδεῶς διατᾶσθαι· τοῦτο γὰρ ὁρᾶται τοὺς φλεγμονώδεις ὠφελοῦν. ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ τὰ συνήθη διδόναι· τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ἕλκωδῶν, ὅταν ἀποθεραπευθῶσιν, ὀρθῶς τετήρηται γιγνόμενον, ὥσπερ γε καὶ τὸ πλείω λαμβάνειν ἐπὶ τῆς ὁμοιουμένης τοῖς κόποις διαθέσεως, εἰς ἣν κἀκ τῆς ἑλκώδους ἔνιοι μεταπίπτουσιν. οὕτω δὲ καὶ τὸ λούειν εὐκράτοις ὕδασιν ἀληθὲς ἐπὶ τοῖς περιττωματικοῖς κόποις. ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ μὴ λούειν τοιούτοις ἐπί τε φλεγμονωδῶν,

praeteritis, ejus tantummodo, quam novit, remedium docuit. Ergo verum eſt et quod laſſitudine laſſitudo ſolvitur, quum videlicet heſternis exercitationibus pares poſtridie adhibendas videtur expediens, et laſſitudinis medelam eſſe quietem. Horum enim duorum primum quidem in iis quae ex congeſtis excrementis laſſitudines conſiſtunt, ac praecipue ubi in muſculis excrementa haeſerunt, ſecundum vero in iis, quae tenſionis et phlegmones ſenſum praebent, utile videtur. Jam illud quoque verum eſt, qui laſſitudine gravantur, eos parcius eſſe nutriendos; id enim conducere videtur ei, qui phlegmones ſenſum praefert. Verum praeterea eſt et ex conſuetudine eſſe nutriendum; id namque in ulceroſa laſſitudine, ubi recte apotherapia ſunt uſi, fieri obſervatum eſt, ſicuti etiam uberius cibandum in eo affectu, quem ſimilem laſſitudinibus diximus; in quem ex ulceroſa quoque nonnulli transeunt. Simili ratione et medii temperamenti aquis eſſe lavandum in iis, quae ex redundantia ſupervacuorum natae ſunt, verum fateor; ſed nec illud verum negem, ejuſmodi aquis non eſſe utendum nec in ea, quae phleg-

Ed. Chart. VI. [106.] Ed. Baſ. IV. (250.)

χλιαρωτέρων γὰρ οὗτοι δέονται, κἀπὶ τῆς ὁμοίας κόπῳ διαθέσεως, οὗτοι γὰρ οὐ χρήζουσι θερμοτέρων. οἴονται δ' ἔνιοι καὶ τὴν τοιαύτην διάθεσιν εἶναι κόπον. ἕτεροι δέ τινες, ὁποία μέν τίς ἐστιν ἡ διάθεσις, οὐκ εἶπον, ἐφ' ὧν δ' ἂν ὑποψία τις ᾖ γενησομένου κόπου, συμβουλεύουσι θερμοτέρῳ χρῆσθαι τῷ κατὰ τὸ λουτρὸν ὕδατι, καὶ προστιθέασι δὲ τὴν αἰτίαν, ὡς ἡμεῖς ἔμπροσθεν ἔφαμεν, οἱ μὲν ἀναδόσει φάσκοντες, οἱ δὲ θρέψει συντελεῖν τὸ τοιοῦτον λουτρόν, οὐ μὴν καθ' ὅν γέ τινα λόγον οἷαί τε κωλύειν εἰσὶ κόπον ἀναδόσεις καὶ θρέψεις ἐκδιδάσκουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὁποία τίς ἐστιν ἡ τοῦ κόπου διάθεσις, οὐδὲ τοῦτο γράφουσιν. οἱ γοῦν πλείους αὐτῶν οὐδὲν εἶπον, ἔνιοι δὲ τολμήσαντες εἰπεῖν ἀπεφήναντο ξηρότητα. τὸ μὲν οὖν ὑπὸ τροφῆς θεραπεύεσθαι ξηρότητα, καὶ μάλιστα τῆς ὑγραινούσης, ὅπερ οὐδ' αὐτὸ προστιθέασιν οἱ πλείους αὐτῶν, ἀληθέστατον, οὐ μὴν οὔτ' ἴαμα κόπων ἐστὶν οὔτε προφυλακὴ τὸ τοιοῦτον. ἀλλ' ὅταν, ὡς εἴρηται, ξηρότερα μὲν ἀπεργασθῇ τὰ μόρια, μήτε δὲ τάσις ᾖ κατ' αὐτά

mones ſenſum praeſert, quum tepidiores haec deſideret, nec iis, qui ſimilem laſſitudini affectum ſentiunt, hi namque calidiores volunt. Sunt et qui eum affectum laſſitudinem eſſe putent. Alii, quinam affectus ſit, non dixerunt. In quibuſcunque vero ſuſpicio futurae laſſitudinis ſubeſt, ſuadent calidiore aqua in balneo uti, cauſamque aſſignant, ſicuti ipſi ſupra retulimus, alii diſtributioni in corpus, alii nutritioni id genus balnei conducere dicentes, non tamen rationem ullam afferunt, cujus gratia ejuſmodi diſtributione et nutrimento prohiberi laſſitudo poſſit. Sed nec omnino, qualis ſit ipſe laſſitudinis affectus, ſcribunt. Nam major eorum pars nihil dixit, qui vero dicere auſi ſunt, ſiccitatem eſſe deſiniverunt. Ac quod nutrimentum ſiccitati medetur, praeſertimque humectans, (quam tamen conditionem major eorum pars non adjecit,) eſt ſane veriſſimum: caeterum nec remedium id nec cautio laſſitudinum. Sed quum, uti dictum eſt, membra ſicciora ſunt facta, nulla tamen nec tenſio ſubeſt, nec

Ed. Chart. VI. [106. 107.] Ed. Baſ. IV. (250. 251.)

μηδεμία, μήτε περιττώματα λεπτὰ καὶ δριμέα, μήτε φλεγ-
[107] μονώδης διάθεσις, ἀνατρέφειν δήπου προσήκει τὰ
διὰ τὴν κένωσιν ἐξηραμμένα τροφαῖς ὑγραινούσαις, ὡς, εἴ
γε μὴ ἀναθρέψειας αὐτάρκως, ἰσχνότερον καὶ ξηρότερον ὄψει
κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα. καὶ ταύτην τὴν
διάθεσιν ἔνιοι κόπον ὑπο(251)λαβόντες ὑπάρχειν οἴονται
θερμοτέρῳ λουτρῷ καὶ τροφῇ θαψιλεῖ κεκωλυκέναι τὴν γέ-
νεσιν αὐτῆς. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζειν ἐνίων ἄξιον, ὥσπερ καὶ
Θέωνος, εἰ τὸν ἤδη γεγενημένον κόπον οὐκ ἀξιοῦσιν ὁμοίως
ἰᾶσθαι. εἴτε γὰρ ἦν νῦν εἴρηκα διάθεσιν ὑπολαμβάνει τις
εἶναι κόπον, ἀναθρέψει χρὴ λύειν αὐτὸν καὶ κωλύειν γε-
νέσθαι, εἴτε τῶν ἄλλων τινὰ τῶν ὄντως κόπων, [ἐνδεέστε-
ρον ἐπὶ πάντων χρὴ τρέφεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἔτι τε προς-
δοκωμένων καὶ ἤδη γεγονότων. οὐδὲ γὰρ τοῦτ' ἔστιν εἰ-
πεῖν, ὡς ἥ γε τοιαύτη διάθεσις ἡ παρακειμένη τοῖς κόποις,
εἰ μὴ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἐπανορθωθείη δι' εὐτροφίας,
εἴς τινα τῶν τριῶν μεταπίπτειν εἴωθεν. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ
τοῦτο μόνον εἴη κατ' αὐτὴν ἡ ξηρότης, ἰσχνότητος οὐδὲν

tenue acreque excrementum, nec phlegmonae ſimilis affectus, reſicere nutrimento humectante expedit, quae exhauſto humore ſunt ſiccata, quando, niſi abunde nutrias, et gracilius et aridius, quam fuerat, poſtero die corpus cernes. Atque hunc affectum nonnulli laſſitudinem rati, eum exiſtimant calidiore balneo et pleniore cibo, ne incidat, prohiberi. Illud tamen quorundam, ſicuti etiam Theonis, demiror, ſi jam factam laſſitudinem ſimiliter ſanari non putant. Nam ſive quem modo memoravimus affectum velit quis eſſe laſſitudinem, nutrimento illum et ſolvere debet, et ne fiat prohibere, ſive reliquorum quemvis eorum, qui verae laſſitudines ſunt, utique parcius in omnibus hominem nutrire, et quum adhuc inſtant, et quum jam occuparunt. Illud enim dici non poteſt, talem ſaltem affectum, qui laſſitudini ſimilis eſt, niſi primo die per nutrimentum plenius corrigatur, in trium aliquam migrare ſolere. Nam ſi ipſa ſolum ſiccitas in eo viſitur, praeter gracilitatem nihil ſequetur amplius;

Ed. Chart. VI. [107.] Ed. Baſ. IV. (251.)

ἀκολουθήσει πλέον· εἰ δὲ καὶ θερμότητός τι ξυνείη, πυρέξαι κίνδυνος. οὐ μὴν ταὐτόν γ' ἐστὶ κόπος καὶ πυρετὸς, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τῶν κοπωθέντων ἐπύρεξαν ἔνιοι. θαυμάζειν γοῦν ἐπέρχεταί μοι Θέωνος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν κατὰ μέρος γυμνασίων, ἐν οἷς περὶ τοῦ τελείου γυμνασίου διεξέρχεται, τάδε γράφοντος. καὶ κόπου τινὸς τοῖς οὕτω γυμνασθεῖσιν ὡς τὸ πολὺ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ παρακολουθοῦντος, ἡ ζεστολουσία παραιτεῖται τὴν πρὸς τὸν κόπον ἐπιτηδειότητα, πυροῦσα τὴν ἐπιφάνειαν, ἵνα αὕτη σικύας τρόπον τὴν λαμβανομένην τροφὴν ἐπισπωμένη τοῖς κεκμηκόσι ἀντιδιέλῃται νεύροις. οὗτος μὲν γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὥσπερ αἴνιγμά τι τὸ ἀντιδιέλῃται ῥῆμα παρέλαβεν ἐν τῷ λόγῳ. δύναται μὲν γάρ τις ἀκούειν, ἵνα ἡ ἐπιφάνεια σικύας τρόπον ἐπισπωμένη τὴν τροφὴν μέρος ἐξ αὐτῆς τι καὶ τοῖς νεύροις παρέχῃ· δύναται δὲ καὶ τοὐναντίον, ἵνα ἡ ἐπιφάνεια σικύας τρόπον ἐφ' ἑαυτὴν ἀντισπῶσα τὴν ἐπὶ τὰ νεῦρα φερομένην τροφὴν μερίζηται. ὥστε κατὰ μὲν τὸν πρότερον λόγον εἰς εὐτροφίαν τοῖς νεύροις ἐπιτη-

ſi vero caloris quoque quippiam ſimul adſit, jam febricitare metus eſt. Verum non idem ſunt laſſitudo et febris, tametſi maxime eorum, qui laſſitudinem ſenſerunt, nonnullos febris male habuit. Sane Theonem mirari ſubit haec in quarto de particularibus exercitiis, ubi de abſoluto exercitio agit, ſcribentem: *Quum laſſitudo aliqua eos, qui ita exercitati ſunt, poſtero deinceps die fere ſequatur, ferventis aquae lavatio minus laſſitudini obnoxios reddit, ſumma corporis accendens.* Deinde ita ſubjicit: *Ἵνα αὕτη σικύας τρόπον τὴν λαμβανομένην τροφὴν ἐπισπωμένη τοῖς κεκμηκόσιν ἀντιδιέλῃται νεύροις.* Is enim praeter alia veluti aenigma quoddam verbum *ἀντιδιέλῃται* in contextu appoſuit: poſſis enim ita intelligere, quaſi ſumma corporis cucurbitae more nutrimentum trahentia partem aliquam ejus nervis quoque diſpenſent: poſſis et contra, quaſi ſumma corporis cucurbitae modo id, quod ad nervos ferebatur, alimentum ad ſe trahentia participent; ita nimirum, ut priori ſenſu ad nutritionem uberiorem refectio-

Ed. Chart. VI. [107.] Ed. Baſ. IV. (251.)

δεύεσθαι θερμανθὲν τὸ δέρμα, (τοῦτο γὰρ ἡγοῦμαι λέγειν αὐτὸν ἐπιφάνειαν,) κατὰ δὲ τὸν δεύτερον εἰς ὀλιγοτροφίαν. ὅσον μὲν οὖν ἐπ' αὐτῇ τῇ ῥήσει, τὴν γνώμην τοῦ Θέωνος οὐκ ἄν τις ἐξεύροι· ἐξ ὧν δ' ἐν ἄλλοις τε λέγει κἀν τῷ ις' τῶν Γυμναστικῶν, ἐλάττονα τροφὴν βούλεται δίδοσθαι μετὰ τὸ τέλειον γυμνάσιον. καίτοι γ' οὐδ' αὐτὸ τοῦτο διεσάφησε, τίνι ποτὲ λογισμῷ συμβουλεύει. δίδοται γὰρ ἐλάττων τροφὴ τῆς συνήθους ἢ τῷ μὴ δεῖσθαι τῆς ἴσης, ἢ τῷ μὴ δύνασθαι πέψαι. τὸ μὲν οὖν πρότερον οὐκ ἀληθὲς ἐπὶ τῶν πολλὰ γυμνασαμένων, τὸ δὲ δεύτερον ἔστιν ὅτε μὲν ἀληθὲς, ἔστιν ὅτε δὲ ψευδές. εἰ μὲν γὰρ ἀῤῥωστοτέραν ἔχει τὴν πεπτικὴν δύναμιν, ἀληθὲς, εἰ δὲ μὴ ταύτην, ἀλλ' ἑτέραν τινά, ψευδές. ἀκούειν δὲ χρὴ πεπτικὴν δύναμιν οὐ τὴν ἐν γαστρὶ μόνον, ἢ φλεψὶν, ἢ καθ' ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ τὴν καθ' ἕκαστον μόριον, ὥσπερ ἐν τοῖς παροῦσι τὴν ἐν τοῖς μυσίν· ἐν οἷς δὴ καὶ μάλιστά ἐστιν ἡ διάθεσις, ὑπὲρ ἧς διαλέγομαι. διαφορηθέντες γὰρ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς γυμνασίοις

nemque nervorum conducat excalfacta cutis, quippe hanc arbitror eum per ἐπιφάνειαν, id eſt, ſumma corporis, ſignificare, poſteriore vero ad ὀλιγοτροφίαν, id eſt, parciorem nutritionem. Quantum itaque ex ipſis verbis licet accipere, mentem Theonis non comperias. Ex iis vero, quae tum alibi, tum in ſextodecimo Gymnaſticωn ſcribit, minus nutrimenti poſt abſolutum illud exercitium dari cenſet, quanquam ne id quidem qua ratione inductus ſuadeat, uſquam docuit. Datur enim minus quam ex conſuetudine nutrimentum aut propterea, quod pari opus non eſt, aut quod concoqui id non poſſit. Ac prius quidem in iis, qui plurimum ſe exercitarunt, verum non eſt; poſterius aliubi verum, aliubi certe falſum eſt. Si cui enim imbecillior concoquendi vis eſt, verum, ſin ſecus, falſum. Inaudienda vero concoquendi facultas eſt non ea modo, quae in ventriculo, aut venis, aut jecinore exiſtit, ſed etiam quae in ſingulis partibus, veluti in iis, de quibus ſermo habetur, muſculis; in quibus utique vel maxime affectus is, de quo diſputo, continetur; quippe largius inter exer-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 212 sur 889

Ed. Chart. VI. [107. 108.] Ed. Baſ. IV. (251.)

ἰσχνότεροί τε καὶ ξηρότεροι γίνονται. εἰ μὲν οὖν ἐπ' ὀλίγον αὐτοῖς ταῦτα συμβαίνει, κατεργάζεσθαι δύνανται τροφὴν, ἧσπερ δέονται· εἰ δέ τι πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἀποχωρήσειαν, ἀδυνατοῦσιν. ὧν οὐδὲν ὁ Θέων ὅλως οὔτ' ἐνενόησεν, οὔτε διωρίσατο. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδ' ἐκ λόγου τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἐμπειρίας, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ, τὸ θερμότερον ὕδωρ ἐπὶ τῷ τελείῳ γυμνασίῳ χρήσιμον ὑπάρχον ἐτήρησεν. [108] οὕτως οὖν ἐφεξῆς γράφει· τοῦτο δὲ, εἰ μὲν καὶ τὸν λόγον ἔχει παρακείμενον, εὐτυχήματος ἔργον, εἰ δὲ μή γε, τὸ πρὸς τῶν ἀποτελεσμάτων ἐπιμαρτυρούμενον οὐ παραδεκτέον, εἰ μὴ καὶ τὸν λόγον ἐξ ἄκρου ἔχει συμπροσπίπτοντα. εἰ μὲν οὖν ἀκριβῶς ἐξευρὼν τὴν διάθεσιν, ἐφ' ἧς τὸ θερμὸν ὕδωρ ἐπαινεῖ, τὴν αἰτίαν ἀγνοεῖν ὁμολογεῖ, συγγνωστὸς ἂν ἦν εἰκότως· ἐπεὶ δ' ἁπλῶς εἶπεν, ἐπὶ τῶν τελείων γυμνασίων ἁρμόττειν τὰς ζεστολουσίας, (οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ὀνομάζει,) δύνανται δὲ πολλαὶ διαθέσεις ἀκουλουθῆσαι τῷ τοιούτῳ γυμνασίῳ, μέμψαιτ' ἄν τις αὐτῷ μὴ διορισαμένῳ περὶ

citandum exhauſti aridiores et graciliores redduntur. Ergo ſi haec leviter his contingant, utique conficere, cujus indigent, nutrimentum poterunt; ſin multum a natura receſſerint, non poterunt. Quorum Theon nullum omnino neque intellexit, neque diſtinxit. Omnino enim non ratione aliqua, ſed experientia (ſicut ipſe fatetur) poſt abſolutum illud exercitium calidiorem aquam utilem eſſe obſervavit. Sic enim deinceps ſcribit: *Illud vero, ſiquidem rationem habet in promptu, fortunae beneficio ferendum acceptum eſt: ſin minus, quod effecta teſtantur, id non admittendum, niſi quis certam exactamque rationem ſimul ſe ſubjicientem habeat.* Ergo ſi plane explorato affectu, in quo calidam laudat, cauſam fateretur ignorare, merito dignus venia eſſet; verum quum citra exceptionem utilem eſſe abſoluto exercitio in calida lavationem pronunciat, (ita enim hanc appellat,) poſſunt autem alii quoque complures affectus id genus exercitationis ſequi: accuſandus merito eſt, quod deinceps ſingu-

Ed. Chart. VI. [108.] Ed. Baſ. IV. (251.)

πασῶν ἐφεξῆς. αὐτὸς γὰρ οἶδε καὶ τὸν φλεγμονώδη κόπον ἀκολουθοῦντα τῷ τοιούτῳ γυμνασίῳ, καθ' ὃν εἰς ὄγκον μείζονα τοῦ κατὰ φύσιν ἐξαίρεται τὰ πεπονηκότα, καὶ τὸν ἕτερον, ὃν ἕνα γράφει, τῷ κοινῷ συμπτώματι προσέχων τὸν νοῦν, ὅπερ ἀντίκειται τῷ παρὰ φύσιν ὄγκῳ. λεπτότεροι μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις δύο κόποις ἀποτελοῦνται, καὶ προσέτι γε τῇδε τῇ διαθέσει, περὶ ἧς ὁ λόγος συνέστηκεν. ἀλλ' οὐχ, ὥσπερ ἓν κοινὸν σύμπτωμα τῶν τριῶν διαθέσεών ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ διάθεσις μία. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἐπὶ τῇ τάσει τῶν νευρωδῶν σωμάτων οὐ χρὴ λούειν θερμοτέρῳ τοῦ συνήθους· οὕτω δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν ἐπὶ τοῖς περιττώμασι· κατὰ δὲ τὴν ἄνευ τούτων ἰσχνότητα συμφέρει λούειν θερμοτέρῳ τοῦ συμμέτρου· γίνεται γαρ ἡ διάθεσις αὕτη, διαφορηθέντων ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς γυμνασίοις τῶν σωμάτων, οὕτως ὡς ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις εἴωθε συμβαίνειν. ὥστε καὶ ἡ ἐπανόρθωσις αὐτῶν προσθέσει τε καὶ ἀναπληρώσει τοῦ κενωθέντος ἐστίν. οὐ δύναται δ' αὕτη γενέσθαι, τοῦ δέρματος

los non diſcreverit. Ipſe namque novit, etiam laſſitudinem, quae phlegmones ſpeciem exhibet, huic exercitationi ſupervenire, ſub qua nimirum in majorem quam pro natura molem attolluntur fatigatae partes; etiam alteram, quam unam ſcribit utique generali ſymptomati attentus, quae moli, quae eſt praeter naturam, contraria exiſtit; quippe graciliores in reliquis duabus laſſitudinibus redduntur, atque etiam in eo affectu, de quo agitur. Caeterum non quemadmodum trium affectuum unum ſymptoma commune eſt, ita et affectus unus eſt. Ac in eo quidem, qui ex nervoſarum partium tenſione conſiſtit, calidiore quam ex conſuetudine lavari non oportet. Simili ratione nec in iis, quos excrementa excitarunt. In gracilitate vero, quae ſine his conſiſtit, expedit calidiore aqua, quam quae mediocriter ſe habeat, lavari. Contrahitur namque hic affectus, exhauſto vehementius inter exercitandum corpore, eo modo quo in diutina fame accidere ſolet. Itaque etiam ſic affectorum refectio in appoſitione, et quod detractum eſt, repoſitione conſiſtit; id quod

Ed. Chart. VI. [108.] Ed. Baſ. IV. (251.)

ὠραιοῦ μένοντος. συναγαγεῖν οὖν αὐτὸ χρὴ, καὶ πυκνῶσαι, καὶ σφίγξαι πρότερον, εἰ μέλλοι τι τῆς δαψιλοῦς τροφῆς ὄφελος ἔσεσθαι. συνάγει δὲ καὶ στέγει τό τε ψυχρὸν ὕδωρ καὶ τὸ ζέον. ἀλλ' ὑπὸ μὲν τοῦ ψυχροῦ κίνδυνος βλαβῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἀραιότερόν τε ἅμα καὶ κενὸν ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν γυμνασίων γεγενημένον· ὑπὸ δὲ τοῦ ζέοντος βλάβη μὲν οὐδεμία, πυκνότης δ' ἀσφαλὴς ἐγγίνεται τῷ δέρματι, συνεπιλαμβανούσης τι καὶ τῆς ἐγκαταλειπομένης αὐτῷ θερμότητος. ὅθεν οὐδὲ χρονίζειν ἐπὶ πλέον ἐν τῷ ψυχρῷ προσήκει τὸν οὕτως λουσάμενον, ἀλλ', ὥσπερ αὐτὸς ὁ Θέων τοῦτό γε παρετήρησεν ὀρθῶς, φυλακτέον ἐστὶ τὴν ἐν τῷ ψυχρῷ διατριβὴν, ὡς τὴν ἐκ τῆς ζεστολουσίας ἀναλύουσαν ὠφέλειαν. ἡ δὲ αἰτία τοῦ σφαλῆναι τὸν Θέωνα, τὸ μιᾷ διαθέσει συμφέρον ὡς πάσαις ἁρμόττον γράφοντα, τῶν γυμναζομένων ὑπ' αὐτοῦ σωμάτων ἡ ἕξις ἐστίν. ἀθλητὰς γὰρ ἐγύμναζε τοὺς μετὰ τὸ τέλειον γυμνάσιον, εἰς μὲν τὴν τετάρτην διάθεσιν ἑτοίμως ἐμπίπτοντας, εἰς δὲ τὴν τρίτην σπανιάκις. ὅπερ οὖν ἐθεάσατο πολλάκις, ὡς διηνεκὲς

certe accidere cute adhuc rara nequit. Cogere ergo hanc denſareque ac adſtringere prius oportebit, ſi qua plenioris nutrimenti expectanda eſt utilitas. Sane cogit clauditque tum frigida, tum fervens aqua. Verum a frigida laedi hominem metus eſt, utpote qui jam ex multa exercitatione et rarior eſt redditus, et vacuus. Ex ferventi ut noxa certe nulla, ita ſecura in cute denſitas paritur, ipſo, qui in ea derelinquitur, calore nonnihil etiam conferente. Unde nec immorari in frigida nimium debet, qui ita eſt lavatus, ſed, veluti id ſaltem recte a Theone obſervatum eſt, cavere in frigida moram, ut quae ferventis lavationis commoda fruſtretur. Sane ita errare Theonem, ut, quod uni affectui conveniebat, omnibus quadrare praeciperet, in cauſa erat corporum, quae exercitabat, habitus. Siquidem athletas exercuit, qui ex abſoluto illo exercitio in quartum erant affectum proclives, in tertium raro incidebant. Itaque, quod ſaepe obſerva-

Ed. Chart. VI. [108. 109.] Ed. Bal. IV. (251.)

ἔγραψεν. εἰ δὲ καὶ κακοχύμους, ἢ καχέκτους, ἢ ἀήθεις γυμνασίων, ἢ ἀσθενεῖς, ἢ μὴ νεανίσκους ἐγύμναζε, σπανιάκις μὲν εἰς τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἐμπίπτοντας ἐθεάσατο, μυριάκις δ' εἰς τὰς ἄλλας. ἢ τοῦτο μὲν καὶ λέγειν ἴσως περιττὸν, αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ μετὰ τὰ κατασκευαστικὰ γυμνάσια χρῆσθαι τῇ ζεστολουσίᾳ· τὰ δὲ τοιαῦτα γυμνάσια μόνοις ἀθληταῖς ἐπιτηδεύεται. καίτοι φησί τις, ὡς ἐκείνοις μὲν ἑκοῦσι, καὶ κατὰ περίοδον, ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἢ δι' ἀνάγκην, ἢ φιλονεικίαν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ἀλλ' ἐπί γε τῶν τοιούτων ἐπὶ τοῖς ἀμέτροις γυμνασίοις ἀνάγκη πρότερον ἢ καὶ μίαν, ἢ καὶ πλείους συστῆναι κόπων διαθέσεις. ὥστε μόνοις τοῖς εὐεκτικοῖς σώμασιν ἡ τετάρτη γίγνεται διάθεσις· [109] οἷά πέρ ἐστι τά τε τῶν καλῶς ἀγομένων ἀθλητῶν, καὶ τοῦ νῦν ἡμῖν ἐν τῷ λόγῳ προκειμένου νεανίσκου. καὶ εἴ τις ἁπλῶς ἀποφαίνοιτο, μετὰ σφοδρότατα γυμνάσια τὴν τοῦ θερμοτέρου λουτροῦ χρῆσιν ἐπιτήδειον ὑπάρχειν, ἐπὶ μιᾶς μὲν ἀληθεύσει καταστάσεως· ἐπὶ τριῶν

verat, ceu perpetuum prodidit. Quod ſi aut vitioſi ſucci homines, aut mali habitus, aut exercitiorum inexpertes, aut imbecillos, aut minime juvenes exercuiſſet, in ejusmodi quidem raro, in reliquos vero affectus ſaepiſſime incidere vidiſſet. An et hoc quoque dicere fortaſſe eſt ſupervacuum, cum ipſe quoque fateatur, poſt praeparatorium exercitium ferventi eſſe balneo utendum? Id vero exercitationis genus ſolis athletis in uſu eſt. Atqui dicat aliquis, illos ſponte et quodam circuitu, alios vero multos vel neceſſitate, vel vincendi ſtudio, vel propter alia id genus ejuſmodi exercitationem ſuſcipere. Verum hi ſaltem poſt immodicos labores neceſſe eſt vel unum, vel plures laſſitudinum affectus prius contrahant. Itaque iis duntaxat corporibus, quae bona habitudine ſunt, quartus affectus incidit: cujuſmodi ſunt tum athletarum, qui bene ſunt nutriti, tum propoſiti nunc in diſputatione juvenis. Et quiſquis abſolute pronunciabit, poſt vehementiſſimas exercitationes calidioris ſolii uſum eſſe idoneum, is ut in uno certe ſtatu verum affirmabit, ita in tribus plane fal-

Ed. Chart. VI. [109.] Ed. Baſ. IV. (251. 252.)

δὲ ψεύσεται. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα (252) καθ' ὅλην τὴν ὑγιεινὴν πραγματείαν ἰατροῖς τε καὶ γυμνασταῖς γέγραπται ψευδῆ. κεφάλαιον δ' αὐτῶν ἐστι τὸ τῆς τηρήσεως ἀδιόριστον, ὅταν, ὅπερ ἐπὶ μιᾶς ἕκαστος ἐθεάσατο διαθέσεως, ἐπὶ πολλῶν ἀναγράφῃ.

Κεφ. θ'. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἔτι τίς ἐστι διάθεσις ἐγγύς τι ταῖς προειρημέναις, ἣν ὀνομάζω στέγνωσιν, ὑπὲρ ἧς, ἐπειδὰν συμπεραίνωμεν τὸν ἐπὶ τοῖς κόποις λόγον, ἐφεξῆς ἐρῶ. αἱ μὲν γὰρ ἁπλαῖ διαφοραὶ τρεῖς αὐτῶν εἰσιν, ὑπὲρ ὧν ἤδη μοι λέλεκται· κατὰ σύνδυο λαμβανομένων ἄλλαι γίνονται τρεῖς. ἑβδόμη δ' ἐπὶ πάσαις ἐστὶν ἡ τῶν τριῶν ἅμα συνερχομένων. ἡ μὲν διάγνωσις αὐτῶν ἐστιν ἀπὸ τοῦ συνδυάζεσθαι τὰ γνωρίσματα, σκοπὸς δὲ τῆς ἐπανορθώσεως, ὁ μὲν κοινὸς ἁπασῶν, ἀποβλέποντα πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν μηδὲ τοῦ λοιποῦ παντάπασιν ἀμελεῖν, ὁ δ' ἴδιος ἐπὶ τῷ κοινῷ κατὰ τὰς ἐν μέρει διαθέσεις λαμβάνεται. πάσας μὲν οὖν ἐπέρχεσθαι τὰς συζυγίας μακρὸν, ἕνεκα δὲ σαφηνείας ἐπὶ

letur. Sunt vero per univerſam tuendae valetudinis artem et alia non pauca, quae tum medici, tum gymnaſtae falſo prodiderunt: quorum unum omnium caput eſt confuſa indiſcretaque obſervatio, dum, quod in unico quiſque notavit affectu, id multis tribuit.

Cap. IX. Quin etiam affectio quaedam eſt praedictis proxima, quam ipſe adſtrictionem appello, de qua, quum de laſſitudinibus diſputationem abſolvero, mox dicam. Simplices enim earum differentiae tres ſunt, de quibus jam egimus; poſt has ex binis copulatis aliae fiunt tres. Ab iis vero ſeptima eſt, ubi tres ſimul in unum coëunt. Cognitio autem ipſarum ab indiciorum conjunctione pendet. Remedii vero commune in omnibus conſilium eſt, ut ei, quod ſuperat, ſis intentus, nec tamen, quod reliquum eſt, plane contemnas. Proprium vero cum eo, quod commune eſt, ab ipſis membratim affectibus accipiendum eſt. Ac univerſas quidem conjugationes percurrere longum ſit, ſed quod ad claritatem

Ed. Chart. VI. [109.] Ed. Baſ. IV. (252.)

μιᾶς ὡς παραδείγματος ὁ λόγος περανθήσεται. ἐὰν τοίνυν ὄγκος τε ἅμα περὶ τοὺς μῦς ὑπάρχῃ, καὶ τεθλάσθαι δοκῶσιν αὐτοὶ, καὶ ἡ ἑλκώδης αἴσθησις, ἡ φλεγμονώδης κόπος ἅμα τῷ περιττωματικῷ κατειλήφῃ τὸν ἄνθρωπον, ἡ ἀποθεραπεία γενήσεται στοχαζομένη μὲν ἀμφοῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ μείζονος. οὐχ ἁπλῆ δ' ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ τοῦ μείζονος φύσις, ἀλλ' ἡ μὲν κατὰ δύναμίν τε καὶ τὸ οἷον ἀξίωμα τοῦ πράγματος, ἡ δὲ κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν. ἀξιώματι μὲν οὖν καὶ δυνάμει μείζων ἐστὶν ὁ φλεγμονώδης κόπος τοῦ περιττωματικοῦ· κατὰ δὲ τὴν οἰκείαν οὐσίαν ἑκάτερος αὐτῶν οὕτω δύναται γενέσθαι μέγας τε καὶ μικρὸς, ὡς εἰ καὶ κατὰ μόνας ἑκάτερος ἦν. εἰ μὲν οὖν ἴσον ἐξέστηκε τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάτερος, ὁ φλεγμονώδης ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τὸ κῦρος τῆς θεραπείας, ἐπικρατῶν γε κατὰ δύναμιν· ἂν δ' ὀλίγον μὲν ὁ φλεγμονώδης, πλεῖστον δ' ὁ ἑλκώδης ἀποκεχωρήκῃ τῶν κατὰ φύσιν, ἐπισκεκτέον, εἴτε τοσοῦτον ὑπερέχει κατὰ τὸ μέγεθος ὁ ἑλκώδης, ὅσον ὁ φλεγμονώδης

ſit ſatis, in una tanquam exemplo res peragetur. Si igitur et intumuiſſe muſculi cernuntur, et contuſi putantur, praeterea vel ulceris ſenſus, vel phlegmonoſa laſſitudo una cum excrementoſa hominem male habet, apotherapia utendum, quae utrumque reſpiciat, magis tamen id, quod eſt majus. Non eſt autem in omnibus rebus unius rationis ipſius majoris natura, ſed alibi pro viribus et quaſi dignitate rei, alibi pro ipſius propria eſſentia ſpectanda. Ac dignitate quidem et viribus major laſſitudo eſt, quae phlegmones ſpeciem refert, quam excrementoſa; utraque tamen ipſarum ſic propriae ratione eſſentiae magna parvaque eſſe poteſt, ut ſi utraque ſola ſeorſum conſiſteret. Si igitur utraque pari intervallo a naturali habitu receſſit, quae phlegmones ſimilis eſt, praecipuam curationis ſolicitudinem ad ſe convertet, utpote dignitate pollens. Sin exigue, quae phlegmonen, plurimum, quae ulceris ſenſum repraeſentat, a naturali habitu receſſit, aeſtimandum, num tantum ſuperet magnitudine ulceroſa, quantum quae phlegmonae ſimilis eſt, viribus, an minus,

Ed. Chart. VI. [109. 110.] Ed. Baſ. IV. (252.)

κατὰ δύναμιν, εἴτ᾽ ἔλαττον, εἴτε μεῖζον, καὶ οὕτως ἐξευρίσκειν τὸν ἐπικρατοῦντα· κἂν ἰσοσθενεῖς δέ ποτε φαίνωνται, πρὸς ἀμφοτέρους ὁμοίως ἀποβλεπτέον. αὕτη μὲν οὖν ἡ μέθοδος ἔστω σοι κοινὴ πασῶν τῶν ἐπιπεπλεγμένων διαθέσεων. ὥσπερ δ᾽ οἱ κόποι τρεῖς ὄντες, εἶτ᾽ ἀλλήλοις ἐπιπλεκόμενοι, τέτταρας ποιοῦσι τὰς συζυγίας, οὕτως, εἰ καὶ τὴν τετάρτην αὐτοῖς ἐπιπλέξειέ τις διάθεσιν, αἱ συζυγίαι πολλῷ πλείους γενήσονται. μάθοις δ᾽ ἂν ἐναργῶς, ὃ λέγομεν, ἐπὶ διαγράμματος. ἔστω δ᾽ ἐν αὐτῷ πρώτη μὲν διάθεσις ἡ ἕλκώδης· δευτέρα δὲ ἡ τονώδης· τρίτη ἡ φλεγμονώδης· τετάρτη ἡ τῆς ἰσχνότητος. ἢ τοίνυν ἡ πρώτη μετὰ τῆς δευτέρας συστήσεται διαθέσεως, ἢ μετὰ τῆς τρίτης, ἢ μετὰ τῆς τετάρτης· ἢ πάλιν ἡ δευτέρα μετὰ τῆς τρίτης, ἢ τῆς τετάρτης· ἢ πάλιν ἡ τρίτη μετὰ τῆς τετάρτης. ὥστ᾽ εἶναι τὰς πάσας ἓξ συζυγίας, ἅμα σύνδυο λαμβανομένων τῶν διαθέσεων, [110] ἄλλας δ᾽ αὖ τέτταρας, ὅταν ἅμα τρεῖς ἐπιπλέκωνται διαθέσεις ἀλλήλαις. ἤτοι γὰρ ἡ πρώτη μετὰ τῆς δευτέρας καὶ τρίτης, ἢ μετὰ τῆς δευτέρας καὶ τετάρτης, ἢ μετὰ τῆς τρίτης τε καὶ τετάρτης

an magis, atque ita quod pollet explorare. Quod ſi aequaliter pollentes videris, pari ſtudio eſt utrique conſulendum. Atque haec methodus communis tibi ſit omnium conjugatorum affectuum. Sicuti vero laſſitudines ipſae numero tres, ſi invicem conjungas, quatuor conjugationes efficiunt, ita ſane, ſi quartum his affectum adjungas, multo plures exiſtent. Quod dicimus, ex deſcriptione licet clarius intelligas. In ea primum locum ulceroſus habeat; ſecundum, in quo tenſio eſt moleſta; tertium, qui phlegmonae ſimilis eſt; quartum gracilitatis. Ex his igitur aut primus cum ſecundo conjungetur, aut cum tertio, aut cum quarto; aut rurſus ſecundus cum tertio vel quarto; aut denique tertius cum quarto; ita nimirum, ut ex binis conjunctis affectibus ſex in univerſum complexiones oriantur. Rurſus, quum tres una miſceris, quatuor aliae fiunt. Nam aut primum junxeris cum ſecundo et tertio, aut cum ſecundo et quarto, aut cum tertio et quarto, aut rurſus ſecundum cum tertio et

Ed. Chart. VI. [110.] Ed. Baſ. IV. (252.)

πάλιν. ὑστάτη δὲ πασῶν ἐπιπεπλεγμένη διάθεσις ἔστω, τῶν τεττάρων ἅμα διαθέσεων ἀλλήλαις μιγνυμένων. ὥστ' εἶναι τὰς πάσας ἕνδεκα τὸν ἀριθμόν. ἦσαν δέ γε καὶ αἱ τῶν ἁπλῶν τέτταρες. γενήσονται τοίνυν αἱ σύμπασαι πεντεκαίδεκα· πρώτη ἑλκώδης, δευτέρα τονώδης, τρίτη φλεγμονώδης, τετάρτη ἰσχνότης, αβ, αγ, αδ, βγ, βδ, γδ, αβγ, αβδ, αγδ, βγδ, αβγδ. εἰ δὲ καὶ τὰς τῆς στεγνώσεως διαφορὰς ἐπιπλέκοις ἀλλήλαις τε καὶ ταῖς πεντεκαίδεκα, παμπληθεῖς ἑτέρας ἐργάσῃ συζυγίας. εἰ δὲ καὶ τὰς τῆς ἀπεψίας αὐταῖς, ἢ τὰς ἐπὶ τοῖς ἀφροδισίοις, ἢ ταῖς ἐγκαύσεσιν, ἢ ταῖς ἀγρυπνίαις, ἢ ταῖς λύπαις ἐπιπλέξειας καταστάσεις τοῦ σώματος, οὐδ' ἀριθμηθῆναι ῥᾳδίως ἅπασαι δυνήσονται. καὶ οὔπω λέγω τὰς τῆς πληθώρας, ἢ κακοχυμίας, ἢ ἐπισχέσεως γαστρὸς, ἢ διαῤῥοίας, ἢ ἐμέτων, ἢ βάρους κεφαλῆς, ἤ τινος ἄλλου μέρους, ἢ ὅλως ὅσαι κατά τι σύμπτωμα συνίστανται· λεχθήσεται γὰρ αὖθις ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπάντων. ἀλλὰ νῦν γε τούτου χάριν ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι

quarto. Poſtrema omnium complexionum erit, ubi quatuor ſimul coierint, ita ut undecim numero in totum fiant. Erant vero et ſimplices quatuor. Efficiuntur itaque in univerſum quindecim. Simplices affectus: ulceroſus primus, tenſionis ſecundus, in quo phlegmones ſenſus eſt, tertius, gracilitatis, quartus; *compoſiti: AB, AC, AD, BC, BD, CD, ABC, ABD, ACD, BCD, ABCD.* Quod ſi praeterea adſtrictionis differentias tum invicem, tum vero cum his quindecim complicueris, alias rurſus complexiones effeceris plurimas. Si vero eos quoque corporis ſtatus, qui aut cruditate, aut venere, aut deuſtione ſolis, aut vigilia, aut triſtitia incidunt, adjunxeris, ne numero quidem univerſas facile complectare. Praetereo nunc corporis conſtitutiones illas, quae ſunt vel a plethora, vel a cacochymia, vel ab alvi ſuppreſſione aut fluxu, vel a vomitu, vel a capitis gravitate, vel a partis cujuſpiam alterius affectu, vel in ſumma quaecunque in ſymptomate aliquo conſiſtunt; dicetur enim poſt de ejuſmodi omnibus. Nunc vero idcirco eorum maxime

Ed. Chart. VI. [110.] Ed. Baſ. IV. (262.)

τὸ πλῆθος τῶν ἐπιπλοκῶν ὁπόσον ἐστί. θαυμάσαι γὰρ οἷόν τ' ἐστί τινα τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀθροίσμασιν αὐτῶν, ἃ ὀνομάζουσι συνδρομὴν, ἤτοι θεραπείαν, ἢ πρόγνωσιν τῶν ἀποβησομένων ἐπαγγελλομένους τετηρηκέναι. καθ' ἕνα γὰρ τρόπον οἷόν τ' ἐστὶ καὶ προγνῶναι, καὶ θεραπεῦσαι δεόντως, ὡς Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν, ἑκάστου τῶν ἁπλῶν πραγμάτων ἀξιῶν ἐπίστασθαι τὴν δύναμιν, ὡς ἐγὼ νῦν ἐπέδειξα περὶ τεττάρων διαθέσεων. εἰ μὲν γὰρ ἑκάστη καθ' ἑαυτὴν συστῇ, τὴν ἐπανόρθωσιν ἁπλῆν ἐνδείξεται· μιχθεῖσα δ' ἑτέρᾳ, κατὰ τὴν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένην μέθοδον, ὑπὲρ ἁπασῶν τῶν ἐπιπεπλεγμένων διαθέσεων.

Κεφ. ι'. Ὁπόταν οὖν οὕτω φαίνεται τοῦτ' ἔχειν, ἰτέον ἐπὶ τὰς ἁπλᾶς διαθέσεις, ὧν ἐφεξῆς ταῖς εἰρημέναις ἦσαν αἱ κατὰ στέγνωσιν· οὕτω δ' ὀνομάζω τὴν βλάβην τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα. γίνεται δ' αὕτη δι' ἔμφραξιν, ἢ πύκνωσιν, ἣν δὴ καὶ μύσιν ὀνομάζουσι τῶν πόρων. ἔμφραξις μὲν οὖν ὑπὸ γλίσχρων καὶ

memini, ut complexionum multitudinem, quanta eſſet, indicarem. Mirari enim licet eos, qui de concurſu horum, quem ſyndromen vocant, vel curationem, vel eventorum praedictionem obſervaſſe ſe praedicant. Unica namque ratione et praeſagire et commode mederi fas eſt: utique, ſicut Hippocrates docuit, ubi ſimplicis cujuſque negotii ſciendam vim eſſe cenſebat, veluti ipſe nunc in quatuor affectibus praemonſtravi. Unuſquiſque enim, ſi per ſe conſiſtat, ſimplex remedium exiget; ſin alteri ſit conjunctus, pro ea methodo, quam paulo ſupra de omnibus conjunctis affectibus praeſcripſimus, emendabitur.

Cap. X. Ergo, quum haec ita ſe habeant, redeundum rurſus ad ſimplices affectus eſt: quorum jam dictos proxime ſequuntur ii, qui ſunt ab aſtrictione (voco ita meatuum cutis vitium, quo tranſmitti ſupervacua prohibentur). Incidit hic affectus, aut obſtructis meatibus, aut denſatis. Sane denſationem ejuſmodi conniventiam appellant. Ac obſtructio quidem ex lentis craſſiſque excre-

Ed. Chart. VI. [110. 111.] Ed. Baſ. IV. (252.)

παχέων γίνεται περιττωμάτων, ἀθροώτερον ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ δέρμα, πύκνωσις δὲ ὑπό τε τῶν στυφόντων καὶ ψυχόντων. ἀλλ' ἐμφράξει μὲν ἁλῶναι τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ σῶμα, κατὰ τὴν εἰρημένην ἐπιμέλειαν ἀγόμενον, οὐκ ἐγχωρεῖ, πυκνωθῆναι δὲ δύναταί ποτε διά τε κρύος καρτερὸν καὶ λουτρὸν στυπτηριῶδες. ἐγχωρεῖ δέ ποτε καὶ μετὰ βαλανεῖον, ἢ ἱδρῶτα, καὶ ἄλλως ἀραιοῦ τοῦ δέρματος ἐκ τινος ἑτέρας αἰτίας γενομένου, καταπνεύσασαν αὔραν ἔμφραξίν τέ τινα καὶ πύκνωσιν ἀποτελέσαι. διαγινώσκεται μὲν οὖν ἡ εἰρημένη διάθεσις, εὐθὺς μὲν ἀποδυνόντων ἀχροίᾳ τε λευκῇ καὶ σκληρότητι καὶ πυκνώσει τοῦ δέρματος, κατὰ δὲ τὸ γυμνάζεσθαι τῷ δυσεκθερμάντῳ. οὔτε γὰρ ἱδροῦσιν ὁμοίως ὡς πρόσθεν, οὔτ' εὐχροοῦσιν, ἀλλ' εἰ καί τις βιάσαιτο τῇ εὐτονίᾳ τῶν γυμνασίων ἱδρῶτός τι προκαλέσασθαι, καὶ μείων οὗτος γίνεται τοῦ συνήθους, καὶ ψυχρότερος, καὶ ἧττον ἀτμώδης. ἡ δ' ἴασις τῆς τοιαύτης διαθέσεως θέρμανσίς ἐστιν· ἐναντίον γὰρ [111] τοῦτο τῇ ψύξει. συντονω-

mentis oritur, dum confertim ad cutim ruunt; denſitas tum ab iis, quae adſtringunt, tum quae refrigerant. Verum obſtrui propoſiti nobis corporis cutis, ſi ad praeſcriptam rationem rite agatur, non poteſt; denſari certe aliquando poteſt tum ex valido frigore, tum aluminoſo balneo. Fieri autem poteſt, ut et poſt balneum ſudoremve atque aliam alioqui ob cauſam laxatae prius cuti aurae flatus incidens obſtructionem quampiam denſationemque efficiat. Ac deprehenditur quidem jam dictus affectus protinus, ubi ſe exuerint, ex colore albo et cutis tum duritie tum denſitate, in ipſa vero exercitatione ex eo, quod aegre incaleſcant: neque enim, ut prius, aeque ſudant, nec bonum colorem in ſumma cute oſtendunt; imo, ſi quis eos valentiore exercitatione ſudoris quippiam emittere cogat, et minor hic, quam ex conſuetudine, et frigidior exit minuſque halitui ſimilis. Remedium hujus affectus calefactio eſt: quippe ea frigiditati contraria eſt.

Ed. Chart. VI. [111.] Ed. Baſ. IV. (252. 253.)

τέροις τε γυμνασίοις χρηστέον ἐστὶ καὶ βαλανείοις θερμοτέροις. ἄμεινον δὲ καὶ καλινδεῖσθαι κατὰ τὸν πρῶτον οἶκον ἐπὶ ἐλαίου λιπαρῶς. ἔστω δὲ καὶ τὸ ἔλαιον τῶν χαλαστικῶν, οἷόν πέρ ἐστιν ἐν Ἰταλίᾳ τὸ Σαβῖνον· ἄμεινον δ' ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἐτῶν εἶναι δύο ἢ τριῶν αὐτό, καὶ γὰρ λεπτομερέστερον τοῦτο καὶ θερμότερον. ἡ δὲ ἐν τῇ ψυχρᾷ κολυμβήθρᾳ διατριβὴ μὴ πολυχρόνιος γενέσθω, μηδ' αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἄγαν ἔστω ψυχρόν. ἐνδύεσθαι δὲ μέλλοντες ἀλειφέσθωσάν τινι τῶν μετρίως θαλπόντων, ἐλαίων μὲν, ὅσα γε κατ' Αἴγυπτόν εἰσι, κικίνῳ τε καὶ ῥαφανίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἄλλην [οἰκουμένην τῷ γλυκεῖ καὶ λεπτομερεῖ καὶ μετρίως παλαιῷ, μύροις δὲ Σουσίνῳ τε καὶ γλευκίνῳ καὶ ἰρίνῳ καὶ ἀμαρα(253)κίνῳ καὶ Κομμαγηνῷ. τὸ μὲν δὴ γλεύκινον ἀκριβῶς ἐστιν ἄκοπον καὶ χαλαστικὸν, ὥστε καὶ τοῖς ἰσχυρῶς κοπωθεῖσιν ἐπιτήδειον ὑπάρχει· βραχὺ δὲ αὐτοῦ τὸ Σούσινον θερμότερον καὶ χαλαστικώτερον· ἴρινον δὲ καὶ ἀμαράκινον καὶ Κομμαγηνὸν ἱκανώτερον τούτου θερμῆναι, ὥστε καὶ ταῖς καλουμέναις ἰδίως ψύξεσι χρήσιμα

Valentiore ergo exercitatione ac balneo calidiore utendum. Magis quoque ad rem pertinebit, ſi in prima domo pinguiter in oleo volutetur. Eſto vero oleum ex eo genere, quod relaxet, cujuſmodi eſt in Italia Sabinum; quod utique ad ejuſmodi affectus etiam eſt utilius, ſi bimum trimumve ſit. Id namque tum tenuius, tum calidius fuerit. Mora vero in frigido ſolio diuturna ne ſit; ſed nec aqua ipſa admodum frigida. Induendi vero ungantur aliquo, quod mediocriter calfaciat; oleis quidem, ex iis quae in Aegypto habentur, cicino et raphanino, in reliquo vero orbe dulci, tenui ac modice antiquo, unguentis vero, Suſino, gleucino, irino, amaracino et Commageno. Atque ex his gleucinum quidem prorſus acopum eſt ac relaxans: itaque etiam iis, quos vehemens laſſitudo infeſtat, eſt utile; paulo hoc calidius magiſque relaxans Suſinum eſt. Irinum vero et amaracinum et Commagenum, etiam Suſino calefacere potentiora, iis affectibus, qui proprie frigiditates dicuntur, ſunt idonea.

Ed. Chart. VI. [111.] Ed. Baſ. IV. (253.)

τετύχηκεν ὄντα. τὰς μέντοι πυκνώσεις τοῦ δέρματος αὐτάρκως ἰᾶται καὶ τὸ ἀνήθινον ἔλαιον, καὶ μάλιστ' εἰ χλωρὸν εἴη τὸ ἄνηθον. ἁρμόττει δὲ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν, ὥσπερ οὖν καὶ τοῖς ἰσχυροῖς κόποις, τὸ διὰ τοῦ σπέρματος τῆς ἐλάτης ἄκοπον· εἰρήσεται δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὅπως χρὴ σκευάζειν αὐτό. νυνὶ μὲν γάρ μοι δοκῶ καὶ ταῦτα περαιτέρω τῆς ὑποθέσεως εἰρηκέναι. τῷ γὰρ ἄριστα κατεσκευασμένῳ τὸ σῶμα, καὶ βίον ἐλεύθερον ἐπηγρημένῳ, καὶ μηδὲν ἐν αὐτῷ πλημμελοῦντι, καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα τῆς ὑγείας ἄριστον ἔχοντι, εἰς τὰς νοσωδεστέρας διαθέσεις οὐ πάνυ τι συμπίπτειν εἰκός.

Κεφ. ια'. Ἐπανέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, καὶ παραλείποντες ἐκκαύσεις, καὶ ψύξεις, καὶ ἀπεψίας, καὶ διαῤῥοίας, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, (βέλτιον γὰρ εἰς ἕνα λόγον ἀναβάλλεσθαι σύμπαντα ταῦτα, τὸ περὶ τῶν νοσωδῶν συμπτωμάτων ἐπιγραφησόμενον,) ἐν τῷ παρόντι περὶ τῶν ἐπ' ἀφροδισίοις γυμνασίων ἐπισκεψώμεθα. καὶ γὰρ διαπεφώνηταί πως ὑπὲρ αὐτῶν, ἐνίων μὲν οἰομένων, οὕτω χρῆναι γυμνάζειν ἐπ' αὐτοῖς, ὡς κατὰ τὸ καλούμενον

Cutis tamen denſitati ſanandae etiam anethinum oleum eſt ſatis, maxime ſi ex viridi anetho fiat. Facit autem et ad tales affectus, ſicuti etiam ad vehementes laſſitudines, et acopum, quod ex abietis ſemine componitur. Id quemadmodum praeparandum ſit, poſt dicetur. Nunc enim vel haec mihi ſupra juſtum appoſuiſſe videor, ſiquidem, qui optimo eſt corporis ſtatu, et liberam delegit vitam, nec in ea quicquam delinquit, et cui peritiſſimus tuendae ſanitatis artifex praeficitur, hunc veriſimile eſt in morboſos affectus non admodum incidere.

Cap. XI. Redeamus igitur rurſus ad primam hypotheſin, relictisque uſtione, refrigeratione, cruditate, ventris profluvio ac reliquis id genus, (ſatius enim eſt in unum ea volumen conjicere, quod de morboſis ſymptomatis inſcribemus,) in praeſenti de iis quae poſt venerem adhibentur exercitiis differamus; quippe quum de his parum conveniat, aliis ita exercitandum ab hac pu-

Ed. Chart. VI. [111.] Ed. Baſ. IV. (253.)

ἀποθεραπευτικὸν, ἐνίων δὲ, ὡς κατὰ τὸ παρασκευαστικόν. ἔστι δὲ δήπου τὸ παρασκευαστικὸν γυμνάσιον οὐδὲ τῇ ποσότητι τῶν κινήσεων ἔλαττον τοῦ συμμέτρου, κατὰ δὲ τὴν ποιότητα συντονώτερόν τε καὶ ὀξύτερον. οἱ μὲν οὖν ἀποθεραπεύειν ἀξιοῦντες, ὥσπερ τοὺς ἀπὸ καμάτου, τήν τε κατάλυσιν τῆς δυνάμεως ὑφορῶνται καὶ τὴν ξηρότητα τοῦ σώματος· ἄμφω γὰρ ταῦτα πάσχομεν ἔπ' ἀφροδισίοις τε καὶ πλήθει τῶν γυμνασίων· οἱ δὲ τῷ παρασκευαστικῷ χρῆσθαι γυμνασίῳ τὴν ἀραιότητα καὶ τὸ εὐίδρωτον, ἅπερ ἐπιτείνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ἀποθεραπευτικῶν, ἐπανορθοῦσθαι δ' ὑπὸ τῶν παρασκευαστικῶν. ἐγὼ δ' ἑκατέρους ἐπαινέσας, ὡς ἑωρακότας ἐκ μέρους τὸ ἀληθὲς, ἐς ταὐτὸν συνθήσω τὰς δόξας αὐτῶν. ὅτι μὲν γὰρ ἀναῤῥῶσαί τε χρὴ τὴν δύναμιν, καὶ σφίγξαι τὴν ἀραιότητα, καὶ μὴ παραυξῆσαι νὴν ξηρότητα, συγχωροῦσιν ἑκάτεροι. λείπει δ' αὖ εἰς διορισμὸς ἀμφοτέροις, ὥσπερ ἐν ταῖς ἐπιπεπλεγμέναις ἁπάσαις διαθέσεσιν ὑφ' ἡμῶν ἔμπροσθεν εἴρηται, ῥηθήσεται δὲ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον. ἐπειδάν γε ἐς ταὐτὸν συναχθῶσι πλείους διαθέσεις,

tantibus, ut in exercitatione, quae apotherapia dicitur, aliis, ut in praeparatoria. Eſt vero praeparatoria exercitatio in quantitate laborum intra modum, et in qualitate ipſa incitatior ac celerior. Ac qui apotherapeutica quidem utendum cenſent, ſicuti in fatigatis, ii tum vires diminutas tum corporis ſiccitatem ſuſpectas habent; quorum utrumque et a concubitu, et ab immodica exercitatione pati conſuevimus. Qui vero praeparatoriam adhibendam volunt, ii raritatem atque ad ſudores promptitudinem praecavent; quae apotherapeutica intendi, e diverſo praeparatoria emendari putant. Ipſe, laudatis utrisque, propterea quod veritatem ex parte viderunt, ſententias eorum in idem conferam. Nam et inſtaurandas vires eſſe, et laxitatem cogendam, nec ſiccitatem adaugendam fatentur utrique. Una diſtinctio deſideratur in utriſque, veluti et in compoſitis omnibus affectibus ſupra a nobis eſt dictum, et nunc nihilominus dicetur. Quum enim in idem varii affectus coierunt, hi ſi unam meden-

Ed. Chart. VI. [111, 112.] Ed. Baſ. IV. (253.)

εἰ μὲν ἕνα τρόπον ἐνδεικνύμεναι θεραπείας, ἐπιτείνεσθαι χρὴ τὸν τρόπον μᾶλλον, ἥπερ εἰ κατὰ μόνας ἑκάστη τῶν διαθέσεων ἦν· εἰ δ' ἐναντιούμεναι, τὰ κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν διάθεσιν ἐπανορθωτέον ἐστὶ πρότερον, [112] οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀμελοῦντας τὸ πάμπαν. ὅσοι μὲν οὖν ἤτοι δι' ἡλικίαν ἢ καὶ ἄλλως ἀσθενεῖς ὑπάρχοντες ἀφροδισίοις ἐχρήσαντο, τούτοις μὲν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπικρατεῖν τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως· ὅσοι δ' ἰσχυρότεροί τε καὶ νέοι, καθάπερ ὁ νῦν ἡμῖν ὑποκείμενος ἐν τῷ λόγῳ νεανίσκος, ἐν τούτοις ἡ τοῦ σώματος ἕξις εἰς ἀραιότητα πλέον, ἥπερ ἡ δύναμις εἰς ἀῤῥωστίαν ἀλλοιοῦται. καὶ τοίνυν ἡ ἐπανόρθωσις οὐ διὰ τῶν ἀραιούντων, οἷόν πέρ ἐστι καὶ τὸ ἀποθεραπευτικὸν γυμνάσιον, ἀλλὰ διὰ τῶν συναγόντων τε καὶ σφιγγόντων, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ παρασκευαστικόν. εἰ δὲ δὴ καὶ ψύξις τις ἐπὶ τοῖς ἀφροδισίοις ἐγγίνεται τοῖς σώμασι, καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν εἴη τῷ παρασκευαστικῷ γυμνασίῳ χρηστέον· ἐπεγείρει γὰρ ἐκεῖνο τὴν θερμότητα τῷ τε τῶν κινήσεων ὄξει καὶ τῷ τόνῳ, καὶ τῷ συνάγειν καὶ σφίγγειν τὴν ἕξιν. ὅτι δὲ καὶ τὴν ἀραιότητα μόνον τοῦτο τῶν γυμνα-

di rationem indicent, utique intendi magis rationem eam conveniet, quam ſi ſinguli ſeorſum conſiſterent. Sin contrarii ſint, is qui vincit affectus prius eſt corrigendus, ita tamen, ne reliquum omnino negligas. Ac qui vel propter aetatem vel etiam alia ratione imbecilles concubuere, in iis virium infirmitas neceſſe eſt ſuperet. Qui vero firmiores et juvenes, veluti qui nunc eſt propoſitus, horum habitus corporis in raritatem magis quam vires in imbecillitatem mutatur. Itaque etiam corriguntur hi non per ea, quae corpus relaxant, qualis eſt exercitatio, quae apotherapia dicitur, ſed per ea, quae cogunt ac contrahunt, qualis eſt praeparatoria. Si vero aliqua etiam refrigeratio poſt venerem corporibus advenit, et propter hoc quoque praeparatoria exercitatione utendum erit, quandoquidem ea non ſolum motus tum celeritate tum robore calorem excitat, ſed etiam habitum cogens ac conſtringens. Illud quoque fatentur gymnaſtae omnes,

Ed. Chart. VI. [112.] Ed. Baſ. IV. (253.)

σίων ἰᾶται, πρὸς ἁπάντων ὁμολογεῖται τῶν γυμναστῶν, ὑπὸ τῆς πείρας δεδιδαγμένων. ὥστ' οὐδὲν ἂν εἴη βέλτιον εἰς τὰ παρόντα τοῦ τοιούτου γυμνασίου. τῆς δὲ ὥρας τοῦ ἔτους ἐπιτρεπούσης, οὐδὲ τῆς ψυχρολουσίας ἀφεκτέον ἐστίν. ἐδέσματα δ' ἔστω πλῆθος μὲν ἐλάττω, τῇ ποιότητι δὲ ὑγρότερα δοτέον, ἵνα καὶ πέψῃ καλῶς αὐτὰ, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἀφροδισίων ἐπανορθώσηται ξηρότητα. χρὴ δ' οὐδὲ ψυχρότερα τὴν κρᾶσιν, ἀλλ' ἤτοι τῆς μέσης ἰδέας, ἢ τῶν θερμοτέρων ὑπάρχειν αὐτά. διότι γὰρ ἐξ ἀφροδισίων ἀραιότερόν τε καὶ ψυχρότερον ἅμα καὶ ἀσθενέστερον καὶ ξηρότερον ἀποτελεῖται τὸ σῶμα, χρὴ δήπου τὰ πυκνοῦντα καὶ θερμαίνοντα καὶ τὴν δύναμιν ἀναῤῥωννύντα προσφέρεσθαι, καὶ τούτους εἶναι τοὺς σκοποὺς ἐπ' αὐτοῖς. ὅτι δὲ αὕτη δύναμίς ἐστιν ἀφροδισίων, οὐ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος λόγου· προὔκειτο γὰρ ἐν αὐτῷ διελθεῖν, ὅπως ἂν κάλλιστα τὸ προκείμενον σῶμα γυμνάζοιτο μετὰ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν, ὅπερ οὐκ ἠδύνατο περανθῆναι καλῶς ἄνευ τοῦ προλαβεῖν ἐξ ὑποθέσεως, ὁποία τίς ἐστιν ἡ ἐν τῷ σώματι

ipſa profecto experientia edocti, hanc unam exercitationem mederi raritati poſſe. Itaque nulla plane ad propoſitum affectum utilior eſt. Si vero anni tempus non diſſuadeat, nec a frigido balneo abſtinendum eſſe cenſeo. Cibus copia quidem dabitur minor, in qualitate vero humidior, ut tum probe concoquatur, tum ſiccitas, quae ex venere contracta eſt, corrigatur. Debet vero nec frigido temperamento eſſe, ſed vel medio, vel calidiore. Nam qnoniam corpus a venere et laxius, et frigidius, et imbecillius, et ſiccius eſt effectum, debent plane, quae denſent, et calfaciant, et vires reparent, adhiberi, atque ad haec ſtudium omne impendi. Caeterum quod efficere haec venus poſſit, id docere ad praeſentem diſputationem non pertinet, in qua propoſitum eſt, quemadmodum optimum corpus quam commodiſſime poſt veneris uſum exercitetur, oſtendere. Quod ſane commode fieri non potuit, niſi prius pro hypotheſi ſumpto, cujuſmodi

Ed. Chart. VI. [112.] Ed. Baſ. IV. (253.)

γινομένη διάθεσις ἐπὶ τοῖς ἀφροδισίοις. ἀλλὰ νῦν μὲν ἐξ ὑποθέσεως, αὖθις δὲ μετὰ ἀποδείξεως εἰρήσεται, τίς τε ἡ δύναμις αὐτῶν ἐστι, καὶ εἰ χρηστέον ὅλως, ἢ μή, καὶ τίνες αὐτῶν ὠφέλειαι καὶ βλάβαι κατά τε τὰς τοῦ σώματος διαθέσεις εἰσὶ, καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τὰς χώρας, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα χρὴ προσδιορίζεσθαι.

Κεφ. ιβ'. Μετὰ μὲν δὴ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν εἶδος ἔστω γυμνασίου τὸ παρασκευαστικὸν ὀνομαζόμενον· ἀγρυπνίας δὲ προσγενομένης, ἢ λύπης, ἢ ἀμφοτέρων, τὶ ἀποθεραπευτικὸν, ὅταν τε χωρὶς ἀπεψίας γεννηθῶσιν, ἐπὶ γὰρ ταῖς ἀπεψίαις οὐδ' ὅλως γυμναστέον. ὅτι δὲ τὸ ἀποθεραπευτικὸν γυμνάσιον ἐπὶ λύπαις τε καὶ ἀγρυπνίαις ἁρμόττει, δηλοῖ μὲν καὶ ἡ πεῖρα· φαίνονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἄλλων γυμνασίων βλαπτόμενοι, πρὸς τῷ μηδ' ἀνέχεσθαι τῶν ἐπιταττόντων, εἰ τύχοιεν ἔτι λυπούμενοι· δηλοῖ δ' οὐχ ἧττον τῆς πείρας καὶ ὁ λόγος. ἐπειδὴ γὰρ ἐπ' ἀγρυπνίαις τε καὶ λύπαις ὁρῶνται λεπτότεροί τε καὶ αὐχμηρότεροι καὶ

affectus ſit, qui ſuccedere in corpore a venere ſolet. Verum nunc id concedi nobis poſtulamus, in ſequentibus cum evidenti demonſtratione dicetur, tum quae veneris facultas ſit, tum prorſus utenda ſit necne, tum quaenam ex ea commoda incommodaque pro corporum ſtatu, et temporis anni ratione, et loco, et aliis id genus, quae utique determinare praeterea oportebit, eveniant.

Cap. XII. Poſt venerem ergo ſpecies exercitationis ea eſto, quam praeparatoriam vocant. Poſt vigilias autem vel triſtitiam, vel ambas, quae apotherapia dicitur, exercitatio idonea eſt, ſi tamen cruditas abſit: nam ſi qua cruditas ſubeſt, omnino exercitandum non eſt. Quod autem poſt triſtitiam et vigilias jam dicta exercitatio ad rem pertineat, etiam experientia ipſa oſtendit, quum ab alia qualibet non ſolum laedi cernantur, ſed etiam imperantes, ſi forte dolor adhuc angit, parum aequo animo ferre. Idem ratio ipſa confirmat non minus, quam experientia. Nam quoniam a vigiliis et triſtitia magis graciles aridioreſque ac minus dicto audientes plane cer-

Ed. Chart. VI. [112. 113.] Ed. Baſ. IV. (253.)

δυσήκοοι γινόμενοι, ξηρότερον ἡγητέον αὐτοῖς εἶναι τὸ σῶμα. τὰς δὲ τοιαύτας διαθέσεις αἵ τε μαλακώτεραι τρίψεις ἐξιῶνται, σὺν ἐλαίῳ πλείονι γιγνόμεναι καὶ λουτροῖς εὐκράτοις, αἵ τε κινήσεις αἱ βραδύτεραί τε καὶ χωρὶς ἰσχυροτέρας τάσεως, ἀναπαύσεσι πλείοσι διειλημμέναι. τρόπος δ' οὗτος ἦν ἀποθεραπευτικοῦ γυμνασίου. [113] κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἐπὶ θυμοῖς ἢ δι' ἔνδειαν ποτοῦ ξηρότητας ἐπανορθωτέον ἐστίν. ἐναντίως δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπανορθοῦσθαι χρὴ τὰς κατὰ τὴν ἕξιν ὑγρότητας, εἴτε διὰ πόμα πλέον, εἴτε δι' ἄλλην τινὰ πρόφασιν ἐγένοντο. σκοπὸς γοῦν δὴ καὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἡ ξήρανσις. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἁπασῶν κοινὸν, ἴδιον δ' ἑκάστης ἐν ταῖς κατὰ μέρος διαφοραῖς. εἰ μὲν οὖν ἐπ' ἀργίᾳ πλείονι καὶ ταῖς τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων ἀμέτροις τε καὶ ἀκαίροις χρήσεσιν ὑγρότης ἐγένετο, μακροτέρας δεῖται τῆς ἐπανορθώσεως· εἰ δ' ἐπὶ ποτῷ πλείονι, κατὰ τὴν προτεραίαν ἡμέραν γεγονότι, χωρὶς τοῦ πεπονθέναι τὴν κεφαλὴν ἢ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, ἐν μιᾷ δυνατὸν ἡμέρᾳ

nuntur, ſiccius exiſtimandum eſt his redditum eſſe corpus. Ejuſmodi vero affectus partim molli frictione cum multo oleo, partim temperato balneo ſanantur, partim motu, ſed qui et tardus ſit, et citra valentiorem nixum, ac qui ſubinde quietem interponat. Is vero apotherapeutici exercitii modus erat. Ad eundem modum eae, quae ab ira vel potus penuria ſiccitates ſiunt, corrigendae ſunt. Contraria prorſus a jam dictis ratione, quae ſunt in habitu corporis humiditates, emendare convenit, ſive hae nimiae potionis, ſive alia quavis occaſione inciderint, quippe ſcopus in his ad ſiccationem dirigitur. Verum ea communis omnium ratio eſt, membratim enim unicuique differentiae ſua eſt. Igitur ſi ex longiore deſidia et humectantis alimenti immodico intempeſtivoque uſu contracta humiditas eſt, longiore correctione eſt opus: ſin ex liberaliore potu, qui pridie ſit hauſtus, citra ullum capitis aut oris ventris affectum conſtiterit, eam vel unico die

Ed. Chart. VI. [113.] Ed. Baſ. IV. (253. 254.)

τελέως ἐξιάσασθαι, πλεονάσαντας μὲν ἐν ταῖς ξηραῖς τρίψεσι, γυμνάσαντας δ' ὀξύτερον, ἐλάττονι δὲ ποτῷ χρησαμένους ἐδέσμασί τε ξηραντικωτέροις. ὡς ὅσαι γε μετὰ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἢ τὸν στόμαχον ἀπολαῦσαί τι τῆς (254) ἐξ οἴνου βλάβης ὑγρότητές εἰσι περιτταὶ, τοῦ νῦν ἐνεστῶτος οὐ δέονται λόγου· ῥηθήσεται γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τοῖς τῶν νοσωδῶν συμπτωμάτων. αἱ δ' ἐπ' ἀργίᾳ πάνυ μακροτέρᾳ τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἂν γένοιντό ποτε κατὰ τὴν προκειμένην διάθεσιν, ὥσπερ οὐδ' αἱ διὰ πλῆθος ἐδεσμάτων ὑγρῶν τῇ φύσει, οἷαί περ αἱ πλεῖσται τῶν ὀπωρῶν εἰσι καὶ τῶν λαχάνων ὅσα μὴ δριμέα. γενομένας δ' αὐτὰς ἀθρόως μὲν οὐχ οἷόν τε θεραπεύειν· εἰ γὰρ εἰς τοσοῦτον πονήσειεν ὁ ἄνθρωπος, ὡς αὐτάρκως ξηρᾶναι τὴν ἕξιν, ἀλώσεται κόπῳ καὶ πυρέξει πυρετὸν μὲν ἐφήμερον πάντως, ἂν δὲ καὶ μοχθηραὶ τύχωσιν ὑγρότητες ὑπάρχουσαι, πλειόνων ἡμερῶν· ἐν χρόνῳ δ' ἂν ἐπανορθωθεῖεν, ὡς ὕστερον εἰρήσεται κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἐν ᾧ τὰς μοχθηρὰς κράσεις ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλοιοῦμεν. ὁμοία γὰρ ἡ πρόνοια τῶν ἐπικτήτων δια-

perſanes licet, ſi ſicca frictione largius, et exercitatione veloci, et parciori potu, et ſicciore cibo utare. Quippe quae immodicae ex vini potione humiditates conſiſtunt, ſi ex ea re noxa capiti aut ori ventris communicata eſt, de his agi hoc loco opus non eſt; dicetur enim de ipſis, quum de morboſis ſymptomatis tractabitur. Quae vero humiditas ex diutina admodum deſidia naſcitur, haec in propoſitum corporis ſtatum omnino non cadat aeque, ut nec ea, quae ex humectantis natura cibi copia gignitur, quales fructuum plurimi ſunt, itemque olerum quae utique acria non ſunt; ſi quando tamen acciderint, ſemel et confertim corrigi non poſſunt. Nam ſi eatenus ſe fatigaverit homo, donec habitum abunde ſiccaverit, in laſſitudinem incidet, ac febricitabit omnino diaria febri; quod ſi vitioſae praeterea humiditates fuerint, etiam febri, quae in plures extendatur dies. Tempore vero ſanari poſſunt, ut poſt dicemus, ubi vitioſas intemperies vertere in melius docebimus; quippe ſimilis providentia

Ed. Chart. VI. [413.] Ed. Baſ. IV. (254.)

θέσεών ἐστι καὶ τῶν φυσικῶν δυσκρασιῶν, ὥστ' οὐδὲν χρὴ τὸ νῦν εἶναι περὶ αὐτῶν διεξέρχεσθαι.

Κεφ. ιγ'. Λείπεται οὖν ἔτι περὶ τῶν ἑωθινῶν τε καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν τρίψεων διελθεῖν, οὐ μὰ Δί' οὕτως, ὡς φασὶν ἀποκρίνασθαι Κόϊντον ἐρομένῳ τινὶ γυμναστῇ, τίνα δύναμιν ἔχει τὸ ὑποσυγχρίεσθαι, φάμενον ἀφανίζειν τὰ ἱμάτια. τούτοις γὰρ τοῖς ὀνόμασιν, οἷς ἐγὼ νῦν ἐχρησάμην, ἐρέσθαι τε λέγουσι τὸν γυμναστὴν, ἀποκρίνασθαί τε τὸν Κόϊντον. ὅμοιόν τι τοῦ Κοΐντου περιφέρεται ἀπόφθεγμα, τό τε περὶ τῶν οὔρων, ὡς γραφέως ἐστὶ καταμανθάνειν αὐτά, καὶ τὸ περὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, ὅτι βαλανείων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων. ἃ ἐγὼ μὲν ἂν δοίην, μὴ ὅτι Κόϊντον, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀπὸ Θεσσαλοῦ τινα φθέγξασθαι· βωμολοχικὰ γὰρ ἅπαντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα κομψεύματα καὶ οὐδαμῶς ἀνδρὶ προσήκοντα σεμνῆς οὕτω τέχνης ἐπιστήμονι. βέλτιον οὖν ὑπὲρ μὲν τῆς ἑωθινῆς ἀνατρίψεως ὕστερον ἐπισκοπεῖσθαι κατά γε τὸ προκείμενον ἐν τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ σῶμα. τοῦτο γὰρ ἤτοι

acquiſititii affectus eſt et naturalis intemperiei, quare nunc de ipſis differere non oportet.

Cap. XIII. Reliquum igitur eſt, ut de matutina veſpertinaque frictione agamus, non ad eum tamen modum, quo Quintum reſpondiſſe dicunt, quum percunctanti gymnaſtae, quam unctio vim haberet, reſpondit, *Veſtis ſubmovendae:* iiſdem enim quibus nunc uſus ſum verbis tum gymnaſten rogaſſe, tum Quintum reſpondiſſe ferunt. Simile Quinti apophthegma eſt et quod de urinis circumfertur, nempe eas noſſe ad pictorem pertinere: etiam illud, quod de calido, frigido, humido et ſicco ajunt, utique balnearum ea eſſe nomina. Quae ipſe ſane nemini vel Theſſali aſſectatorum impune dicere, nedum Quinto permiſerim; quippe ſcurrarum ejuſmodi facetiae ſunt, haudquaquam hominis tam gravem artem profitentis. Satius igitur ſit in propoſito corpore ad hunc modum de matutina frictione differere. Is namque aut ex ſomno

Ed. Chart. VI. [113. 114.] Ed. Bas. IV. (254.)

παντάπασιν ἄμεμπτόν ἐστι μετὰ τοὺς ὕπνους, ἢ τινι τῶν κοπωδῶν ἐνέχεται διαθέσεων, ἢ καὶ τῶν ἄλλων τινὶ, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐν ταῖς κοπώδεσιν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἄχρι τοῦ δεῦρο διῆλθον. εἰ μὲν οὖν ἄμεμπτον ὑπάρχει, περίεργόν ἐστιν ἀνατρίβειν ἢ ἀλείφειν αὐτὸ, πλὴν εἴ ποτ' ἀναγκαῖον εἴη συνεχθῆναι κρύει κρατερῷ· τηνικαῦτα γὰρ, ὡς τοὺς μέλλοντας ψυχρολουτρεῖν, οὕτω καὶ τούτους τῇ τρίψει παρασκευάσομεν. εἰ δέ τις αἴσθησις εἴη κόπου, λέλεκται [114] καὶ πρόσθεν, ὡς ἀλείφειν τε χρὴ τηνικαῦτα καὶ ἀνατρίβειν μαλακῶς. οὕτω δὲ καὶ εἰ ξηρότερόν γ' εἴη πλείω τοῦ δέοντος, ἀλειπτέον μὲν ἔλαίῳ γλυκεῖ, τέγγει γὰρ τοῦτο τὸν ξηρὸν χρῶτα, τριπτέον δ' ἐλάχιστα μὲν, ἀλλὰ μήτε σκληρᾷ τρίψει, μήτε μαλακῇ. προτρέψαι γὰρ μόνον δεόμεθα τὴν ἀνάδοσιν, οὔτε δ' ἀλλοιῶσαι τοῦ δέρματος ἢ τῆς σαρκὸς τὴν ἕξιν, οὔτε διαφορῆσαί τι τῶν περιεχομένων ἐν αὐτοῖς. ἐργάζεται δὲ ἄμφω μὲν ἡ μαλακὴ, θάτερον δὲ ἡ σκληρὰ τρίψις, εἴ γε δὴ πυκνοῖ μὲν αὕτη καὶ σκληρύνει τὸ δέρμα, διαφορεῖ δ' ἡ μαλακὴ καὶ ἀραιὸν

aliquid, de quo queri poſſit, non ſentit, aut laſſitudinis affectu premitur aliquo, aut alio quopiam eorum, de quibus paulo ante ſtatim poſt laſſitudinis affectus hactenus differui. Ac ſi de nulla quidem re conqueritur, ſupervacuum eſt eum fricare aut ungere, niſi ſi quando ingenti frigori occurrendum videtur. Tum namque, veluti qui frigida ſunt uſuri, ſic eos quoque frictione praeparabimus. Si vero laſſitudinis ſenſus ullus appareat, jam dictum eſt, hominem tum et ungendum eſſe, et molliter fricandum. Simili ratione, ſi ſiccior juſto ſit, ungendus dulci oleo eſt, nam id ſicca corpora humectat, fricanduſque ut omnino parciſſime, ita nec duriter nec molliter eſt. Quippe ſuccurrere digeſtioni in corpus oportet, non cutis carnisve habitum mutare, neque etiam eorum, quae in his continentur, quicquam educere; quorum mollis utrumque, dura alterum facit, ſiquidem haec cutem denſat duratque, mollis per halitum evocat, ac corpus laxum molleque

Ed. Chart. VI. [114] Ed. Baſ. IV. (254.)

καὶ μαλακὸν ὑπεργάζεται τὸ σῶμα. πύκνωσιν μέντοι τοῦ δέρματος ἐπανορθώσασθαι βουλόμενοι, τὴν μὲν ἐπὶ ταῖς σκληραῖς ἀνατρίψεσι, καὶ λαβαῖς, καὶ σφοδρῷ γυμνασίῳ, καὶ κόνει πολλῇ γεγενημένην, ἐλαίῳ θαψιλεῖ καὶ γλυκεῖ χρώμενοι, μαλακῶς ἀνατρίψομεν, τὴν δ' ἐπὶ τῇ ψύξει, πρώτως μὲν ταῖς ξηραῖς τε ἅμα καὶ ταχείαις ἀνατρίψεσι, δευτέρως δὲ ταῖς δι' ἐλαίου θερμαίνοντες, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάξομεν. ἀραιότητα δὲ τὴν ἐπί τε λουτροῖς πλείοσι καὶ τρίψεσι μαλακαῖς ἀφροδισίων τε χρήσεσι γεγενημένην, ὀλίγαις μὲν ταῖς ξηραῖς ἀνατρίψεσιν, ὀλίγαις δ' ἐφεξῆς αὐτῶν ταῖς σὺν ἐλαίῳ τινὶ τῶν στυφόντων ἰασόμεθα. τὰς δ' ἐπὶ πλέοσι ποτοῖς ὑγρότητας αἱ ξηραὶ μόναι θεραπεύουσι, διά τε σινδόνων ἢ χειρίδων ἐπιτελούμεναι, καὶ αὐτῶν μόνων ἐνίοτε τῶν χειρῶν, ἢ χωρὶς λίπους παντὸς, ἢ σὺν ἐλαχίστῳ τινί. ἔστω δὲ τὸ ἔλαιον τοῦτο γλυκὺ, ἵν' ᾖ διαφορητικὸν, ἁπάσης ἀπηλλαγμένον στυφούσης ποιότητος. ᾧδε μὲν ἔχει περὶ τῆς ἑωθινῆς ἀνατρίψεως. ἡ δ' εἰς ἑσπέραν

efficit. Verum cutis denſitatem corrigere ſi ſtudes, utique ei, quae ex duris tum frictione, tum pertractione, praeterea vehementi exercitatione et multo pulvere orta eſt, mollis frictio cum copioſo et dulci oleo medetur. Quae vero contracta ex frigore eſt, eam primum frictione ſicca ac celeri, deinde cum oleo adhibito calfacientes, naturae ſuae reſtituemus. Laxitatem vero, quae et frequens balneum, et mollem frictionem, et veneris uſum conſequuta eſt, paucula frictione, primum quidem ſicca, deinde cum oleo quopiam eorum, quae adſtringant, ſanaveris. Humiditatem vero, quae nimiae potioni ſucceſſit, ſicca frictio et cum linteo adminiſtrata, vel cum manica, interdum etiam ſolis manibus, idque vel citra omne pingue, vel cum eo plane exiguo, corrigit. Sit autem, quo per halitum evocet, oleum ipſum dulce, omniſque adſtringentis facultatis expers. Atque ita quidem ſe habet matutina frictio. Veſpertina vero iis utilis eſt, quos vel laſſitudo

Ed. Chart. VI. [114.] Ed. Bas. IV. (254.)

ἤτοι κοπώδεσιν ἱκανῶς ὑπάρχουσιν, ἢ κατεξηρασμένοις, ἢ ἀτροφοῦσιν ἐπιτήδειος. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἀτροφίας σύμπτωμα τό γε νῦν ἐξαιρείσθω τοῦ λόγου, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων νοσωδῶν συμπτωμάτων ἑξῆς προχειρισθησόμενον. ἐπὶ δὲ τῆς ὑποκειμένης φύσεως, ὅταν ἤτοι κόπος ἰσχυρὸς, ἢ ξηρότης τις ἄμετρος ὑπάρχῃ κατὰ τὸ σῶμα, τὸ μὲν ἄριστον ἔλαττον γιγνέσθω, πλείων δ' ὁ μεταξὺ χρόνος ἄχρι τοῦ δείπνου, τὰ πολλὰ δ' ἐφ' ἡσυχίας· ὀλίγον δέ τι καὶ περιπατείτωσαν, ὡς ὑποκαταβῆναι τὰ σιτία ταῖς ὀρθίαις κινήσεσι κατασεισθέντα· βέλτιον δὲ καὶ εἰ ἀποπατῆσαι δυνηθεῖεν. τούτων γὰρ ἁπάντων καλῶς γενομένων ἀκίνδυνον ἀνατρίβειν ἐλαίῳ γλυκεῖ, μὴ πάντῃ τῆς γαστρὸς ἐφαπτόμενον· εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος αὐτά τε τὰ σιτία πεφθῆναι χεῖρον, ἀναδοθῆναί τέ τινα χυμὸν ἐξ αὐτῶν ἡμίπεπτον, ἐπιθολωθῆναί τε τὰς κεφαλὰς, ἀνατραπῆναί τε τὸν στόμαχον. ἄριστον μὲν οὖν ἐστι τὸ μηδ' ὅλως ἅπτεσθαι τῆς γαστρός· ἢν δέ ποτε τῶν ἀμφ' αὐτὴν μυῶν ἤτοι κοπώδης τις αἴσθησις, ἢ πλείων φαίνοιτο ξηρότης, ἀλείφειν τὰ μέτρια

valida premit, vel ficcitas male habet, vel atrophia macerat. Verum atrophiae ſymptoma nunc praeſertim ſeponatur una cum reliquis morboſis ſymptomatis, quae poſt tractabuntur. In propoſita vero natura, quum vel valida laſſitudo, vel immodica ficcitas corpus afficit, prandium minus eſto; tum ab eo ad coenam longius interponatur tempus; plurimum quieſcat; exiguum tamen quippiam inambulet, quo cibus per erectam agitationem concuſſus ſubſidat; utilius etiam ſit, ſi et alvum exonerare poſſit. His etenim probe peractis, ſecurus oleo dulci frices, ventrem tamen omnino non contingas, quum alioqui periculum ſit, ne et cibum deterius concoquat, et ſuccus quiſpiam ex eo ſemicrudus in corpus digeratur, et caput turbetur, et ſtomachus ſubvertatur. Optimum igitur fuerit omnino ventrem non attingere. Quod ſi in muſculis ei vicinis vel laſſitudinis ſenſus aliquis, vel ficcitas appareat major, ungi debebunt mediocriter et blande.

Ed. Chart. VI. [114.] Ed. Baſ. IV. (254.)

πρόῳς ἐφαπτομένην. εἰ δὲ καὶ τὰς αἰτίας τις ἀκοῦσαι παθεῖ τῶν εἰρημένων, τὸν ἑξῆς ἀναμένοι λόγον, ἐν ᾧ περὶ τῶν νοσωδῶν συμπτωμάτων διερχόμεθα· νυνὶ μὲν γὰρ ἤδη μοι δοκῶ μέγεθος αὔταρκες ἔχειν τὸν ἐνεστῶτα.

Ac ſi cauſas quiſpiam eorum, quae diximus, reddi ſibi cupit, proximum librum legat, in quo de morboſis ſymptomatis agemus; nam hunc mihi videor ſatis hactenus extendiſſe.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΓΙΕΙΝΩΝ ΛΟΓΟΣ Δ.

Ed. Chart. VI. [115.] Ed. Baſ. IV. (255.)

Κεφ. α'. Οὐχ ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἐν τοῖς σοφιστικοῖς ζητήμασι κατατρίψαντες τὸν χρόνον, ἤτοι διὰ βραχέων ἐπιτρέχουσι τὸν περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων λόγον, ἢ καὶ παντάπασι παραλείπουσιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιήσομεν, ἀλλ', ὅπερ ἀπ' ἀρχῆς ἐνεστησάμεθα, τὸ χρήσιμον αὐτὸ διερχόμενοι, τὰ λογικωτέραν ἔχοντα τὴν ἐπίσκεψιν εἰς ἕτερον ἀναβαλούμεθα καιρόν. αὐτίκα γέ τοι περὶ τῶν τοσωνδῶν συμπτωμάτων, ὑπὲρ ὧν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ πρόκειται διελθεῖν, οὐ μικρὰ ζήτησίς ἐστι, πότερον ἐκ τῆς ὑγιεινῆς

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER QVARTVS.

Cap. I. Quod plerique recentiorum medicorum faciunt, qui, dum tempus ſophiſtarum cavillationibus terunt, quod maxime neceſſarium eſt, aut leviter tantum attingunt, aut prorſus omittunt, id ipſe non faciam, ſed (quod ab initio inſtitui) ei, quod neceſſarium duxi, inſiſtens, quae logicam magis ſpeculationem habent, in aliud tempus differam. Statim enim de morboſis ſymptomatis, de quibus hoc libro diſſerere ſtatui, non levis quaeſtio oritur, eane ad valetudinis tuendae artem ſpectent,

Ed. Chart. VI. [115.] Ed. Baſ. IV. (255.)

ὑπάρχει πραγματείας, ἢ ἐκ τῆς θεραπευτικῆς, ἢ τούτων μὲν οὐδετέρας, ἄλλης δέ τινος ἀμφοῖν τρίτης, ἣν οὖν καὶ μέσην ὑγείας τε καὶ νόσου τίθενταί τινες οὐδετέραν ὀνομάζοντες. ἐγὼ δ' ἐπιστάμενος μὲν, ὡς, εἴτ' ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς τις, εἴτ' ἐν τοῖς θεραπευτικοῖς αὐτῶν μνημονεύσειεν, ὁμοίως ὑπὸ τῶν σοφιστῶν ἐπηρεασθήσεται, γινώσκων δ' οὐδὲν ἧττον, ὡς, εἰ καὶ τρίτης τις αὐτοῖς ἀναθείη γενέσθαι πραγματείας, ὑπὲρ τῶν οὐδετέρων διαθέσεων ἐπιγράψας, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιγελάσονται, καὶ τωθάσουσι, καὶ ἐρήσονται, περὶ τῶν ἀῤῥενικῶν καὶ θηλυκῶν ἐν ποίᾳ πραγματείᾳ διδάσκομεν, εἱλόμην ἐν τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ διελθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. εἰ γὰρ ἀδύνατον μέν ἐστιν ἐκφυγεῖν τῶν σοφιστῶν τὴν γλωσσαλγίαν, ἔλαττον δ' ἐπηρεάσουσιν οὕτω πραξάντων, ἄμεινον ἴσως ἐστὶν οὕτω ποιεῖν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἄν τις ἐξ αὐτῆς τῆς θεωρίας ἐπιγνοίη τὴν κοινωνίαν τῆς διδασκαλίας, εἰ προσέχοι τὸν νοῦν ἀκριβῶς τοῖς λεχθησομένοις, ὧν ἀρκτέον ἐνθένδε. τῆς ὑγιεινῆς ἐπιστήμης οὐ φαυλότατόν ἐστι μόριον ἡ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνη·

an ad eam, quae medendi rationem praeſcribit, an harum neutram, ſed tertiam quandam, quam nonnulli mediam ſanitatis et morbi ſtatuunt, neutramque appellant. Ego haud ignarus, ſive quis in ſanitatis tuendae, ſive etiam in medendi arte eorum meminerit, fore, ut aeque a cavillatoribus ſugilletur, illud quoque intelligens, etiamſi quis tertiam tractationem his addiderit, de neutris eam affectionibus inſcribens, vel magis irriſuros contumelioſoſque futuros, praeterea quaeſituros, de morbis aut ſymptomatis ad mares aut foeminas pertinentibus in quonam opere praecipiam, in hoc volumine de his agere potiſſimum elegi. Si enim fieri nequit, ut ſophiſtarum nugas devitem, atque hac ratione minus erunt importuni, utique ſic faciens melius conſuluiſſe videbor. Huc accedit, quod ex ſpeculatione ipſa magis intelligetur ipſa doctrinae communio, ſi quis illa, quae dicentur, attentius legat. Ea hinc aggrediar. Artis, quae valetudinem tuetur, non levis portio eſt ea, quae de exercitatione prae-

Ed. Chart. VI. [115. 116.] Ed. Baſ. IV. (255.)

ταύτης δ' αὐτῆς οὐ σμικρὰ μοῖρα τὸ φυλάξασθαι κόπους. ἐδείχθη δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ὁμοία [116] τίς ἐστιν ἥ τε προφυλακὴ τῶν ἐσομένων κόπων καὶ ἡ ἐπανόρθωσις τῶν ἤδη γεγονότων. οὔκουν ἑτέρωθι μὲν ἐχρῆν ἐκδιδάσκειν, ὅπως χρὴ φυλάττεσθαι κόπους, ἑτέρωθι δ', ὅπως εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν προσήκει τοὺς ἤδη γεγονότας. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι, τρίτῳ τῆς ὅλης πραγματείας ὄντι, περὶ τῶν ἐπὶ γυμνασίων κόπων ὁ λόγος ἡμῖν ἐγένετο μετὰ καὶ τοῦ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπιμνησθῆναι διαθέσεων, ὧν ἔνιαί τινες ἐπὶ γυμνασίοις ἐγίγνοντο μάλιστα. νυνὶ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἐροῦμεν, ἐπειδὰν ἄνευ γυμνασίων γίγνωνται· δεύτερον δὲ καὶ περὶ τῶν ὁμοειδῶν αὐτοῖς.

Κεφ. β'. Ὁ μὲν οὖν ἐπὶ γυμνασίοις ἀμέτροις γιγνόμενος κόπος ὑγιεινόν τι σύμπτωμά ἐστιν, ὁ δὲ τούτων χωρὶς νοσῶδες. ὥστε καὶ Ἱπποκράτει δοκεῖν κάλλιστα εἰρῆσθαι· κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους. ἡ μὲν οὖν ἑλκώδης αἴσθησις

cipit; hujus rurſus non exigua pars eſt, quae laſſitudines praecavet. Porro monſtratum in ſuperioribus eſt, ſimilem rationem eſſe inſtantis laſſitudinis cavendae, et ejus, quae jam occupavit, ſummovendae. Ergo non alibi, quemadmodum hanc futuram vites, alibi, quemadmodum jam factam emendes, tractandum eſt. Atque hac quidem de cauſa in proximo libro, qui totius operis tertius eſt, de laſſitudine, quae exercitationi ſupervenit, diſputatum erat, ſimul habita mentione de ſimilibus affectibus, quorum aliqui exercitationes maxime ſequebantur. Nunc primum quidem de his, prout citra exercitationem incidunt, agemus; ſecundo loco de illis, quae ſimilitudinem quandam cum his habent.

Cap. II. Ac quae immodicas quidem exercitationes laſſitudo excipit, ſanorum ſymptoma eſt, quae vero ſine his conſiſtit, morboſum. Itaque et ab Hippocrate dictum rectiſſime videtur: *Laſſitudines ſponte natae morbos nunciant.* Atque ulceroſus quidem ſenſus ſymptoma las-

Ed. Chart. VI. [116.] Ed. Baſ. IV. (255.)

σύμπτωμά ἐστι κοπῶδες. ἡ δ' αἰτία, δι' ἣν αὕτη γίγνεται, διάθεσίς ἐστι κοπώδης. ἡ δὲ καὶ ταύτης αὐτῆς αἰτία διττὴν ἔχει τὴν διαφοράν· ἤτοι κατ' αὐτὸ τοῦ ζώου τὸ σῶμα περιεχομένη, καὶ ὀνομάζεται τηνικαῦτα προηγούμενον αἴτιον, ἢ μηδ' ὅλως ἐνυπάρχουσα, καὶ καλεῖται προκαταρκτικὸν αἴτιον. ὡς εἶναι μὲν τρία τὰ σύμπαντα γένη, περὶ ὧν ἡμῖν ἐνέστηκε λόγος, τό τε σύμπτωμα τὸ κοπῶδες, καὶ τὴν διάθεσιν τὴν κοπώδη, καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῆς, ἑκάστου δ' αὐτῶν εἰδικάς τινας ὑπάρχειν διαφοράς· ἐν μὲν ταῖς αἰτίαις, ὡς εἴρηται νῦν δή, τὴν προηγουμένην καὶ τὴν προκατάρχουσαν, ἐν δὲ ταῖς διαθέσεσιν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ δέδεικται, τὴν ἑλκώδη, καὶ τὴν τονώδη, καὶ τὴν φλεγμονώδη, καὶ μέντοι κἂν τοῖς συμπτώμασι τρεῖς τὰς αὐτάς. ὀνομάζειν οὖν ἔξεστιν, εἰ βούλοιτό τις, ἑτέρως· οὔτε δὲ πλείω τῶν εἰρημένων λέγειν τε καὶ ποιεῖν ἔξεστιν, ἀληθεύειν γε βουλομένοις, οὔτε πλείους διαφορὰς τῶν λελεγμένων. ὁ μὲν οὖν ἑλκώδης κόπος (ἀρκτέον γὰρ ἀπὸ τοῦδε) κινουμένοις αἴσθησιν ἀνιαρὰν ὡς ἑλκουμένου φέρει τοῦ σώματος,

ſitudinis eſt, cauſa vero, unde ea naſcitur, affectus laſſitudinis eſt. Porro hujus rurſum ipſius cauſa biſariam ſcinditur: aut enim intra ipſum animalis continetur corpus, vocantque antecedentem, aut omnino non ineſt, vocantque evidentem. Itaque tria in univerſum genera ſunt, de quibus habendus ſermo eſt, ipſius laſſitudinis ſymptoma, affectus, unde hoc oritur, et affectus ipſius cauſa. Cujuſque vero horum ſpecies quaedam differentes ſunt. Cauſarum (ut modo diximus) externa et antecedens. Affectus (ut in praecedente libro docuimus) is, qui ulceris, et qui tenſionis, et qui phlegmones ſenſum invehit. Symptomatis vero hae ipſae ſcilicet tres differentiae; aliter tamen, ſi cui placuerit, nominare licet; non licet autem, ſi vera ſaltem dicere velit, jam dictis plura tum aſtruere, tum facere, neque etiam plures, quam dictae ſunt, differentias. Quae igitur ulceris ſenſum facit laſſitudo, (incipiendum enim ab hac eſt,) motis quidem gravem excitat ſenſum, ceu corpus ulceretur, idque vel

Ed. Chart. VI. [116.] Ed. Baſ. IV. (255.)

ἤτοι κατὰ τὸ δέρμα μόνον, ὅταν ᾖ μετριώτερον, ἢ κατὰ τὰς ὑποκειμένας αὐτῷ σάρκας, ὅταν γένηται σφοδρότερον, ἢ κατὰ τὸ συναμφότερον, ἐπειδὰν ἰσχυρότερον ᾖ. καὶ τοῦτο μέν ἐστι τὸ κοπῶδες σύμπτωμα. διάθεσις δὲ κοπώδης, ἐφ' ᾗ γίνεται τὸ σύμπτωμα, δριμύτης ὑγρῶν ἐστι λεπτῶν καὶ θερμῶν, ὡς διαβιβρώσκειν τε καὶ κεντᾶν καὶ νύττειν τὰ σώματα. γίνεται δὲ αὕτη ποτὲ μὲν ἐπὶ ταῖς ἀμέτροις κινήσεσιν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου δέδεικται λόγῳ, ποτὲ δ' ἐπὶ κακοχυμίᾳ τινὶ λεληθότως ὑποτραφείσῃ, καὶ τοὺς τοιούτους κόπους αὐτομάτους Ἱπποκράτης ὀνομάζει. τὸ δ' ἕτερον γένος τοῦ κόπου τὸ τονῶδες, ὅταν αὐτόματον συνιστῆται, ταῖς καλουμέναις πληθώραις ἕπεται. διατείνεται γὰρ ἐν ταύταις τὰ στερεὰ τοῦ ζώου μόρια, καὶ μάλιστα ἐν οἷς οἱ χυμοὶ περιέχονται. τὸ δὲ τρίτον τοῦ κόπου γένος τὸ φλεγμονῶδες ἐπὶ πληθώρᾳ τε ἅμα καὶ τῇ προειρημένῃ γίνεται κακοχυμίᾳ. οὐ γὰρ δὴ πᾶν εἶδος κακοχυμίας, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ἐν ᾧ δριμύτης ἐστὶ δακνώδης, ἐργάζεται τὸν ἑλκώδη κόπον· οὐδ' οὖν οὐδ' αὐτό, κατὰ τὰς φλέβας

circa cutim tantum, utique quum eſt moderatior, vel circa ſubjectam illi carnem, quum eſt valentior, vel circa utramque, quum adhuc eſt atrocior. Atque hoc quidem eſt laſſitudinis ſymptoma; affectio vero, ex qua id naſcitur, acrimonia eſt tenuis et calidi humoris, qui corpus erodit, ſtimulat ac pungit. Oritur haec aliquando ex immodico motu, ut in proximo libro oſtendimus, aliquando ex vitioſo ſucco, qui imprudentibus nobis in corpore ſuccrevit. Tales vero laſſitudines ſpontaneas Hippocrates appellat. Alterum vero laſſitudinis genus (nempe in quo tenſio ſentitur), quoties ſua ſponte incidit, plethoris ſupervenit; quippe tenduntur in his ſolidae animalis partes, praecipue in quibus ſucci continentur. Tertium laſſitudinis genus, quod phlegmones ſenſum affert, ex ambobus oritur, tum nimia boni ſucci abundantia, tum praedicto vitioſo ſucco. Non enim quaevis mali ſucci ſpecies, ſed tantum in qua rodens acrimonia continetur, ulceroſam laſſitudinem creat; ſed nec ejuſmodi

Ed. Chart. VI. [116. 117.] Ed. Baſ. IV. (255.)

ἀναμεμιγμένον τῷ αἵματι, λανθάνει γὰρ αὐτῆς ἡ δύναμις τηνικαῦτα, διαῤῥεούσης τε ἅμα καὶ νικωμένης ὑπὸ τῆς τοῦ αἵματος χρηστότητος, ἀλλ' ὅταν εἴς τε τὰς σάρκας καὶ τὸ δέρμα με[117]ταληφθεῖσα μόνη στηριχθῇ, τὴν ἕλκώδη διάθεσίν τε καὶ αἴσθησιν ἐπιφέρει. ὅσοι δὲ πλήθους ἔκγονον ὑπάρχειν οἴονται τὸν κόπον τοῦτον, σφάλλονται, οὔτε γὰρ τοῦ τοιούτου πλήθους, ὃ δὴ καὶ πληθώραν ὀνομάζουσι, (τὸν τονώδη γὰρ κόπον ἐκεῖνο ἐργάζεται,) οὔτε τοῦ τὴν δύναμιν βαρύνοντος, οὐ γὰρ δῆξις οὐδὲ ἕλκωσις, ἀλλ' ἤτοι βάρος τε καὶ δυσκινησία τοῦ τοιούτου πλήθους ἐστὶ συμπτώματα, τὴν ψυχικὴν βαρύνοντος δύναμιν, ὅταν ὡς πρὸς ταύτην ὑπάρχῃ πλέον, ἢ κακοσφυξίαι τινὲς, ὅταν πρὸς τὴν ζωτικήν. εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν αὐτάρκως ἐν τῷ περὶ σφυγμῶν, ὥσπερ γε κἀν τῷ περὶ πλήθους βιβλίῳ τὰ γνωρίσματα τῆς φυσικῆς δυνάμεως εἴρηται βαρυνομένης ἅμα τοῖς τῶν ἄλλων ἀμφοτέρων. οὔκουν τὸ πλῆθος αἴτιόν ἐστι τοῦ τὴν ἕλκώδη φέροντος αἴσθησιν κόπου, ἀλλ' ἡ τῶν ἐν τῷ δέρματι καὶ τῇ σαρκὶ περιεχομένων ὑγρῶν δριμύτης.

quidem ſuccus, dum in venis cum ſanguine miſcetur, latet enim tum ejus vis, utpote tranſfluentis et a ſanguinis bonitate ſuperati, verum quum ab his translatus in carnibus et ad cutem ſolus haeret, ulceroſum affectum et ſenſum tunc infert. Qui vero plenitudinis ſobolem hanc laſſitudinem eſſe putant, falluntur; nam neque ejus copiae, quam plethoram dicimus, (haec enim tenſivam laſſitudinem gignit,) neque ejus, quae vires gravat; non enim eroſio, aut ulceris ſenſus, ſed vel gravitas et ad motus ſegnities talis ſunt plenitudinis ſymptomata, utique dum ad animales collata vires eas ſuperans premit, vel pulſus quaedam vitia, ſi quando vitalem urget: de quibus dictum abunde eſt in iis, quae de pulſu ſcripſimus, aeque ut in libro, quem de plenitudine inſcripſimus, etiam notas naturalium facultatum, quum premuntur, et reliquarum ambarum tradidimus. Non eſt igitur plenitudo ejus laſſitudinis, quae ulceris ſenſum prae ſe fert, cauſa, imo humorum, qui in cute et carne continentur, acrimonia.

Ed. Chart. VI. [117.] Ed. Bal. IV. (255. 256.)

αὕτη γὰρ, ἐπειδὰν μὲν ἡσυχάζουσα περικέηται, διαλανθάνει τὴν αἴσθησιν, εἰς κίνησιν δ' ἀφικομένη παραχρῆμα γνωρίζεται. κίνησις δ' αὐτῇ πρώτη μὲν καὶ μάλιστ' ἐγγίνεται κατά τινας οἰκείους λόγους, οὓς ἑξῆς ἐροῦμεν, ἑτέρα δὲ κατὰ συμβεβηκός, ἐπειδὰν ἡμεῖς αὐτοὶ προελόμενοι κινῆσαί τι μέρος ἢ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα σὺν ἐκείνῳ καὶ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῷ κινήσωμεν ὑγρότητας. ἀλλ' ἡ μὲν τοιαύτη κίνησις ἐλαχίστη ἐστὶ, καὶ τὴν κοπώδη μόνην αἴσθησιν ἐπιφέρει, ἡ δὲ σφοδροτέρα ῥίγους ἐστὶν αἰτία, ἡ μέση δ' ἀμφοῖν φρίκης. ὅτι δ' οὐδὲν κωλύει, κἂν θερμὸν ὑπάρχῃ τὸ αἴτιον, ῥῖγός τε καὶ φρίκην αὐτὸ ποιεῖν, ἐν (256) ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις ἀποδέδεικται. τὴν δ' ἀρκεῖ μόνον αὐτὰ τὰ κεφάλαια τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ δεδειγμένων ὑπόθεσιν ποιήσασθαι τοῖς παροῦσιν. ὅταν ἐν τοῖς αἰσθητικοῖς σώμασιν ὑποτραφῇ περιττώματα δάκνοντα, κατὰ διττὸν τρόπον εἰς κίνησιν ἀφικνεῖται· καθ' ἕνα μὲν ὑπ' αὐτῶν τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων ὠθούμενα, δύναμιν ἐχόντων ἀποκριτικὴν τῶν ἀλλοτρίων, καθ' ἕτερον

Haec enim, ut quieta ſenſum latet, ſic agitata protinus ſentitur. Motus huic acrimoniae primus ac maxime propriis quibuſdam rationibus accedit, quas mox dicemus. Alter ex accidenti, ſcilicet quum, nobis partem aliquam aut etiam totum corpus movere volentibus, cum hoc humores, qui in ipſo continentur, ſimul movemus. Verum hic minimus eſt, et laſſitudinis duntaxat ſenſum infert, vehementior rigorem excitat, medius inter utrumque horrorem. Quod autem nihil obſtet, etiamſi calida cauſa ſit, quominus rigorem horroremque excitet, in iis, quae de ſymptomatum cauſis ſcripſimus, oſtenſum eſt. Nunc ſatis fuerit ſummas tantum eorum, quae illic prodidimus, ad praeſentem diſputationem quaſi hypotheſim ſubjicere. Quum in ſenſibili corpore ſuccrevit excrementum mordax, duplici id ratione ad motum incitatur: una, quum a ſenſibili ipſo corpore impellitur, utpote quod repellendi alieni vim obtinet, altera,

Ed. Chart. VI. [117.] Ed. Baſ. IV. (256.)

δὲ ὑπὸ κινήσεως σφοδροτέρας, ἣν ἔκ τε τῶν γυμνασίων ἐπικτᾶται, καὶ θυμοῦ, ἢ καὶ τῆς ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασίας. τὰ μὲν οὖν ὑπόθερμά τε καὶ σηπεδονώδη περιττώματα, κινηθέντα σφοδρότερον, οὐ φρίκην μόνον ἢ ῥῖγος ἐπιφέρει, ἀλλὰ καὶ πυρετὸν ἐξάπτει· τὰ δὲ ψυχρά τε ἅμα καὶ λεπτομερῆ φρίκην μὲν καὶ ῥῖγος ἐπιφέρει, πυρετὸν δὲ οὐκ ἐξάπτει. προσεῖναι δέ τι καὶ πλῆθος ἀξιόλογον ἑκατέροις ἀναγκαῖον, εἰ μέλλοι ταῦτα ποιῆσαι. ὅσα δ' ἤτοι παντάπασιν ὀλίγα περιττώματα δάκνοντα τοῖς αἰσθητικοῖς ἐγγίνεται σώμασιν, ἢ πλείω μέν ἐστιν, οὔπω δ' ἀκριβῶς δακνώδη, τὸν ἑλκώδη κόπον ἐργάζεται. καὶ δὴ καὶ λεκτέον ἡμῖν ὑπὲρ τούτων ἐστὶν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ, τὰ γὰρ τοὺς πυρετοὺς ἐπιφέροντα τῆς θεραπευτικῆς ἐστι πραγματείας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα φρίκην μὲν ἐργάζεται, πυρετοὺς δ' οὐκ ἐξάπτει, καὶ ταῦτα τῆς ἐνεστώσης ἐστὶ πραγματείας.

quum vehementiore motu agitur, id quod et ab exercitatione conquirit, et ab ira, et ab ambientis caliditate. Ergo quae ſubcalida et putrida excrementa ſunt, ubi vehementius moventur, non horrorem modo rigoremve, qualem diximus, afferunt, ſed etiam febrem accendunt. At quae frigida ſunt, et partibus tenuibus conſtant, ea horrorem quidem rigoremque creant, non tamen febrem excitant. Porro effatu dignam aliquam copiam utriſque accedere oportet, ſi haec efficere debent. Quae vero aut plane exigua in ſenſibilibus corporibus excrementa mordacia, aut multa illa quidem, ſed tamen non plane adhuc mordacia ſubhaeſerunt, haec ulceroſam laſſitudinem faciunt, de quibus utique hoc libro nobis eſt agendum, quando, quae febrem accendunt, ea ad medendi artem ſpectant; verumtamen et quaecunque horrorem quidem faciunt, febrem vero non accendunt, et haec praeſentis ſunt tractationis.

Ed. Chart. VI. [117. 118.] Ed. Baſ. IV. (256.)

Κεφ. γ'. Ἡ ἴασις δὲ, ἡ μέν τις εἰς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀνάγεται σκοπούς, ἡ δέ ἐστιν ἑκατέρων ἴδιος· εἰρήσεται δὲ πρότερον ἡ κοινή. χρὴ τοίνυν, εἴτε θερμὸν, εἴτε ψυχρὸν εἴη τὸ περίττωμα, κενοῦν, ἢ ἀλλοιοῦν αὐτό. δέχεται δ' οὐ πᾶν περίττωμα τὴν ἐκ τῆς φύσεως ἀλλοίωσιν, ὥσπερ οὐδὲ πᾶν ἔδεσμα πᾶσι τοῖς ζώοις τὴν ἐν τῇ γαστρὶ πέψιν, ἀλλ' εἶναι χρή τινα συγγένειαν τῷ πεττομένῳ πρὸς τὸ πέττον. ὅταν οὖν ἀλλότριον ᾖ παντάπασιν, οὐδεμία μηχανὴ τοῦτο τὸν ἐκ τῆς [118] φύσεως ἐπιδέξασθαι κόσμον, ἀλλὰ χρὴ κενοῦν αὐτὸ πειρᾶσθαι διὰ ταχέων, ὥσπερ γε καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα διαφθαρέντα τελέως ἢ ἐμέτοις, ἢ διαχωρήσεσιν ἐκκενοῦσθαι κράτιστον. οὐ μὴν ἐνδέχεται τὴν ἐν τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς ἄλλοις σώμασιν ἀναπεπομένην κακοχυμίαν ἑτοίμως οὕτως ἐκκενοῦν, ὡς τὴν ἐν ταῖς αἰσθηταῖς εὐρυχωρίαις περιεχομένην. ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ τοῦ κάμνοντος οὐ προσίεται βοήθημα ταχέως ἐκκενῶσαι δυνάμενον. οὕτω δὲ καὶ ἄλλη τις ἔστιν ὅτε διάθεσις

Cap. III. At ſanatio quaedam in communes curationis amborum ſcopos fertur, quaedam utriuſque propria eſt. Dicetur vero prius quae communis ſanatio eſt. Oportet igitur excrementum, ſive calidum id ſit, ſive frigidum, ipſum aut expellas, aut certe alteres. Recipit vero non omne excrementum alterationem a natura. Siquidem nec omnis cibus in cujuſvis animantis ventriculo concoquitur, ſed cognatio quaedam ei, quod concoquit, cum eo, quod concoquitur, eſſe debet. Quod igitur omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, ut id a natura gratiam recipiat, ſed educere id quamprimum eſt tentandum, aeque certe ut, quae in ventre corrupta prorſus ſunt, ea vel vomitione, vel dejectione expelli profecto eſt optimum. Non tamen perinde promptum eſt in carne atque aliis corporibus imbibitum vitioſum ſuccum educere, ut qui in iis, quorum ſenſibilis capacitas eſt, continetur. Interdum nec ipſa laborantis natura medicamentum, quod malum ſuccum mature vacuet, admittit, ſicuti interdum et alius quiſpiam affectus obſtat, qui ta-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 244 sur 889

Ed. Chart. VI. [118.] Ed. Baſ. IV. (256.)

ἀνθίσταται καὶ ἀπαγορεύει τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς κενώσεως, ὑπὲρ ὧν ἐφεξῆς εἰρήσεται, πρότερόν γε τὸ λεῖπον ἐν τῇ πρώτῃ διαιρέσει προσθέντων ἡμῶν. οἱ μὲν γὰρ κοινοὶ σκοποὶ τῆς τῶν περιττωμάτων ἰάσεως εἴρηνται, κένωσίς τε καὶ ἀλλοίωσις. ἰδίους δ' ἑκατέρων προσθετέον ἡμῖν· οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ κενωτέον, οὐδὲ ἀλλοιωτέον, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον ἀεὶ τῷ λυποῦντι ζητητέον. οἰκεῖος δὲ, συλλήβδην εἰπεῖν, ὁ διὰ τῶν ἐναντίων ἐστὶν, ἐν μέρει δὲ καθ' ἕκαστον ἐναντίων. τὰ μὲν κεφάλαια τοῦ λόγου ταῦτα· χρὴ δ' ἐξηγήσασθαι πλατύτερον αὐτὰ, καὶ τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν ἑκάστῳ προσθεῖναι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἑλκώδους διαθέσεως ποιησαμένους.

Κεφ. δ'. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπὶ κακοχυμίᾳ δριμέων περιττωμάτων ὁ τοιοῦτος ἐγίγνετο κόπος, ἐπισκεπτέον πρότερον, εἴτ' ἐν τοῖς στερεοῖς μόνοις σώμασιν, εἴτε καὶ ταῖς κοιλίαις τῶν φλεβῶν ἡ κακοχυμία περιέχεται. γνώρισμα δ' οὐδὲν ἔχομεν ἐναργὲς οὐδὲ σαφὲς ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ περιτ-

lem educendi rationem reſpuat; de quibus mox dicam, ſi prius, quod reliquum erat in ſuperius poſita diviſione, adjecero. Quippe communes ſcopos, qui excrementorum vitiis medentur, jam diximus vacuationem alterationemque eſſe. Proprios vero utriuſque generis nunc adjiciamus. Neque enim una tantum ratione educendum alterandumve eſt, ſed explorata, quae ei, quod affligit, maxime ſit accommodata, ei eſt inſiſtendum. Ea vero, ut in ſumma complectar, ratio eſt, quae ex contrario opem molitur; privatim vero, quae ex cujuſque contrario. Et ſummae quidem totius rei hae ſunt, quae latius tamen nobis nunc explicandae ſunt una cum ſua cujuſque evidenti demonſtratione, idque ab ulceroſo affectu initium facientibus.

Cap. IV. Quoniam igitur ejuſmodi laſſitudo vitio acrium excrementorum oritur, ante omnia conſiderandum eſt, in ſolidiſne tantum corporibus, an intra venarum ſinus malus ſuccus contineatur. De iis vero quae intra venas ſunt excrementis nullum plane nec manifeſtum

Ed. Chart. VI. [118.] Ed. Baſ. IV. (256.)

τωμάτων, ὅτι μὴ κατὰ τὰ οὖρα μόνον, ἀλλὰ στοχάζεσθαι χρὴ διὰ τῶνδε. πρῶτον μὲν ἐπισκέπτωμεν, ἢ τινι κέχρηται διαίτῃ τὸ κάμνον σῶμα· δεύτερον δ', εἰ καὶ φύσει κακοχυμίαν ἦν ἔθος ἀθροίζειν αὐτῷ· καὶ πρὸς τούτοις, εἴ τινες συνήθεις ἐκκρίσεις ἐπέχονται καὶ φυσικαί· τέταρτον ἐπὶ τούτοις, εἰ γυμνασίοις, ἢ καθάρσεσιν, ἢ ἐμέτοις, ἢ αἰωρήσεσιν, ἢ χρήσεσιν αὐτοφυῶν ὑδάτων εἰθισμένος ἐκκενοῦν τὰ περιττὰ ὠλιγώρησεν. ἐν μὲν οὖν τῇ διαίτῃ σκεπτέον, εἰ ἀπεψίαι προήγηνται πολὺ πλείους τε καὶ μείζους τῶν συνήθων, ἢ καὶ κακοχύμων ἐδεσμάτων ἐνεφορήσατο πλῆθος, ἢ οἶνον ἀντὶ μὲν παλαιοῦ γλεύκινον, ἀντὶ δὲ λεπτοῦ παχὺν ἢ τεθολωμένον ἔπιεν, ἢ καὶ παντάπασιν εἰς ὕδατος πόσιν ἐξ οἴνου μετῆλθεν, οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων πλημμελήσας, ἀλλὰ συνεχῶς τε ἅμα καὶ χρόνῳ πολλῷ. δεύτερον ἐπισκεπτέον, ὡς εἴρηται, μή τις τῶν φύσει κακοχυμίαν ἑτοίμως ἀθροιζόντων ἐστὶν ὁ κάμνων ἄνθρωπος. ἐξευρήσεις δὲ τοῦτο πυθόμενος, εἰ ψωρώδης διάθεσίς ποτε, ἢ λεπρώδης, ἢ ἀλφώδης, ἢ κνησμώδης ἐπὶ πλέον αὐτῷ

nec evidens ſignum habemus praeter ſolam urinam; conjicere tamen ex his licet. Primum aeſtimabimus, quonam laborans corpus uſum ſit victu. Secundo, ſolitumne ſit malum ſuccum naturae ſponte congerere. Ad haec, an naturalis aliqua et conſueta excretio jam deſierit. Quarto, an exercitatione, purgatione per vomitum alvumve, geſtationibus, aut uſu aquarum ſponte naſcentium ſolitum ſupervacua expellere, id intermiſerit. Atque in victu quidem videndum, an cruditas et crebrior et major, quam ex conſuetudine, praeceſſerit; an mali ſucci cibis copioſe ſe impleverit; an vinum pro antiquo muſtum, pro tenui craſſum aut turbidum biberit; an etiam prorſus a vino ſe ad aquae potionem tranſtulerit, nec ſemel bisve in quolibet horum peccaverit, ſed aſſidue multoque tempore. Secundo (ſicuti diximus) aeſtimandum, num homo is, qui male habet, ex eorum numero ſit, qui facile malum ſuccum congerunt. Deprehendes id percontatus, an ſcabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pru-

Ed. Chart. VI. [118. 119.] Ed. Baſ. IV. (256.)

συνέπεσεν, ἢ ἐρυσίπελας, ἢ ἕρπης, ἢ ἐλέφας, ἢ ὀφίασις, ἢ ἀλωπεκίασις, ἢ φλύκταιναι πλείους, ἢ ἑλκώδης ἐξάνθησις, ἢ ἐπινυκτίδες, ἢ ὅλως ὁτιοῦν τῶν ἐπὶ κακοχυμίᾳ γενωμένων τε καὶ αὐξανομένων συμπτωμάτων. ἐπὶ δὲ τούτοις ἐλέγομεν χρῆναι σκοπεῖσθαι, μὴ συνήθης τις ἔκκρισις ἐπέσχηται δι' ἐμέτων, ἢ δι' αἱμορροΐδος, ἢ σύριγγός τινος, ἢ δυσεντερίας, ἢ γυναικείων καταμηνίων· εἶθ' ἑξῆς, εἰ αὐτὸς ἐπιτηδεύων ἐκκαθαίρειν ἑαυτὸν ἀεὶ πέπαυται νῦν. ἔνιοι μὲν [119] γὰρ ὑπηλάτοις φαρμάκοις, ἔνιοι δὲ ἐμετηρίοις, ἢ οὐρητικοῖς, ἢ ἱδρωτικοῖς, ἢ χρήσεσιν ὑδάτων αὐτοφυῶν, ἤτοι θειωδῶν, ἢ ἀσφαλτωδῶν, ἢ νιτρωδῶν ἐκκενοῦντες ἑαυτῶν τὰ περιττώματα καθ' ἕκαστον ἔαρ ἢ φθινόπωρον, ὀλιγωροῦσιν ἐνίοτε, πολλοὶ δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ γυμνασίων ἔθους ἀπέστησαν, ἔνιοι δὲ καὶ τρίψεως ἁπάσης, ἢ λουτρῶν, ἢ τῶν μετὰ τὸ βαλανεῖον ἐμέτων ἐπ' οἴνῳ γλυκεῖ. πρόδηλον δέ ἐστιν, ὡς ὁ λόγος οὐ μόνον τῶν τὴν ἀρίστην ἐχόντων κατασκευὴν ἐμνημόνευσεν, ἀλλ'

ritu crebro ſit affectus; item an eryſipelas, aut herpes, aut elephantiaſis, aut ophiaſis, aut alopeciaſis, aut puſtulae crebrae, aut ulceroſa efflorescentia, aut epinyctides, aut denique ullum ſymptoma, quod ex vitioſo ſucco et natum, et auctum eſt, illum male habuerit. Ab his conſiderandum diximus, conſuetane ulla excretio retenta ſit per vomitum, vel haemorrhoidas, vel ſiſtulam aliquam, vel dyſenteriam, vel per muliebria menſtrua; deinde num ipſe medicamento ſe purgare ſemper ſolitus id intermiſerit. Nonnulli enim ſunt, qui dejectoriis medicamentis, alii vomitoriis aut urinam ſudoremve cientibus, aut uſu ſponte naſcentium aquarum, utique quibus aut ſulphuris, aut bituminis, aut nitri vis ineſt, vere vel autumno quotannis ſoliti excrementa vacuare, aliquando id negligunt. Multi (ut dictum eſt) exercitationum conſuetudinem dimiſerunt. Alii rurſus omnis frictionis, aut balnei, aut a vino dulci poſt balneum vomitionis morem praetermiſerunt. Sane conſtat, non illorum modo nos, qui optimo ſunt corporis temperamento, feciſſe

Ed. Chart. VI. [119.] Ed. Baſ. IV. (256.)

ὑπὲρ τοῦ μηδὲν λείπειν τῷ καταλόγῳ τῶν τῆς κακοχυμίας αἰτιῶν ἐφήψατο καὶ τῶν ἀθροιζόντων φύσει κακοχυμίαν σωμάτων, ὑπὲρ ὧν ἐν ταῖς μοχθηραῖς κατασκευαῖς τοῦ σώματος ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν ἐπὶ πλέον ἐροῦμεν. ἐκ τούτων μὲν οὖν στοχάζεσθαι χρὴ τοῦ ποσοῦ τῆς κακοχυμίας, ἴασιν δὲ τῷ μέτρῳ τῆς ποσότητος ἐξευρίσκειν ἀνάλογον· εἰ μὲν ὀλίγη παντάπασιν ὑπάρχει, καὶ κατ' αὐτὸ μόνον ἠθροισμένη τὸ δέρμα, μετριωτέραν, εἰ δὲ μείζων, καὶ διὰ βάθους, ἰσχυροτέραν. εἰρήσεται δὲ προτέρα μὲν ἡ τῆς ἐπιεικοῦς τε καὶ παρὰ τῷ δέρματι μόνον, ἑξῆς δὲ καὶ ἡ τῶν σαρκῶν ἐμπεπλησμένων, καὶ τρίτη πρὸς αὐταῖς, ὅταν ὅλον ἀκάθαρτόν τε καὶ περιττωματικὸν ὑπάρχῃ τὸ αἷμα. δοίη ἤδη μοι, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν ἀνελθών, εὔχυμόν τινα φύσει νεανίσκον, ἔμπροσθεν μὲν ὑγιεινῶς διαιτώμενον κατὰ πάντα, νῦν δὲ διά τινα χρείαν ἀναγκαίαν ἐν ὁδοιπορίᾳ πλέονι χρόνῳ διατετριφότα, μήτε γυμνάσασθαι τὰ συνήθη, μήτε λούσασθαι, κεχρῆσθαι δὲ ἐδέσμασι καὶ πόμασι μοχθηροῖς, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον, ἢ

mentionem, ſed, quo nihil in mali ſucci cauſarum catalogo ſit praetermiſſum, etiam eos, qui vitioſum ſuccum natura prompte congerunt, ſermone comprehendiſſe; de quibus fuſius inter vitioſos corporum ſtatus proximis voluminibus agemus. Atque ex his quidem de mali ſucci quantitate conjecturam facere oportebit, ac remedium ad menſurae ejus quantitatem proportione invenire, mediocrius, ſi omnino ſit exiguus et ad cutem tantum collectus, valentius, ſi multus et in profundo. Prius vero ejus, qui exiguus et juxta cutem eſt, curatio dicetur; deinde ejus, qui in carne reſidet; tertio ab his loco ejus, cui totus ſanguis impurus excrementoſuſque eſt. Sed ſi quis jam inſtitutum mihi ab initio repetens boni ſucci juvenem dederit, qui prius ſalubri omnino victus ratione ſit uſus, nunc neceſſitate quapiam urgente longi temporis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lavatus pro conſuetudine fuerit, cibis potuque mali ſucci uſus ſit,

Ed. Chart. VI. [119.] Ed. Baſ. IV. (256. 257.)

τὸ δεῖπνον, ἢ καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπ' ὀχήματος ἐνηνέχθαι, μηδ' ὕπνου τὰ πολλὰ καλῶς ἀπολαύσαντα· προσκείσθω δὲ μηδὲν αὐτῷ πεπλημμελῆσθαι περὶ τὴν ποσότητα τῶν προσενηνεγμένων, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ἀπεψίᾳ τινὶ περιπεπτωκέναι τονδί. τὸν γὰρ τοιοῦτον ἄνθρωπον οὐκ ἐνδέχεται κακοχυμίαν ἠθροικέναι πολλήν. οὔκουν οὐδὲ τῆς ἐπανορθώσεως δεῖται μακρᾶς, ἀλλὰ χρὴ γυμνάσιον ἀποθεραπευτικὸν, οἷον ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι διήλθομεν. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκολούθου διαίτης ἐν αὐτῷ. καὶ νῦν οὐδὲν ἔτι χρὴ μηκύνειν, ἀλλ' ἀνα(257)μνῆσαι μόνον, ὡς ὁ σκοπὸς τῶν οὕτω διακειμένων σωμάτων κένωσίς ἐστι τῶν κατὰ τὸ δέρμα περιττωμάτων, ὡς ἂν καὶ τῆς διαθέσεως ἐν τούτῳ μόνῳ γεγενημένης. ὑποκείσθω δὴ πάλιν ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐτοῖς ἀπεψίαις πλείοσι περιπεπτωκώς· ὑποκείσθω δὲ καὶ ἡ ἑλκώδης αἴσθησις αὐτῷ μὴ κατὰ τὸ δέρμα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ βάθους, ὡς ὑπονοεῖν, ὅλον ἐμπεπλῆσθαι τὸ σῶμα τῆς κακοχυμίας. οὐκέτι τὸν τοιοῦτον οὔτ' ἐπὶ γυμνάσιόν ἄξομεν, οὔτ' ἐπὶ κίνησιν ὅλως

tum a prandio, vel coena, vel etiam toto die vehiculo ſit vectus, nec bene plerumque dormierit; illud tamen addatur, nihil huic in modo aſſumptorum erratum eſſe, proindeque nec in cruditatem ullam incidiſſe: talis multum mali ſucci congeſſiſſe profecto nequiverit; itaque etiam nec curationem prolixam requirit, imo exercitationem tantum, quae apotherapia dicitur; quam in proximo ante hunc libro docuimus, ubi pariter de accommodata ei rei victus ratione praecepimus; quo minus eſt hic multis morandum. Tantum ejus meminiſſe conveniet, huc omne conſilium dirigere, qui corpora ſic affecta curat, ut excrementa, quae circa cutem ſunt, educat, propterea quod affectus in hac una conſiſtit. Itaque rurſus detur, eundem juvenem praeter alia, quae eadem ſint, etiam in cruditates ſaepe incidiſſe; detur et ulceris ſenſum habere non cute tenus modo, verum etiam altius in corpore, ſic ut totum id malis ſuccis refertum ſuſpicari liceat: huic nec exercitationem, nec ullum omnino

Ed. Chart. VI. [119. 120.] Ed. Baſ. IV. (257.)

οὐδεμίαν, ἡσυχάσαι δὲ καὶ ὑπνῶσαι κελεύσαντες, ἐν ἀσιτίᾳ φυλάξομεν ὅλην τὴν ἡμέραν· εἶτ' εἰς ἑσπέραν ἀλείψαντές τε λιπαρῶς καὶ λούσαντες εὐκράτῳ θερμῷ, τροφὴν εὔχυμον καὶ ῥοφηματώδη δώσομεν ὀλιγίστην· οὐκ ἀφέξομεν δ' αὐτὸν οὐδ' οἴνου, συμπέττει γὰρ καὶ τοὺς ἡμιπέπτους χυμοὺς ὁ οἶνος, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἱδρῶτας καὶ οὖρα προτρέπει, καὶ ὕπνῳ συντελεῖ. δεόμεθα δ' ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων, ὅσον μὲν ἤδη ἀκριβῶς μοχθηρόν ἐστι τῆς κακοχυμίας πεφθῆναι μηκέτι δυναμένης, ἱδρῶσί τε καὶ οὔροις ἐκκενῶσαι, τὸ δ' οἷον ἡμίπεπτον ἔτι συμπέψαι τε καὶ χρηστὸν ἀπεργάσασθαι. τοῦτο δὲ κάλλιστα δι' ἡσυχίας καὶ ὕπνου ἀποτελεῖται. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις κατα[120]σταίη τὸ σύμπτωμα, πρὸς τὰ συνήθη κατ' ὀλίγον ἐπαναγαγεῖν χρὴ τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἔτι παραμένοι, σκεπτέον ἤδη περὶ βοηθήματος ἰσχυροτέρου, καὶ μάλιστα εἰ διὰ τῆς νυκτὸς ἤτοι κοπώδης ἐπὶ μᾶλλον, ἢ ἀσώδης, ἢ ἄγρυπνος, ἢ ἐν ὕπνοις καὶ φαντασιώδεσι καὶ

motum injungemus, ſed quieſcere ac dormire eum quum juſſerimus, in abſtinentia totum diem exigere cogemus; dein veſperi pinguiter eum quum unxerimus et temperato balneo mediocriter laverimus, pro cibo dabimus ſorbitionem aliquam boni ſucci, ſed plane quam minimam; nec tamen vino eum abſtinere jubebimus; concoquit enim id ſemicrudos humores, quantum aliud quidvis, tum ſudorem urinamque promovet, ac ſomnum conciliat. In iis autem, qui ita ſe habent, id agendum nobis eſt, ut, quod mali ſucci jam plane corruptum eſt, nec concoqui etiam poteſt, id ſudore urinaque expellatur, quod ſemicoctum adhuc eſt, concoquatur atque utile reddatur. Id autem optime quiete ſomnoque perficitur. Si ergo his peractis malum conſtiterit, ad conſuetudinem rurſus paulatim reducendus homo eſt. Sin in poſterum etiam diem duret, de valentiore jam remedio eſt cogitandum, maxime ſi per noctem vel laſſitudo magis, quam ante, vel faſtidium infeſtet, vel pervigilet, vel ſomnos turbatos

Ed. Chart. VI. [120.] Ed. Baſ. IV. (257.)

ταριχώδεσι γένοιτο. τοὺς γὰρ τοιούτους, σὺν μὲν ἰσχυρᾷ τῇ δυνάμει, δυοῖν θάτερον, ἢ φλεβοτομεῖν, ἢ καθαίρειν προσήκει, διορισαμένους, ὁποτέρου δεῖ μᾶλλον, ὡς ἐφεξῆς ἐρῶ· σὺν ἀσθενεῖ δὲ, φλεβοτομεῖν μὲν οὐδαμῶς, ὑποκαθαίρειν δὲ μετρίως. ὁποῖαι δ' εἰσὶν αἱ μέτριαι καθάρσεις, ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται, πρότερόν γε διορισαμένων ἡμῶν τὰ πρότερον. τῆς γὰρ δυνάμεως ἰσχυρᾶς οὔσης, καὶ τοῦ κόπου παραμένοντος, ἐπισκεπτέον, εἴτε μετὰ πλήθους αἵματος, ἢ ὠμῶν καὶ ἀπέπτων χυμῶν, εἴτε αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν μόνη γέγονεν ἡ τὸν κόπον ἐργαζομένη κακοχυμία. εἰ μὲν γὰρ μετὰ πλήθους αἵματος, ἤτοι φλεβοτομητέον, ἢ τι τῶν ἀναλόγων τῷδε πρακτέον. ἀνάλογα δέ ἐστι τάδε· τοῖς μὲν αἱμορροΐδας ἐπεσχημένοις ἐκείνας ἀναστομῶσαι, ταῖς δὲ γυναιξὶ τὴν διὰ μήτρας ἔκκρισιν κινῆσαι, ὥσπερ γε καὶ οἷς τούτων οὐδέν ἐστιν, ἀποσχάσαι τὰ σφυρά, κἄπειθ' οὕτως ὑποκαθαίρειν φαρμάκῳ, ὃ μάλιστα οἰκεῖον τῇ κακοχυμίᾳ. μόνης δὲ συστάσης τῆς κακοχυμίας ἄνευ πλήθους αἵματος,

et imaginationibus inquietos habeat; his enim, ſi vires non diſſuadent, duorum alterum, aut ſanguis mittendus eſt, aut purgatio exhibenda, ſed diſcernentibus nobis, utrum magis expediat, ut mox dicetur. Sin vires imbecilliores dehortentur, ſanguis mittendus haudquaquam eſt, ſed dejectio mediocris adhibenda. Cujuſmodi autem dejectio mediocris ſit, in ſequentibus docebimus, ſi prius, quae priora ſunt, definiverimus. Nam virium robore conſtante, ſi laſſitudo adhuc infeſtat, aeſtimandum eſt, cum ſanguinisne copia, an cum crudis ac minime concoctis humoribus, an per ſe ſolus conſiſtat vitioſus humor, qui laſſitudinem creat. Nam ſi cum ſanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid, quod tantumdem valet, agendum. Sane tantumdem poſſunt haec: quibus haemorrhoides ſunt retentae, ſi has aperueris; ſi mulieri menſtrua conſuetudo ceſſavit, hanc ſi provoces; ſi quibus horum nihil eſt, ſi malleolos ſcalpello incidas. Poſt haec alvus eo medicamento dejicienda eſt, quod maxime accommodatum malo ſucco ſit. Quod ſi vitioſi tantum ſucci,

Ed. Chart. VI. [120.] Ed. Baſ. IV. (257.)

ἐπὶ τὴν οἰκείαν τῷ λυποῦντι περιττώματι κάθαρσιν ἔρχεσθαι χρή. λυπεῖ δὲ ποτὲ μὲν ἤτοι πικρόχολον, ἢ μελαγχολικόν, ἔστι δ' ὅτε φλεγματῶδες, ἢ ἁλυκόν, ἢ ὀξύ, καὶ τούτων ἕκαστον ἢ ῥῥωδέστερον, ἢ παχύτερον, ἢ μέσον πως κατὰ τὴν σύστασιν· ὑπὲρ ὧν τῆς διαγνώσεως ἤδη λέγωμεν. εἰ μὲν ἅμα τισὶν ἐξανθήμασιν ἢ κοπώδης γένηται διάθεσις, ἐξ ἐκείνων ἕτοιμον εὑρίσκειν, ὁποῖόν τι τὸ εἶδός ἐστι τοῦ περιττώματος· εἰ δὲ τούτων χωρὶς, ἐπὶ μὲν εὐχύμου φύσεως ἔκ τε τῶν προηγησαμένων ἐδεσμάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσα συνέπεσεν αὐτῷ, κακοχύμου δ' ὄντος φύσει, κἀντεῦθέν τι ληπτέον. εἰρήσεται δ' ἐπὶ πλέον αὖθις ὑπὲρ τῶν τοιούτων κράσεων· νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων λεκτέον, ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν ἔνεστι τεκμήρασθαι τὸ τῆς κακοχυμίας εἶδος. ἀργότερον μὲν γὰρ διητημένοις φλεγματωδέστερος ἀθροίζεται χυμός· ἐν πόνοις δὲ πλείοσιν ἤτοι πικρόχολος, ἢ μελαγχολικὸς, ἐν θέρει μὲν πικρόχολος, ἐν φθινοπώρῳ δὲ μελαγχολικός. ἀλλὰ καὶ τῶν πόνων τὸ μῆκος ἐπισκεπτέον·

hique citra ſanguinis copiam ſubſint, purgatio petenda eſt, quae infeſtanti excremento ſit accommoda. Infeſtat vero alias bilioſum, alias melancholicum, alias pituitoſum, ſed quod vel ſalſum vel acidum ſit, atque horum quodlibet aut fero propius, aut craſſius, aut media quapiam conſiſtentia; de quorum diſcernendorum notis nunc agamus. Si cum puſtulis quibuſdam laſſitudinis affectus conſiſtat, ex his facilis inventu erit excrementi ſpecies; ſin abſque his, in boni quidem ſucci corporibus tum ex iis qui praeceſſerunt cibis, tum reliquis, quae ipſis inciderunt. In iis vero, qui malos ſuccos natura colligunt, hinc quoque nonnihil capiendum. Sed de ejuſmodi temperamentis uberius poſt agetur; nunc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali ſucci ſpecie conjecturam accipere. Hoc vero eſt mali ſucci argumentum. Qui enim in otio degunt, ii pituitoſum acervare ſuccum ſolent. Quos multus labor exercet, ii bilioſum vel melancholicum, illum aeſtate, hunc autumno gignunt. Quin etiam, an diuturni labores fuerint, inſpiciendum eſt;

Ed. Chart. VI. [120.] Ed. Baſ. IV. (257.)

ὅσῳ γὰρ ἂν ὦσι πολυχρονιώτεροι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπὶ τὸ μελαγχολικὸν ἐκτρέπονται. καὶ τοίνυν, ὅσοι μὲν ἅμα πολλοῖς ἱδρῶσιν ἐγένοντο, παχύτερον ἐργάζονται τὸ περίττωμα, λεπτότερον δὲ οἱ χωρὶς ἱδρῶτος, ὥσπερ οἱ ἐν χειμῶνι καὶ ὅλως ταῖς ψυχραῖς καταστάσεσι. συνεπισκεπτέον δ' ἐν τῷδε καὶ περὶ τῶν οὔρων τοῦ πλήθους, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῆς τῶν ἱδρώτων ποιότητος· οἱ μὲν γὰρ ὀξώδεις, οἱ δὲ ἁλμυροὶ, οἱ δὲ οἷον βορβόρου τινὸς ἢ βρόμου σαφῶς ὄζουσιν. ἔνεστι δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῆς στλεγγίδος, ὁπότε λούονται, σκοπεῖσθαι. πολλάκις γοῦν ἐφάνη πικρόχολος ἀκριβῶς, οἷος ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων ἀποκρίνεται. διάγνωσις δ' αὐτῆς ῥᾳδία καὶ πρὸ τῆς γεύσεώς ἐστιν ἐκ μόνης τῆς χροιᾶς· ὠχρὰ γὰρ ὁμοίως τῇ τοιαύτῃ χολῇ φαίνεται. πολλάκις γε μὴν ἐπὶ πόνοις ἰσχυροτάτοις καὶ καύμασι σφοδροτάτοις ἀκριβῶς ξανθὴ ὤφθη. καὶ μὲν δὴ καὶ μέσος ποτὲ καὶ μικτὸς ἐξ ἀμφοῖν, οἷον ὠχρόξανθός τις, ὥσπερ καὶ ὁ τῆς χολῆς χυμός. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτον ἰδεῖν ἐν ἐμέτοις τε καὶ

quanto enim fuerint longiores, tanto ſunt ad melancholiam generandam magis proclives. Praeterea, qui cum multo ſudore fiunt, ii craſſius excrementum faciunt; qui ſine ſudore peraguntur, magis tenue, veluti qui hyeme et frigido aëris ſtatu ſuſcipiuntur. Conſiderandum ad haec eſt aliquid non ſolum de urinae multitudine, ſed etiam de ſudoris qualitate; hic namque partim acidus, partim ſalſus eſt, partim veluti lutum aut virus plane olet; licet autem hoc ex ſtrigili deprehendere, quum lavantur. Saepe namque amarus plane apparuit, qualis utique morbo regio laborantibus emittitur. Ejus vero dignotio etiam citra guſtum facilis eſt ex ſolo colore. Quippe pallidus pro ejuſmodi bilis ratione apparet. Saepe tamen poſt validiſſimos labores et vehementiſſimum aeſtum plane flavus conſpectus eſt. Aliquando medius atque ex ambobus mixtus cernitur, veluti quodammodo ex pallido flavus, quemadmodum et humor ipſe biliosus; hunc enim in vomitu dejectioneque aut pallidum, aut

Ed. Chart. VI. [120. 121.] Ed. Baſ. IV. (257.)

διαχωρήμασιν ἤτοι γ᾽ ὠχρόν, ἢ ξανθόν, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον. [121] ὁποῖος δ᾽ ἂν οὗτος ἐν τῷ σώματι περιέχηται, τοιοῦτον ἀναγκαῖον αὐτοῦ φαίνεσθαι καὶ τὸν ὀρρόν. ὁ μὲν οὖν ἱδρὼς τῶν καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα πλεοναζόντων χυμῶν ἐστι γνώρισμα, τὸ δ᾽ οὖρον ἐκείνων μόνον, ὅσοι περ ἂν ἐν τοῖς ἀγγείοις περιέχωνται. μηδὲν οὖν παραλιπεῖν ὅλως, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱδρῶτας ἐπισκεπτέον, ὡς εἴρηται. νῦν δὲ καί ποτ᾽ αὐτὸν τὸν κάμνοντα κελεύειν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι πρὸς ἀκριβεστέραν διάγνωσιν· ὅπερ εἴωθεν ἔστιν ὅτε καὶ αὐτόματον γενέσθαι, παραῤῥυέντος εἰς τὸ στόμα τοῦ καταφερομένου πολλάκις ἔκ τε τοῦ μετώπου καὶ τῶν τούτου μορίων. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ τῶν οὔρων τήν τε σύστασιν ἅμα καὶ τὴν χρόαν. οὐ παραλειπτέον δὲ οὐδὲ τὰ ἐναιωρούμενα, οὐδὲ τὰ ὑφιστάμενα ἀνεπίσκεπτα. τὰ τοιαῦτα σύμπαντα γὰρ δηλοῖ ἀκριβῶς, ὁποῖόν τι ἐν ἀγγείοις ἐστὶν αἷμα. χολώδους μὲν οὖν ὄντος, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὸν ὀρρὸν αὐτοῦ χολώδη φαίνεσθαι καθ᾽ ἑκατέραν τῆς χολῆς ἰδέαν, ὁμοίως δ᾽ ἔτι καὶ φλεγματώδους ὑπάρχοντος. ὅταν μὲν οὖν ἀκριβῶς

flavum, aut ex utroque compoſitum licet intueri. Qualiscunque vero is in corpore habetur, tale neceſſe eſt ejus appareat ſerum. Ac ſudor quidem ſuccorum, qui in univerſo corpore abundant, nota eſt; urina eorum tantum, qui vaſis continentur. Omnino ergo nihil omittendum, ſed ſudor quoque ipſe, ut modo diximus, inſpiciendus. Aliquando vero ipſum, qui afficitur, guſtare ſudorem ſuum, quo certius internoſcatur, jubemus; id quod aliquando ſua ſponte accidere ſolet, dum ex fronte et ejus partibus in os ſaepe delabitur. Aeſtimare praeterea urinae tum conſiſtentiam, tum colorem oportebit. Sed nec quae in ea pendent aut ſubſidunt praetermittere conveniet, ſed omnia perpendere. Cujuſmodi enim ſanguis ſit, qui vaſis continetur, ea plane oſtendunt; quando, ſi is bilioſus ſit, ſerum quoque ejus bilioſum eſſe neceſſe eſt, idque pro utriusvis bilis ratione; ſimili modo pituitoſum, ſi is ſit pituitoſus. Ergo, ubi crudus plane is eſt, utique

Ed. Chart. VI. [121.] Ed. Baſ. IV. (257.)

ἄπεπτον ὑπάρχῃ, λεπτὸν καὶ ὑδατῶδές ἐστι τὸ οὖρον, οὔθ' ὑπόστασιν ἴσχον, οὔτε ἐναιώρημά τι· πεττομένου δὲ ταῦτα φαίνεται, καί τινες ἄνωθεν ἐφίστανται νεφέλαι λεπταὶ, καθάπερ καὶ ἡ καλουμένη γραῦς καὶ ἐπίπαγος ἐπὶ τῶν ἀποψυχομένων ζωμῶν. εἰ δὲ θολερὸν, οἷον καὶ τὸ τῶν ὑποζυγίων, φαίνοιτο, δηλώσει ἐμπεπλῆσθαι μὲν τῶν καλουμένων ὠμῶν χυμῶν τὰς φλέβας, οὐ μὴν ἠσυχάζειν γε περὶ αὐτοὺς τὴν φύσιν, ἀλλὰ πέττειν ἐρρωμένως. εἰ δὲ καὶ διακρίνοιτο ταχέως τὸ ὑφιστάμενον, λευκόν τε εἴη καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὲς, ὅσον οὔπω φήσει κρατήσειν ἁπάντων αὐτῶν τὴν φύσιν. εἰ δ' οὐρησάντων μὲν εἴη καθαρὸν, ἀναθολωθείη δ' εὐθέως, ἐπιχειρεῖν τῇ πέψει τῶν ὠμῶν χυμῶν ἐνδείκνυται τὴν φύσιν, εἰ δὲ μετὰ πλείονα χρόνον, οὐκ εὐθὺς, ἀλλ' ὕστερον ἐπιχειρῆσαι. κοινὸν δ' ἐπὶ πάντων οὔρων θολερῶν ἔστω σοι γνώρισμα ἡ διάκρισις, ἤτοι ταχέως, ἢ βραδέως, ἢ μηδ' ὅλως γιγνομένη. εἰ μὲν οὖν ταχέως γίγνοιτο, καὶ τὸ ὑφιστάμενον εἴη λευκὸν καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὲς, ἰσχυροτέραν

tenuis aquoſaque urina cernitur, nihil nec quod ſubſideat, nec quod pendeat, in ſe habens; at vero concoctus, haec in urina apparent, atque etiam nubeculae quaedam deſuper tenues ſuperſtant, veluti quae in ſummo lacte colligitur, et quae in ſummo refrigerati juſculi concrevit. Quod ſi turbida ſit, qualis veterinorum viſitur, crudis vocatis humoribus refertas quidem venas indicabit, non tamen ceſſare naturam, ſed eos valenter concoquere. Si vero celeris ſeparati craſſi a liquido in ea cernitur, ſitque, quod ſubſidit, album, laeve et aequale, jamjam ſuperaturam eos omnes naturam indicabit. Sin, quum emingitur, pura ſit, protinus vero turbetur, jam crudi ſucci concoctionem aggredi naturam docet. At ſi interpoſito tempore *turbetur*, non protinus, ſed poſt aggreſſuram inſinuat. Verum omnium quae turbantur urinarum generalis nota eſto ipſius craſſi a liquidiore ſeparatio, aut propere aut tarde facta, aut omnino nulla. Ergo, ſi protinus fiat, et quod ſubſidit ſit album, laeve et ae-

Ed. Chart. VI. [121.] Ed. Baſ. IV. (257. 258.)

ἐνδείκνυται μακρῷ τὴν φύσιν ὧν πέπτει χυμῶν. εἰ δ' ἀγαθὴ μὲν ἡ ὑπόστασις, ἐν χρόνῳ δὲ γίγνοιτο πλέονι, καὶ τὴν φύσιν ἐν χρόνῳ πλέονι κρατήσειν τῶν χυμῶν ἐπαγγέλλεται. εἰ δ' ἤτοι μὴ διακρίνοιτο παντάπασιν, ἢ σὺν μοχθηραῖς ὑποστάσεσιν, ἀσθενὴς ἡ φύσις ἐστὶ καὶ δεῖται βοηθείας τινὸς εἰς τὸ πέψαι τοὺς χυμούς. (258) ὥσπερ δὲ τὰ οὖρα τῶν ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμῶν ἐνδείκνυται τὴν διάθεσιν, οὕτως οἱ ἱδρῶτες, καὶ τὰ ἄλλα τὰ περὶ τὴν σύμπασαν ἕξιν τοῦ ζώου φαινόμενα τῶν κατ' ἐκείνην ἐστὶ δηλωτικά. θερμοτάτη μὲν γὰρ αἴσθησις ἀήθης ἐν αὐτῇ γίνεται, τῶν θερμῶν ἐπικρατούντων χυμῶν, ψυχροτάτη δὲ, τῶν ψυχρῶν. καὶ λευκότεροι μὲν ἐπὶ ταῖς τοῦ φλέγματος, ὠχρότεροι δὲ ἐπὶ ταῖς τῆς χολῆς φαίνονται πλεονεξίαις, εἰ δὲ καὶ ἀκρατεστέρα ποτ' εἴη, ξανθότεροι. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐστιν, οὐ τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων, ὅταν γε μὴ ὑποχωρήσωσιν εἰς βάθος οἱ χυμοί. συμβαίνει δ' αὐτοῖς τοῦτο διὰ κρύος, ἢ ῥῖγος, ἢ πάθος ψυχικὸν, οἷον φόβον, ἢ λύπην ἰσχυράν,

quale, ſuperiorem longe naturam ſuccis, quos concoquit, oſtendit. Sin bonum ſit, quod ſubſidit, ſed quod poſt longius interpoſitum tempus colligatur, etiam naturam temporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nunciat. Si vero vel omnino nulla ſeparatio, vel id, quod ſubſidit, malum ſit, imbecillitas naturae ſignificatur, egetque ope aliqua ad ſuccos percoquendos. Sicuti vero urina ſuccorum, qui in vaſis ſunt, affectum prodit, ita ſudor aliaque, quae per univerſum animalis habitum apparent, eos, qui illic ſunt, affectus demonſtrant. Calidiſſimus namque ſenſus inſuetus ſit, ſuperantibus in eo calidis ſuccis, frigidiſſimus vero, quum frigidi dominantur. Jam albiores pituita ſuperante, pallidiores bili abundante cernuntur; quod ſi meracior bilis ſit, etiam plane flaviores. Siquidem color a ſuccis provenit, non ex ſolidis animalis partibus, utique quum ſe ſucci in altum non receperunt. Accidit vero id illis propter frigora, rigores, vel animi affectus, veluti timorem, vel ingentem triſtitiam, vel in-

Ed. Chart. VI. [121. 122.] Ed. Baſ. IV. (258.)

ἢ ἀρχομένην αἰδώ· μηδενὸς δὲ τούτων παρόντος, οὐκ ἄν ποθ' ὑπονοστήσειαν εἰς τὸ βάθος οἱ χυμοὶ, ὥσπερ οὐδ' ἐπικαύσαιεν ἄν ποτε τὸ δέρμα βιαιότερον ὁρμήσαντες ἐπ' αὐτὸ χωρὶς τοῦ παθεῖν τι τὴν ψυχὴν, ἢ θάλπος ἄμετρον ἔξωθεν περιστῆναι τὸ ζῶον. ὀργισθέντων οὖν ποτ' ἰσχυρῶς; ἢ θυμωθέντων, ἢ τὴν ἐκ τῆς αἰδοῦς οἷον ἄμπωτιν τῶν χυμῶν ἀναφερομένων, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τῇ χρόᾳ. χωρὶς δὲ τοῦ βιάζεσθαι τὸ περιϊστάμενον ἔξωθεν ἤτοι ψυχρὸν, [122] ἢ θερμὸν, ἤ τι πάθος ὧν ἀρτίως εἴρηται γεγενημένον, ἀψευδής ἐστιν ἡ ἐκ τῆς χροιᾶς τοῦ ζώου διάγνωσις τῶν χυμῶν. ὡς οὖν τὸ μὲν λευκότερον ἑαυτοῦ γεγονὸς σῶμα τὸν φλεγματικὸν ἐπικρατεῖν ἐνδείκνυται χυμόν, τὸ δ' ὠχρότερον ἢ ξανθότερον τὸν χολώδη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον ἐκτροπὴ τοῦ κατὰ φύσιν αἷμα πλεονάζειν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ μελάντερον τὴν μέλαιναν χολὴν δηλοῖ. δόξειε δ' ἄν σοί ποτε καὶ οἷον μολίβδου τὴν χρόαν ἔχειν, καὶ αὖθις οἷόν τις μίξις εἶναι λευκοῦ τε ἅμα καὶ πελιδνοῦ, καί ποτε τὸ πελιδνὸν αὐτὸ

cipientem verecundiam: quorum nullum ſi adſit, nunquam ſe in altum recipient ſucci, quemadmodum nec in cutem violentius irruentes hanc adurent unquam, quin animus aliquo modo affectus ſit, aut aeſtu immodico animal extrinſecus obſideatur. Ergo vehementer commotis, aut iratis, aut in pudore veluti reciprocantibus ſe humoribus inſpicere colorem non oportet. At ſi nec ambientis violentia calidi frigidive, nec ullus animi affectus, cujusmodi jam dictus eſt, ſubſit, certiſſima ſucci animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus, ſicubi albius ſolito eſt effectum, pituitoſum abundare ſuccum indicat, ſicubi pallidius aut flavius, bilioſum, ita, ſicubi ad rubicundius, quam pro natura, eſt mutatum, ſanguinis abundantiam ſubeſſe ſignificat, ſicubi ad nigrius, nigram ſupereſſe bilem oſtendit. Videas praeterea, ceu plumbi colorem aliquando nonnullos habere, rurſus aliquando ceu mixturam eſſe albi lividique, aliquando livorem ſolum ſine

Ed. Chart. VI. [122.] Ed. Baſ. IV. (258.)

μόνον ἐπικρατεῖν ἄνευ τοῦ λευκοῦ. τὰ τοιαῦτα οὖν χρώματα τὸν ὠμὸν ἐπικρατεῖν ἐνδείκνυται χυμόν, ἐν εἴδει μὲν ὑπάρχοντα φλέγματος, ἧττον δ' ὑγρὸν ὄντα τοῦ συνήθους ὀνομαζομένου φλέγματος. ὡς τὰ πολλὰ δὲ οὐδὲ γλισχρότης αὐτῷ πρόσεστιν· ὡς, εἴ γε προσήκοι, τὸν τοιοῦτον χυμὸν ὁ Πραξαγόρας ὑαλώδη καλεῖ, ψυχρὸν μὲν ἱκανῶς ὑπάρχοντα, παχύτερον δ' ἧττον ὄντα τοῦ κατ' ἔξοχὴν ὠμοῦ προσαγορευομένου. κοινῇ μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι χυμοὶ λευκοί τε καὶ ὠμοὶ πάντες εἰσί, προσαγορεύεται δ' αὐτῶν ἄλλος ἄλλῃ προσηγορίᾳ. καὶ οὐ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος καιροῦ διορίσασθαι πάντας αὐτούς· μόνου γὰρ εἰς τὰ παρόντα τοῦ κοινῇ πᾶσι συμβεβηκότος δεόμεθα, τοῦ μηδέπω κατειργάσθαι τελέως αὐτοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἔθ' ὑπάρχειν ὠμούς. ἐν μεθορίῳ γάρ ἐστι τὸ αἷμα τῶν τε χολωδῶν χυμῶν καὶ τούτων, ὧν τὸ γένος ἑνὶ προσρήματι καλεῖν ἔξεστιν ἢ ὠμὸν χυμὸν, ἢ φλέγμα. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑπερκατεργασθέντος ἀποτελοῦνται τοῦ αἵματος, οὗτοι δ' οὐδέπω γεγονότος. ἔστι δ' ἑκατέρων ἄπειρος μὲν ἡ κατὰ μέρος διαφορὰ, διώρισται

albo conſiſtere. Ergo ejuſmodi colores crudum dominari ſuccum indicant; qui quum de genere ſit pituitae, minus tamen humiditatis habet, quam ea quae publice vocatur pituita; plerumque vero huic nec lentor ineſt. Nam is ſi adſit, Praxagoras ejuſmodi ſuccum vitreum appellat, egregie quidem frigidum, craſſum tamen eo, quem crudum per excellentiam vocant, certe minus. Generaliter igitur ejuſmodi ſuci omnes albi crudique ſunt, nomenclaturam vero alius aliam ſortitur. Nec attinet ad praeſentem diſputationem eos omnes diſtinguere, quippe ad quam illud tantum commune omnium accidens pertinet, quod hi ſucci percocti a natura non ſint, ſed crudi adhuc maneant. Siquidem ſanguis in medio eſt bilioſorum atque horum, quorum utique genus uno vocabulo appellare licet vel crudum ſuccum, vel pituitam. Illi namque ex ſanguine fiunt, ubi ſupra juſtum modum eſt percoctus, hi vero eo nondum perfecto. Sunt autem utriuſque generis innumerae particulares differentiae, caeterum quae

Ed. Chart. VI. [122.] Ed. Baſ. IV. (258.)

δέ πως ἤδη πρὸς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν εἴδεσιν εὐαριθμήτοις· ὧν οὐδ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν μεμνῆσθαι νῦν ἁπασῶν, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον εἰς ἓν ἀγαγεῖν τὸ κεφάλαιον, ὅπερ οἷον σκοπόν τινα ποιήσασθαι προσῆκον τῶν πρακτέων. ἐπειδὴ γὰρ οἱ μέν τινές εἰσι, πρὶν ἀκριβῶς αἱματωθῆναι τὴν τροφήν, οἷον ἡμίπεπτοί τινες, οἱ δ' ἄπεπτοι παντάπασιν, οἱ δ' ὀλίγον ἀποδέοντες αἵματος ἰδέας, ἕτεροι δ' ἔσχατοι τῆς αἱματώσεως, ἀμετρίᾳ θερμότητος ἑπόμενοι, καὶ τούτων αὐτῶν οἱ μὲν ὀλίγον ἀποκεχωρηκότες αἵματος, οἱ δὲ πλέον, οἱ δὲ πλεῖστον, ἐπὶ μὲν τῶν ὀλίγον ἀπεχόντων ἐφ' ἑκατέρῳ θαῤῥοῦντως χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, ἐπὶ δὲ τῶν πλέον εὐλαβέστερον, ἐπὶ δὲ τῶν πλεῖστον οὐδ' ὅλως. συνεπισκοπεῖσθαι δὲ πειρᾶσθαι καὶ τὸ ποσὸν ἐν αὐτοῖς, οἷον, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἂν μὲν ὀλίγον ὑπάρχῃ τὸ χρηστὸν αἷμα, πλεῖστος δ' ἄλλος τις χυμὸς, ἀφίστασθαι τῆς φλεβοτομίας· ἂν δ' οὗτος μὲν ὀλίγος ᾖ, δαψιλὲς δ' ὑπάρχῃ τὸ αἷμα, θαῤῥοῦντως χρῆσθαι ταῖς φλεβοτομίαις.

ab iis, qui in talibus ſunt periti, in numeratas ſpecies ſunt jam deſcriptae; quarum tamen ipſarum adeo hic omnium meminiſſe neceſſe non eſt, ut etiam ſatis ſit eas ad unum caput redigere, quod tibi veluti ſcopum agendorum proponas. Nam quoniam alii prius, quam ad exactum ſanguinem nutrimentum perveniat, veluti ſemicocti ſunt, alii prorſus incocti crudique, alii paulo abſunt a ſanguinis forma, rurſus alii ſanguificationis veluti ultima pars, qui utique exceſſu caloris proveniunt, quorum alii paululum, alii plus, alii plurimum a ſanguine receſſerunt: ubi paululum vel citra ſanguinem reſtiterunt, vel ultra proceſſerunt, audacter mittendus ſanguis eſt; ubi plus, conſideratius agendum; ubi plurimum, in his nullus omnino mittendus eſt. Inſpicere vero et quantitatem convenit, ut verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus vero ſuccus plurimus, utique in his abſtinendum a detractione ſanguinis eſt; ſin is quidem exiguus, anguis vero copioſus, audacter incidenda vena eſt.

Ed. Chart. VI. [122. 123.] Ed. Baſ. IV. (258.)

εἶθ' οὕτως, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὑπάγειν γαστέρα πρός τε τὸ πλῆθος ἀφορῶντα καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ. εἰ δέ τις ἤτοι δι' ἡλικίαν ἢ διὰ δειλίαν οὐκ ἐθέλοι παρέχειν ἑαυτὸν τῷ ἰατρῷ πρὸς οὐδένα τρόπον αἵματος ἀφαιρέσεως, ἐπὶ κάθαρσιν ἰσχυροτέραν ἄγειν αὐτόν. εἰ δὲ καὶ ταῦτα ὑποπτεύοι, δι' ἑτέρων ἐκκενοῦν τὸ περιττόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ὑποκειμένης ἐν τῷ λόγῳ φύσεως οὐδὲν χαλεπὸν ἐξευρεῖν ἑτέρας κενώσεις· ἐπ' ἄλλων δὲ μετὰ διορισμῶν ἀκριβεστέρων ἐξευρίσκειν αὐτὰς προσήκει, οὓς αὖθις ἐροῦμεν, ἐπειδὰν πρότερον ὑπὲρ τῆς εὐχύμου φύσεως εἴπωμεν. ὑποκείσθω γὰρ ὅ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐπὶ μοχθηρᾷ διαίτῃ κοπώδης γεγενημένος, εἶτ' ἐξ ὧν εἰρήκαμεν σημείων, ἐν μὲν τῷ φλεβώδει γένει τῶν ἀγγείων παρεμφαινέσθω τι πλῆθος αὐτῷ χυμῶν ἡμιπέπτων, [123] ἐν δὲ τῷ ὅλῳ σώματι τούτων δὴ τῶν δακνωδῶν, οἷς ὁ κόπος εἵπετο, συνηυξήσθω δέ πως αὐτῷ καὶ τὸ αἷμα. μάλιστα μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἐχρῆν τοῦ αἵματος ἀφελόντα καθῆραι τοὐντεῦθεν

Deinde dejicere (ut dictum eſt) alvum oportet, ratione habita abundantis ſucci copiae pariter et ſpeciei. Quod ſi quis propter vel aetatem vel timiditatem permittere ſe medico ad ſanguinem ullo modo detrahendum nolit, huic dejicienda largius alvus eſt, aut, ſi id quoque ſuſpectum habet, alia ratione educendum ſupervacuum eſt. Ac in propoſita nobis hactenus natura alias vacuandi rationes invenire difficile non eſt; in aliis cum diſcretione et diligenti examine diſquiri eas conveniet. Eam diſcretionem poſt trademus, ubi de propoſita boni ſucci natura tractationem abſolverimus. Pone enim talem hominem ex mala victus ratione laſſitudine affectum, deinde ex iis quas retulimus notis in venoſo vaſorum genere apparere ſubeſſe illi copiam ſemicrudorum ſuccorum, in reliquo vero corpore toto multitudinem horum ſane mordacium, quos laſſitudo ſecuta eſt, auctus praeterea illi quodammodo et ſanguis eſto. Maxime ergo (ut dictum eſt) detrahere primo de ſanguine oportet, deinde ſuccum

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 260 sur 889

Ed. Chart. VI. [123.] Ed. Baſ. IV. (258.)

ἐκεῖνον τὸν χυμὸν, ὃς ἂν ἐπικρατεῖν φαίνηται. μὴ προσιεμένου δὲ τὴν τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν, αὐξῆσαι τὴν κάθαρσιν. εἰ δὲ μηδέτερον ὑπομένοι, σκοπεῖσθαι τὴν ἑτέραν ὁδὸν, ἣ μάλιστα ἄν τις, εἰ καὶ μὴ διὰ ταχέων, ἀλλ' ἐν χρόνῳ γε πλέονι πρὸς τὴν ἀρχαίαν τοῦ σώματος ἕξιν ἐπανάγοι τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ οὖν οἱ πρῶτοι δύο σκοποὶ τῆς ἐπανορθώσεως ἐν ἅπάσαις ταῖς τοιαύταις διαθέσεσίν εἰσι, πέψις μὲν τῶν ἀπέπτων ἢ καὶ ἡμιπέπτων χυμῶν, ὁπόσοι πρὸς τοῦ αἵματος γεννῶνται, κένωσις δὲ τῶν δριμέων τε καὶ δακνωδῶν, ὁπόσοι δεύτεροί τ' εἰσὶ καὶ ὕστεροι τοῦ αἵματος, ἀπέχειν μὲν αὐτοὺς χρὴ κινήσεως ἁπάσης ἰσχυρᾶς, ἀτρέμας δ' ἀλείφοντας καὶ ἀνατρίβοντας ἐλαίῳ λούειν ὅτι μάλιστα προσηνεστάτοις λουτροῖς, εἶτ' ἐφ' ἡσυχίας τε καὶ ἀσιτίας διάγειν, εἰ δ' οἷόν τ' εἴη, καὶ ὕπνου, εὖ εἰδότας, ὡς οὐδὲν οὕτω πέττει μὲν τὰ πεφθῆναι δυνάμενα, διαφορεῖ δὲ τοὺς μοχθηροὺς χυμοὺς, ὡς ὁ ὕπνος μετὰ βαλανεῖον. ὅταν οὖν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἀποπειραθέντες, εἰ καθίσταται ὁ κόπος ῥᾳδίως, ὁμοίως

illum educere, qui ſuperare videtur. Non ſuſtinente autem homine ſanguinem ſibi detrahi, augere dejectionem; ſi vero neutrum admittat, aliam quampiam rationem inire, qua maxime, ſi non brevi, at longiore tempore priſtinam corporis habitudinem homo recipiat. Quoniam ergo duo prima ſunt, quibus primum intentus ſit oportet, qui ejuſmodi affectibus medebitur, crudorum ſive etiam ſemicoctorum, qui ante ſanguinis perfectionem fuerunt, percoctio, et acrium ac mordacium, qui ſecundi ſunt et ſanguine poſteriores, eductio: abſtinere eos convenit ab omni valido motu; blande vero unctos atque oleo perfrictos perquam ſuavi lavare balneo; inde in otio abſtinentiaque habere, atque etiam ſomno, ſi fieri poteſt, minime ignorantibus, nihil eſſe, quod aeque concoquat ea, quae concoqui poſſunt, et malos ſuccos per halitum digerat, ut ſomnus a balneo. Quum igitur (ut paulo ante diximus) primo die experti, an facile finita laſſitudo ſit,

Ed. Chart. VI. [123.] Ed. Baſ. IV. (258.)

ἐνοχλούμενον ὁρῶμεν τὸν ἄνθρωπον, ἐπί τε λουτρὸν ἄγειν αὐτὸν, καὶ τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἡσυχάζειν τε καὶ ἀσιτεῖν ἀναγκάζειν· ὡς εἰ καὶ τὸ δεύτερον ἔτι τε καὶ τρίτον γνόντες, λοῦσαι νῆστιν, ἡσυχίᾳ τε καὶ ὕπνῳ τὰ μεταξὺ τῶν βαλανείων διαλαμβάνοντα. συντελεῖ δ' εἰς τὸν ὕπνον οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸ τὸ βαλανεῖον αὐτοῖς. ὑπνωδέστεροι μὲν οἱ λουσάμενοι γίνονται πάντες, εἰ μηδὲν ἄλλο γε καὶ διακωλύσει μεῖζον. ὥστε σοι τὸν ὕπνον αἴτιόν τε καὶ σημεῖον ἀγαθὸν γίγνεσθαι τῆς ἐλπιζομένης ὠφελείας, ὥσπερ γε καὶ τὸ μὴ δυνηθῆναι καθεύδειν ἐπὶ τοῖς βαλανείοις οὐκ ἀγαθὸν αἴτιον ἅμα καὶ σημεῖον. ὡς τὰ πολλὰ μέντοι καὶ τῶν πλεοναζόντων χυμῶν ἔξ ὕπνου τε καὶ ἀγρυπνίας ἔνεστι λαβεῖν διάγνωσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ψυχροῖς τά τε κώματα καὶ οἱ μακρότεροι τῶν ὕπνων, ἐπὶ δὲ τοῖς θερμοῖς καὶ δακνώδεσιν ἀγρυπνία, καὶ εἰ καθυπνώσειέ γέ ποτε, φαντασιώδεις τε καὶ θορυβώδεις ὕπνοι ὑποπίπτουσιν, ὡς ἐξανίστασθαι ταχέως αὐτούς. ὥσπερ δὲ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, οὕτω καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἐλάχιστά τε καὶ ἁπλᾶ ζοφήματα

ſimiliter gravatum hominem cernimus, tum mittendus in balneum ſecundo etiam die eſt, tum in quiete abſtinentiaque habendus; aeque vero et ſi iterum et tertio videris, jejunum lavabis, quietem ac ſomnum ipſis lavationibus interponens. Conducit ad ſomnum non in poſtremis ipſum quoque balneum; ſunt enim, qui eo ſunt uſi, omnes magis ad ſomnum propenſi, modo majoris moment nihil obſtiterit. Adeo tibi ſomnus et cauſa et ſignum percommodum ſperatae utilitatis ſit, velut e diverſo non poſſe a balneo dormire nec cauſa nec ſignum eſt commodum. Quippe plerumque redundantis ſucci indicia ex ſomno vigiliisque ceperis: frigidi namque ſucci veternum et longiores ſomnos inducunt, calidi et mordaces vigilias; et ſi quando dormitur, variis imaginibus inquietos et turbatos ſomnos efficiunt ſic, ut ſtatim excitent. Sicuti autem in primo die, ita etiam in ſecundo ſorbitionem et minimam et ſimplicem illis exhibebimus;

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 262 sur 889

Ed. Chart. VI. [125.] Ed. Baf. IV. (258. 259.)

προσοίσομεν αὐτοῖς· τὸ μὲν γὰρ πλείω διδόναι τοῖς κενώσεως δεομένοις ἄντικρυς ἐναντίον, τὸ δ' αὖ μηδ' ὅλως τρέφειν ἀσῶδές ἐστι, καὶ κακωτικὸν τοῦ στο(259)μάχου, καὶ τῆς δυνάμεως καταβλητικόν, καὶ τῆς κακοχυμίας αὐξητικόν. ἐλάχιστον οὖν αὐτοῖς διδόναι, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, χυλὸν πτισάνης ἁπλῶς ἠρτημένον, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τοῦ χόνδρου τὸν αὐτὸν τρόπον ἠρτημένου τῇ πτισάνῃ, ὀλίγον ὄξους ἔχοντος, καὶ μάλισθ' ὅταν ὠμῶν πλῆθος ὑποπτεύωμεν ἢ ἐν ταῖς φλεψὶν ἢ καθ' ὅλον ὑπάρχειν τὸν ὄγκον. εἰ γὰρ μηδὲν ὅλως ὄξους ὁ χόνδρος προσλάβοι, γλισχρότερός ἐστιν, ἢ πρέπει τοῖς παροῦσιν, ὥστ' ἐμφράξει μᾶλλον, οὐ διαῤῥύψει τοὺς πόρους, οὗ μάλιστα χρήζουσιν ἐπὶ τοῖς παχέσι καὶ γλίσχροις χυμοῖς, οἷοί πέρ εἰσι τοὐπίπαν οἱ φλεγματώδεις ἅπαντες. εὔχυμος μὲν οὖν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο κακοχυμίας ἐπικεραστικός. ἀλλ' εἰ μὴ κολασθείη τὸ γλίσχρον ἐν αὐτῷ, προσλαβὼν ὄξους τε καὶ πράσου τὸ μέτριον, ἐμφράξει τε καὶ θρέψει μειζόνως, ἢ συμφέρει τοῖς ἐνεστῶσι. διὰ τοῦτ' ἄρα καὶ ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἀμείνων ἐστὶν εἰς

quippe large iis apponere, quibus auferri potius aliquid debeat, plane eſt contrarium, ſicut rurſus omnino non nutrire et faſtidia ſtomachi creat, et eundem laedit, et vires labefactat, et malum ſuccum adauget. Ergo exiguum his dandum, ac potiſſimum, ſi fieri poteſt, ptiſanae cremor ſimpliciter conditus, ſin minus, alica eodem, quo ptiſana, modo praeparata, parum aceti admixtum habens, praeſertim ſi cruditatis abundantiam vel in venis, vel in toto corporis habitu ſubeſſe ſuſpicamur. Quippe ſi nihil prorſus aceti ſit alicae admixtum, glutinoſior erit, quam ut propoſitis conducat; itaque obſtruet magis quam detergebit meatus: quod tamen maxime petitur in craſſis ac glutinoſis ſuccis, cujuſmodi plane omnes pituitoſi ſunt. Ac boni quidem ſucci eſt ac propterea vitioſos humores contemperans. Caeterum, niſi lentor ejus corrigatur adjectis aceto et porri modico, non ſolum obſtruet, ſed etiam nutriet plenius, quam propoſitis ſit ex uſu. Hac itaque de cauſa ptiſanae cremor in hoc caſu

Ed. Chart. VI. [123. 124.] Ed. Baſ. IV. (259.)

τὰ τοιαῦτα, καὶ συμμέτρως τρέφων, καὶ μηδαμόσε κατὰ τὰς στενοτέρας ὁδοὺς ἰσχόμενος, ὥσπερ ὁ χόνδρος, ἀλλ' αὐτός τε διερχόμενος, προσαποῤῥύπτων τε καὶ διαῤῥύπτων τοὺς πόρους ἅμα τῷ τέμνειν τε [124] καὶ διαλύειν, ὁπόσον ἂν ἐν τοῖς ἡμιπέπτοις τε καὶ ἀπέπτοις χυμοῖς ὑπάρχῃ παχύ. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ μελίκρατον ἐπιτήδειόν ἐστιν αὐτοῖς, ὀξύμελί τε καὶ ἀπόμελι, καὶ πέπερι, καὶ ζιγγίβερι, καὶ πάνθ' ὅσα τέμνει τε καὶ διαλύει τὰ παχέα χωρὶς τοῦ κακοχυμίαν ἐργάζεσθαι. λεχθήσεται δὲ ὑπὲρ τῆς ὕλης αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἑξῆς· εἰς δὲ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ὥσπερ τινὰ παραδείγματα τά τε προειρημένα λελέχθω μοι καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι. ὀσπρίων μὲν γὰρ ἐπιτηδειοτάτη ἡ πτισάνη, λαχάνων δ' ἡ θριδακίνη, τῶν δ' ἰχθύων οἱ πετραῖοι, καὶ τῶν ἄρτων οἱ κλιβανῖται καὶ ζυμῖται καὶ καθαροὶ συμμέτρως, τῶν δ' ὀρνίθων οἱ ὄρειοι, τῶν δὲ ποτῶν ὀξύμελι, μελίκρατον, οἶνος λεπτὸς καὶ λευκός, ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ὅσα περ εὔχυμά τ' ἐστὶ καὶ ῥυπτικά, καὶ μὴ γλίσχρα, μηδὲ παχύχυμα, μηδ' ἱκανῶς πολύτροφα.

tutior eſt, ut qui tum modice nutriat, tum nuſquam per anguſtos meatus haereat, quemadmodum alica, ſed et permeet ipſe, et meatus per totum detergeat, et quicquid in ſemicoctis crudisve ſuccis continetur craſſi, id diſſecet ac reſolvat. Horum ipſorum gratia et mulſa his idonea eſt, et oxymeli, et apomeli, et piper, et zingiber, poſtremo omnia, quae citra vitioſi generationem ſucci humorem craſſum diſſecant ſolvuntque; quorum materiam latius in ſequentibus proſequemur. Ad inſtitutum vero nunc ſermonem exempli loco poſita ſint, et quae jam ſunt dicta, et quae nunc dicenda. Frugum namque maxime apta eſt ptiſana, olerum ſola lactuca, piſcium, qui ſaxatiles dicuntur, panis, qui et in clibano coctus, et fermentatus, et modice purus eſt, aves monticolae, potio oxymeli, mulſa, vinum tenue et album, ſemelque quae boni ſucci, eademque detergent, nec glutinoſa ſunt, nec craſſum ſuccum efficiunt, nec valenter nutriunt.

Ed. Chart. VI. [124.] Ed. Baſ. IV. (259.)

τὰ δ' οὐρητικὰ προσαγορευόμενα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν οὐκ ἐπαινῶ, καὶ μάλιστα ὅσα σφοδρότερον ἐκθερμαίνει τε καὶ κατατήκει τὸ αἷμα· τῷ γὰρ μέλλοντι καλῶς πεφθήσεσθαι τοσαύτης ταραχῆς οὐδέπω χρεία. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα πρακτέον οὕτως ἐστὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, οὐχ ἥκιστα δὲ κατὰ τὴν τρίτην τε καὶ τὴν τετάρτην. ἔτι τε πρὸς τούτοις, εἰ πραΰνοιτο μὲν ἡ κοπώδης διάθεσις, εὔχρουν δὲ γέγνοιτο τὸ σῶμα, καὶ ὕπνοι χρηστοὶ, καὶ οὖρα πέπονα, τρῖψαι μὲν ἐπὶ πλέον αὐτὸν ἀποτολμήσαντα, γυμνάσαι δ' ὀλίγον. πράξαντος γὰρ οὕτως, εἰ μὲν μηδεμία κοπώδης αἴσθησις ἐπιγίγνοιτο, πρὸς τὰ συνήθη γυμνάσια διὰ ταχέων ἐπανάγειν· εἰ δ' ἐπιφανείη τι τῶν ἔμπροσθεν ἤτοι συμπτωμάτων ἢ σημείων, αὖθις οὖν καὶ σὺ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων ἐξαλλάττειν πειρῶ τὰ κατὰ μέρος. εἰ μὲν οὖν τῆς κοπώδους αἰσθήσεως ἀνάμνησις γένοιτο μόνης ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι σημείοις ἀγαθοῖς διαμένουσιν, ἀποθεραπευτικοῖς ἐπανορθοῦμεν τὸν κόπον· εἰ δὲ ταραχθείη μὲν τὰ

Quae vero urinam cient, hoc caſu non probo, maxime quae praevalentia ex his ſunt, et ſanguinem calfaciunt ac liquant; quippe, quod concoquendum probe eſt, huic tanta adhuc agitatio non convenit. Haec itaque omnia ſecundo die facienda ad hunc modum ſunt, atque etiam tertio quartoque. Ad haec praeterea, ſi tum laſſitudinis affectus levetur, tum corpus coloratius appareat, tum ſomni quieti, et urinae concoctae ſint, fricare quidem liberalius, excitare vero parce hominem audebis. His ita peractis, ſi nullus laſſitudinis ſenſus praeterea ſuperſit, ad conſuetas ſtatim exercitationes hominem reduces; ſin quicquam appareat priorum aut ſymptomatum, aut notarum, rurſus tu quoque in id intentus mutare tentabis ea, quae particulatim non recte habent. Si itaque ſolius laſſitudinis ſenſus recordatio ſupereſt, caeteris notis omnibus bene ſe habentibus, utique apotherapiae munere laſſitudinem ſubmovebis; ſin autem turbatae notae ſunt

Ed. Chart. VI. [124.] Ed. Baſ. IV. (259.)

σημεῖα καὶ οἷον χυθείη, μὴ παρείη δ' ὁ κόπος, ἐν ἡσυχίᾳ πλέονι διαφυλάττειν τὸν ἄνθρωπον· εἰ δ' ἄμφω συνέλθοι, διὰ τῆς αὐτῆς ἐπιμελείας ἄγων, ἢ χρώμενος ἔμπροσθεν εἰς τοσοῦτον προσήγαγεν ὠφελείας αὐτὸν, ὡς τολμῆσαί τι καὶ περὶ γυμνασίων. οὕτω μὲν ἐπανορθοῦσθαι προσήκει τὴν εἰρημένην διάθεσιν.

Κεφ. ε'. Εἰ δὲ τἄλλα μὲν ταῦτα εἴη κατὰ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον, ὑπάρχοι δ' αὖ τῷ κοπώδει σώματι τὸ μὲν αἷμα τὸ χρηστὸν ὀλίγον, οἱ δ' ὦμοὶ χυμοὶ πάμπολλοι, μήτε φλεβοτομεῖν, μήτε καθαίρειν, μήτε γυμνάζειν, ἀλλὰ μηδὲ κινεῖν ὅλως; μηδὲ λούειν. αἱ μὲν γὰρ φλεβοτομίαι τὸ μὲν χρηστὸν ἐκκενοῦσι, τὸ δὲ μοχθηρὸν, ὅπερ ἐν ταῖς πρώταις μάλιστα φλεψὶ ταῖς καθ' ἧπάρ τε καὶ μεσάραιον ἀθροίζεται, πρὸς ὅλον ἐπισπῶνται τὸ σῶμα. κάθαρσις δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων στρόφους τε καὶ δήξεις ἐργάζεται καὶ λειποψυχίας σὺν τῷ μὴ κενοῦν ἀξιολόγως· οἱ γὰρ ὦμοὶ χυμοὶ πάντες ἀργοὶ καὶ δυσκίνητοι διὰ τὸ πάχος τε καὶ τὴν ψυχρότητα. προσεμφράττουσιν οὖν ἁπάσας τὰς στενὰς ὁδοὺς, δι' ὧν

et veluti confuſae, caeterum laſſitudo abeſt, in quiete majore ſervare hominem oportebit. Si vero ambo coierint, eadem ratione hominis curam ages, qua prius uſus in eum ſtatum duxiſti, quo etiam exercitationis aliquid tentare auderes. Atque ita quidem jam comprehenſo affectui medendum cenſeo.

Cap. V. At ſi in eodem homine reliqua eadem ſint, caeterum in laſſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittendus, nec alvi dejectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum; quippe venae ſectio bonum ſanguinem emittit, malum, qui in primis maxime venis circa jecur et meſenterium colligitur, in totum attrahit corpus. Dejectio vero in talibus tormina et roſiones creat, animique deliquia, cum eo quod nec notatu quippiam dignum educit, quando crudi omnes ſucci pigri atque ad motum inepti propter craſſitudinem frigiditatemque ſunt. Quo fit, ut etiam omnes anguſtas vias obſtruant, per quas

Ed. Chart. VI. [124. 125.] Ed. Baſ. IV. (259.)

χρὴ τὸ κενούμενον ἐν ταῖς καθάρσεσιν ἐπὶ τὴν γαστέρα παραγίνεσθαι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὔτ' αὐτοὶ κενοῦνται, καὶ τοὺς ἄλλους ἐμποδίζουσι. τοῦτο μὲν οὖν ὑφ' Ἱπποκράτους διὰ βραχυτάτου παρήνηται ῥήματος, εἰπόντος· πέπονα φαρμακεύειν, μὴ ὠμά. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐδὲ γυ[125]μνάζειν, οὐδὲ κινεῖν ὅλως, ἀλλ' οὐδὲ λούειν προσήκει τοὺς ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ τὸ πλῆθος τῶν ὠμῶν χυμῶν ἔχοντας. ἅπασαι γὰρ αἱ τοιαῦται κινήσεις εἰς ὅλον τὸ σῶμα ποδηγοῦσι τοὺς χυμούς. φυλακτέον οὖν αὐτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ πάσῃ, καὶ δοτέον ἐδέσματά τε καὶ ποτὰ καὶ φάρμακα λεπτύνοντα, καὶ τέμνοντα, καὶ κατεργαζόμενα τὸ πάχος τῶν χυμῶν, ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς· οἱ γὰρ θερμανθέντες ἰσχυρότερον χυμοὶ πανταχόσε τοῦ σώματος ἴασιν. διαιτᾶν οὖν αὐτοὺς ἐπ' ὀξυμέλιτι μάλιστα, βραχύ τι καὶ πτισάνης ἐνίοτε καὶ μελίκρατον διδόντα. καὶ γὰρ φέρουσι τὴν λεπτὴν δίαιταν, εἴ πέρ τινες ἄλλοι, καταχρώμενοι τῷ πλήθει τῶν ὠμῶν χυμῶν εἰς τροφὴν τοῦ σώματος, ἐν τῷ κατὰ βραχὺ πέττειν αὐτούς. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ

id, quod medicamentum dejicit, ferri ad alvum debet; itaque nec ipſi educuntur, et aliis ſunt impedimento. Id quod ſane Hippocrates illo oraculo praecavit, quo brevissime praecepit: *Concocta medicari oportet, non cruda.* Eadem de cauſa nec exercitare, nec omnino movere, ſed nec lavare expedit eos, qui in primis venis crudorum copiam habent; ſiquidem omnes id genus motus ſuccos illos in totum corpus agunt. Servandi igitur hi ſunt in omni quiete, dandaque ipſis cibus, potio medicamentaque ſunt ſingula ejus generis, quae attenuent, diſſecent et concoquant ſuccorum craſſitudinem, idque citra manifeſtum calorem; nam qui excalfacti vehementius ſucci ſunt, ii in omnem corporis partem feruntur. Ergo nutries hos maxime oxymelite, aliquando etiam ptiſanae et mulſae exiguo quopiam; ſuſtinent enim hi victum, ſi modo alii ulli, tenuem, ipſa nimirum crudorum ſuccorum copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentum abutentes. Quoniam autem praecordia

Ed. Chart. VI. [126.] Ed. Baſ. IV. (259.)

ὑποχόνδριον ἅπασι τοῖς τοιούτοις ἐπῆρται καὶ διαπεφύσηται, καὶ ῥᾳδίως, ὅ τι ἂν προσάρωνται, πνευματοῦται, βέλτιον ἂν εἴη διδόναι σὺν τῇ τροφῇ πεπέρεως μακροῦ. καὶ γὰρ διαλύει τοῦτο παχύτητα φυσώδους πνεύματος, ἀπωθεῖται δὲ καὶ πρὸς τὴν κάτω γαστέρα τὰ καθ' ὑποχόνδριον ἀργῶς συνεστῶτα, καὶ τῇ πέψει τῶν ληφθέντων συναίρεται κατὰ τὸν αὐτὸν κοινὸν λόγον ἁπάντων πεπέρεων. εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, τῷ λευκῷ χρηστέον· ἔστι γὰρ στομάχου τονικώτερον ἀμφοῖν τοῖν ἄλλοιν πεπερέοιν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο παρείη, χρῆσθαι τῷ καλλίστῳ μέλανι· τοῦτο δὲ τὸ βαρύσταθμον. ἄμεινον δὲ καὶ τῷ Διοσπολιτικῷ προσαγορευομένῳ χρῆσθαι φαρμάκῳ. συντίθεται δὲ διττῶς, ἐνίοτε μὲν ἐξ ἁπάντων ἴσων, κυμίνου τε καὶ πεπέρεως, καὶ πηγάνου, καὶ νίτρου, καὶ ἔστιν οὕτω μᾶλλον ὑπακτικώτερον γαστρός· ἐνίοτε τῶν μὲν ἄλλων ἴσον ἑκάστου μίγνυται, τοῦ νίτρου δ' ἥμισυ. κάλλιον δὲ, κύμινον μὲν ἐμβάλλεσθαι τὸ καλούμενον Αἰθιοπικόν, πεπέρεως δὲ ἤτοι τὸ μακρὸν, ἢ τὸ λευκόν, ἐμβρέχεσθαι δὲ τὸ κύμινον ὄξει δριμυτάτῳ· κἄπειτ' εὐθέως

istiusmodi omnibus turgida inflataque sunt, ac facile, quicquid assumpserint, in flatum vertitur, satius fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod flatuosi spiritus crassitudinem solvit, et quae in praecordiis pigra cessant, ad ventrem inferiorem depellit, et concoquendis, quae sumpseris, subvenit pro communi piperum ratione. Quod si hujus copia non est, utique albo utendum, quippe quod supra duo reliqua genera ventriculum roborat. Sin hoc non adest, optimum nigrum petendum est: id vero fuerit, quod pondere praecellit. Sane utilius sit et Diospolitico vocato medicamento uti, cujus compositio duplex est: alias ex paribus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro; potestque ita magis ventrem solvere; alias, quum reliquorum pari ponderi miscetur nitri dimidium. Praestiterit autem cuminum esse, quod vocant Aethiopicum, piper vero vel longum, vel album. Macerabitur cuminum in aceto maxime acri: dein continuo id tun-

Ed. Chart. VI. [125.] Ed. Baſ. IV. (259. 260.)

τριβέσθω, ἢ πρότερον φρυγέσθω μετρίως ἐν ἀγγείῳ κεραμέῳ, τελέως ὠπτημένῳ κατὰ τὴν κάμινον. ὅσα γὰρ ἐνδεῶς ἐξηράνθη, πηλώδη μᾶλλόν ἐστιν, ἢ κεράμεα, καὶ τοῖς φαρμάκοις τι προστρίβεται τῆς ἑαυτῶν ποιότητος. ἔστω δὲ τὰ τοῦ πηγάνου φύλλα προανεξηραμμένα συμμέτρως. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον ἀναξηρανθείη, δριμέα τε γίνεται καὶ πικρὰ, καὶ περαίτερον τοῦ προσήκοντος θερμά, μηδ' ὅλως δὲ προξηρανθέντα περιέχει τινὰ περιττωματικὴν ὑγρότητα, μηδέπω κατειργασμένην ἀκριβῶς, δι' ἣν οὐ γίνεται παντάπασιν ἄφυσα. τούτοις τέσσαρσιν ἐνίοτε μὲν ἀναμίγνυται μέλι προαπηφρισμένον, ἐνίοτε δ' οὐδὲν, ἀλλὰ μόνα χωρὶς τοῦ μέλιτος ἀποτίθενται, καὶ πτισάνης ἐμβάλλεται χυλῷ, καὶ ὅτῳ περ ἂν ἄλλῳ τῶν ἐδεσμάτων μάλιστα πρέπειν δοκῇ. λαμβάνεται δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ φάρμακον τοῦτο πρὸ τροφῆς τε καὶ μετὰ τροφήν. καὶ ἔστι κάλλιστον ἐν τῇ τοιαύτῃ χρήσει τὸ (260) μέλι μεμιγμένον, ἀκριβῶς ἀπηφρισμένον, τοῦτο γὰρ ἀφυσώτατόν ἐστιν. ἔστω δὲ δηλονότι καὶ αὐτὸ τὸ μέλι κάλλιστον, εἴπερ ἀφυσώτατόν τε καὶ τμητικώτατον

ditur, aut etiam prius modice frigitur in vaſe fictili, quod coctum in camino quam optime ſit: quae enim exacte penitusque cocta non ſunt, haec lutoſa potius quam figulina ſunt, et qualitatum ſuarum nonnihil medicamentis remittunt. Sunto vero et rutae folia modice ſiccata; ut enim, ſi pluſculum ſiccentur, acria amaraque redduntur, et ſupra quam par eſt calida, ſic, ſi prorſus non ſicces, excrementitium quendam humorem retinent, nondum ex toto concoctum, cujus vitio flatum diſcutere minus poſſunt. Quatuor his aliquando deſpumatum mel additur, aliquando nihil, ſed ſola ſine melle reponuntur, ac ptiſanae cremori et aliis, quibus maxime convenire videntur, cibis injiciuntur. Sumitur et per ſe medicamentum hoc et ante et poſt cibum. Porro ad eum uſum optimum eſt, quod mel admixtum habet, quod utique curioſe ſit deſpumatum: id enim flatum maxime diſcutit: ſit autem oportet et mel optimum, ſi modo, quod flatum diſcutiat, quodque maxime diſſecet, futurum

Ed. Chart. VI. [125. 126.] Ed. Baſ. IV. (260.)

ἔσεσθαι μέλλοι τὸ φάρμακον. ἐπιτήδειον δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐστὶ καὶ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων, ὅταν μὴ πάνυ φαρμακῶδές τε καὶ ποικίλως σκευασθῇ, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν συντιθέασιν αὐτό, δίκην καρυκείας τινὸς, ἢ συὸς ἀγρίου, πρὸς δὴ τούτων τῶν θαυμασίων ὀψοποιῶν ἐσκευασμένου. ὥστ' ἔργον οὐ σμικρὸν ὑπάρχειν τοῖς ἰατροῖς, ἢ τοῖς προσαιρομένοις αὐτὸ τὸ ἐπεμβεβλημένον φάρμακον καταπέψαι τὸ ἄμμι, καὶ τὸ σέσελι, καὶ τὸ λιβυστικὸν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα· διαγινώσκεται γοῦν λαμβανόντων ὠμὰ καὶ ἀμετάβλητα μέχρι πλείστου κατὰ τὴν γαστέρα μένοντα. [126] ταῦτά τε οὖν ἀφελεῖν χρὴ τοῦ φαρμάκου, καὶ προσέτι τὸ ἑλένιόν τε καὶ τὸν τῆς νάρδου στάχυν· ὡς δὲ ἔνιοι συντιθέασι, καὶ τὴν κασίαν. ἔχειν δ' ἐσκευασμένον ἕτοιμον διττὸν, ὡς ἡμεῖς εἰώθαμεν· ἁπλοῦν μὲν τὸ ἕτερον, ὅπερ ἐπί τε τῶν ἡπεπτηκότων χρὴ διδόναι, καὶ τὴν πρόσφατον ψύξιν ἐχόντων κατὰ γαστέρα καὶ φλεγματώδη χυμόν· ἕτερον δὲ φαρμακῶδες, ᾧ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς

medicamentum eſt. Appoſitum ſane remedium ſic affectis eſt et quod ex tribus piperibus conficitur, utique quum non admodum medicamentoſum fuerit, ex variisque confectum, ſicuti a plerisque medicorum componitur, mixturae cujusdam ex variis obſoniorum generibus ritu, aut apri a mirificis iſtis coquis conditi, adeo ut non minimum medicis, aut iis, qui apparant, negotium ſit immixta illi medicamenta concoquere, ammi, ſeſeli, libyſticum et alia id genus: cruda enim minimeque mutata ab iis, qui ea ſumpſerint, longo tempore durare in ventriculo intelliguntur. Haec igitur ſubtrahenda medicamento ſunt, praeterque haec helenium et nardi ſpica; ceu vero nonnulli componunt, etiam caſia. Expedit autem praeparatum habere ad manum dupliciter, ſicut ipſe ſoleo: alterum ſimplex, quod iis dandum eſt, qui minime concoxerunt, et qui recens frigus in ventriculo habent, et pituitoſum ſuccum; alterum, quod medicamentoſum magis eſt, quo maxime utimur in iis fluxionibus, quae a capite de-

Ed. Chart. VI. [126.] Ed. Baſ. IV. (260.)

εἰς τὸν θώρακα ῥευμάτων χρώμεθα. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅπως χρὴ σκευάζειν, αὖθις εἰρήσεται. τὸ δ' ἁπλοῦν, ᾧ καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὠμῶν τῶν κατὰ τὰς πρώτας φλέβας χρώμεθα, τοιόνδ' ἐστίν. εἰς πεντήκοντα δραχμὰς ἑκάστου τῶν τριῶν πεπέρεων ἀρκεῖ μιγνύειν ἀνίσου τε καὶ θύμου καὶ ζιγγιβέρεως ἑκάστου δραχμὰς ὀκτώ, τὸ μὲν ἁπλούστατον τοῦτο, καὶ τούτου μᾶλλον ἔτι τὸ χωρὶς ζιγγιβέρεως. ἕτερον δὲ τὸ διὰ τῶν αὐτῶν συγκείμενον, ἀλλ' εἰς τὰς πεντήκοντα δραχμὰς ἑκάστου τῶν τριῶν πεπέρεων ἑκκαίδεκα δραχμῶν ἐμβαλλομένων ἑκάστου τριῶν ἀνίσου τε καὶ θύμου καὶ ζιγγιβέρεως, ᾧ καὶ μάλιστα χρώμεθα πρὸς τὰ παρόντα. χρὴ δ', εἴπερ οἷόν τ' εἴη, τὸ μὲν ἄνισον εἶναι Κρητικόν, Ἀττικὰ δὲ τὰ θύμα, ἢ πάντως γε ἐκ χωρίων ὑψηλῶν τε καὶ ξηρῶν. ἐμβάλλειν δ' αὐτῶν τὴν κόμην ἅμα τοῖς ἄνθεσιν, ἀποκρίνοντα τὸ ξυλῶδες. ἔστω δὲ καὶ τὸ πέπερι τὸ μὲν μακρὸν ἄτρητόν τε καὶ ὑγιὲς, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ζιγγίβερι· τάχιστα γὰρ ἀμφότερα τιτρᾶται. καὶ πρὸς τῷ μὴ τετρῆσθαι δη-

ſcendunt ad pectus. Verum hoc quo pacto ſit praeparandum, alibi dicetur. Simplex illud, quo ad cruditatis abundantiam, quae in primis eſt venis, utimur, hujusmodi eſt. Ad cujusque trium piperum ʒ quinquaginta abunde adduntur aniſi et thymi et zingiberis, ſingulorum ʒ 8; et ſimpliciſſimum quidem hoc eſt. Etiam hoc ipſo magis ſimplex, a quo detractum zingiber eſt. Alterum vero eſt, quod ex iisdem conficitur: verum ad cujusque trium piperum ʒ quinquaginta reliquorum cujusque ſedecim drachmarum injicitur pondus, nempe aniſi, thymi et zingiberis: quo etiam ad propoſita utimur commodiſſime. Debet autem, ſi haberi poteſt, aniſum Cretenſe eſſe, thymum aut Atticum, aut plane ex editis locis et ſiccis: a quo quicquid lignoſum eſt quum circumciſum fuerit, coma ipſa una cum floribus injicietur. Eſto vero et piper, quod longum quidem eſt, integrum minimeque foratum; aeque vero et zingiber; nam ambo perforari facile ſolent. Quin etiam non ſolum non per-

Ed. Chart. VI. [126.] Ed. Baſ. IV. (260.)

λονότι τὸ ἀληθινὸν αὐτὸ πέπερι τὸ ἀπὸ τῆς βαρβάρου κομιζόμενον ἔστω. διττὸν γὰρ ἐνταῦθα πανουργεύεται, σκευαζόμενον μὲν τὸ ἕτερον ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας μάλιστα, βοτάνης δέ τινος ἐκβλάστημα θάτερον ὑπάρχει. ὡς δ' ἄν τις μάλιστα γνωρίζοι τὸ πεπανουργημένον, ἐγὼ διηγήσομαι, τοσοῦτον πρότερον εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ μὴ θαυμάζειν τινά, μηδὲ ζητεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἤτοι συνθέσεις φαρμάκων, ἢ δοκιμασίας ἐπῆλθέ μοι γράφειν ἐνταῦθα, μή πάνυ τι τοῦτο πράττειν εἰθισμένῳ κατὰ τὴν θεραπευτικὴν πραγματείαν. ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ αὐτοῖς μόνοις διαλέγομαι τοῖς ἰατροῖς, ἐνταυθοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὓς ὀνόματι κοινῷ προσαγορεύουσιν ἔνιοι φιλιάτρους, ἐν τοῖς πρώτοις δηλονότι μαθήμασι γεγονότας, ὡς γεγυμνάσθαι τὴν διάνοιαν. οὔκουν ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς τοιούτοις οὔτ' ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, οὔτ' ἐν τῇ περὶ συνθέσεων αὐτῶν γεγυμνάσθαι πραγματείᾳ, πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον οὐδ' ὡς χρὴ δοκιμάζειν ἕκαστον ἐπίστασθαι. τούτοις οὖν ἄμεινόν ἐστι γράφεσθαι τὰ τοιαῦτα πάντ' ἀκριβῶς, ὥσπερ ἀρτίως τὰ περὶ τοῦ

foratum, ſed et verum illud, quod ex barbaris affertur, piper eſto; hîc namque quod adulteratur, duplex eſt, alterum, quod in Alexandria maxime praeparatur, alterum, quod herbae cujusdam germen eſt. Qua vero maxime ratione internoſci, quod adulterinum eſt, poſſit, ipſe docebo, tantisper praefatus, ne quis aut miretur, aut cauſam requirat, quamobrem vel probandi medicamenti hîc tradere rationem ſubiit, qui in medendi libris non temere id facere ſoleam. Siquidem in illis cum medicis ipſis dumtaxat ago; hîc vero etiam cum aliis univerſis, quos aliqui communi nomine philiatros vocant, qui ſcilicet in primis diſciplinis verſantur, quo intelligentiam ſuam exerceant. Porro his neceſſe non eſt nec in libris de ſimplicibus medicamentis, nec in opere de medicamentorum compoſitione eſſe exercitatis, multoque minus explorandi cujusque medicamenti peritiam habere. His itaque perſcribi cumulate talia omnia ſatius eſt, ſicut paulo ante

Ed. Chart. VI. [126. 127.] Ed. Baſ. IV. (260.)

μακροῦ πεπέρεως ἐπεχείρησα διηγεῖσθαι. χρὴ γὰρ ἀπογεύεσθαι μὲν αὐτοῦ πρῶτον, ἀκριβῶς ἐπισκοπουμένους, εἰ πεπέρεως ἀποσώζει ποιότητα, μετὰ δὲ τοῦτ' ἐμβαλεῖν ὕδατι. τὸ γὰρ ἐσκευασμένον, εἰ βραχείη δι' ὅλης ἡμέρας, αὐτίκα διαλύεται τηκόμενον. εἴπερ οὖν ἥ τε ποιότης ἀκριβῶς αὐτῷ πεπέρεως ὑπάρχῃ, καὶ μὴ διαλύηται βρεχόμενον, ἥ δ', ὡς εἴρηται, καὶ ἄτρητον, ἐπιτήδειον εἶναι νόμιζε τὸ τοιοῦτον μακρὸν πέπερι. τὸ δέ γε μέλαν μήτε μικρὸν ἔστω, μήτε ῥυσσὸν, μήτε παχύφλοιον, ἀλλ' ἐκ τοῦ βαρυστάθμου καλουμένου τὸ μέγιστόν τε καὶ εὐτραφέστατον ἐκλεγέσθω. καὶ τοῦ λευκοῦ δ' ὁμοίως ἐκλεγέσθω τὸ μέγιστόν τε καὶ εὐτραφέστατον. εἶτα πάντων ἅμα κοπέντων, καὶ λεπτῷ κοσκίνῳ διαττηθέντων, ἀπηφρισμένον ἐπιμελῶς μιγνύσθω μέλι τὸ κάλλιστον, εὐῶδες δήπου τοῦτο καὶ ξανθὸν ὑπάρχον, γλυκύτατόν τε ἅμα καὶ δριμύτατον, καὶ τῇ συστάσει μήτε παχὺ, μήθ' ὑγρὸν, ὡς ἀποσπᾶσθαι αὐτοῦ τὸ συνεχὲς, ἀλλ' ὥστε καταθέντα τὸν δάκτυλον εἰς αὐτὸ, [127] κἄπειτα καταστήσαντα μετέωρον, ἀπορρέον ὁρᾶν αὐτοῦ τὸ μέλι μέχρι

de longo pipere tradere occoepi. Principio enim experiendum guſtu eſt, diligenterque aeſtimandum, an piperis qualitates ſervet, poſtea in aquam mittendum; nam quod factitium eſt, ſi per diem totum in humore maceretur, illico liquatur ac ſolvitur. Si ergo tum piperis ei qualitas plane ineſt, nec maceratum reſolvitur, eſtque (ut dictum eſt) minime foraminibus pertuſum, piper id longum idoneum judicabis. Nigrum vero nec exile, nec rugoſum, nec craſſi corticis eſto, ſed ex eo, quod ponderoſum vocant, id, quod tum maximum, tum pleniſſimum eſt. Itemque de albo ſimili modo eligatur, quod maximum eſt atque pleniſſimum. Deinde omnibus ſimul tuſis, et per tenue cribrum transmiſſis, mel optimum curioſe deſpumatum admiſceatur. Sane id odorum flavumque, praeterea acerrimum dulciſſimumque fuerit, tum conſiſtentia nec plane craſſa, nec liquida, ſed quae ita continuitatem ſuam tueatur, ut, ſi digitum in id dimiſeris, poſt in ſublime attollas, quod mellis ab eo defluit, lon-

Ed. Chart. VI. [127.] Ed. Baſ. IV. (260.)

πλείστου συνεχὲς ὂν ἑαυτῷ. ἄμεινον δ' ἐπ' ἀνθράκων ἕψεῖν, ἢ ξύλων ἀκριβῶς ξηρῶν, ἃ δὴ καὶ καλοῦσιν ἄκαπνα. τοῦτό τε οὖν διδόναι χρὴ τὸ φάρμακον, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἢ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις ἑκάστης ἡμέρας· καὶ γὰρ ἔωθεν, καὶ πρὸ τροφῆς, καὶ μετὰ τροφὴν, καὶ καθυπνοῦν μελλόντων ἐπιτήδειον ὑπάρχει· τὸ δὲ πλῆθος ἑκάστης δόσεως ἔστω κοχλιαρίου μεστοῦ, μικροῦ μὲν ἐπὶ τῶν μικρῶν σωμάτων, μεγίστου δὲ ἐπὶ τῶν μεγίστων, ἀνάλογον δ' ἐπὶ τῶν μεταξύ· καὶ μέντοι καὶ τὸ ζιγγίβερι, τὸ κομιζόμενον ἐκ τῆς βαρβάρου, διάβροχον ὄξει, συμφέρει λαμβάνειν. ἔστι δὲ τοῦτο ῥίζα χλωρᾶς τῆς πόας ἐμβαλλομένη τῷ ὄξει μετὰ τὴν ἀναίρεσιν εὐθέως. κατασβέννυται γὰρ ἡ τῶν τοιούτων φαρμάκων θερμότης αὐτόθι περὶ τὰς πρώτας φλέβας, οὐκέτ' ἀναφερομένη πρὸς ὅλον τὸ σῶμα, καθάπερ ἑτέρων τινῶν, οἷον καὶ τὸ διὰ τῆς καλαμίνθης, ὑπὲρ οὗ μετ' ὀλίγον ἐπὶ πλέον εἰρήσεται.

Κεφ. ς'. Ταὐτ' ἄρα καὶ ὀξύμελι χρησιμώτατον αὐτοῖς ἐστιν, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται. σκευάζειν δὲ καὶ τοῦτο

gissima quasi linea sibi continuatum videas. Coquitur hoc recte aut super carbones, aut ligna omnino arida, quae etiam fumum non emittentia vocant. Hoc igitur medicamentum dare conveniet non semel bisve quotidie, sed etiam saepe, siquidem mane, et ante cibum, et post, etiam cubitum euntibus recte datur cochlearii pleni mensura, atque hujus quidem, ut parvis corporibus parvi et maximis maximi, ita mediis ad proportionem. Praeterea etiam zingiber, quod ex barbaris affertur, aceto maceratum assumere confert. Est id virentis herbae radix ab avulsione statim in acetum conjecta. Extinguitur enim ejusmodi medicamentorum calor circa ipsas primas venas, nec in totum perfertur corpus, veluti aliorum quorundam, cujusmodi id medicamentum est, quod diacalaminthes vocant, de quo mox uberius agemus.

Cap. VI. Idcirco etiam oxymeli his utilissimum est, ut prius diximus. Id ita praeparari debebit. Quum mel

Ed. Chart. VI. [127.] Ed. Baſ. IV. (260.)

προσήκει κατὰ τάδε. μέλι τὸ κάλλιστον ἐπ᾽ ἀνθράκων ἀπαφρίσαντες, ἐπεμβάλλειν αὐτῷ τοσοῦτον ὄξους, ὡς γευομένῳ μήτ᾽ ἄγαν ὀξὺ φαίνεσθαι, μήτε γλυκύ· καὶ τότ᾽ αὖθις ἕψειν ἐπ᾽ ἀνθράκων, ὡς ἑνωθῆναί τε τὰς ποιότητας αὐτῶν ἀκριβῶς, καὶ μὴ φαίνεσθαι γευομένοις ὠμὸν τὸ ὄξος· εἶτ᾽ ἀποθέμενον τούτῳ μιγνύειν ὕδωρ ἐπὶ τῆς χρήσεως, οὕτως κεραίνοντας, ὡς οἶνον. εἰ μὲν οὖν ὁ πίνων αὐτὸ μήθ᾽ ὡς ὀξὺ μήθ᾽ ὡς γλυκὺ μέμφοιτο, χρηστέον ἄχρι παντός· εἰ δὲ μή, τότε τὸ λεῖπον ἐπεμβάλλοντας ἀφεψεῖν αὖθις. οὐ γὰρ ἐπαινῶ τοὺς κατὰ μίαν τινὰ συμμετρίαν σκευάζοντας αὐτό· παραπλήσια γάρ μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ποιεῖν τοῖς ἀξιοῦσιν ἅπαντας τοὺς πίνοντας ὡσαύτως κεραννύναι τὸν οἶνον τῷ ὕδατι, μὴ γινώσκοντες, ὡς ἔνιοι μὲν ὑδαρέστερον εἰθισμένοι πίνειν εὐθέως πλήττονται τὴν κεφαλήν, εἰ καὶ βραχύ τις αὐτοῖς ἀκρατέστερον κεράσειεν, ἔνιοι δ᾽ ἀκρατεστέρῳ χαίροντες ἀνατρέπονται τὸν στόμαχον ὑδαρέστερον πιόντες. ὁπότ᾽ οὖν ἐπὶ οἴνου ταῦτα συμπίπτει, συνήθους οὕτω ποτοῦ, πολὺ δήπου μᾶλλον ἐπ᾽ ὀξυμέλιτος, ὅσῳ καὶ ἀηθέστερον οἴνου,

optimum ſuper carbones deſpumaveris, conjicies in ipſum aceti tantum, unde guſtanti nec acidum nimis, nec dulce videbitur; ac denuo ſuper prunas coques, quoad plane unitae amborum qualitates ſint, nec appareat guſtanti acetum adhuc crudum: huic ab igne remoto uſus tempore aquam admiſcebis, ita nimirum temperans, ut vinum. Ergo qui bibet, ſi nec de acore ejus queritur, nec dulcedine, aſſidue eo utatur; ſin alterutro offenditur, adjecto, quod deſideratur, rurſus id coques. Neque enim eos probo, qui ſub una quapiam menſura id conficiunt; qui mihi ſimiliter iis affecti videntur, qui bibentes omnes ſimiliter aquam vino miſcere cenſent, non advertentes, quibusdam utique, qui dilutiori inſueverunt, caput ſtatim, ſi vel puſillo meracius hauſerint, tentari, quibusdam, qui meraciore delectantur, ſtomachum, ſi dilutius biberint, ſubverti. Quum igitur in vino, tam familiari potu, iſta contingant, multo ſane magis in oxymelite, utpote,

Ed. Chart. VI. [127. 128.] Ed. Baſ. IV. (260, 261.)

καὶ ἰσχυρότερόν ἐστιν, εἰκὸς ἀκολουθήσειν αὐτά. βέλτιον οὖν ἐστιν ταῖς τῶν λαμβανόντων αἰσθήσεσι κρίνειν τὸ σύμμετρον αὐταῖς, ἢ ἡμετεραις, οἰκειότατον μὲν τῇ φύσει τοῦ λαμβάνοντος εἶναι νομίζοντας τὸ ἥδιστον ὀξύμελι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὠφέλιμον, ἐναντιώτατον δὲ τὸ ἀηδέστερον. αὐτὴν δὲ τὴν πρώτην κρᾶσιν αὐτῶν, ὡς ἂν μάλιστα τοῖς πλείστοις ἁρμόσειε, κατὰ τόδε χρὴ ποιεῖσθαι. ὄξους ἑνὶ μέρει διπλάσιον μιγνύσθω τοῦ τὸν ἀφρὸν ἀφῃρημένου μέλιτος· εἶθ' οὕτως ἐπὶ μαλακοῦ πυρὸς ἑψείσθω, (261) μέχρις ἂν ἑνωθῶσι αὐτῶν αἱ ποιότητες· οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ τὸ ὄξος ὠμὸν ἔτι φαίνοιτο. δι' ὕδατος δ' εὐθέως οὕτω σκευάζειν ὀξύμελι. τῷ μέλιτι μίγνυσθαι τετραπλάσιον ὕδατος καλλίστου· κἄπειθ' ἑψείσθω μετρίως, μέχρις ἂν ὁ ἀφρὸς ἀφίσηται. τὸ μὲν οὖν φαῦλον μέλι πάμπολυν ἐξεργάζεται τὸν ἀφρὸν, ὥστε καὶ ἡ ἕψησις αὐτοῦ πολυχρονιωτέρα γίνεται· τὸ δὲ ἄριστον ἐν ἐλαχίστῳ τε χρόνῳ καὶ βραχύτατον ἀφίησιν, ὅθεν οὐδὲ ἴσον αὐτῷ δεῖται τῆς ἑψήσεως. ἡ δ' οὖν πλείστη τὸ τέταρτον ἀπολείπει [128] μέρος τοῦ κραθέντος

quam vinum, tum minus familiari, tum magis forti, ipſa ſequi par eſt. Satius ergo ſit ex ſumentis guſtu, non noſtro, judicium de modo facere, id eſſe ſumentis naturae convenientiſſimum oxymelitis, quod utique eſt jucundiſſimum, proindeque etiam utile, contra adverſiſſimum eſſe, quod injucundum. Ipſam tamen primam ipſorum mixtionem, quo plurimis conveniat, talem eſſe oportet: uni aceti parti mellis, a quo detracta ſpuma ſit, duplum eſt miſcendum; deinde ambo in leni igne coquenda, donec eorum qualitates in unum coierint: ita enim nec acetum amplius crudum apparebit. Cum aqua vero ſtatim ita facies oxymeli. Melli quadruplum optimae aquae miſcebis, dein coques modico igni, quoad ſpumare deſinat. Ac malum quidem mel multam egerit ſpumam, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum vero, ut breviſſimo tempore coquitur, ita minimum ſpumae evomit, unde nec pari ei coctione eſt opus; plurimum certe quartam partem ejus, quod ab initio eſt in-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 276 sur 889

Ed. Chart. VI. [128.] Ed. Baſ. IV. (261.)

ἐξ ἀρχῆς. μίξαντας δ' ὄξους ἥμισυ, πάλιν ἑψητέον ἄχρι τοῦ τὰς ποιότητας αὐτῶν ἀκριβῶς ἑνωθῆναι, καὶ μηκέτ' ὠμὸν φαίνεσθαι τὸ ὄξος. σκευάζονται γὰρ καὶ κατ' ἀρχὴν εὐθέως τῶν τριῶν μιχθέντων οὕτως. ἔστω δὲ ἓν μὲν ὄξους μέρος, δύο δὲ μέλιτος, ὕδατος δὲ δ'· καὶ ταῦθ' ἑψείσθω μέχρι τοῦ τρίτου μέρους ἢ τετάρτου, τὸν ἀφρὸν ἀφαιρούντων ἡμῶν. εἰ δὲ ἰσχυρότερον αὐτὸ ποιῆσαι βούλοιο, τοσοῦτον ἐμβαλεῖς ὄξους, ὅσον καὶ μέλιτος. ἀπόμελι δὲ κάλλιστον ἐν ὕδατι σκευάζεται, καὶ πίνουσιν αὐτὸ δι' ὅλου τοῦ θέρους, ὡς ἐμψῦχον. ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ πρὸς τὴν ὑποκειμένην ἐν τῷ παρόντι λόγῳ διάθεσιν ὠφελίμως χρῆσθαι, καὶ μάλισθ', ὅταν ὀξυνθῇ· πάσχει δὲ τοῦτο πλειστάκις, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον, ὡς ἂν δι' ὕδατος σκευαζόμενον, οὐ τοῦ ὀμβρίου, καθάπερ τὸ ὑδρόμελι, ἀλλὰ τοῦ ἐπιτυχόντος. ἔνεστι δ', εἰ βούλοιτό τις, καὶ δι' ὀμβρίου συντιθέναι. καὶ ἐγώ γ' ἂν τοῦτο ποιεῖν συνεβούλευον, εἰ ἐπήνουν τὸ ὄμβριον, ἀλλὰ γὰρ οὔτε τοῦτο ἐπαινῶ, καὶ οὐδὲν χεῖρον ὀξυνόμενον ἀποτελεῖται, καὶ μάλιστα εἰς τὰ

ditum, amittit; poſt vero dimidio aceti adjecto, rurſus coquendum, donec qualitatum omnino ſit unitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur ſane oxymeli etiam tribus ſtatim ab initio mixtis, ad hunc modum. Aceti uni parti additur mellis duplum et aquae quadruplum, atque haec ad tertiam partem coquuntur vel etiam quartam, ſpuma interim detracta. Quod ſi valentius id facere ſtudes, tantundem injicies aceti, quantum mellis. Apomeli vero optimum ex aqua conficitur, bibiturque tota aeſtate refrigerantis vice. Poteſt vero, cui id libet, et ad quam propoſuimus affectionem, eo commode uti, potiſſimum ubi coacuit; id quod ei ſaepe contingit, alias magis, alias minus, utpote ex aqua confecto, non pluvia, ſicut mulſa, ſed qualibet; quanquam poteſt, qui volet, et ex pluvia aqua id conficere, ipſeque, ſi pluviam aquam probarem, id ſuaderem. Verum nec ipſam probo, et nihilo eſt deterius, ſi aceſcit, potiſſimum ad ea, quae

Ed. Chart. VI. [128.] Ed. Baſ. IV. (261.)

παρόντα. καὶ γὰρ οὖν καὶ μετρίως ὀξύνεται τό γε μὴ παντάπασιν ἀμελῶς ἐσκευασμένον. ἡ δ' ἐπιμέλεια τῆς σκευασίας ἐστὶν ἐν τῷ τὸ κηρίον μὴ εἶναι πάνυ φαῦλον, ἕψεῖσθαί τ' ἐπὶ πλέον ἐν ὕδατι πηγαίῳ, καθαρῷ τε καὶ ἡδεῖ. χρὴ γὰρ ἐκπιέσαντα τῶν κηρίων τὸ μέλι μέχρι τοσούτου καθεψεῖν ἐν ὕδατι, μέχρις ἂν μηκέτι μηδεὶς ἀφρὸς ἐπανίστηται. τούτῳ τε οὖν χρῆσθαι ποτῷ καὶ τῶν οἴνων τοῖς ὀξυσμένοις ἀτρέμα, καὶ τῶν ἐδεσμάτων τοῖς λεπτύνουσιν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν, οἷά πέρ ἐστι καὶ ἡ κάππαρις, εἰ δι' ὀξυμέλιτος ἢ δι' ὀξελαίου λαμβάνοιτο. μέχρι δή που δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν, ὡς εἴρηται, διαιτᾶν· εἰ δ' ἐλπίζοις, ἱκανῶς ἤδη λεπτύνεσθαι τοὺς ὠμοὺς χυμούς, οἶνον προσφέρειν, λεπτὸν μὲν τῇ συστάσει, κιρρὸν δὲ ἢ λευκὸν τῇ χροιᾷ· ὃ μὲν γὰρ εἰς εὐχυμίαν τε καὶ πέψιν, ὃ δ' εἰς οὔρησιν ἀγαθός. εἰσὶ δ' ἐπὶ μὲν τῆς Ἰταλίας ὅ τε Φαλερῖνος καὶ ὁ Σουρρεντῖνος ἐκ τοῦ προτέρου γένους, ὥσπερ οὖν ἐκ τοῦ δευτέρου ὅ Σαβῖνός τε καὶ ὁ Ἄλβανὸς καὶ Ἀδριανός, ἐπὶ δὲ τῆς Ἀσίας ἐκ μὲν τοῦ προτέρου Λέσβιός τε καὶ Ἀριούσιος,

nunc ſunt propoſita. Quin imo mediocriter etiam acidum, quod ſaltem non omnino incurioſe eſt confectum. Sane cura conficiendi in eo eſt, ut nec favus admodum ſit vitioſus, coquaturque bene in fontana aqua, quae et pura ſit et grata. Oportet enim expreſſum a favis mel eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exiſtat. Ergo tum hac utendum potione eſt, tum vero e vinis iis, quae leviter aceſcunt, nutriendum praeterea cibis eſt, qui citra calorem extenuent, cujusmodi capparis eſt ex oxymelite vel aceto et oleo ſumpta ad duos vel tres dies, ut dictum eſt. Quod ſi crudos jam ſuccos ſatis attenuatos ſperas, vinum dabis, quod et ſubſtantia ſit tenue, et colore fulvum albumve: hoc enim et ad ſucci bonitatem et concoctionem facit, illud urinam movet. Sunt vero in Italia prioris generis Falernum et Surrentinum, poſterioris Sabinum et Albanum et Adrianum, in Aſia vero prioris generis Lesbium et Ariuſium, ſecundi

Ed. Chart. VI. [128.] Ed. Baſ. IV. (261.)

ἐκ δὲ τοῦ δευτέρου Τιτακαζηνός τε καὶ Ἀρσυΐνος. οὗτοι μὲν ὡς παραδείγματα εἴρηνται τῷ λόγῳ. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰσὶ καὶ τὴν Ἀσίαν, οὐχ ἥκιστα δὲ κἀν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις, οὓς αὐτὸν ἐκλέγεσθαι χρὴ, πρὸς τοὺς εἰρημένους ἀποβλέποντα σκοποὺς τήν τε χρόαν καὶ τὴν σύστασιν, ἀποδοκιμάζειν τε τούς τε παχεῖς καὶ τοὺς μέλανας, ὡς κακοχύμους τε καὶ βραδυπόρους. εἰ δ' ἐπὶ τοῖσδε βέλτιον ὁ ἄνθρωπος γίγνοιτο, καὶ λούειν ἤδη προσήκει, καὶ ἀλείφειν, καὶ ἀνατρίβειν μαλακῶς, κἀπειδὰν πρῶτον ὑπόστασιν ἴσχῃ τὰ οὖρα, τάς τε τρίψεις αὐξῆσαι καὶ πρὸς τὰ συνήθη γυμνάσια κατ' ὀλίγον ἐπαναγαγεῖν. ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ καὶ τοῖς διαφορητικοῖς ἀλείμμασι χρηστέον, ὧν καὶ πρόσθεν μὲν ἐμνημόνευσα, καὶ αὖθις δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἐρῶ. οὐ μὴν ἐμέτοις χρῆσθαι συμβουλεύω κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ὥσπερ ἐνίοις ἔδοξεν ἰατροῖς τε καὶ γυμνασταῖς, ἐξαπατηθεῖσιν, ὡς οἶμαι, πρὸς τῶν ὑπὸ Φιλοτίμου τε καὶ Πραξαγόρου γεγραμμένων ἐπὶ ταῖς τῶν τοιούτων χυμῶν θεραπείαις. οὐ γὰρ,

Titacazenum et Arſyinum. Atque haec exempli tantum gratia protulimus. Sunt autem et alia multa tum in Italia, tum in Aſia et caeteris nationibus, quae his ſunt ſimilia, ex quibus facere delectum conveniet ad eas, quas diximus, notas reſpicientes, nempe colorem ac ſubſtantiam, craſſa vero et nigra rejicere, ut quae tum malum ſuccum gignant, tum tarde penetrent. Quod ſi his adhibitis melius habere ſe ſenſerit, etiam lavare tum hominem debebis, ungereque ac molliter fricare. Ut vero primum urinae hypoſtaſim habuerunt, tum frictiones augere, tum ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore unguentis iis quoque utendum, quae per halitum evocent, de quibus et ante mentionem feci, et in ſequentibus faciam. Haudquaquam tamen in ejusmodi affectibus vomitu utendum ſuaſerim, ſicut nonnullis eſt viſum tum medicis, tum gymnaſtis, falſis (ut opinor) ex iis, quae a Philotimo et Praxagora de ejusmodi ſuccorum curatione ſunt ſcripta. Non enim, quum laſſitudinum

Ed. Chart. VI. [128. 129.] Ed. Baſ. IV. (261.)

ὅταν κοπώδεις διαθέσεις πλεονάζωσιν, ἀλλ' ἐπειδὰν μόνοι λυπῶσιν, ἔμετοι αὐτοὺς ἐκκενοῦσιν· οὐδεὶς γὰρ κίνδυνος ἀντισπασθῆναι τηνικαῦτα βιαιότερον ἔσω τῶν κατὰ σάρκα περιττωμάτων, ὥσπερ ὅταν ἄμφω πλεονάζῃ, τὰ μὲν ὠμὰ κατὰ τὰς πρώτας φλέβας, ἐν δὲ τοῖς στερεοῖς τὰ δακνώδη. φυλάττεσθαι γὰρ τῶν τοιούτων ἄμεινόν ἐστιν [129] ἑκατέρας τὰς ἀντισπάσεις, ἔξω μὲν τὴν τῶν ὠμῶν, ἔσωθεν δὲ τὴν τῶν δακνωδῶν. ὥσπερ οὖν ἐφυλαξάμεθα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ἔξω τοὺς ὠμοὺς ἐπισπᾶσθαι χυμούς, οὕτω χρὴ φυλάττεσθαι τοὺς δακνώδεις ἀντισπᾶν ἔσω. κεφάλαια δὲ τῆς μὲν ἔξω φορᾶς αὐτῶν εἰσι γυμνάσια, καὶ τρίψεις, καὶ λουτρά, καὶ θάλπος, ἀλείμματά τε θερμαίνοντα, καὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν ἡ ὀξυθυμία, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπανθ', ὅσα τοὺς ἐν τῷ βάθει τοῦ ζώου χυμοὺς εἰς τὴν πανταχόθεν κίνησιν ἐξορμᾷ, τῆς δ' εἴσω τὰ ἀποτρέποντα τῆς ἔξωθεν φορᾶς. ἔστι δὲ δήπου ταῦτα τῶν ὁμιλούντων τῷ δέρματι τά τε ψυχρὰ καὶ στύφοντα, καὶ ὅσα πρὸς τούτοις ἐπισπᾶται τοὺς χυμούς, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν ἐπεγείρει τὴν ἔσω

affectus abundant, ſed quum ſoli infeſtant, vomitus eos expellunt; quippe quum nullum periculum ſit, ne intro violentius revellatur aliquid eorum excrementorum, quae in carne conſtitere, quemadmodum certe eſt, quum ambo redundant, et in primis venis cruda, et in ſolidis mordacia; caveri enim in talibus ſatius eſt utramque revulſionem et foras crudorum, et intro mordacium. Sicuti igitur in ſuperioribus cavimus, ne crudi ſucci foras traherentur, ita, ne mordaces revocentur intro, eſt utique cavendum. Praecipuae vero cauſae, cur foras deferantur, hae ſunt, exercitatio, et frictio, et balneum, et fomenta calida, et unctio calefaciens, tum ex animi affectibus iracundia, et uno verbo omnia, quae ſuccos, qui alte in animantis corpore ſunt demerſi, ad motum quoquo verſus irritant. Cur autem intro ferantur, ea ſunt, quae utique prohibent foras ferri; talia ſunt ex iis, quae cuti vicina ſunt, et quae frigida ſunt, et quae adſtringunt, ad haec quaecunque ſuccos *introrſus* attrahunt, aut alias quoquo-

Ed. Chart. VI. [129.] Ed. Baf. IV. (261.)

κίνησιν αὐτῶν, ἐξ ὧν ἐστι λύπη, καὶ φρίκη, καθ' ἡντινα-οὖν αἰτίαν γιγνομένη· καὶ γὰρ καὶ ψυχρὸν αἴτιον καὶ θερμὸν ἐδείχθη, φρίκη τε καὶ ῥῖγος γιγνόμενον, καὶ διὰ τῶν ἐμπληττόντων τε καὶ φοβούντων τὴν ψυχὴν ἤτοι ἀκουσμάτων, ἢ θεαμάτων. ἅπαντ' οὖν τὰ τοιαῦτα φυλακτέον ἐστὶν, ἐπειδάν ἅμα τε κοπώδης ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ᾖ καὶ τὰς φλέβας ἔχῃ μεστὰς ἀπέπτων χυμῶν. οὔτε γὰρ τοὺς ἔξω χυμοὺς ἀντισπᾶν ἔσω καλὸν, οὔτε τοὺς ἔνδον ἔξω, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔξω διαφορεῖν ἀτρέμα, (τὰ γὰρ ἰσχυρότερον τοῦτο δρῶντα καὶ τῶν ἔνδοθεν ἐπισπᾶταί τι,) τοὺς δ' ἔνδον λεπτύνειν τε καὶ συμπέπτειν. εἰ δ' ἤτοι δι' ἐμέτων ἢ διὰ γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἐπιχειρήσαις αὐτοὺς ἐκκενῶσαι σφοδρότερον, ἐπισπάσῃ τινὰς ἐκ τῶν ἔξωθεν ἔσω. τοὺς δὲ περὶ τὸν Φιλότιμον οὐ χρὴ μέμφεσθαι τῇ τοιαύτῃ κενώσει χρωμένους, ὅταν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ πλῆθος ὠμῶν περικέηται χωρὶς ἑτέρας διαθέσεως, ἀλλὰ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς ἐθιστέον ἀκριβέστερον ἕπεσθαι παλαιοῖς γράμμασιν. εἰς

modo ipſorum intro motum excitant, quorum ſunt triſtitia et horror quacunque de cauſa ortus; quippe quum ex calida cauſa et frigida tum horrorem gigni, tum etiam rigorem, qualem ſupra deſcripſimus, eſt oſtenſum; praeterea quae auditu viſuve animo aut ſtuporem aut horrorem incutiunt. Haec itaque omnia devitanda tum ſunt, quum idem homo pariter et laſſitudinem ſentit, et venas habet crudis ſuccis refertas. Nam neque qui extra ſunt recte intro revocantur, neque qui intus ſunt foras; imo, qui foris ſunt, leviter educendi per halitum ſunt, ſi quidem, quae vehementius id faciunt, etiam eorum, quae intus ſunt, aliquid attrahunt. Qui vero intus ſunt, ii attenuandi coquendique ſunt. Quod ſi vel vomitu eos, vel alvi dejectione educere violentius tentes, utique eorum, qui foris ſunt, aliquid intro rapueris. Neque accuſandi ſunt Philotimi ſectatores, ſi tali uſi ſunt expulſione, ubi citra ullum alium affectum crudorum abundantia in primis venis conſtitit; quin potius nos ipſos aſſuefacere par eſt, ut veterum ſcripta diligentius inſpiciamus. Ergo,

Ed. Chart. VI. [129.] Ed. Baſ. IV. (261.)

αὐτὸ μὲν οὖν τὸ μελίκρατον ὕσσωπον ἀφεψοῦντες, οὐκ εὐθέως μὲν, οὐδ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐχομέναις δώσομεν, ἐφ' ὧν ἅμα τε τὸ πλῆθος τῶν ὠμῶν χυμῶν ἔνδον ἥ τε κοπώδης αἴσθησις ἔξω. τοὺς δ' ἐμέτους παραιτήσομεν δεδιότες, ὡς εἴρηται, τῶν ἔξωθέν τι περιττωμάτων εἴσω παλινδρομῆσαι. Πραξαγόρας δὲ καὶ Φιλότιμος εὐλόγως ἔμετον ἐπὶ τοιούτῳ μελικράτῳ παραλαμβάνουσιν, ὠμοὺς χυμοὺς θεραπεύοντες ἄνευ κοπώδους διαθέσεως.

Κεφ. ζ'. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, καιρὸς ἂν εἴη τῆς ὑπολοίπου διαθέσεως ὑπάρξασθαι, καθ' ἣν ἅμα τῇ ἕλκώδει διαθέσει καὶ τὸ τῶν ὠμῶν πλῆθος εἰς τὴν ἕξιν ἀνελήφθη. γίνεται δὲ ταῦτα κατ' ἐκείνας μάλιστα τὰς περιστάσεις τῶν πραγμάτων, ἐν αἷς ἤτοι θάλπος ἢ γυμνάσιον ἄμετρον ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς σάρκας ἁναρπάζει τοὺς ὠμοὺς χυμοὺς, οὐδεμίαν ἐν τῷ παρόντι πρόσφατον ἀπεψίαν ἠπεπτηκότων, ὥς, εἴ γε καὶ τοῦτο συνέλθοι, σύμπαν οὕτως ἐμπλησθήσεται τῶν ὠμῶν χυμῶν τὸ σῶμα. καὶ λεχθήσεται μὲν ὀλίγον ὕστερον, ὡς χρὴ καὶ τὴν τοιαύτην ἐπανορθοῦσθαι διάθεσιν. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ σύνθετον

quibus intus crudi ſucci copia eſt, et foris laſſitudinis ſenſus, iis hyſſopum in mulſo coquens, non ſtatim, nec primo die, ſed ſequentibus dabis; vomitu vero abſtinebis, veritus (ut diximus), ne quid excrementi externi intro rurſum revocetur. Praxagoras vero ac Philotimus rationabiliter poſt ejusmodi mulſum vomitum probant, propterea quod crudos citra laſſitudinem ſuccos curant.

Cap. VII. Caeterum quoniam de his abunde dictum eſt, tempus monet reliquum aggrediamur affectum, in quo cum ulceroſo ſenſu etiam crudorum copia in corporis habitum eſt recepta. Accidunt haec in iis maxime negotiorum circumſtantiis, in quibus aut calor, aut immodicus labor crudos ſuccos a venis in carnem rapit, idque iis, qui nullam ad praeſens recentem cruditatem contraxerunt. Quippe haec ſi adſit, univerſum ita corpus crudis ſuccis replebitur. Quemadmodum vero hunc affectum curare oporteat, etiam poſtea dicetur a nobis. Verum quo-

Ed. Chart. VI. [129. 130.] Ed. Baſ. IV. (261. 262.)

ὕστερόν τέ ἐστι καὶ δεύτερον τῶν ἁπλῶν, ἄμεινον ἂν εἴη περὶ τῆς ὑπολοίπου (262) διαθέσεως ἁπλῆς διελθόντας ἐπὶ τὰς συνθέτους αὖθις ἰέναι. καίτοι γε οὐδὲ ταύτην ἀκριβῶς ἁπλῆν χρὴ νομίζειν, ἀλλ' ὡς ἐν αὐτομάτοις κόποις ἁπλῆν. ὑποκει[130]μένης γὰρ τῆς τὸν κόπον ἐργαζομένης διαθέσεως, ἐπιμίγνυμεν αὐτῇ τὰς ἄλλας. ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ τὴν μῖξιν ἐνίοτε μὲν ἁπλῆ καὶ μία μίγνυται διάθεσις, ἐνίοτε δὲ σύνθετος, οὕτως ὠνομάσαμεν ἁπλῆν, ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος ἐνέστηκεν. ἔστω δὲ τὸ πλῆθος τῶν ὠμῶν χυμῶν ἐν τοῖς στερεοῖς τοῦ ζώου μέρεσιν, οὐκ ἐν ταῖς φλεψὶν, ἅμα τῷ καὶ τὴν ἕλκώδη τοῦ κόπου διάθεσιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὑπάρχειν· ἡ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσις τοῦ λόγου τοιαύτη τις ἦν. ὡς οὖν ἐφ' οἷς κατὰ τὰς φλέβας ἦν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς πρώτας τῶν ὠμῶν, ἐφυλαττόμεθα τὰ θερμαίνοντα, δεδιότες εἰς τὴν ἕξιν ἀναληφθῆναι τοὺς τοιούτους χυμοὺς, οὕτω νῦν οὐδὲν χρὴ δεδιέναι. δοτέον οὖν αὐτοῖς, ὅσα μέχρι τοῦ δέρματος ἐκτείνει τὴν θερμότητα, καὶ ἀνατριπτέον ἐπὶ

niam compoſitum omne poſterius ſimplici eſt, praeſtat (arbitror) reliquum ſimplicem affectum prius expedire, ac deinde ad compoſitos venire, quanquam ne hunc quidem omnino ſimplicem oportet exiſtimare, ſed ut inter laſſitudines ſua ſponte ortas ſimplicem. Propoſito namque nobis affectu, qui laſſitudinem excitat, adjicimus illi reliquos: ſed quia in mixtione alias ſimplex unaque affectio additur, alias compoſita, ita ſimplicem appellavimus hanc, de qua nunc agimus. Eſto igitur crudi ſucci copia in ſolidis animalis partibus, non in venis; cui accedat ulceroſae laſſitudinis in his ipſis affectus; quippe talis erat ea hypotheſis, de qua inter initia ſermonis loqui inſtitueramus. Sicuti igitur, in quorum venis et praecipue in primis crudorum copia erat, iis eſſe a calidis cavendum cenſuimus, veriti, ne ejusmodi ſucci in habitum corporis pertraherentur, ita nunc id timere non oportet. Ergo danda his ſunt, quae vel ad cutim usque calorem ſuum transmittunt, fricandumque largiter oleo, quod re-

Ed. Chart. VI. [130.] Ed. Baſ. IV. (262.)

πολὺ ἐλαίῳ χαλαστικῷ, καὶ μάλιστα μετὰ τὸν ὕπνον ἔωθεν ἐξαναστάντας· ἡ γὰρ τοιαύτη τρίψις ἅμα τε πέττει τοὺς ὠμοὺς χυμοὺς καὶ τρέφει τὸν ὄγκον τοῦ ζώου. χρὴ δ' ἡσυχάσαι μετὰ ταῦτ' ἄχρι πλέονος, εἰ μέλλοι καλῶς γενήσεσθαι ταῦτα. πολὺ δ' ἐνεργέστερον ἂν ἀνύσειεν, οὗ χάριν γίνεται, βραχέα τε σιτία προσενηνεγμένου κατὰ τὴν προτεραίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μηδὲν ἐπὶ τῷ δείπνῳ πίνειν πλὴν κιρροῦ καὶ λεπτοῦ οἴνου. μὴ γυμνάζεσθαι δὲ συνεχῶς καὶ σφοδρῶς αὐτίκα, μή πη λάθωμεν ἀπέπτῳ ἔτι χυμῷ ἀναγκάζοντες τρέφεσθαι τὸ σῶμα. βέλτιον οὖν ἔωθεν ἐπὶ πλεῖον ἀνατρίψαι τε καὶ μετὰ ταῦτα ἡσυχάσαι περιπατῆσαί τε τὰ μέτρια, καὶ αὖθις χρήσασθαι τρίψει πολλῇ, καὶ λουτρῷ συμμέτρῳ θερμῷ, καὶ τροφαῖς εὐχύμοις τε ἅμα καὶ μὴ γλίσχροις. εἴρηται δ' ἔμπροσθεν αὐτῶν ἡ ὕλη, πτισάνην ἐπαινούντων ἡμῶν εἰς τὰ τοιαῦτα, καὶ τοὺς πετραίους ἰχθύας, καὶ τῶν ὀρνίθων τοὺς ὀρείους. ἐπιτήδεια δὲ καὶ τὰ λεπτύνοντα τῶν ἐδεσμάτων, ὑπὲρ ὧν ἓν ἰδίᾳ γέγραπται βιβλίον. εὐλαβεῖσθαι δὲ χρὴ μηδὲν, εἰ καὶ θερμαίνοι σφοδρῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ τῆς

laxandi vim habeat, ac potiſſimum mane, quum ſurgunt a ſomno; nam hujusmodi frictio ſimul concoquit crudum ſuccum, et corpoream molem animantis nutrit. Quieſcendum vero poſt haec diu eſt, ſiquidem probe ſint ceſſura. Sane multo evidentius efficiant, cujus gratia fiunt, ſi homo exiguum cibum pridie ſumpſerit, nec aliud a coena bibat, quam vinum, quod fulvum ſit ac tenue. Nec vero illico exercitandum aſſidue et vehementer eſt, necubi imprudentes crudo adhuc ſucco nutriri corpus cogamus. Utilius itaque fuerit mane largius fricare, et poſt id diu quieſcere, ac modice inambulare, tum denuo multa uti frictione, et balneo modice calido, praeterea alimentis, quae et boni ſint ſucci, et minime glutinoſa. Eorum materia ſupra jam dicta eſt, ubi ptiſanam ad talia laudavi, et piſces ſaxatiles, et aves monticolas. Apti cibi ſunt et qui attenuant, de quibus ſcripſimus uno libro. Nec eſt quod verearis, ne calorem vehementer accendas, quin imo medicamen, quod diacalaminthen

Ed. Chart. VI. [130.] Ed. Baſ. IV. (262.)

καλαμίνθης φάρμακον ἀδεῶς λαμβάνειν. ἔστι δὲ ἡ σύνθεσις αὐτοῦ τοιαύτη. καλαμίνθης, καὶ γλήχωνος, καὶ πετροσελίνου, καὶ σεσέλεως ἑκάστου ἀνὰ ὀγ. β', σελίνου σπέρματος, κορύμβων θύμου, ἀνὰ ὀγ. δ' ἑκατέρου, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι λιβυστικοῦ μὲν ὀγ. ἑκκαίδεκα, πεπέρεως δὲ ὀκτὼ καὶ μ'. πεπέρεως μὲν οὖν ἔστω τὸ βαρύσταθμον ὀνομαζόμενον, σέσελι δὲ τὸ Μασσαλιωτικὸν, πετροσέλινον δὲ τὸ Μακεδονικὸν, καὶ τούτου μάλιστα τὸ Ἀστρεωτικὸν, ἡ καλαμίνθη δὲ καὶ ἡ γλήχων μάλιστα μὲν ἐκ Κρήτης, εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐκ χωρίων ὑψηλῶν τε καὶ ξηρῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ θύμα. τὰ μὲν οὖν ξυλώδη καὶ σκληρὰ τῶν βοτανῶν ἀπορρίπτειν, λαμβάνειν δ' εἰς τὸ φάρμακον τὰ φύλλα, καὶ τούτων μάλιστα τὰ λεπτότατά τε καὶ εὐθαλέστατα καὶ ἐπ' ἄκραις ταῖς βοτάναις, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἄνθη τε καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς λεπτότατα κάρφη. κόπτειν δ' ἅμα σύμπαντα καὶ διαττᾶν χρὴ διὰ λεπτοῦ κοσκίνου· μάλιστα γὰρ εἰς ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ ζώου τὰ τοιαῦτα φάρμακα ἀναδίδοται, καθάπερ γε τὰ παχύτερα κατὰ τὴν γαστέρα μένει, τοῖς στενοῖς

vocant, audacter dabis. Eſt vero compoſitio ejus hujusmodi. Accipe calaminthes, et pulegii, et petroſelini, et ſeſeleos, cujusque uncias duas, ſeminis apii, cacuminum thymi, utriusque uncias quatuor, ad haec libyſtici uncias XVI, piperis vero octo et quadraginta. Ac piper quidem eſto, quod ponderoſum appellant, ſeſeli vero Maſſilienſe, petroſelinum Macedonicum, hujusque praecipue Aſtreoticum, calaminthe et pulegium potiſſimum ex Creta, ſin minus, certe ex regionibus editis et ſiccis, ſimili ratione et thymum. Atque herbarum quidem quicquid lignoſum durumque eſt, id abjiciendum, accipienda vero ad medicamenta folia, atque ex his maxime quae ſubtiliſſima virentiſſimaque ſunt atque in ſummis herbis nata, ad haec flores, et quae cum iis ſunt una, minutiſſimae tenuiſſimaeque feſtucae. Haec omnia ſimul tundenda cribrandaque ſunt tenui cribro; quippe ejusmodi medicamenta in totum corporis habitum maxime diſtribuuntur, veluti e diverſo craſſiora in ventre

Ed. Chart. VI. [130. 131.] Ed. Baſ. IV. (262.)

στόμασι τῶν φλεβῶν ἐναρμοσθῆναι μὴ δυνάμενα. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ Διοσπολιτικὸν ὀνομαζόμενον φάρμακον, οὗ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, παχυμερέστερον εἴωθα σκευάζειν, ἐπειδὰν ὑπαχθῆναι τὴν γαστέρα δι' αὐτοῦ δεήσῃ. καί τις οὐκ εἰδὼς τοῦτο, λεπτότατόν τε καὶ χνοωδέστατον ἐργασάμενος αὐτό, τὴν μὲν ὑποχώρησιν οὐδέν τι προὔτρεψεν, οὖρα δ' ἐκίνησεν οὐκ ὀλίγα, καὶ ἡμῖν ἐκοινοῦτο, θαυμάζων τε ἅμα καὶ ζητῶν τοῦ γεγονότος τὴν ἀληθινὴν αἰτίαν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἔφη νομίζειν ἰδιοσυγκρασίαν τινὰ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ γὰρ ἐκάλεσεν οὕτως, αἰτίαν εἶναι τοῦ συμβεβηκότος. [131] ὡς δὲ ἔμαθεν, ὅτι τὸ τῆς συνθέσεως εἶδος αἴτιον ἴδιον ὑπῆρχεν, αὖθις ἑτέρως ἐσκεύασε, τυχὼν τοῦ σκοποῦ. τούτου μὲν οὖν τοῦ παραγγέλματος ἐπὶ πάσης συνθέσεως φαρμάκου ἄμεινον μεμνῆσθαι. τὸ δὲ προκείμενον ἐν τῷ παρόντι λόγῳ φάρμακον ἀκριβῶς ἅπαντα λεπτὰ λαμβανέτω χάριν τοῦ ῥᾳδίως ἀναδίδοσθαί τε καὶ φέρεσθαι πάντη. μιγνύσθω δὲ τοῖς οὕτω παρεσκευασμένοις μέλι τὸ κάλλιστον, ἀκριβῶς ἀπηφρισμένον.

haerent, ut quae anguſta venarum oſcula ſubire nequeant. Quamobrem etiam medicamentum, quod Dioſpoliticon vocant, cujus in hoc libro antea mentionem feci, craſſum facere ſoleo, quoties dejicere alvum per id ſtudeo. Quidam vero id non intelligens, quum tenuiſſimum minutiſſimumque inſtar pollinis feciſſet, ut alvo dejiciendae nihil contulit, ſed urinam plane multam movit, mecum rem communicavit, miratus ac ſciſcitans eventus ejus veram cauſam. Ipſe enim arbitrari ſe ajebat, hominis propriam et peculiarem temperiem (nam ita appellabat) ejus, quod inciderat, cauſam eſſe: ut vero propriam cauſam didicit eſſe compoſitionis rationem, poſtmodum aliter compoſuit meliore ſucceſſu. Ac hujus quidem praecepti in omnium medicamentorum compoſitione meminiſſe expedit: propoſitum vero in praeſenti medicamentum omnia prorſus ſubtilia poſtulat, quo facile in omnem corporis partem digerantur ferunturque. Miſcendum vero his ita praeparatis eſt mel optimum curioſe deſpumatum.

Ed. Chart. VI. [131.] Ed. Baſ. IV. (262.)

ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ γιγνέσθω μετὰ τὴν ἑωθινὴν ἀνάτριψιν, καὶ πρὸ τῶν γυμνασίων τε καὶ λουτρῶν. ἔξεστι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ μίξαι τὸ μέλι ξηρῷ τῷ φαρμάκῳ φυλάξαντα χρῆσθαι παραπλησίως ἅλσὶ τοῖς εἰς ὄψα παρεσκευασμένοις. ἔξεστι δὲ καὶ εἰς πτισάνην ἐμβαλεῖν οἷον ὄξος ἤ τι τοιοῦτον ἀντὶ πεπέρεως. οὐ μόνον δὲ τὸ ξηρὸν ἁλῶν δίκην ἐστὶ πολύχρηστον, ἀλλὰ καὶ τὸ σὺν τῷ μέλιτι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δυνατὸν ἀναμιγνύντα τοῖς ἐδέσμασιν, ἀποχεῖσθαι μετά τινος ἐξ αὐτῶν, ὡς ἡδὺ τῷ χρωμένῳ φαίνεσθαι. μηδὲν μέντοι μετὰ τὴν τροφὴν μηδέποτε λαμβάνειν, μήτε τοῦτο, μήτ' ἄλλο τι φάρμακον, ἀνάδοσιν ἰσχυροτέραν ἐργαζόμενον. οὐ γὰρ ἀναδίδοσθαι τηνικαῦτα βέλτιον, ἀλλὰ πέττεσθαι τοῖς ληφθεῖσιν. ἄμεινον οὖν ἐστι τοῖς ἐπικουρίας τινὸς ἔξωθεν εἰς πέψιν δεομένοις ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ δίδοσθαι φάρμακον, οὗ τὴν σύνθεσιν ἔμπροσθεν ἐδήλωσα. λέγω δὲ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων ἁπλοῦν. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πέπερι μόνον ἐπιπαττόμενον τῷ ποτῷ χρηστὸν εἰς τὰ παρόντα, καὶ εἴπερ ἄρα μείζων τις εἴη χρεία, καὶ τὸ διὰ

Porro uſus ejus erit poſt matutinam frictionem, et ante exercitationem et balneum. Licet et ſine admixto melle ſiccum medicamentum reponere, eoque ſalis vice praeparati ad obſonia uti. Licet et in ptiſanam veluti acetum injicere, vel ejusmodi aliquid pro pipere. Non modo autem ſiccum ipſum medicamentum ſalis ritu in vario eſt uſu, ſed etiam quum melli eſt admixtum; ſiquidem id quoque poteſt cum aliquo cibo mixtum ſumi, ita ut jucundum utenti ſit. Poſt cibum tamen nunquam nec hoc medicamentum, nec aliud ullum, quod ad diſtributionem vehementiorem faciat, ſumendum eſt: non enim diſtribui tunc, ſed concoqui, quae ſumpta ſunt, eſt utilius. Melius itaque ſit iis, qui externo aliquo praeſidio ad concoctionem egent, hoc tempore exhiberi medicamentum, cujus compoſitionem ante expoſui: voco autem ipſum diatrionpepereωn ſimplex. Quin etiam ipſum piper potioni inſperſum percommodum eſt ad ea, de quibus agimus; quod ſi qua fortaſſe major neceſſitas inci-

Ed. Chart. VI. [131.] Ed. Baſ. IV. (262.)

χυλοῦ τῶν κυδωνίων μήλων, οὗ τὴν σύνθεσιν ἅπασαν ἐρῶ καὶ τὴν δύναμιν ἀκριβῶς ἐξηγησόμενος κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον. εἰς δὲ τὰ παρακείμενα νῦν ἁπάντων ἄριστον φάρμακον ὧν ἐγὼ γινώσκω τὸ διὰ τῆς καλαμίνθης ἐστί. καὶ γὰρ λεπτύνει τὰ παχέα καὶ γλίσχρα, καὶ διαφορεῖ, καὶ οὔρησιν κινεῖ, καὶ καταμήνια γυναιξίν. ἔστι δὲ καὶ ἥδιστον ἐν τῇ χρήσει, καὶ μάλισθ' ὅταν λάβῃ πλεῖον τοῦ μέλιτος. ἑψεῖσθαι δ' ἐπὶ πλέον αὐτὸ χρὴ τηνικαῦτα. τοῖς δ' ἀπεστραμμένοις τὰ γλυκέα καὶ φεύγουσι τὸ μέλι, καὶ γὰρ τοιαῦταί μέν τινες εὑρίσκονται φύσεις, ὀλίγον ἐν τῇ συνθέσει μιγνύσθω τὸ μέλι. βέλτιον δὲ καὶ μᾶλλον ἑψεῖσθαι τούτοις, καὶ γὰρ ἧττον οὕτως ἐστὶ γλυκὺ, καὶ ἧττον ἀνατρέπει τὸν στόμαχον ἐπὶ τῶν ἀπεστραμμένων φύσει τὸ μέλι. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα πάντα καὶ αὐτός τις ἐπινοείτω πρὸ τῆς ἡμετέρας συμβουλῆς, ἕνα κοινὸν ἐν ἅπασι διαφυλάττων σκοπὸν, ἥδιστον γενέσθαι τὸ φάρμακον, εἰς ὅσον ἐγχωρεῖ, φυλαττομένης αὐτοῦ τῆς εἰς τὴν ὠφέλειαν δυνάμεως· οὐ γὰρ δὴ ταύτην γ' ἐκλῦσαι κελεύω τῆς ἡδονῆς

derit, etiam quod ex ſucco mali cydonii conficitur, cujus omnem compoſitionem viresque diligenter in ſequentibus explicabimus. Verum ad ea, quae nunc agimus, omnium, quae mihi cognita ſunt, optimum medicamentum eſt diacalaminthes: nam et craſſa lentaque attenuat, et per halitum educit, et urinas movet, et mulieribus menſes. Eſt autem uſu quoque jucundiſſimum, praeſertim quum liberalius mel accepit: quo tempore coqui largius poſtulat. Qui vero averſantur dulcia et mel fugiunt, (nam ejusmodi quoque naturas invenias,) iis parum in compoſitione miſcebis. Sane melius his quoque fuerit, ſi largius coquatur; nam et minus eſt eo pacto dulce, et minus ſtomachum eorum, qui a melle naturaliter abhorrent, ſubvertit. Atque omnia quidem hujusmodi vel ante noſtram admonitionem ſibi ipſi quis excogitabit, unum ſcilicet ubique deſtinans, nempe ut, quoad fieri licet, jucundiſſimum fiat medicamentum, ſed tamen virium ejus utilitate ſervata: non enim hanc, dum voluptati indulge-

Ed. Chart. VI. [131. 132.] Ed. Baſ. IV. (262. 263.)

στοχασάμενος. ὅταν οὖν ἐπὶ δύο που τὰς πρώτας ἡμέρας ἢ τρεῖς οὕτως ἢ παρεσκευασμένος ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἤδη καὶ γυμνάσασθαι διὰ τῶν συνήθων αὐτῷ, ἀποπειρώμενον εὐχροίας τε καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἃ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἴρηται λόγον. εἰ μὲν γὰρ ἅπαντά σοι χρηστὰ φαίνοιτο, τελέως γυμνάζειν αὐτόν· εἰ δὲ μή, προκαταπαύειν τε τοῦ συμμέτρου, κἀν τοῖς εἰρημένοις πρὶν διαιτήμασί τε καὶ φαρμάκοις φυλάξαντα κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, αὖθις ἐπιχειρεῖν τῷ γυμνασίῳ κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς σημείοις τε καὶ σκοποῖς, ἵν', ὅταν ἤδη πάντα ἄμεμπτα φαίνηται, πρὸς τὴν αὐτὴν δίαιταν ἐπαναγάγῃς αὐτὸν, ἣ καὶ πρὶν ἁλῶναι τῷ κοπώδει συμπτώματι συνήθης ἦν.

Κεφ. η'. [132] Ἐπεὶ δὲ (263) καὶ τῷ τῆς ἑλάτης ἀκόπῳ φαρμάκῳ χρῆσθαι συμφέρει τοῖς κατὰ τὴν σάρκα τε καὶ τὸν ὄγκον ἅπαντα τοῦ ζώου χυμοὺς ἠθροικόσιν, ἤτοι πεφθῆναι δεομένους, ἢ διαφορηθῆναι, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον εἰπεῖν τι καὶ περὶ τῆς ἐκείνου συνθέσεως. ἔστι μὲν οὖν

mus, ſolvi jubeo. Ubi igitur circiter duos vel tres primos dies ita praeparatus homo eſt, non incommodum fuerit etiam conſuetis eum exercitationibus admovere, animadverſis prius tum coloris bonitate, tum aliis notis, quae in praecedentibus ſunt comprehenſae. Nam ſi omnia commode ſe habere videntur, plene exercendus eſt; ſin minus, etiam ante mediocritatem deſiſtet, ac in prius dictis tum victu, tum medicamentis eo die habendus, poſtridie rurſus exercitationi dandus, ſuper iisdem tum notis, tum ſcopis, ut, quum omnia ex ſententia commodaque appareant, ad eandem victus rationem revoces, cui ante inſuevit, quam laſſitudinis ſymptomate urgeretur.

Cap. VIII. Quoniam vero et acopo, quod ex abiete ſit, uti expedit iis, qui in carne et tota corporis mole ſuccos congeſſerunt, qui aut concoqui deſiderent, aut per halitum digeri, non abs re fuerit ejus quoque compoſitionem apponere. Eſt igitur abietis maturiſſimum ſemen

Ed. Chart. VI. [132.] Ed. Baſ. IV. (263.)

ὡραιότατον αὐτῆς τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου, ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ μὲν ὁ καλούμενος μήν ἐστι Σεπτέμβριος, ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνῃσι δὲ μυστήρια. ἐλαίῳ δ' ἐμβάλλειν αὐτὸ χρὴ, καθ' ἣν ἂν θέλῃς ὥραν τοῦ ἔτους, οὐδεμία γὰρ ὅσον ἐπὶ τούτῳ διαφορά. βέλτιον δὲ, εἰ καὶ θλάσας ἐμβάλλοις αὐτό· θᾶττον γὰρ οὕτω τὸ ἔλαιον ἐμπλήσει τῆς ἰδίας ποιότητός τε καὶ δυνάμεως. εἴη δ' ἂν ὁ χρόνος οὗτος ἐλάχιστος ἡμερῶν μ'· πολλάκις δ' ἡμεῖς καὶ τρεῖς καὶ τέτταρας καὶ πολὺ πλείους μῆνας ἐπετρέψαμεν ἐμβραχῆναι, κἄπειθ' οὕτως ἀπερρίψαμεν τὸ σπέρμα, τὸ δ' ὑγρὸν ὀθονίῳ διηθήσαμεν. ἔστω δὲ τὸ μὲν ἔλαιον ἔν τι τῶν χαλαστικῶν, οἷόν περ ἐν Ἰταλίᾳ τὸ Σαβῖνον, ἐμβαλλέσθω δ' εἰς τὰς εἴκοσι καὶ πέντε κοτύλας αὐτοῦ μόδιος Ἰταλικὸς τοῦ σπέρματος τῆς ἐλάτης, οὐσῶν δὲ καὶ τῶν κοτυλῶν Ἰταλικῶν, ἃς δὴ καὶ λίτρας ὀνομάζουσι. βραχέντος δ' ἐν αὐτῷ τοῦ σπέρματος, πολλῷ δηλονότι μεῖον γίνεται. σύμμετρον δ' οὖν ἐστι τῷ καταλειφθέντι, κηροῦ μὲν λίτρας ἐμβαλεῖν τέσσαρας, ῥητίνης

circa Arcturi emerſum, quo tempore Romae September menſis eſt, apud nos vero Pergami Hyperberetaeus, Athenis Myſteria. Id ſemen conjicere oportet in oleum quolibet anni tempore, nullum enim in ea re diſcrimen eſt. Melius tamen fuerit, ſi id contundas prius, quam injicias; ita enim citius oleum ſua qualitate vique inficiet. Et erit id ſpatium dierum minimum quadraginta. Nos vero ſaepe et tres, et quatuor, etiam multo plures menſes macerari permiſimus: ſic deinde ſemen abjecimus, humidum vero linteo percolavimus. Eſto vero ejus generis oleum, cui relaxandi vis inſit: cujusmodi in Italia Sabinum eſt. Conjicies autem in quinque et viginti heminas ejus ſeminis abietis modium Italicum. Eſto autem et hemina ipſa Italica, quam utique et libram nominant. Ubi vero maceratum in eo ſemen fuerit, multo plane minus redditur. Ei igitur, quod reliquum eſt, idoneus cerae modus erit, ſi quatuor libras immiſeris, reſinae

Ed. Chart. VI. [152.] Ed. Baſ. IV. (263.)

δὲ ἐλατίνης τὸ τρίτον τῆς λίτρας μέρος, αἵ πέρ εἰσιν ὁλκῆς ≺ β′ καὶ λ′. τὸ δ᾽ ἴσον ἐμβαλλέσθω μὲν τῆς στροβιλίου ῥητίνης. εἰ δ᾽ αὗται μὴ παρεῖεν, ἀντ᾽ αὐτῶν τῇ τερεβινθίνῃ χρῆσθαι. ἑψεῖν δ᾽ ἄμεινον ἐπ᾽ ἀγγείου διπλοῦ, ἢ πάντως γ᾽ ἐπὶ πυρὸς ἀσθενοῦς, οἷόν ἐστι τὸ τῶν ἀνθράκων· ἔστωσαν δ᾽ οὖν μηδ᾽ οὗτοι πολλοί. τοῦτο τὸ φάρμακον ἐπιτηδειότατόν ἐστιν εἰς ἅπαντας κόπους αὐτομάτους τε καὶ οὐκ αὐτομάτους. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ διὰ τῆς αἰγείρου τῶν ἀνθῶν συντιθέμενον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τοιόνδε. τῶν ἀνθῶν τῆς αἰγείρου μεμυκότων ἔτι μόδιος Ἰταλικὸς ἐμβάλλεται λίτραις ἐλαίου Σαβίνου πεντεκαίδεκα ἢ εἴκοσι. μὴ παρόντος δὲ τοῦ Σαβίνου, τῶν ὁμοίων τι παρασκευαστέον ἐλαίων. εἴρηται δ᾽ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ὅμοια πάντ᾽ ἐστὶ τὰ λεπτομερῆ θ᾽ ἅμα καὶ μὴ στύφοντα. κάλλιον δ᾽, εἰ καὶ μετρίως θλασθὲν ἐμβληθείη τῷ ἐλαίῳ τὸ ἄνθος. εἰ δὲ καὶ καθ᾽ ἑκάστην διακινοῖτο, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἥλιος ᾖ θερμός, ἐν οἰκήματί τε θερμῷ τὴν ἀπόθεσιν ἴσχῃ, θᾶττόν τε ἂν οὕτω καὶ μᾶλλον ἢ τῆς αἰγείρου

vero abietinae librae unius partem tertiam: id aequat drachmas triginta duas: injicies vero et pineae reſinae tantundem. Quod ſi harum copia non ſit, earum loco terebinthina utendum. Coques vero commodius haec in vaſe duplici, aut certe igni lento, qualis prunarum eſt: quae tamen nec ipſae multae eſſe debent. Medicamen hoc aptiſſimum eſt ad omnem laſſitudinem, ſeu ſponte ortam, ſeu haud ſponte contractam. Utile ſane medicamentum eſt et quod ex populi floribus fit. Id tale eſt. Ex floribus populi adhuc conniventibus modius Italicus in quindecim aut viginti libras Sabini olei immittitur. Si id praeſto non eſt, ſimile aliquod praeparandum oleum eſt. Dictum vero in praecedentibus eſt, ſimile eſſe, quodcunque tenue eſt nec ullam adſtringendi vim habet. Magis vero ad rem pertinebit et ſi modice contritum ipſum florem in oleum conjicias. Quod ſi quotidie medicamentum dimovebis, idque potiſſimum quum ſol fervebit, ac in domo calida repones, celerius ita magisque

Ed. Chart. VI. [132. 133.] Ed. Baſ. IV. (263.)

ποιότης τε καὶ δύναμις εἰς τοὔλαιον μετέλθοι, ὥστε σε μετὰ δύο που καὶ τρεῖς μῆνας δύνασθαι ἐκθλίψαντα τὸ ἄνθος αὐτὸ μὲν ἀπορρῖψαι, τὸ δ' ἔλαιον ἔχειν ἀδήκτως διαφορητικὸν, οὐδέν τι μεῖον τοῦ ἐλατίνου. καὶ μέντοι καὶ κηρὸν καὶ ῥητίνην ἔξεστιν ἐμβάλλειν αὐτῷ τοσοῦτον, ὅσον ἀρτίως ἐν τῇ συνθέσει τοῦ διὰ τῆς ἐλάτης εἴρηται φαρμάκου. παχύ τι δ' εἴποτε γένοιτο τὸ ἐκθλιβόμενον ὑγρὸν, ἱκανὸν οὐ μόνον τὸ τέταρτον μέρος, ἀλλὰ καὶ τὸ πέμπτον μίγνυσθαι κηροῦ. ἐγὼ δ' οἶδά ποτε καὶ τὸ ἕκτον ἐμβαλὼν, παχυτέρου τε τοῦ ἐλαίου γινομένου, καὶ τοῦ μέλλοντος αὐτῷ χρῆσθαι χαίροντος ὑγροτέρῳ φαρμάκῳ. τινὲς δ' οὐκ ἀναμένοντες ἐν χρόνῳ πλέονι διαβρέχεσθαι τά τε ἄνθη καὶ τὰ σπέρματα, τοῦτο μὲν ἕψειν αὐτὰ δέονται, τοῦτο δ' ὕδωρ ἐμ[133]βάλλειν, ὅσοι γε προμηθέστεροι, χάριν τοῦ μήτε φρυχθῆναι τὰ ἐμβληθέντα, μήτε κνισῶδες γενέσθαι τοὔλαιον. ὅσοι δ' ἔτι τούτων ἐπιμελέστεροι, τὴν ἕψησιν ἐν ἀγγείοις διπλοῖς ποιοῦνται· καλεῖται δ' οὕτως, ἐπειδὰν, προῦ-

tum qualitas populi, tum vis in oleum migrabit. Itaque poſt duos tresve menſes poſes, flores quum expreſſeris atque ipſos abjeceris, habere oleum, quod ſine ulla morſione per halitum digerat, idque nihilominus quam abietinum. Quin etiam cerae et reſinae tantundem injicere licet, quantum paulo ante in id, quod ex abiete confici diximus. Si quando vero humidum id, quod expreſſum eſt, craſſius videbitur, ſat fuerit vel quintam partem cerae adjici, nedum quartam. Ego vero etiam ſextam me addidiſſe ſcio, et oleum craſſum erat effectum, et qui uſurus erat, liquidiore medicamento delectabatur. Nonnulli diu macerari tum flores, tum ſemina non ferentes, partim ea percoquere in oleo coguntur, partim aquam injicere, utique qui cautiores ſunt, quo videlicet nec torreantur, quae ſunt injecta, nec oleum uſtionem odore referat. Qui vero his magis ſunt curioſi, in duplicibus ii vaſis coquunt: hoc fit, quum in lebete, in quo ſit aqua

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 292 sur 889

Ed. Chart. VI. [133.] Ed. Baſ. IV. (263.)

ποκειμένου λέβητος ὕδωρ ἔχοντος ζέον, ἔνεστί τέ τι τούτῳ μικρὸν ἀγγεῖον, εἰς ὃ μέλλει τὸ ἔλαιον ἐγχεῖσθαι. τοῦτο μέν γε καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν τῶν σπερμάτων ἢ ἀνθῶν ἕψησιν, οὐδὲν γὰρ ταύτης δεόμεθα πολυχρονίως αὐτὰ ἀποβρέχοντες, ἀλλ' ὁπόταν διατήκειν ἐν τῷ λέβητι τὰς ῥητίνας καὶ τὸν κηρὸν ἐπιχειρῶμεν ἐν τῇ τοῦ φαρμάκου σκευασίᾳ. καταναγκαζόμενος δέ τις ἐν τάχει σκευάζειν αὐτά, δεήσεταί τε προαφεψεῖν, ὡς εἴρηται, καὶ ὕδατος ἐγχεῖν ἢ οἴνου χάριν τοῦ μὴ φρύγεσθαι. τὸ μὲν οὖν ὕδωρ εἰς τὰ παρόντα χρησιμώτερον, ὁ δ' οἶνος εἴς τε τὰς ποδαγρικὰς διαθέσεις καὶ ὅλως ἀρθρίτιδας. ἀρκεῖ δὲ μιγνύναι τοσοῦτον ὕδατος, ὡς ἑψόντων ἐκδαπανηθῆναι πᾶν. εἴη δ' ἂν οὕτως ὀλίγον, ὡς τετραπλάσιον ἢ πενταπλάσιον αὐτοῦ τὸ ἔλαιον ὑπάρχειν. ταῦτά τε οὖν τὰ φάρμακα διαφορεῖ τοὺς κατὰ τὰς σάρκας τε καὶ τὸ δέρμα μὴ πάνυ παχεῖς μηδὲ γλίσχρους χυμούς, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ ἐκ τοῦ χαμαιμήλου ἔλαιον, αὐτό τε καθ' ἑαυτὸ μόνον, ἐμβληθέντων τε κηροῦ καὶ ῥητίνης αὐτῷ. ἱκανὸν δὲ κἀνταῦθα

fervens, inferitur exiguum vaſculum, in quod oleum debet infundi. Id quod ſane nos facimus, non tamen ad ſemina floresve coquendos, (quippe hac coctione minime egemus, propterea quod ea diu maceramus,) ſed tum, quum in conficiendo medicamento ceram et reſinas liquare in lebete paramus. Qui vero celerius ea praeparare cogitur, hunc neceſſe eſt et, ut praedictum eſt, praecoquere, et, ne torreantur, aquam vinumve injicere. Atque ad ea quidem, de quibus nunc agitur, utilior aqua eſt, vinum vero ad podagricos affectus et uno verbo articulares. Porro ſufficit tantulum aquae admiſceri, quantum coquendo totum vaneſcet. Is modus erit, ſi quadruplum ejus aut quintuplum oleum ſit. Ergo et haec medicamenta ſuccos, quicunque non admodum craſſi nec lenti in carne cuteque reſident, diſſolvunt, et ad haec, quod ex chamaemelo fit oleum, tum ipſum ſolum, tum vero cera reſinaque adjectis. Quorum modus hîc quoque

Ed. Chart. VI. [133.] Ed. Baſ. IV. (263.)

τοῦ μὲν κηροῦ τὸ τέταρτον μέρος, τῆς δὲ ῥητίνης τὸ ιβ'. εἰ δὲ μηδενὸς τῶν εἰρημένων ἐλαίων εὐπορούης, ἀνήθινον ἔλαιον ποιήσασθαί σοι ῥᾷστον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο διαφορητικὸν φάρμακον, εἴτε καταμόνας τις, εἴτε σὺν κηρῷ τε καὶ ῥητίνῃ χρῷτο. πειρᾶσθαι δ' ἐπ' ἀγγείου διπλοῦ τὸ ἀνήθινον ἑψεῖν. ἄμεινον δὲ καὶ χλωρὸν εἶναι τὸ ἄνηθον. ὅταν δὲ ᾖ τοῦτο, καθ' ὃν χρήσῃ καιρὸν, ὡραῖον ὑπαρχέτω. καὶ τὸ σαμψύχινον δ' ἔλαιον ἐπιτήδειον ἐν ὥρᾳ χειμερινῇ, καὶ χωρίῳ ψυχρῷ, καὶ καταστάσει παραπλησίᾳ. λαμβανέτω δὲ καὶ τοῦτο κηροῦ τε καὶ ῥητίνης, εἰ παραμένειν ἔτι πλέον αὐτό γε βούλει τοῖς ἀλειφομένοις ὑπ' αὐτοῦ σώμασιν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λιβανωτίδα πόαν ἐναφεψεῖν ἐλαίῳ. καὶ εἰ μηδὲ ταύτην ἔχοις, ῥίζα τεύτλου λευκοῦ, καὶ ἡ τοῦ σικύου ἀγρίου ῥίζα, καὶ ἡ τῆς ἀλθαίας, καὶ ἡ τῆς βρυωνίας ἱκανῶς διαφοροῦσιν ἐναποτιθέμεναι καὶ αὗται τὴν ἑαυτῶν ποιότητά τε καὶ δύναμιν ἐλαίῳ τινὶ τῶν διαφορητικῶν. ἐς ὅ τι δ' ἂν ἐθέλῃς ἔλαιον οὕτω παρασκευασθὲν ἐμβαλεῖν, ἤτοι κηρὸν μόνον, ἢ

satis erit idoneus, ſi cerae pars quarta, reſinae duodecima ſit immixta. Si cui vero nullius horum, quae memoravimus, oleorum copia ſit, huic anethinum praeparaſſe eſt facillimum. Poteſt vero et id medicamentum per halitum digerere, ſive ſolo eo, ſive cum cera reſinaque utare. Danda vero opera eſt, ut in vaſe duplici anethinum coquatur, utiliusque fuerit, ſi anethum viride ſit. Quod utique, ſi quo tempore requiris, competet, maturum id eſto. Jam ſampſychinum oleum hyeme et regione frigida ac tempeſtate ſimili idoneum medicamentum eſt. Habeto vero ceram ac reſinam id quoque, ſi praeſertim manere id ſuper uncto corpore diutius ſtudes. Simili ratione roſmarinum herba oleo incoquenda. Quod ſi nec ea ſit ad manum, betae albae radix, et cucumeris agreſtis, et althaeae, et vitis albae efficaciter diſſolvunt, ubi ſuam ipſae qualitatem viresque in oleo aliquo ſimilis facultatis dimiſerunt. Quodcunque vero ſic praeparatum oleum eſt, in id ſi vel ceram ſolam, vel cum ea reſinam

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 294 sur 889

Ed. Chart. VI. [133. 134.] Ed. Baſ. IV. (263.)

καὶ ῥητίνην τινὰ σὺν αὐτῷ, καλλίστην τε καὶ παραμόνιμον ἀλοιφὴν κατασκευάσεις. ἀρκεῖ δὲ τοὐπίπαν ἐμβάλλειν τοῦ μὲν κηροῦ τὸ τέταρτον μέρος, τῆς δὲ ῥητίνης τὸ δωδέκατον. εἰ δὲ καὶ δύο ῥητίνας ἐμβάλοις, ἐλατίνην τε ὅμα καὶ στροβιλίνην, ἢ καὶ τρίτην ἐπ' αὐταῖς τὴν τερμινθίνην, ἢ καὶ, μὴ παρουσῶν τούτων, τὴν ὑγρὰν πιτυΐνην, ἔσται σοι καὶ οὕτω διαφορητικὸν τὸ φάρμακον. ἀπορῶν δὲ τούτων, ἤτοι τὴν ἐκ τῶν κεραμείων μιγνύναι πιτυΐνην, ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ὀνομαζομένην. οἶδα μὲν, ὡς ἀποδέουσιν αὗται τῶν προειρημένων, οὐ μὴν παντάπασίν εἰσιν ἀπόβλητοι.

Κεφ. θ'. Λοιπῆς δ' οὔσης κοπώδους διαθέσεως, ἐν ᾗ πρὸς τῷ τῆς ἑλκώδους αἰσθήσεως πλῆθος ὠμῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι περιέχεται, λεκτέον ἂν εἴη καὶ περὶ τῆσδε. χαλεπὸν δ' οὐδὲν ἐξευρεῖν αὐτῆς τὴν ἐπανόρθωσιν, ἀπὸ τῶν εἰρημένων [134] ὁρμώμενον. εἰ γὰρ καὶ ποτὲ μὲν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ τὸ πλῆθος τῶν ὠμῶν ἐστι, τέμνειν αὐτὰ καὶ πέττειν ἔφαμεν χρῆναι, φυλαττομένους τὴν εἰς τὸν ὄγκον

injicere voles, non ſolum pulcherrimum, ſed etiam quod diu adhaereat unguentum facies. Abunde autem omnino erit, ſi cerae quartam partem, reſinae duodecimam injeceris. Si vero etiam duas reſinas injicies, nempe abietinam ac pineam, aut tertiam ſuper has terebinthinam, aut etiam, hae ſi deſint, liquidam piceam reſinam, ſic quoque medicamentum feceris, quod diſſolvendi vim habeat: jam hae ſi deſint, aut ea quae in fictilibus habetur picea miſcenda, aut quam frixam dicunt. Nec ignoro tamen has ſupradictis imbecilliores, caeterum non omnino contemnendas.

Cap. IX. Quum vero reliquus laſſitudinis affectus ſit, in quo ſupra ulceroſum ſenſum copia crudorum in toto corpore congeſta eſt, de hoc quoque dicendum eſt. Nec eſt inventu difficile, quemadmodum emendetur, ſi quis ea, quae dicta ſunt, ſequatur. Si enim alicubi in primis venis crudi ſucci copia eſt, diſſecandum nobis eum eſſe concoquendumque diximus, caventibus ſemper, ne in

Ed. Chart. VI. [134.] Ed. Baſ. IV. (263. 264.)

ἀνάδοσιν· ὁπότ' ἐν ταῖς ἐσχάταις φλεψὶ, καὶ κατὰ τὴν ἕξιν τοῦ ζώου, πέττειν τε ἅμα καὶ διαφορεῖν. ἄμφω μικτέον ἐστὶν, ἐφ' ὧν ἄμφὼ συμβέβηκεν· εἰ μὲν ἰσοσθενῶς ἐνοχλεῖν σοι δόξειεν, ὁμοτίμως ἀμφοτέρων στοχαζόμενον· εἰ δὲ εἴη θάτερον ἐπικρατέστερον, εἰς ἐκεῖνο μὲν ἀναφέρων τῆς ὅλης θεραπείας τὸ κῆδος, ἀμελῶν δὲ μηδὲ θατέρου τοῦ μικροτέρου. μιχθήσεται μὲν οὖν ἡ πρὸς ἀμφότερα θεραπεία κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· οὐδὲν γὰρ χεῖρον ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγον εἰπεῖν τι καὶ περὶ τοῦδε. τῷ διὰ τριῶν πε(264)πέρεων ἁπλῷ φαρμάκῳ χρῆσθαι συνεβούλευον, ἐφ' ᾧ ὠμῶν χυμῶν πλῆθος ἐν ταῖς φλεψίν ἐστι, καὶ μάλιστα ταῖς πρώταις. εἰ τοίνυν μὴ μόνον ἐν αὐταῖς, ἀλλ' ἐν πάσαις ταῖς φλεψὶν εἴη, καὶ ἤδη καὶ κατὰ τὰς σάρκας, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ἐπιμελείας τῷ διὰ τριῶν πεπέρεων φαρμάκῳ χρηστέον, ἔχοντι καὶ πετροσελίνου τοσοῦτον, ὁπόσον ἂν ἔχῃ ἀνίσου τε καὶ θύμου καὶ ζιγγιβέρεως· μετὰ δὲ τὴν πρώτην ἡμέραν, καὶ μᾶλλον ἔτι τὴν δευτέραν ἐπιμιγνύναι αὐτῷ τοῦ διὰ τῆς καλαμίνθης· εἶθ' ἑξῆς ἴσα μικτέον· εἶτ' ἐπὶ προήκοντι

habitum corporis traducatur; ubi vero in extremis venis et corporis habitu reſedit, et concoquendum pariter, et per habitum reſolvendum. Nimirum, quibus ambo inciderunt, in iis ambae rationes ſunt miſcendae; atque id, ſiquidem pari noxa urgere videbuntur, aequali utriusque reſpectu; ſin alterum praegravat, utique totius curationis ſtudio in id propenſo, nec tamen altero, quod minus eſt, neglecto. Miſcebis autem utriusque curationem ad hunc modum; non enim abs re fuerit exemplo aliquid de hoc egiſſe. Suaſimus iis, quibus in primis maxime venis crudi ſucci congeſta copia eſt, ſimplici diatrionpeperεωn medicamento uti. Ergo, ſi non modo in his, ſed etiam in omnibus venis ſit, ſuperque in ipſa carne, in principio curationis ipſo diatrionpepèrεωn utendum, ſed cui admixtum petroſelini tantum ſit, quantum aniſi et thymi et zingiberis habebat; poſt primum vero diem, magisque etiam poſt ſecundum miſcendum eidem eſt aliquid diacalaminthes; mox vero partes aequae miſcendae; proce-

Ed. Chart. VI. [134.] Ed. Baſ. IV. (264.)

τῷ χρόνῳ πλέον τοῦ διὰ τῆς καλαμίνθης· εἶτ' ἐπὶ τελευτῇ καὶ μόνον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης διαίτης, ὅταν ἰσοκρατεῖς αἱ διαθέσεις ὑπάρχωσι, μιγνύναι καὶ αὐτῶν τῆς ἐπανορθώσεως τοὺς σκοπούς. ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπικρατείτω τὰ τῶν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶν ἰάματα· κατὰ δὲ τὴν τελευτὴν τὰ τῶν ἐν σαρκί· μεσοῦντος δὲ τοῦ χρόνου, μιγνύσθω κατ' ἴσον ἀμφότερον. ταῦτά τε οὖν εἴρηταί μοι, καὶ ἤδη δῆλον, ὅπως ἐπανορθοῦσθαι χρὴ τὰ κατὰ τοὺς χυμοὺς ἁμαρτήματα, πρὶν νοσῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἐξ ὧν γὰρ ἐπὶ τῆς ἑλκώδους διαθέσεως εἴπομεν, ὅταν ἐπιμίγνυταί τινι κακοχυμία, πάρεστι συλλογίζεσθαι καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἑκάστης, ἐπειδὰν μόνη ποτὲ συνίστηται.

Κεφ. ι'. Περὶ μὲν οὖν τοῦ τε πρώτου γένους τῶν κόπων, ἐφ' ὧν νυγματώδης ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ ζώου αἴσθησις, ὅσαι τ' ἄλλαι μοχθηρῶν χυμῶν ἐν τῷ σώματι γίγνονται πλεονεξίαι, καθ' ἑαυτάς τε καὶ σὺν κόποις, σχεδὸν ἤδη λέλεκται πάντα· περὶ δὲ τοῦ τονώδους ὑφ' ἡμῶν κλη-

dente deinde tempore, ipſius diacalaminthes plus addendum; ad extremum vero etiam ſolum exhibebitur. Ad eundem modum et in reliqua omni victus ratione, quoties pares affectus ſunt, miſcendae eorum medendi rationes ſunt, ſed ita tamen, ut inter initia potiores medendi partes iis praeſtentur, quae in primis continentur venis, in fine vero iis, quae in carne; medio inter haec tempore ambae rationes aequabiliter miſcebuntur. Haec igitur dicta a me ſunt, et patere jam arbitror, qua ratione corrigere oporteat, quod peccatum in ſuccis eſt prius, quam hominem morbus occupet. Ex iis enim, quae in ulceroſo affectu retulimus, quum adjunctus vitioſo ſucco eſt, ratiocinari licet et de alio quovis, quum ſolus conſtiterit.

Cap. X. Ac de primo quidem laſſitudinum genere, in quo punctionis quidem ſenſus omnes animalis partes infeſtat, ac caeteris vitioſi ſucci redundantiis, quae corpori vel ſolae vel cum laſſitudine accedunt, ferme diximus univerſa; de ea vero laſſitudine, quae a nobis ten-

Ed. Chart. VI. [134. 135.] Ed. Baſ. IV. (264.)

θέντος κόπου λέγω ἐφεξῆς. ὅτι μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος κόπος, ὅταν ἄνευ γυμνασίων συνίστηται, πλῆθος ἐνδείκνυται διατεῖνον τὰ στερεὰ μόρια τοῦ ζώου, καὶ ἄλλοις μέν τισι τῶν εὐδοκίμων ἰατρῶν ἔδοξεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἐρασίστρατον. ὅτι δ', ὅταν αἵματος ἢ πλῆθος, ἄριστον ἤτοι φλέβα τέμνειν, ἢ ἀποσχάζειν τὰ σφυρὰ, λέλεκται μέν που καὶ πρόσθεν, ἀναληπτέον δ' ἔτι καὶ νῦν τὸν λόγον Ἐρασιστράτου χάριν, ὃς οὔτ' ἐπ' ἄλλης ὅλως οὐδεμιᾶς, οὐδὲ ἐπὶ τῆσδε τῆς διαθέσεως ἐχρήσατο φλεβοτομίᾳ. ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ τῆς ὑγιεινοτάτης φύσεως, ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος ἐνέστηκεν, ἐγχωρεῖ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἐκκενοῦν τὸ τοιοῦτον πλῆθος, ἔμπροσθεν εἴρηται. κατὰ μὲν γὰρ τὰς μοχθηράς, ἐφ' ὧν τὸ περιττὸν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὰ τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα φέρεται, πηλίκον ἐστὶ κακὸν ἑτέρῳ τρόπῳ κενώσεως χρῆσθαι, παραλείποντας φλεβοτομίαν, εἰρήσεται μέν που καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ὑπομνημάτων, ὅταν ὑπὲρ τῶν μοχθηρῶν κατασκευῶν ὁ [135] λόγος περαίνηται, λέλεκται δ' ἤδη κἀγ

ſiva eſt appellata, deinceps agamus. Atque hanc quidem, quum citra exercitationem conſtiterit, abundantiam indicare aliquam, quae ſolidas animalis partes diſtendat, tum aliis quibusdam probatis viſum eſt medicis, tum non in poſtremis Eraſiſtrato. Ubi vero ſanguinis redundantia gravat, dictum (puto) ſupra eſt, optimum eſſe, vel venam incidere, vel malleolum ſcarificare. Reſumendus vero idem et nunc ſermo eſt vel Eraſiſtrati cauſa, qui nec in alio quovis, neque vero in hoc affectu ſanguinis detractione eſt uſus. Ac quod in ſaluberrima quidem natura, de qua ſermo habetur, liceat alia quoque ratione ejusmodi redundantiam emittere, dictum ſupra eſt. In vitioſis namque, in quibus videlicet vel in cerebrum vel in ſpiritus inſtrumenta excrementum defertur, quantum diſcrimen aditur, ſi, ſanguinis detractione omiſſa, alia vacuandi ratione utare, dicetur alicubi in ſequentibus libris, ubi de vitioſis corporum ſtatibus agemus Sed et dictum jam eſt in libro, quem De ſanguinis miſ-

Ed. Chart. VI. [135.] Ed. Baſ. IV. (264.)

τῷ περὶ φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασίστρατον. ὅθεν οὐδὲ ἔστι μηκύνειν ἐν τῷδε περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν λοιπὸν καὶ τρίτον τῶν κόπων, ὅταν αὐτομάτως συνίστηται, τὸν λόγον ἄγειν, ὃν ἐν τῷ πρόσθεν ἐκαλέσαμεν φλεγμονώδη διά τε τὸ τῆς ὀδύνης μέγεθος, καὶ ὅτι μετὰ θερμότητος ἐπιφανοῦς συνίσταται, συνεξαίρων εἰς ὄγκον τοὺς μῦς. οὗτος ὁ κόπος οὐδ' ὡρῶν ὀλίγων, μή τοί γε δυοῖν ἢ τριῶν ἔχεται ἡμερῶν ἴσον ὄγκον τῆς Ἐρασιστράτου βραδύτητος, ἀλλ' αὐτίκα πυρετὸν ἐπιφέρει σφοδρότατον, ἢν μή τις φθάσας ἀποχέῃ τοῦ αἵματος. καὶ γὰρ οὖν καὶ θερμότατόν ἐστι τὸ τῶν τοιούτων κόπων αἷμα, καὶ πλείστης αὐτοῦ δέονται τῆς κενώσεως ἅπαντες σχεδὸν οἱ καταληφθέντες τῷ κόπῳ. καὶ οἱ πολλοὶ δ' αὐτῶν πυρέττουσι, κἂν ἀποχέῃς τοῦ αἵματος. ὅθεν οὔτε βλακεύειν, οὔτε ὀλίγον ἀφελεῖν προσήκει, ἀλλὰ διὰ ταχέων ἐκκενοῦν, καὶ μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, εἰ μηδὲν ἕτερον κωλύῃ. κάλλιον δὲ, εἰ ἐγχωρεῖ, δὶς ἀφελεῖν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τὸ μὲν οὖν πρότερον οὕτω κενοῦντας, ὡς μὴ λειποθυμῆσαι τὸν

sione ſcripſimus contra Eraſiſtratum; quo minus hoc loco longior de his habendus ſermo eſt, ſed ad reliquum et tertium laſſitudinis genus, quum ſponte oritur, tranſeundum, quod in ſuperioribus phlegmones ſimilitudinem repraeſentare diximus, et propter doloris magnitudinem, et quod cum evidenti calore etiam muſculos in majorem molem attollat. Haec laſſitudo ne paucis quidem horis, nedum duobus tribusve diebus eodem tenore conſiſtit, prout Eraſiſtrato placet, ſed ſtatim febrem accendit vehementiſſimam, niſi ſanguinis detractione malo prius ſit occurſum. Quin etiam calidiſſimus eſt in hujusmodi laſſitudine ſanguis, ejusque plurimum detrahi poſtulant, qui ea premuntur, fere omnes. Non pauci vero eorum febricitant, etiamſi ſanguinem detraxeris. Itaque nec cunctari, nec parum detrahere convenit, ſed et mature educere, ac, niſi quid aliud vetat, ad animi defectum usque. Optimum vero fuerit bis eodem die, ſi fieri poteſt, detrahere. Ac primum quidem ita mittere expedit, ut in

Ed. Chart. VI. [155.] Ed. Baſ. IV. (264.)

ἄνθρωπον, τὸ δὲ δεύτερον οὐδὲ τὴν λειποψυχίαν φοβεῖσθαι προσήκει. τῇ μὲν γὰρ προτέρᾳ κενώσει καταλυθεὶς, οὐκ ἂν ὑπομείναι τὴν δευτέραν· ἐν ταύτῃ δ' εἴτι πάθοι τοιοῦτον, εὐανακόμιστος γίνεται. μὴ φλεβοτομηθέντες δὲ οἱ οὕτως διακείμενοι τύχης ἀγαθῆς εἰς τὸ σωθῆναι δέονται, καὶ οὐδὲ σώζονται, εἰ μὴ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, ἢ αἱμορραγήσαντες ἐκ ῥινῶν, ἢ λάβρων ἱδρώτων αὐτοῖς ἐκχυθέντων. ἐπισκοπεῖσθαι δὲ χρὴ μάλιστα μέλλοντας τέμνειν φλέβα, πότερον κατὰ θώρακα, καὶ νῶτα, καὶ ὀσφῦν ἐρείδουσιν αἱ τάσεις τε καὶ αἱ νυγματώδεις ὀδύναι, ἢ κατὰ κεφαλὴν καὶ τράχηλον μᾶλλον. οὕτως μὲν γὰρ τὴν ὠμιαίαν διαιρήσεις, καὶ μᾶλλον εἰ πλήρους αἰσθάνοιντο καὶ θερμῆς τῆς κεφαλῆς, ἐκείνοις δὲ τὴν ἔνδον· εἰ δ' ὅλως ὁμαλῶς ὑπὸ τοῦ κόπου τὸ σῶμα κατέχοιτο, τὴν μέσην ἀμφοῖν. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τῇ φλεβοτομίᾳ πυρέσσειν ἄρξαιντο, τῆς θεραπευτικῆς ἔργον ἤδη μεθόδου προνοήσασθαι τούτων· εἰ δ' ἀπύρετοι διαμένοιεν, ἢ μὲν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἐπὶ τῇ φλεβοτομίᾳ πτισάνης χυλὸν ἢ ἐκ χόνδρου ῥοφήματα διδόναι μόνον, ἐν δὲ

animi defectum homo non incidat: ſecundo vero ne animi defectus ipſe quidem eſt formidandus; quippe qui priore detractione reſolutus eſt, ſecundam ſuſtinere haud poterit, in hac vero ſi quid tale homini incidit, facile revocabitur. Qui vero ſic affecti ſanguinem non emiſerint, hi ſi evaſerint, utique fortunae beneficio id acceptum ferent; ſed nec evadent, niſi alia quapiam ratione leventur, aut ſanguinis e naribus profluvio, aut largo ſudore effuſo. Porro aeſtimare diligenter oportet, qui ſanguinem ſunt miſſuri, in thoracene, dorſo et lumbis tenſio punctoriusque dolor figatur, an in capite potius et collo. His enim affectis humeralem venam ſecabis, maxime ſi repletum caput et calidum ſentiunt; illis vero internam; ſi vero omnino aequabiliter laſſitudo corpus occupat, amborum mediam. Ac ſi ab inciſa quidem vena febrire coeperint, curandi jam methodi opus eſt his proſpicere; ſin autem tum non febricitent, primo die poſt inciſam venam aut ptiſanae cremorem, aut ſorbitionem

Ed. Chart. VI. [135.] Ed. Baſ. IV. (264.)

τῇ δευτέρᾳ καὶ λούειν ἂν ἤδη δύναιο σὺν ἐλαίῳ δαψιλεῖ, διαιτᾷν δὲ, κἂν λούσῃς, μετριώτατα θριδακίνης, εἰ βούλοιτο, διδόναι τι, εἴτε κολοκύνθης, εἰ παρείη, καὶ πτισάνης. ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ χόνδρος, εἴθ' ὡς πτισάνην τις αὐτὸν ἡδύνας ὄξει σκευάζοι, εἴτε χωρὶς ὄξους. εἰ δὲ μὴ παρείη κολοκύνθη, μαλάχῃ καὶ τεύτλῳ καὶ λαπάθῳ καὶ ἀνδραφάξυϊ χρῆσθαι. εἰ δὲ σαρκὸς βούλοιτο γεύσασθαι, τὴν τῶν πετραίων ἰχθύων ἢ ὀνίσκων ἐν λευκῷ ζωμῷ καλῶς ἑψήσαντα διδόναι. προσαγορεύω δὲ λευκὸν ζωμὸν, ὅταν ἄνευ γάρου τε καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τῆς ἄλλης καρυκείας σκευασθῇ, ἀνήθου τε καὶ ἁλῶν ἐμβληθέντων εἰς ὕδωρ σὺν ἐλαίῳ καὶ πράσῳ βραχεῖ. κάλλιον δὲ, εἰ καὶ τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν οἴνου φείσαιτο. τῇ τρίτῃ δὲ, εἰ μὲν εὐπέπτως φέροι τὴν ὑδροποσίαν, εἴργειν οἴνου καὶ τότε· μὴ φέροντος δὲ, μάλιστα μὲν ἀπόμελι διδόναι, καὶ γὰρ ἐμψύχει γέ πως ἠρέμα τοῦτο τὸ ποτὸν, οὗ καὶ αὐτοῦ χρήζουσιν οἱ φλεγμονώδεις κόποι· μὴ παρόντος δὲ τούτου, λεπτὸν καὶ λευκὸν οἶνον διδόναι, καὶ τἄλλα κατὰ

ex alica ſolum dabis; ſecundo vero etiam lavare licet cum copioſo oleo, nutrire vero, tametſi laveris, plane moderatiſſime debebis, lactucae, ſi placet, aliquid offerens, vel (ſi adſit) cucurbitae et ptiſanae. Eſt et alica non inutilis, ſive hanc aceto, ut ptiſanam, condias, ſive etiam ſine aceto. Si cucurbitae copia non ſit, malva betaque et lapatho et atriplice eſt utendum. Quod ſi carnem quoque guſtare velit, ſaxatiles piſces vel oniſcos in albo jure bene elixos dabis. Voco jus album, quum ſine garo, magisque etiam ſine conditura ex variis opſoniorum generibus praeparatur, anetho ſaleque cum oleo et porri exiguo in aquam conjectis. Vino autem utiliter etiam ipſo ſecundo die parcet: tertio vero, ſi quidem aquae potionem facile toleret, tunc quoque vino abſtinebit; ſi non ferat, potiſſimum quidem apomeli dabis, quippe leviter refrigerat ea quoque potio, quo utique indigent, quae phlegmones ſenſum habent laſſitudines. Hoc ſi non ſit, album et tenue vinum offeres: aliaque pro ratione

Ed. Chart. VI. [135. 136.] Ed. Baſ. IV. (264.)

λόγον ἀνακομίζειν, εὐχύμῳ τε καὶ μηδαμῶς θερμαινούσῃ διαίτῃ χρώμενον. εὐλαβεῖσθαι δὲ μάλιστα πάντων ἀθρόως ἀνατρέφειν. ὅσοι γὰρ ἐπὶ τοιαύταις κενώσεσιν εἰς τὴν ἕξ ἀρχῆς [136] δίαιταν εὐθέως ἐπανῆλθον, ἐμπίπλαται τούτοις ἡ ἕξις ἀπέπτων χυμῶν, οὓς ἀναρπάζει, πρὶν πεφθῆναι καλῶς ἔν τε γαστρὶ καὶ κατὰ τὰς φλέβας, ὁ τοῦ σώματος ὄγκος. αὕτη μὲν ἡ ἀρίστη πρόνοια τοῦ φλεγμονώδους κόπου. διότι δὲ ἐπαφαιρεῖν τε κελεύομεν αἵματος ἐπ' αὐτῶν καὶ μὴ πληροῦν ἀθρόως, ἀρκεῖ μὲν δήπου καὶ τὴν ἐμπειρικὴν αἰτίαν εἰπεῖν, ὅτι καὶ μᾶλλον ὀνίνανται κενωθέντες οὕτω, καὶ ὑγιαίνουσιν εἰς μακρὸν, ὡς εἴρηται, διαγόμενοι· προσθεῖναι δ' οὐκ ἂν χεῖρον εἴη καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων ἔνδειξιν. ἐπεὶ τοίνυν ἐν τῷ φλεγμονώδει κόπῳ πλῆθος αἵματος ἠθροισμένον θερμοῦ κατὰ τὸν ὄγκον ἐστὶν, ἡ φλεβοτομία δὲ τοὺς ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐκκενοῖ χυμοὺς, ἄμεινον ἐπὶ τῇ προτέρᾳ κενάσει τοσοῦτον χρόνον διαλιπεῖν, ὡς με-

exhibebis, quae ut boni ſint ſucci, ita minime calfaciant. Cavendum vero praeter caetera eſt, ne confertim et multum renutrias. Quippe qui poſt hujusmodi exinanitionem ad priſtinam diaetam protinus redeunt, iis corporis habitus crudis ſuccis impletur: quos nimirum ante, quam concocti commode in ventriculo venisque ſint, corporis moles ad ſe rapit. Et haec quidem laſſitudo commodiſſime ad hunc modum curatur. Quam autem ob rem in iis, qui hac premuntur, iterari ſanguinis detractionem jubeam, nec hos multum ac ſimul reficere, ſatis profecto fuerit vel Empiricorum cauſam reddere: nempe quod e magis juvantur, quibus ſic eſt emiſſus, et bona valetudine diutius fruuntur, qui, ſicut comprehenſum eſt, ſunt tractati. Caeterum et quae ex natura rei ducitur, rationem appoſuiſſe non ſit alienum. Quoniam igitur in hac, quae veluti phlegmone fatigat, laſſitudine vis calidi ſanguinis congeſta in corporis mole eſt, venae autem ſectio ſuccos e vaſis emittit, utile eſt poſt priorem detractionem tantiſper intermittere, dum aliquid eorum qui in corpore

Ed. Chart. VI. [136.] Ed. Baſ. IV. (264. 265.)

ταληφθῆναί τι καὶ εἰς τὰς φλέβας ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα. τοῦτο δ' οὐκ ἐπιτρεπτέον ἐν αὐταῖς ἀπομένειν, ἡμιόχθηρον ὑπάρχον, ἀλλ' ἐκκενωτέον αὐτοῦ τὸ πλεῖστον. ταῦτά τοι καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν ἐπαφαιροῦμεν αἵματος, ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ τὴν τρίτην, ἐπειδὰν (265) ἀντισπᾷν τε καὶ μετάγειν ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα συμφέρειν δόξῃ. λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων διορισμῶν ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ φλεβοτομίας, ὧν οὐκ ἐγχωρεῖ μεμνῆσθαι ταυῦν διὰ τὸ τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας ἰδιωτέρους ὑπάρχειν αὐτοὺς, καὶ μέλλειν που καὶ αὖθις ἴσως ἡμᾶς ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ περὶ φλεβοτομίας ἐντελέστερον διέρχεσθαι.

Κεφ. ια'. Λοιπὸν οὖν, ὅτι ταχέως οὐ χρὴ πληροῦν ἐπὶ φλεβοτομίαις, εἰπόντες ἐνταῦθα καταπαύσομεν τὸν λόγον. ἔξει δὲ καὶ οὗτος εἰς πίστιν ὑπόθεσίν τινα τῶν ἤδη προαποδεδειγμένων ἐν τῇ περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων πραγματείᾳ. δέδεικται γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ πᾶσι τοῖς ὑπὸ φύσεως διοικουμένοις ὑπάρχουσα δύναμις ἔμφυτος ἡ ἑλκτικὴ τῶν ὁμοίων

ſunt humores remigret ad venas. Quod tamen quoniam committendum non eſt ut in his maneat, utpote ex dimidio corruptum, ſed potius plurimum ejus expellatur, idcirco detractionem ſanguinis etiam ſecundo die iteramus; aliquando vero et in tertio, ubi videlicet et revellere, et ex aliis in alia transferre viſum eſt conducere. Dictum vero de omnibus ejusmodi diſtinctionibus exactius eſt in iis, quae de ſanguinis detractione ſcripſimus, quae nunc ideo recenſendi locus non eſt, quod et ad medendi artem magis pertinet, et in hoc ipſo ſortaſſis opere plenius de ſanguinis miſſione ſumus acturi.

Cap. XI. Reliquum ergo eſt, ubi docuerimus, non eſſe a ſanguinis miſſione feſtinanter reſiciendum, hic librum hunc finiamus. Supponetur autem et ad hujus ſermonis fidem quiddam, quod in opere de naturalibus facultatibus eſt demonſtratum. Ibi enim oſtendimus, omnibus iis, quae propriâ naturâ reguntur, vim quandam eſſe inſitam, qua ſimiles, quibus alantur, ſuccos poſſint

Ed. Chart. VI. [136.] Ed. Baſ. IV. (365.)

χυμῶν, ὑφ' ὧν τρέφεσθαι μέλλει. δέδεικται δὲ καὶ ὡς, ἐπειδὰν ἀπορῇ μὲν οἰκείας τε ἅμα καὶ χρηστῆς τροφῆς, ἐπείγεται καὶ τῶν οὐ χρηστῶν τι συναρπάσαι. τοιοῦτον δ' ἐστί που τὸ μήπω πεφθὲν ἐν κοιλίᾳ τε καὶ φλεψίν. ἀναγκαῖον οὖν, ἐπειδὰν πλείω λαμβάνῃ τὰ σιτία κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ ἄνθρωπος, ἁναρπάζεσθαι πλεῖστον ὠμὸν χυμὸν εἰς τὸν ὄγκον τοῦ ζώου διὰ πολλὰς αἰτίας· ὅτι τε φαυλότερον ἐν τῇ γαστρὶ καὶ ταῖς φλεψὶ πέττεται τὸ πλέον, ὅτι τε πλέον εἰς τὸν ὄγκον ἀνέρχεται διὰ τὸ πλέον ὑπάρχειν, ὅτι τε πρωϊαίτερον, ἢ χρή, διὰ τὸ συγχωρεῖν μὲν τὴν γαστέρα ταῖς φλεψὶ, τὰς φλέβας δὲ ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῦ ζώου μορίοις ἐπισπᾶσθαι τὸ μήπω κατειργασμένον, ὅπερ οὐκ ἂν συνεχώρησαν ὁμοίως, εἴπερ ὀλίγον ἦν. ἐπιδέδεικται γὰρ, ὡς αὐτὰ πρότερον ἀπολαύει τὰ μόρια τῆς οἰκείας τροφῆς, εἶθ' οὕτως ἑτέροις ἐπιτέμπει. τὸ δὲ δὴ τελευταῖον καὶ μέγιστον αἴτιον τῆς βλάβης τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐστὶ τὸ πολλὴν τὴν ἡμίπεπτον ἐπισπασάμενα τροφὴν τὰ καθ' ὅλον τὸν

attrahere. Demonſtratum praeterea eſt, ubi familiari et utili nutrimento deſtituuntur, urgeri vel ejus, quod inutile eſt, aliquid rapere: tale porro eſt, quod nondum in ventriculo venisque concoctum eſt. Ergo neceſſum eſt, quum homo largius ſe cibis per hoc tempus impleverit, eo caſu crudi ſucci plurimum in corpus animalis rapi, idque multis de cauſis: et quod deterius in ventre venisque concoquitur, quod copioſius eſt; et quod multum in corporis molem ideo ſubit, quia multum ſupereſt; et quod citius etiam, quam par eſt, propterea quod venter venis, venae reliquis omnibus animalis partibus rapi, quod nondum confectum eſt, permittunt; quod adeo non facerent, ſi id exiguum eſſet, quod ipſae haberent: demonſtratum eſt enim, partes ipſas ex alimento primum ſua portione frui, mox caeteris transmittere. Ergo ultima praecipuaque noxae cauſa eſt iis, qui ſic ſunt affecti, quod, quae in corporea animalis mole habentur partes, ubi multum ſemicoctumque attraxerunt nutrimentum,

Ed. Chart. VI. [136. 137.] Ed. Baſ. IV. (265.)

ὄγκον τοῦ ζώου μόρια πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἐξ αὐτῆς ἀπογεννᾷν περιττωμάτων. οὐδὲ γὰρ πέττειν αὐτὴν ἅπασαν ὁμοίως τῇ χρηστῇ δυνατὸν αὐτοῖς, οὔτε προσφύειν, οὔθ' ὁμοιοῦν, ἀλλ' ἀτυχεῖν ἐν ἑκάστῳ τῶν οἰκείων ἔργων ἐπὶ τῇ μοχθηρᾷ τε ἅμα καὶ πολλῇ τροφῇ. ὅμοιον γάρ τι συμβαίνειν αὐτοῖς ἀναγκαῖον, οἷόν τι καὶ αὐτῇ τῇ γαστρὶ [137] προσενεγκαμένῃ σιτία πολλὰ κακῶς παρεσκευασμένα. λέγω δὲ παρεσκευάσθαι κακῶς, ὅσα δεόμενά τινος ἑψήσεως ἢ ὀπτήσεως οὐκ ἀπέλαυσε τελέως αὐτῆς. ἄρτον οὖν ἐλλιπῶς ὠπτημένον ἢ κρέας ἢ ὄσπριον ἀτελῶς ἑψημένον ἀδύνατόν ἐστι πεφθῆναι χρηστῶς ἐν γαστρί. τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ἔχει τὰ κατὰ τὴν γαστέρα μοχθηρῶς κατεργασθέντα πρὸς τὴν δευτέραν τὴν ἐν φλεψὶ πέψιν, ὃν τὰ φαῦλα παρασκευασθέντα σιτία πρὸς τὴν ἐν τῇ γαστρί. καὶ μέντοι τὰ κατὰ τὰς φλέβας οὐκ ὀρθῶς πεφθέντα τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ὡς πρὸς τὴν ἐν σαρκὶ πέψιν, ὃν εἶχεν τὰ μὲν σιτία πρὸς τὴν ἐν τῇ γαστρὶ, τὰ δ' ἐκ ταύτης ἀναδιδόμενα πρὸς τὴν ἐν ταῖς φλεψίν.

non parvam excrementorum vim ex ea re congerunt, quum neque perinde, ac ſi bonum eſſet, concoquere id omne valeant, neque etiam, ut corpori adhaereat et aſſimiletur, efficere; imo parum proſpere ſingulas functiones obire poſt vitioſum multumque nutrimentum par eſt. Similiter enim his evenire neceſſe eſt, ut ventri, quum abundantiâ male praeparati cibi eſt refertus. Male praeparata voco, quae elixari torrerive quum debeant, juſtum in his finem non ſunt conſequuta. Ergo ſive panis non ſatis eſt coctus, ſive caro legumenve intra modum elixum, fieri nequit, ut haec venter probe concoquat. Eadem vero ratione ſe habent et quae in ventre male ſunt confecta ad ſecundam concoctionem, quae agitur in venis, qua male praeparati cibi ad concoctionem, quae eſt in ventre. Quin etiam, quae in venis male ſunt concocta, ſic ſe habent ad concoctionem, quae agitur in carne, quemadmodum ſe habebant cibi ad eam, quae eſt in ventre, et quae ex hoc ſubeuntia ad eam, quae eſt in venis.

Ed. Chart. VI. [137.] Ed. Baſ. IV. (265.)

οὔτ' οὖν ἡ γαστὴρ ἀκριβῶς πέττει τὰ ἔξωθεν, οὔθ' αἱ φλέβες τὰ ἐκ τῆς γαστρὸς, οὔθ' αἱ σάρκες τὰ ἐκ τῶν φλεβῶν, ὅταν μὴ καλῶς ἡ προκατειργασμένα· κἂν τούτῳ πλῆθος ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν σώματι γεννᾶσθαι περιττωμάτων. ἐμοὶ μὲν οὖν εἴρηται τὸ σύμπαν, ὡς ἐν βραχυτάτῳ διελθεῖν· εἰ δέ τις ἑκάστου τῶν εἰρημένων εἰς τὴν ἀπόδειξιν ἐπιστήμην ἀκριβῆ λαβεῖν βούλεται, τούτῳ τὰ περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀναγνωστέον ἐστὶν, ἐν οἷς ἀποδέδεικται, πρῶτον μὲν, ὡς ἡ γαστὴρ ἑαυτῆς ἕνεκα λαμβάνει τὴν τροφὴν, ἵνα ἀπολαύσῃ τε καὶ ἀναπληρώσῃ τὸ ἐλλεῖπον ἑαυτῇ, καὶ διὰ τοῦτο περιπύσσεται πανταχόθεν αὐτῇ, καὶ κατέχει σύμπασαν, ὅσον περ ἂν ἱκανῶς κορεσθῇ· δεύτερον καὶ ὡς, ἐπειδὰν μηκέτι δέηται τοῦ τρέφεσθαι, τότ' ἀνοίγνυσι μὲν τὸν πυλωρὸν, ἐκθλίβει δὲ καὶ ὠθεῖ κάτω τὰ περιττὰ τῶν σιτίων, οἷον ἄχθος ἀλλότριον· εἶθ' ὡς ἐν τῇ διὰ τῶν ἐντέρων ὁδῷ, καὶ μάλιστα τῶν λεπτῶν, ἁρπάζουσιν αἱ καθήκουσαι φλέβες τὴν τροφὴν, ἐκ τῆς πρὸς τὴν κοιλίαν ὁμιλίας ἠλλοιωμένην τε καὶ ἐπιτηδειοτέραν τῷ ζώῳ γεγενημένην· εἶτα καὶ κατὰ τὰς

Ergo nec venter externa, quae ſumpſit, exacte concoquit, nec venae haec, quae a ventre excipiunt, ſed nec carnes, quae ex venis, ubi probe ante non ſunt confecta. Atque interim excrementi copiam in corpore provenire eſt neceſſe. Ac rem quidem omnem, ut breviſſime licuit, jam diximus. Quod ſi quis dictorum cujusque certam ex demonſtratione ſcientiam cepiſſe velit, is librum De naturalibus facultatibus legat, in quo primum illud liquido demonſtratum eſt, ventrem ſua ipſius cauſa nutrimentum ſuſcipere, ut eo tum fruatur, tum quod ſibi deeſt ſuppleat, eoque amplecti id undique, ac retinere totum, quoad ſe ſatiaverit; ſecundo illud, eundem, ubi ali praeterea non deſiderat, pylorum recludere, ac quod ciborum ſuperſuit exprimere, peſſumque ceu alienum onus trudere; deinde, quod in ipſo tranſitu per inteſtina ac potiſſimum tenuia venae, quae huc pertinent, alimentum ad ſe rapiunt, quod ex mora, quam in ventre habuit, et alteratum et animali magis idoneum eſt effectum; mox in ipſis

Ed. Chart. VI. [137.] Ed. Baf. IV. (265.)

φλέβας ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην διαδίδοται τὸν ὅμοιον τρόπον, ὃν ἐκ τῆς γαστρὸς εἰς τὰς φλέβας· ἐντεῦθεν δ' ἤδη κατειργασμένη τέλεον εἰς ἕκαστον ἕλκεται τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἵνα πέττεται τὴν τρίτην πέψιν ὁμοιοῦταί τε τῷ τρεφομένῳ. ταῦτ' οὖν ὅστις ἐξ ἐκείνων ἀναλέξεται τῶν γραμμάτων, οὐκέτ' ἀπορήσει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν πολλοὶ κενωθέντες τὴν ἕξιν, εἰ μὴ μετρίως ἀνατρέφοιντο αὖ, πολλὰ περιττώματα καθ' ὅλην αὐτὴν ἀθροίζουσι, καὶ νοσοῦσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ εἰς μακρόν.

venis quoque ab alia in aliam traditur ad eundem modum, quo ex ventre in venas; hinc vero jam plane confectum in ſingulas pertrahitur animalis partes, ubi tertiam concoctionem nactum alendo corpori aſſimilatur. Haec ſi quis ex illo libro colligat, nihil eſt quod cauſam amplius requirat, cur multi, habitu corporis exinanito, niſi ſenſim renutriantur, plurimum excrementorum in toto eo congerant, atque ex his non leviter aegrotent.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΓΙΕΙΝΩΝ ΛΟΓΟΣ Ε.

Ed. Chart. VI. [138.] Ed. Baſ. IV. (265.)

Κεφ. α'. Πέμπτον ἐνιστάμενος λόγον ὑπὲρ τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, παραμυθήσασθαι βούλομαι πρότερον, εἴ τινες ἄρα δυσχεραίνουσι τῷ μήκει τῆς διδασκαλίας. οὐ γὰρ ἡμέτερον ἔγκλημα τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ προκειμένου πράγματος ἴδιον. εἰ μὲν γὰρ οἷόν τ' ἐστὶν, μακρὰν θεωρίαν ἐν βραχέσι διελθόντα μηδὲν τῶν χρησίμων παραλιπεῖν, ἡμεῖς ἁμαρτάνομεν, οὐκ ἀνάγκῃ μηκύνοντες· εἰ δ' οὐκ ἐγχωρεῖ σαφέστερόν τε ἅμα καὶ θᾶττον ὑπὲρ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν, οὐχ ἡμῖν μέμφεσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ τοῖς

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER QVINTVS.

Cap. I. Quintum de ſanitate tuenda librum ingrediens, ſi qui ſorte erunt, qui prolixitate operis noſtri gravabuntur, hos primum ſolari volo. Non enim noſtra id culpa evenit, ſed propoſitae rei natura. Si enim fieri poteſt, ut, qui brevibus longam contemplationem abſolvit, nihil neceſſarium omittat, fateor errorem meum, cui nulla neceſſitate ambages ſequutus ſim. Sin clarius ſimul breviusque differi de iisdem non poteſt, nemo nos merito accuſet, ſed ipſos potius, qui eorum, quae neceſſa-

Ed. Chart. VI. [138.] Ed. Baſ. IV. (265.)

παραλιποῦσιν οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγκαίων. ἔστι δ' ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τε ἅμα καὶ οἷον στοιχεῖον ἁπάσης τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, ὡς πάμπολλαι φύσεις τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν, ὥσπερ ὡμολόγηται μὲν ἅπασιν ἰατροῖς τε καὶ γυμνασταῖς. οὕτω δὲ γράφουσιν οἱ πλείους αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ὑγιεινῆς ἀγωγῆς, ὡς ὑπὲρ ἑνὸς ἀνθρώπου διαλεγόμενοι, καὶ ταῦτα μηδὲν ἐπιδειξάμενοι κἂν ἕνα τινὰ πρὸς αὐτῶν ὠφεληθέντα, καίτοι γ' οὐδ' ἕνα δίκαιον ἦν, ἀλλὰ παμπόλλους ἐπιδείξαντας, ἔμπροσθεν μὲν νοσοῦντας συνεχῶς, ὕστερον δ' ἀνόσους ἔτεσι παμπόλλοις ὑφ' ἑαυτῶν διαφυλαχθέντας, οὕτως ἐπιχειρεῖν γράφειν. ἀλλ' ἡμεῖς γε τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπεδείξαμεν τοῦτο, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν συνεχῶς νοσοῦντας ἀνόσους φυλάξαντες ἐκ τοῦ πεισθῆναι τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν, οὕτως ἐπεχειρήσαμεν ὑπὲρ αὐτῶν γράφειν. ἐνίους μὲν γὰρ ὅλως ἐκωλύσαμεν γυμνάζεσθαι, ταῦτα δὴ τὰκ τῶν ἐπιτηδευμάτων γυμνάσια, μόναις ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείαις ἀρκεῖσθαι βουλεύσαντες· ἐνίους δὲ τοῦ πλήθους ἀφελεῖν τῶν γυμνασίων ἐκελεύσαμεν, ὡς εἰς ἐλάχι-

ria ſunt, non pauca praetereunt. Eſt vero illud ſimul ex maxime neceſſariis, ſimul veluti elementum totius artis, quae valetudinem tuetur, quod numeroſae hominum ſunt naturae; prout in confeſſo eſt omnibus tum medicis, tum gymnaſtis. Quorum tamen plurimi ita de valetudine tuenda ſcribunt, quaſi de uno homine agant, idque ne uno quidem oſtenſo, quem prius juverint; quamquam non unum, ſed multos, quos morbis prius aſſiduis implicatos ipſi poſtea multis annis in ſanitate ſua opera ſervaſſent, indicaſſe, ac ſic ad ſcribendum acceſſiſſe par erat. At nos ipſis rerum effectis id oſtendimus, et iis, qui prius aſſiduis premebantur morbis, inde adeo quod ſanitatis praeceptis paruiſſent, in omni integritate ſervatis, ſic demum de ipſis ſcribere ſumus aggreſſi. Quippe alios exercitari in totum vetuimus, iſtis videlicet exercendi corporis cauſa ſuſceptis, ac ſolis vitae actionibus contentos eſſe ſuaſimus; aliis de multitudine exercitationum demere aliquid juſſimus, ut totum ad minimum contrahe-

Ed. Chart. VI. [138. 139.] Ed. Baſ. IV. (265. 266.)

ἁμαρτήμασι βραχέα βλαπτομένων. ἀσφαλέστερον οὖν ἐστι τοῖς ἀσθενέσι γέρουσιν ὀλίγα διδόναι τρὶς τῆς ἡμέρας, ὡς Ἀντίοχος ὁ ἰατρὸς ἑαυτὸν διήτα, γεγονὼς γὰρ ἐτῶν πλείω τῶν ὀγδοήκοντα, προϊὼν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐπὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τὸ συνέδριον ἦν αὐτὸ τῶν πολιτῶν, ἔστι δ' ὅτε μακρὰν ὁδὸν ἀπιὼν ἐπισκέψεως ἀῤῥώστων ἕνεκα. ἀλλ' εἰς μὲν τὴν ἀγορὰν ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐβάδιζεν, ὁδὸν ὡς τριῶν σταδίων· οὕτως δὲ καὶ τοὺς πλησίον ἀῤῥώστους ἑώρα· ποῤῥώτερον δ' ἄν ποτ' ἀναγκασθῇ πορευθῆναι, τὸ μὲν ἐν δίφρῳ βασταζόμενος ἐκομίζετο, τὸ δ' ἐπ' ὀχήματι αἰωρούμενος. ἦν δ' αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν οἴκημα ἐκ καμίνου θερμαινόμενον ἔν γε τῷ χειμῶνι, θέρους δὲ εὔκρατον ἔχον ἀέρα καὶ χωρὶς τοῦ πυρός. ἐν τούτῳ πάντως ἀνετρίβετο καὶ χειμῶνος καὶ θέρους ἔωθεν, ἀποπατήσας δηλονότι πρότερον. ἐν δὲ τῷ κατὰ τὴν ἀγορὰν χωρίῳ [147] περὶ τρίτην ὥραν ἢ τὸ μακρότερον περὶ τετάρτην ἤσθιεν ἄρτον μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ, πλειστάκις μὲν ἑφθοῦ, σπανιώτερον δ' ὠμοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μέν τι συγγιγνόμενος ἑτέροις

ſentiant. Ergo tutius eſt imbecillo ſeni exiguum dare ter die, ſicut Antiochus medicus ſolitus eſt ſe cibare, jam quidem annos natus plus quam octoginta, ac quotidie ad forum progrediens in eum locum, ubi concilium civium convenerat, interim etiam longa via ad aegros inviſendos pergens. Caeterum domo in forum quaſi trium ſtadiorum ſpatium pedibus confecit; quo etiam modo infirmos, ſi quos prope habebat, inviſit. Longius vero ſi quo erat eundum, partim geſtatus in ſella, partim vehiculo vehebatur. Erat autem ei domi cellula quaedam, quae hyeme calebat camino, aeſtate citra ignem bene temperatum aërem habebat. In hac mane omnino fricabatur tam aeſtate quam hyeme, utique dejecta prius alvo. In foro autem loco aliquo circiter horam diei tertiam vel ad ſummum quartam ſumpſit panem cum Attico melle plerumque cocto, rarius crudo. Poſtea partim cum aliis commentans, partim ipſe ſolus aliquid legens, ad ſepti-

Ed. Chart. VI. [147.] Ed. Baſ. IV. (269.)

διὰ λόγων, τὸ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀναγινώσκων ἑβδόμην ὥραν παρέτεινεν, μεθ' ἣν ἐτρίβετό τε κατὰ τὸ δημόσιον βαλανεῖον, ἐγυμνάζετό τε τὰ πρέποντα γέροντι γυμνάσια, περὶ ὧν τῆς ἰδέας ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται. κἄπειτα λουσάμενος ἠρίστα σύμμετρον, πρῶτα μὲν ὅσα λαπάττει τὴν γαστέρα προσφερόμενος, ἐφεξῆς δὲ ἰχθύων τὸ πλεῖστον, ὅσοι πετραῖοί τε καὶ πελάγιοι. κἄπειτ' αὖθις ἐπὶ τοῦ δείπνου τῆς μὲν τῶν ἰχθύων ἐδωδῆς ἀπείχετο, τῶν δ' εὐχυμοτάτων καὶ δυσφθάρτων ἐλάμβανεν, ἤτοι χόνδρον μετ' οἰνομέλιτος, ἢ ὄρνιν ἐξ ἁπλοῦ ζωμοῦ. τούτῳ μὲν οὖν τῷ τρόπῳ γηροκομῶν ἑαυτὸν Ἀντίοχος ἕως ἐσχάτου διετέλεσεν ἀπήρωτος ταῖς αἰσθήσεσι καὶ τοῖς μέλεσιν ἄρτιος ἅπασι. Τήλεφος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐπὶ πλείονας μὲν ἐξίκετο χρόνους Ἀντιόχου, σχεδὸν ἑκατὸν ἔτη βιούς, ἐλούετο δὲ τοῦ μηνὸς δὶς μὲν ἐν τῷ χειμῶνι, τετράκις δὲ ἐν τῷ θέρει, τρὶς δὲ ἐν ταῖς μεταξὺ τούτων ὥραις. ἐν αἷς δ' ἡμέραις οὐκ ἐλούετο, περὶ τρίτην ὥραν ἠλείφετο μετὰ βραχείας ἀνατρίψεως. εἶτα χόνδρον ἡψημένον ἐν ὕδατι, μέλι μιγνὺς ὠμὸν ὅτι κάλλιστον,

mam usque horam perſeverabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur, tum vero exercitabatur aptis ſcilicet ſeni exercitationibus; de quarum forma paulo poſt agemus. Mox lotus prandebat mediocriter, primum iis ſumptis, quae alvum dejiciunt, poſt haec maxime piſcibus, vel quos ſaxatiles vocant, vel qui in alto mari degunt. Rurſus in coena piſcium eſu abſtinuit, ſed boni ſucci aliquid, ac quod non facile putreſceret, ſumpſit, utique aut alicam cum mulſo, aut avem ex jure ſimplici. Atque hac quidem victus ratione Antiochus in ſenio uſus ſenſibus illaeſis membrisque omnibus integris ad extremum duravit. Telephus autem grammaticus provectiore quam Antiochus aetate fuit, ut qui centum fere annos vixerit. Is vero hyeme bis menſe lavabatur, aeſtate quater, mediis harum temporibus ter. Quibus vero diebus non lavabatur, iis circa tertiam horam unctus eſt cum exigua frictione; mox mel optimum crudum alicae in aqua coctae

Ed. Chart. VI. [147.] Ed. Baſ. IV. (269. 270.)

ἤσθιε, καὶ τοῦτ᾽ ἤρκει μόνον αὐτῷ τήν γε πρώτην. ἠρίστα δὲ καὶ οὗτος ἑβδόμης ὥρας, ἢ βραχεῖ τινι θᾶττον, λάχανα μὲν πρῶτον προσφερόμενος, εἶθ᾽ ἑξῆς ἰχθύων ἢ ὀρνίθων γευόμενος. ἐς ἑσπέραν δὲ μόνον ἄρτον ἤσθιε, διαβρέχων ἐν οἴνῳ κεκραμένῳ.

Κεφ. ε΄. Ὥσπερ δὲ τοῖς παισὶν ὁ οἶνος ἐναντιώτατός ἐστιν, οὕτω τοῖς γέρουσι χρησιμώτατος. ἔστω δὲ τῶν φύσει θερμοτέρων, ὁποῖοι τῶν Ἑλληνικῶν ὁ Ἀριούσιός ἐστι καὶ ὁ Λέσβιος, καὶ ὁ καλούμενος Μύσιος, οὐκ ἐκ τῆς περὶ Ἴστρον Μυσίας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς Ἑλλησποντίας ὀνομαζο(270)μένης, ἥτις ἐστὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν, ὁμοροῦσα Περγάμῳ, τῶν δ᾽ ἐκ τῆς Ἰταλίας ὅ τε Φαλερῖνος καὶ ὁ Σουβρεντῖνος. ἐφεξῆς δ᾽ αὐτῶν εἰσι, κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ὅ τε Τιβουρτῖνος καὶ ὁ Σιγνῖνος, ἀμφότεροι παλαιωθέντες, ὡς νέοι γε ὄντες οὔτ᾽ εἰς ἀνάδοσιν ὁρμῶσιν, οὔτ᾽ οὖρα κινοῦσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν γαστέρα μένουσι, κλύδωνας ἐργαζόμενοι· δεύτεροι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς Ἀδριανός τε καὶ Σαβῖνος, καὶ Ἀλβανὸς, καὶ Γαβιανὸς, καὶ Τριφυλῖνος, ὅσοι

permixtum eſitabat, idque ei pro jentaculo ſatis fuit. Prandebat ſeptima hora, aut paulo citius, primum oleribus ſumptis, deinde piſcibus guſtatis, aut avibus; veſpere autem tantum panem ex vino diluto edebat.

Cap. V. Sane vinum ſicuti pueris eſt maxime adverſarium, ita ſenibus eſt utiliſſimum. Eſto autem id ex iis, quae calidioris naturae ſunt, qualia ſunt in Graecia quidem Ariuſium, et Lesbium, et quod Myſium vocant, non ex ea Myſia, quae ad Iſtrum eſt, ſed ex ea, quae Helleſpontia dicitur, quae nimirum in noſtra eſt Aſia, Pergamo vicina; ex Italicis vero Falernum et Surrentinum. Proxima his ſunt in Italia quidem Tiburtinum et Signinum, ambo vetera, quando novella nec diſtributionem alimenti adjuvant, nec urinas promovent, ſed diu in ventre fluctuantia permanent. Secundo ab his loco ſunt Adrianum, et Sabinum, et Albanum, et Gabianum, et Triphylinum; praeterea omnia Aminaea, quae in Italia

Ed. Chart. VI. [147. 148.] Ed. Baſ. IV. (270.)

τ᾽ Ἀμιναῖοι κατὰ τὴν Ἰταλίαν γεννῶνται, περί τε Νεάπολιν καὶ κατὰ τὴν Θούσκων γῆν. κατὰ μέν γε τὴν τοῦ Σουρρεντίνου δύναμιν ὁ Μύσιός ἐστι, κατὰ δὲ τὴν τοῦ Φαλερίνου τῶν Τμωλιτῶν οἱ κάλλιστοι, Σαβίνῳ δὲ καὶ Ἀδριανῷ Τιτακαζηνός τε καὶ Ἀρσυϊνὸς ἐοίκασι. τούτων οὖν μετρίως παλαιωθέντων, πίνειν χρὴ τοὺς πρεσβύτας, ὅσοι μὴ πάνυ γε κεφαλὴν ἰσχυρὰν ἔχουσιν· οἷς δ᾽ ἰσχυρά, τούτοις Φαλερῖνός τε καὶ Σουρρεντῖνος, Ἀριούσιός τε καὶ Λέσβιος καὶ Μύσιος καὶ Τμωλίτης ἐπιτήδειοι. δῆλον οὖν, ὡς καθ᾽ ἕκαστον ἔθνος ἐκ τῶν εἰρημένων παραδειγμάτων αἱρεῖσθαι τὸν ἐπιτηδειότατον ἕκαστος δυνήσεται, σκοποὺς ἔχων ἐπὶ τῇ τῶν γερόντων ἡλικίᾳ ἐν τῇ τῶν οἴνων δοκιμασίᾳ κατὰ μὲν τὴν σύστασιν ἀεὶ τὸν λεπτότατον αἱρεῖσθαι, κατὰ δὲ τὴν χρόαν, ὃν ὁ Ἱπποκράτης εἴωθε κιρρὸν καλεῖν· δύναιτο δ᾽ ἂν καὶ ξανθὸν ὀνομάζειν αὐτόν. ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ ὠχρὸς, ἐν τῷ μέσῳ καθεστὼς ξανθοῦ τε καὶ λευκοῦ. [148] καὶ γὰρ εἰ βουληθείης μίξαι τὸν ξανθὸν οἶνον τῷ λευκῷ, μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν ὠχρὸν ἐργάσῃ, καὶ κραθεὶς μεθ᾽ ὕδατος ξανθὸς

nascuntur, et circa Neapolin, et in Thuscia. Caeterum Mysium Surrentino similes vires habet, Falerno vero, quod e Tmolitis est optimum. Sabino et Adriano Titacazenum et Arsyinum sunt similia. Ergo de his modice antiquatis bibendum senibus est, utique quibus valentius caput non est; quibus autem est, iis et Falernum, et Surrentinum, et Ariusium, et Lesbium, et Mysium, et Tmolites idonea sunt. Ergo in omni regione ad praedicta exempla deligere sibi quisque idoneum poterit, huc videlicet omni consilio vini pro senibus deligendi directo, ut in substantia sit tenuissimum, colore, quem Hippocrates fulvum appellare solet; poterat autem et flavum id appellare. Commodum vero vinum est et quod pallidum dicitur, utique quod medio colore est inter flavum et album. Quippe si flavum albo miscere libeat, quod ex ambobus mixtum est, pallidum evadet;

Ed. Chart. VI. [148.] Ed. Baſ. IV. (270.)

τοιοῦτος γίνεται. παρὰ δὲ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον ὕδωρ ἐπεμβάλλειν ἐνίοτε μὲν ὠχρούς, ἐνίοτε δὲ οἷον ὠχρόλευκος ἢ ὠχρόξανθος φαίνεται. θερμότατος μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ χρόᾳ, τῶν εἰρημένων οἴνων ὁ ξανθὸς, ἥκιστα δὲ θερμὸς ὁ λευκός· οἱ δ' ἐν τῷ μεταξὺ, καθ' ὅσον ἂν ἑκατέρῳ πλησιάσωσι, τῆς ἐκείνου μετέχουσι δυνάμεως. ἓν μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν ἐξ οἴνου τοῖς γέρουσι περιγίνεται, τὸ θερμαίνεσθαι πάντ' αὐτῶν τὰ μόρια· δεύτερον δὲ, τὸ δι' οὔρων καθαίρεσθαι τὸν ὀρρὸν τοῦ αἵματος. διὸ καὶ κάλλιστος ἐπὶ γερόντων οἶνος, ὃς ἂν ταῦτ' ἐργάζηται μάλιστα. τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ τῇ συστάσει μὲν λεπτὸς, οὖρα γὰρ οὗτοι κινοῦσι, τῇ χρόᾳ δὲ ξανθὸς, ἴδιον γὰρ τοῦτο τῶν θερμῶν ἱκανῶς οἴνων τὸ χρῶμα. διὸ κἂν πάνυ λευκοὶ τὸ κατ' ἀρχὰς ὦσι, παλαιούμενοι προσλαμβάνουσι τινὰ ξανθότητα, δι' ἣν ὑπωχροι μὲν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ τελέως ὠχροὶ γίνονται, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἥκωσι χρόνου, τελευτῶντες ὠχρόξανθοι φαίνονται· τελέως γὰρ οὐχ οἷόν τε τοῖς λευκοῖς οἴνοις γενέσθαι

etiam aquae admixtum flavum ejusmodi colorem reddit; verum pro majore minoreve aquae modo alias pallidum, alias veluti ex pallido albicans, vel ex pallido flavum apparet. Calidiſſimum ergo ex jam dictis, ſi colorem ſpectes, flavum eſt; minime vero calidum album; quae media inter haec ſunt, prout alterutri magis accedunt, ita vim ejus exhibent. Unum igitur illud maximum ſenibus commodum ex vino accidit, quod omnia eorum membra calefacit; alterum, quod per urinas ſerum ſanguinis expurgat. Itaque etiam optimum id ſenibus eſt, quod haec maxime praeſtat; porro id eſt, quod ſubſtantia quidem tenue eſt, (quippe urinas movet,) colore autem flavum; proprius enim is eſt praecalidorum vinorum color. Itaque etiam quae valde ab initio alba ſunt, ſi inveteraverint, flavedinem quandam contrahunt; unde primum pallidula, mox vero plane pallida fiunt. Quod ſi longiſſimo tempore ſerventur, ex pallido flaventia cernuntur; nam ut omnino flava fiant, quae alba vina ſunt,

Ed. Chart. VI. [148.] Ed. Baſ. IV. (270.)

ξανθοῖς. ὅσοι δὲ τῶν ὠχρῶν ἢ ξανθῶν οἴνων παχεῖς εἰσιν, αἷμά τε γεννῶσιν οὗτοι καὶ τρέφουσι τὸ σῶμα· διὸ γένοιντ' ἄν ποτε καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι τοῖς γέρουσι, καθ' ὃν δηλονότι χρόνον οὔτ' ὀρρῶδες ὑγρὸν ἔχουσιν ἐν ταῖς φλεψὶ, καὶ δέονται θρέψεως περιττοτέρας. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ τῶν οὐρητικῶν οἴνων χρήζουσιν οἱ τὴν ἡλικίαν ταύτην ἄγοντες, διὰ τὸ πλεονάζειν καὶ αὐτοῖς ὑδατῶδες περίττωμα. τῶν δ' ἐπὶ πλέον ἐν τῇ γαστρὶ μενόντων οἴνων οὐδέποτ' οὐδεὶς οἰκεῖος γέροντι. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ ἀπὸ τῆς Βιθυνίας Ἀμιναῖοι, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ὁ Μάρσος, καὶ Σιγνῖνος, καὶ Τιβουρτῖνος, ἔστ' ἂν ὦσι νέοι. ἀλλ' οὗτοι μὲν πάντες λευκοὶ, μέλανες δὲ ἄλλοι, καὶ παχεῖς, ὅσοι στύφουσιν, ἐν τῇ γαστρὶ μένουσι χρόνῳ πολλῷ, καὶ κλύδωνας ἐργάζονται κατ' αὐτὴν, ὥσπερ ὁ ἐν Κιλικίᾳ μὲν Συβάτης, ἐν Ἀσίᾳ δὲ Αἰγεάτης τε καὶ Περπερίνιος. ὅσοι δὲ χωρὶς τοῦ στύφειν μέλανές τε εἰσι καὶ παχεῖς, οἷος καὶ ὁ Σκυβελίτης καὶ ὁ Θηραῖος, ἧττον μὲν ἐν τῇ γαστρὶ μένουσιν, οὔρησιν δὲ οὐδ' αὐτοὶ κινοῦσιν, ἀλλ' ὑπέρχονται κάτω· διὸ καὶ προπίνου-

fieri certe nequit. Quae vero ex pallidis aut flavis vinis craſſa ſunt, haec et ſanguinem augent et corpus nutriunt; quo fit, ut ea utilia ſenibus interdum ſint, utique quo tempore nec ſeroſam humiditatem in venis habent, et ali liberalius deſiderant. Plurimum tamen hac aetate iis vinis indigent, quae urinas cient, propterea quod aquoſum excrementum in ipſis abundat. Quae vero diu in ventre morantur, eorum ſane nullum aptum ſeni eſt. Ejus generis ſunt et Aminaeum e Bithynia, et ex Italicis Marſum, et Signinum, et Tiburtinum, quoad videlicet ſunt novella. Verum haec omnia alba ſunt, nigra vero reliqua; quorum craſſa, quae quidem adſtringunt, ea longo tempore in ventre manent, et fluctuationes in eo excitant, veluti quod in Cilicia naſcitur Sybates, et quod in Aſia natum Aegeates, et Perperinium. Quae vero circa adſtrictionem nigra craſſaque ſunt, quod genus ſunt Scibellites, et Theraeum, ea minus in ventre morantur, urinas tamen nec ipſa movent, ſed deorſum properant.

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 340 sur 889

Ed. Chart. VI. [148.] Ed. Baſ. IV. (270.)

σιν αὐτοὺς ἐδωδῆς σιτίων. ἀλλ' οὐδ' οὗτοι χρήσιμοι τοῖς γέρουσιν, οὔτε προπίνειν, οὔτε πολὺ μᾶλλον ἐν ἑτέρῳ καιρῷ προσφέρεσθαι, καθότι μηδ' ἄλλο μηδὲν τῷ γέροντι παχύχυμον· ἐμφράττεται γὰρ ἐξ αὐτῶν ἥπάρ τε καὶ σπλὴν καὶ νεφροί· κἀντεῦθεν οἱ μὲν ὑδεριῶσιν, οἱ δὲ λιθιῶσι τῶν ἐπὶ πλέον αὐτοῖς χρησαμένων γερόντων. εἴπερ οὖν ἐθέλοι μετὰ τὸ λουτρὸν οἴνῳ χρήσασθαι γλυκεῖ τῶν πρεσβυτέρων τις, ἐδηδοκότι μὲν ἔωθεν αὐτῷ, καθότι τὸν Ἀντίοχον ἔφην πράττειν, ἄριστος ὁ Φαυστιανὸς Φαλερῖνος, ἐκείνου δ' ἀποροῦντι τῶν ὁμοίων τις. ὅμοιοι δ' ἂν εἶεν οἱ γλυκεῖς τε ἅμα καὶ ὠχροὶ κατὰ χρόαν· ἐφεξῆς δὲ τούτοις ὅ τε Θηρῆνος καὶ ὁ Κυριῆνος. οὐ κωλύω δὲ οὐδὲ τοῖς ἐσκευασμένοις διὰ μέλιτος οἴνοις χρήσασθαι, καὶ μάλισθ' ὅσοις τῶν γερόντων ὑποψία τίς ἐστιν ἐν νεφροῖς λίθων γενέσεως, ἢ καὶ ποδάγρα τις, ἢ ἀρθρῖτις ἐνοχλεῖ. τὸν δ' οἶνον ἐπὶ τῆς τοιαύτης συνθέσεως ἄριστον εἶναι Σαβῖνον ἤ τινα τῶν ὁμοίων. ἐπεμβάλλεται δὲ αὐτῷ πετροσέλινον, καὶ μόνον ἀρκεῖ τοῦτο τοῖς ἀρθριτικοῖς. ἐπὶ δὲ τῶν λιθιώντων

Itaque etiam ante cibum illa ſumunt. Caeterum ea ſenibus utilia non ſunt, nec quum praebibuntur, nec multo magis alio quovis tempore ſumpta, veluti nec aliud quicquam, quod craſſum efficiat ſuccum; quippe obſtruuntur his jecur, lien et renes. Unde fit, ut ſenum, qui his liberalius utuntur, alii aqua intercute, alii calculo laborent. Si quis ergo ſenum dulci vino uti a balneo velit, ubi mane comederit, ſicuti Antiochum ſolere diximus, huic optimum Fauſtianum Falernum fuerit, aut, ſi ejus copia non eſt, ſimile aliquod. Porro ſimilia fuerint quae dulcia ſimul et pallida ſunt: proxima his ſunt Therenum et Cyrienum. Non vetem etiam nec iis vinis, quae melle condiantur, ſenes uti, maxime quibus ſuſpicio eſt calculi in renibus gignendi, aut podagrae alicujus articularisve morbi impetus futuri. Porro vinum hujuſcemodi compoſitioni aptiſſimum fuerit Sabinum aut ſimile aliquod. Conjicitur autem in id petroſelinum, atque id ſolum articularibus ſatisfaciat: iis vero, qui calculo labo-

Ed. Chart. VI. [148. 149.] Ed. Baſ. IV. (270.)

καὶ τῆς βετονίκης τι πόας μίγνυται, καὶ κέστρου τοῦ παρὰ τοῖς Κελτοῖς γεννωμένου· καλοῦσι δὲ τὴν βοτάνην ταύτην σαξίφραγον. ἔνιοι δὲ περιεργότερον σκευάζοντες τὸ φάρμακον ἐπεμβάλλουσι καὶ ναρδοστάχυος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ οὐρησιν κινεῖν δυνάμενα. [149] ἀλλὰ τό γ' ἁπλοῦν πόμα δι' οἴνου καὶ μέλιτος οἱ πολλοὶ συντιθέασι, πηγάνου τε καὶ πεπέρεως ἔχον ὀλίγον. εἰ δὲ καὶ προεδηδοκὼς εἴη, πρὶν λούσασθαι, καὶ ἡ γαστὴρ αὐτοῦ μηδεμιᾶς βοηθείας χρήζοι, τῶν λευκῶν καὶ ὀλιγοφόρων οἴνων πίνειν καὶ μετὰ τὸ λουτρόν. ὅσοι δὲ παχεῖς, καὶ γλυκεῖς, καὶ μέλανες, ὡς ἐμφράττοντας τὰ σπλάγχνα τοὺς τοιούτους ἅπαντας φεύγειν προσήκει.

Κεφ. ς'. Ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ τῶν οἴνων ἐμφράξεις μέτριαι, τὰς δ' ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων, ὅσα γλίσχρον ἢ παχὺν ἐργάζεται χυμὸν, οὐ ῥᾴδιον ἰᾶσθαι. διόπερ οὐ χρὴ πλεονάζειν τοὺς γέροντας οὔτε χόνδρων, ἢ τυρῶν, ἢ ὠῶν ἑφθῶν, ἢ κοχλιῶν, ἢ βολβῶν, ἢ φακῆς, ἢ χοιρείων κρεῶν ἐδωδῇ,

rant, etiam aliquid betonicae et ceſtri, qui apud Celtas naſcitur, eſt immiſcendum; vocant autem herbam eam ſaxifragum. Qui vero curioſius id medicamentum componunt, etiam ſpicae nardi aliquid injiciunt. Sunt vero et alia quaedam, quibus urinas movendi vis ineſt. Verum ſimplicem potionem plerique ex vino melleque conficiunt, adjecto rutae piperisque exiguo. Si vero prius, quam lotus ſit, comedit quidpiam, nec venter ejus ullo auxilio eget, vinum album et quod parum aquae ſuſtinet, a balneo bibat. At quae craſſa, dulcia et nigra vina ſunt, ea omnia propterea, quod obſtruunt viſcera, ſunt fugienda.

Cap. VI. Verum obſtructiones, quae ex vino contingunt, mediocres ſunt; quae vero ex cibis iis naſcuntur, qui ſuccum craſſum lentumque creant, his non facile ſuccurritur. Quo magis cavendum ſenibus eſt a multo farris, aut caſei, aut ovorum ſolidorum, aut cochlearum, aut bulborum, aut lentis, aut ſuillae carnis eſu, multoque

Ed. Chart. VI. [149.] Ed. Baſ. IV. (270.)

πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ταῖς τῶν ἐγχελύων, ἢ ὀστρέων, ἢ ὅλως τῶν σκληρὰν καὶ δυσκατέργαστον ἐχόντων τὴν σάρκα. διὰ τοῦτο οὖν οὐδὲ τῶν ὀστρακοδέρμων οὐδὲν, ἢ σελαχίων, ἢ θύννων, ἢ ὅλως τῶν κητωδῶν, ἢ τῶν κρεῶν τῶν ἐλαφείων, ἢ αἰγείων, ἢ βοείων. καὶ ταῦτα μὲν οὐδ' ἄλλῳ τινὶ χρήσιμα· προβάτεια δὲ νέοις μέν ἐστιν οὐ φαῦλον ἔδεσμα, γέρουσι δὲ οὐδὲ ταῦτα, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τὰ τῶν ἀρνῶν, ὑγρὰ γάρ ἐστι καὶ βλεννώδη, καὶ γλίσχρα, καὶ φλεγματώδη. τά γε μὴν τῶν ἐρίφων οὐκ ἀνεπιτήδεια γέροντι, καὶ τῶν πτηνῶν, ὅσα μὴ καθ' ἕλη καὶ ποταμοὺς ἢ λίμνας διαιτᾶται. τὰ δὲ ταριχευθέντα πάντα τῶν προσφάτων ἀμείνω. χρὴ τοίνυν, ὥσπερ εἴρηται, μάλιστα μὲν ἀπέχεσθαι ἐμφραττόντων ἐδεσμάτων, εἰ δ' ὑπ' ἀνάγκης ποτὲ χρήσασθαι συμβαίη πλείοσιν αὐτοῖς, αὐτίκα προσφέρεσθαι τὸ διὰ τῆς καλαμίνθης φάρμακον, ὑπὲρ οὗ τῆς συνθέσεως ἔμπροσθεν εἴρηκα κατὰ τόδε τὸ τέταρτον γράμμα. μὴ παρόντος δὲ αὐτοῦ, τῷ διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων χρηστέον. εἰ δὲ μηδὲ

magis ab anguillarum, aut oſtrearum, aut denique eorum, quorum dura caro difficilisque concoctu eſt, uſu. Ob eandem rationem nec eorum, quae teſta integuntur, aut cartilagineorum, aut thunnorum, aut denique cetacei generis ullum utile his eſt, vel ex carnibus cervina caprinave aut bubula. An hae potius nec alii ulli ſunt utiles? Ovilla vero juvenibus quidem non malus eſt cibus, ſenibus vero nec ea eſt commoda, atque etiam hac multo minus agnina, quippe quae humida et mucoſa et glutinoſa et pituitoſa eſt. Hoedina vero ſane non incommoda ſeni eſt; praeterea aves eae, quae extra paludes ac flumina ſtagnaque degunt. Salita vero omnia meliora recentibus ſunt. Ergo, ſicuti diximus, ante omnia cavendum ab iis qui obſtruant cibis eſt. Quod ſi res cogat aliquando copioſius his uti, protinus ſumendum medicamentum diacalaminthes eſt, cujus compoſitionem ſupra in quarto poſui. Ejus ſi copia non eſt, diatrion-pepereon petendum. Sin ne id quidem ad manum eſt,

Ed. Chart. VI. [149.] Ed. Baſ. IV. (270. 271.)

τοῦτο παρείη, κόπτοντάς τε καὶ διαττῶντας ἀκριβῶς, ὡς χνοώδες γενέσθαι, πέπερι λευκὸν ἅμα τε τοῖς ὄψοις ἐσθίειν, ἐπιπάττειν τε τῷ ποτῷ. καὶ κρόμμυα δὲ ἐσθίειν τηνικαῦτα συμφέρει, κἂν εἰ τούτῳ σύνηθες εἴη, καὶ σκόροδον. καὶ τὴν διὰ τῶν ἐχιδνῶν ἣν καλοῦσι θηριακὴν ἀντίδοτον ἐπὶ τῶν γερόντων οὐ κακῶς χρῷτο, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐν τοῖς ἐμφράττουσιν ἐδέσμασιν αὖθις τῶν ἐκφραττόντων φθάσῃ προσενεχθῆναι· καλλίστη γὰρ ἡ ἀπὸ τοῦ θηριακοῦ φαρ-(271)μάκου βοήθεια τηνικαῦτα γίνεται. καὶ γαστρὸς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὑπαχθείσης, χρησιμώτατον ἂν εἴη διδόναι τῇ ὑστεραίᾳ τὸ διὰ τῶν ἐχιδνῶν. οὐδὲν δὲ ἧττον αὐτοῦ τὴν ἀμβροσίαν τε καὶ ἀθανασίαν ὀνομαζομένην, ὅσα τ' ἄλλα διὰ τῶν εἰρημένων ἀρωμάτων σύγκειται φάρμακα. τῷ γε μὴν ἀκριβῶς ἑαυτῷ προσέχοντι γέροντι φαρμάκου μὲν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο χρεία τοιούτου· δεηθέντι δὲ ἐνίοτε λεπτυνούσης διαίτης ἀρκέσει τὰ λελεγμένα δι' ἑτέρου γράμματος ἰδίᾳ, καθ' ὃ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης ὁ λόγος ἡμῖν ἐγένετο.

piper album tuſum cribratumque diligenter ac in pollinem redactum et cum cibis eſſe, et potioni inſpergere, ſed et caepas eſitare tum expediet; quin etiam allium, ſi huic aſſueverit. Antidotus quoque ex viperis, quam theriacen vocant, non incommode ſenibus datur, potiſſimum ubi poſt obſtruentes cibos ea, quae obſtructiones liberent, ante hanc exhibueris; tunc enim efficaciſſimum ex theriace praeſidium expectes. Quod ſi ab iſtiusmodi ſubducta alvus ſit, utiliſſime theriacen poſtridie dederis. Aeque vero et quam ambroſiam, et quam athanaſiam vocant, aliaque id genus medicamenta, quaecunque ex praedictis aromatis ſunt compoſita. Seni tamen, qui accurate ſibi proſpexerit, nusquam tali medicamento opus erit, ſed ſi quando attenuante victus ratione egebit, ſatisfacient, quae alio opere ſeorſum ſcripſimus, in quo de attenuante victu diſſeruimus.

Ed. Chart. VI. [150.] Ed. Baſ. IV. (271.)

Κεφ. ζ'. [150] Πρόδηλον δ', ὅτι καὶ τῶν ἄρτων τοὺς μήτ' ἐνδεῶς ἔχοντας ἁλῶν, ἢ ζύμης, ἢ φυράσεως, ἢ ὀπτήσεως ἐσθίειν χρὴ, μήτε τὴν ἐπαινουμένην ὑπὸ πάντων σεμίδαλιν, ἢ τὰ δι' αὐτῆς πέμματα, καὶ γὰρ δύσπεπτα πάντα, καὶ κακόχυμα, καὶ σπλάγχνων ἐμφρακτικά. καὶ εἴ γε μὴ τοῖς διὰ βουτύρου καὶ σεμιδάλεως σκευαζομένοις πλακοῦσιν ἐμίγνυτο μέλιτος δαψιλὲς, οὐδὲν ἂν ἦν ἐδεσμα πολεμιώτερον ἀνθρώποις πᾶσιν, οὐ μόνοις τοῖς πρεσβύταις. ἀλλὰ τί δεῖ τοῖς βλαβεροῖς τὸ χρήσιμον μιγνύειν, ἐνὸν αὐτῷ μόνῳ χρῆσθαι τῷ μέλιτι, τοῦτο μὲν ἀφεψοῦντα, τοῦτο δὲ σὺν ἄρτῳ λαμβάνοντα, πρὶν ἑψηθῆναι; προνοητέον δὲ τῆς κατὰ τὸν ἄρτον ἀρετῆς μᾶλλον ἢ τῆς κατὰ τὸ μέλι. βέλτιον μὲν γὰρ ἂν τὸ μέλι τοιοῦτον εἴη τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν, οἷον τὸ Ἀττικόν· εἰ δὲ μὴ τοιοῦτον ἔχοιμεν, ὁλλὰ παντὶ μέλιτι χρηστέον ἐστὶ πλὴν τῶν δυσωδῶν, ἢ ἐν ὅσοις αἰσθητῶς κηροῦ ποιότης ἐμφαίνεται, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον, εἴ τινος ἑτέρας ἀλλοκότου. τῶν δ' ἄρτων ὁ μὲν τοιοῦτος, οἷον ἀρτίως εἶπον, οὐ μόνον οὐδὲν ἀγαθὸν ἐργά-

Cap. VII. Jam illud patere arbitror, panem quoque his exhibendum, qui nec ſalem, nec fermentum, nec ſubactionem, nec coctionem deſideret, non autem aut iſtam publice laudatam ſimilaginem, aut quae ex ea fiunt bellaria; quippe omnia talia non ſolum coctu difficilia, ſed etiam mali ſucci ſunt, viſceraque obſtruunt. Ac niſi placentis, quae ex butyro et ſimilagine fiunt, mel affatim eſſet admixtum, nullus cibus omnibus hominibus, nedum ſenibus, magis eſſet adverſus. Caeterum quid noxiis ſalubria miſceas, quum liceat melle per ſe uti partim cocto, partim crudo cum pane? Cura vero major habenda eſt de panis bonitate quam mellis. Nam mel profecto melius fuerit, quod ſpecie ac viribus Attico ſit ſimile; quod ſi tale non datur, quolibet utare, modo ne mali odoris ſit, neve cerae qualitates aperte prae ſe ferat, neve praeſertim qualitatem quempiam extraneam. Adeo vero panes id genus, quales modo retuli, utile quicquam ſenis corpori non conferunt, ut etiam

Ed. Chart. VI. [150.] Ed. Baſ. IV. (272.)

ζεται κατὰ τὸ σῶμα τοῦ γέροντος, ἀλλὰ καὶ βλαβερώτατός ἐστι, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ καθαρώτερος. ὁρῶ δὲ τοῖς ἀθληταῖς αὐτὸν ἐπίτηδες σκευαζόμενον. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν εἰς ὅπερ ἐπιτηδεύουσιν ἁρμόττει, γέροντι δὲ, εἰ μὴ πολὺ μὲν ἁλῶν ἔχοι, πολὺ δὲ ζύμης, ὠπτημένος δ' ἀκριβῶς εἴη, παχὺν ἐργάζεται καὶ γλίσχρον χυμὸν, ὃς οὐδ' ἄλλῳ μὲν ἀγαθός ἐστιν, ἐπὶ πλέον αὐξανόμενος. ἀτὰρ οὖν οὗτος καθ' ἥπάρ τε καὶ σπλῆνα καὶ νεφροὺς ἐμφράξεις ἐργάζεται, καὶ μάλισθ' ὅτε φύσει στενότερα τῶν ἐπὶ τούτοις τοῖς σπλάγχνοις ἀγγείων ἐστὶ τὰ πέρατα. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς τούτων φλεβῶν, ἃς ἐναργῶς ὁρῶμεν, οὐ σμικρὰ διαφορὰ φαίνεται κατὰ τὸ εὖρος ἄλλου τε πρὸς ἄλλον ἄνθρωπον καὶ καθ' ἕκαστον ἐν τοῖς μορίοις, οὕτως εἰκὸς ἔχειν κἀπὶ τῶν ἔνδον. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε γνῶναι τὴν διαφορὰν πρὸ τῆς πείρας· λέγω δὲ πεῖραν, ἣν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν προσφερομένων ἔνεστι ποιεῖσθαι. γέροντα γοῦν τινα γεωργικὸν ἔγνωμεν, ἔτη πλείω τῶν ἑκατὸν βιώσαντα κατ' ἀγρὸν, ᾧ τὸ πλεῖον τῆς τροφῆς αἴγειον ἦν γάλα, ποτὲ μὲν αὐτίκα λαμβανόμενον, ἄρτου θρυμ-

sint alieniſſimi, atque hoc amplius, quo ſint puriores. Video autem, athletis id genus ſtudio praeparari, verum his ad ea, quae moliuntur, aptum eſt. Seni vero, niſi multum admixtum ſit ſalis, niſi multum fermenti, niſi diligentiſſime ſit coctum, craſſum efficit ac glutinoſum ſuccum, qui nec ulli alii eſt utilis copioſius inauctus. Ergo et obſtructiones in jecinore, liene et renibus facit, maxime quibus in his viſceribus vaſorum exitus anguſtiores natura ſunt. Nam ſicut in iis venis, quae palam oculis objiciuntur, non parva amplitudinis diverſitas cernitur tum alterius hominis ad alterum, tum in unius cujuslibet partibus, ſic in iis, quae intus latent, ſe habere putandum; hanc tamen differentiam prius, quam experimento ſit explorata, internoſcere non eſt. Experientiam intelligo, quam ex eorum, quae ſumuntur, ſingulis facere licet. Novimus enim ſenem quendam agricolam, qui amplius quam centum annos ruri vitam egerat: huic plurimum nutrimenti caprinum lac erat, quod alias cum

μαίων ἐν αὐτῷ διαρρεχομένων, ἐστιν ὅτε δὲ καὶ μελιτος ἐμίγνυε, καί ποτε ἤψει, ἐμβάλλων ἀκρέμονας θύμων ἅμα τοῖς ἄρτοις. ἀλλὰ τοῦτόν γέ τις μιμησάμενος, (ᾤετο γὰρ αἴτιον αὐτῷ τὸ γάλα τῆς πολυχρονίου ζωῆς γεγονέναι,) διὰ παντὸς ἐβλάβη καὶ κατὰ πάντα τρόπον προσφορᾶς. ἐβαρύνετο γὰρ αὐτῷ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ἐτείνετο. καί τις ἕτερος, ὁμοίως ἐπιχειρήσας χρήσασθαι τῷ γάλακτι, τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἐμέμφετο, (καὶ γὰρ ἔπεττε καλῶς αὐτὸ, καὶ οὔτε ὀξυρεγμία τις, ἢ ἐρυγὴ κνισσώδης, ἢ πνευμάτωσις, ἢ βάρος ἐπεγίνετο καθ' ὑποχόνδριον,) τῇ δ' ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἐναργῶς ἔφη τοῦ ἥπατος αἰσθάνεσθαι βαρυνομένου, δοκεῖν γὰρ ἑαυτῷ κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ἐγκεῖσθαί τι, καθάπερ λίθον, ὡς κατασπᾶσθαί τε τὰ ἐπικείμενα καὶ μέχρι κλειδὸς ἀνήκειν τὴν τάσιν. εὔδηλον οὖν, ὅτι τούτῳ μὲν ἐνεφράττετο τὸ ἧπαρ, ἐπνευματοῦτο δὲ θατέρῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐπὶ γάλακτος χρήσει πολυχρονίῳ λίθον γεννήσαντα κατὰ τοὺς νεφροὺς οἶδα, καί τινα ἕτερον ἀπολέσαντα καὶ

mica panis in eo macerata ſtatim ſumebat, alias mel immiſcebat, alias coquebat etiam thymi cacumina una cum pane injiciens. Hunc quidam imitatus, videlicet tam longae vitae cauſam ratus in lacte ſubeſſe, perpetuo laedebatur, quocunque in modo ſumpſiſſet; nam primum illi gravabatur os ventriculi, mox illi tendebatur dextrum hypochondrium. Alius quoque ſimili modo quum lacte uti coepiſſet, de reliquis nihil eſt queſtus, quippe qui et probe id concoxit, nec acidum aut ſumidum ructum ex eo ſenſit, nec flatum, aut gravitatem in praecordiis; ſeptimo tamen ab eo quo coepit die jecur ſe ſentire manifeſte gravatum dixit, quippe videri ſibi quiddam in dextris praecordiis ceu lapidem ſubeſſe, ſic ut et deorſum traherentur, quae ſupra eſſent, et tenſio ad jugulum usque pertingeret. Conſtat itaque, huic obſtructum jecur fuiſſe, illi flatu intumuiſſe. Quin etiam novi, cui ex diuturno lactis uſu calculus in renibus eſt natus; ſicuti alium quendam, qui omnes dentes amiſit laeſitque;

Ed. Chart. VI. [150. 151.] Ed. Baſ. IV. (271.)

βλαβέντα ἅπαντας ὀδόντας. τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἄλλοις ἐγένετο πολλοῖς τῶν ἐπὶ γάλακτι μακρῶς διαιτηθέντων. ἀλύπως δ' ἕτεροι διαπαντὸς ἐχρήσαντο τῷ γάλακτι, καὶ μετ' ὠφελείας μεγίστης, παραπλησίως τῷ κατ' ἀγρὸν βιώσαντι πλείω τῶν ἑκατὸν ἐτῶν, ὡς ἔφην. [151] ὅταν γὰρ ἥ τε ποιότης αὐτοῦ τῇ τοῦ χρωμένου φύσει μηδὲν ὑπεναντίον ἔχῃ, τῶν τε σπλάγχνων εὐπετεῖς αἱ διέξοδοι διὰ τὴν τῶν ἀγγείων εὐρύτητα ὦσι, τῶν μὲν ὠφελίμων ἀπολαύουσιν οὗτοι, μοχθηροῦ δ' οὐδενὸς πειρῶνται. τὰ δ' ἐκ τοῦ γάλακτος ἀγαθὰ λέλεκται καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἰατροῖς· ὑπαγωγὴ μετρία γαστρὸς, εὐχυμία τε καὶ θρέψις, οὐ βραχέα συντελούσης εἰς ταῦτα καὶ τῆς νομῆς τῶν ζώων, ὧν μέλλεις χρήσασθαι τῷ γάλακτι. καίτοι γ' ἀμελοῦσιν ἔνισι παντάπασιν τῆς νομῆς, ὡς ἤτοι μηδὲν, ἢ βραχύτατον εἰς ἀρετὴν γάλακτος συντελούσης. ἀλλ' ἐναργῶς γε θεώμεθα τὰ νεμηθέντα τῶν ζώων, ὧν μέλλομεν χρήσασθαι τῷ γάλακτι, ἢ σκαμμωνίαν, ἢ τῶν τιθυμάλλων τινὸς, καθαρτικὸν ἴσχοντα τὸ γάλα. δῆλον οὖν, ὡς καὶ δριμὺ, καὶ ὄξυ, καὶ

id vero aliis quoque multis contigit ex diutino lactis uſu. Alii rurſus citra noxam lacte perpetuo ſunt uſi, imo etiam cum maximo fructu, veluti agricola, quem ſupra centum annos vixiſſe diximus. Ubi enim non lactis qualitas utentis naturae quicquam eſt adverſa, et viſcerum tranſitus faciles propter venarum amplitudinem ſunt, qui ita ſunt affecti, ii commodis lactis fruuntur, omnis ejus incommodi expertes. Porro commoda lactis jam aliis ante me medicis dicta ſunt, nempe ventris moderata dejectio, ſucci bonitas, et nutritio, paſcuis quoque ipſis animalium, quorum lacte utendum eſt, non parum ad haec conferentibus; quanquam ſunt qui paſcuorum rationem plane pro nihilo habeant, quaſi nihil parumve ad lactis bonitatem conferant. Caeterum haud dubie videmus, animalium, quorum lacte uſuri ſumus, ſi ſcammonia, aut tithymallo quopiam veſcantur, lacti quoque laxandi vires ineſſe. Ex quo patet, quod ex vitioſo paſcuo acre, acidum et

Ed. Chart. VI. [151.] Ed. Baſ. IV. (271.)

αὐστηρὸν ἐπὶ ταῖς μοχθηραῖς ἔσται νομαῖς, ἐξομοιούμενον ἀεὶ τῇ φύσει τῆς πόας. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἰατροῖς ἐκ τῆς πείρας διδαχθεῖσιν εἴρηνταί τινες ἀγάλακτοι νομαὶ, προσαγορεύουσι γὰρ οὕτως αὐτὰς, ὑπὲρ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐτέρωθι διερχόμεθα. νῦν δ' ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον ἐπίστασθαι περὶ αὐτῶν, ὡς οὔτε δριμείας, οὔτ' ὀξείας, οὔτ' αὐστηρὰς πάνυ χρὴ τὰς τροφὰς εἶναι τῶν ζώων, ὧν τῷ γάλακτι μέλλομεν ὡς εὐχυμοτάτῳ χρῆσθαι. καὶ μὴν καὶ ὅτι κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμάζον εἶναι χρὴ καὶ κατὰ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἄμεμπτον τὸ ζῶον, εὔδηλον δήπου, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. κάλλιόν γε, τὸ μὲν αἶγα, τὸ δ' ὄνον εἶναι, χρῆσθαι δὲ τῷ γάλακτι παρὰ μέρος ἑκατέρου· λεπτότερον μὲν γάρ ἐστι καὶ ὀρρωδέστερον τὸ τῆς ὄνου, σύμμετρον δὲ τῷ πάχει τὸ τῆς αἰγός. ὥστε τοῦτο μὲν ἀνατρέφει μᾶλλον, εἰ τούτου χρεία, τὸ δ' ὄνειον ἀσφαλέστερον πάντη. καὶ γὰρ εἰ μόνον ποτὲ λαμβάνοιτο χωρὶς ἄρτου, καὶ ὑπέρχεται θᾶττον, καὶ ἥκιστά ἐστι φυσώδες, οὐ τυροῦταί τε κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ μάλισθ' ὅταν ἁλῶν καὶ μέλιτος προσλάβῃ.

austerum reddetur, naturam videlicet herbarum imitatum. Itaque etiam qui ante nos medici fuerunt, ipso rei usu docti, quaedam pascua lacti inepta dixerunt, ita enim ea nuncupant, de quibus ipsi quoque alibi tractavimus. Nunc hactenus saltem de his intellexisse abunde est, animalium, quorum veluti optimi succi lacte sis usurus, neque acria, neque acida, neque admodum austera debere esse nutrimenta. Illud vero vel me tacente constare arbitror, animal ipsum et florente aetate esse et corporis habitu plane inculpato debere. Satiusque fuerit alterum capram, alterum asinam esse, earumque lacte alternis vicibus uti; quippe asinae lac tenue seorsumque est, caprae mediocris substantiae est. Itaque hoc nutriet magis, ubi videlicet nutritione est opus, illud omnino tutius est. Nam et si quando sine pane sumitur, tum citius subducitur, tum minime est flatulentum; sed nec in ventre cogitur, potissimum si prius salis aliquid et mellis immiseris.

Ed. Chart. VI. [151.] Ed. Baſ. IV. (271.)

χρὴ δὲ καὶ τούτου καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ὕλης τῶν βοηθημάτων τὰς δυνάμεις ἰδίᾳ προμεμαθηκέναι τὸν μέλλοντα χρήσασθαι καλῶς, ἵνα μὴ πολλάκις ἀναγκαζώμεθα περὶ αὐτῶν λέγειν τὰ αὐτά. καὶ νῦν γέ μοι δοκῶ μακρότερον, ἢ ὡς τοῖς ἐνεστῶσι προσήκει, διεληλυθέναι περί τε γάλακτος καὶ οἴνων. ἄμεινον γὰρ ἦν εἰπόντα τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν τοῖς γέρουσι γινομένην ἐπὶ τὴν τῆς ὕλης ἐκλογὴν ἀποπέμψαι τὸν ἤδη μεμαθηκότα τάς τε κοινὰς δυνάμεις καθ' ἑκάτερον αὐτῶν καὶ τὰς ἐν μέρει διαφοράς, ἐπὶ μὲν τῶν οἴνων εἰπόντα τὰς διαφοράς, τοὺς θερμοτέρους τε καὶ οὐρητικωτέρους ἀμείνους εἶναι τοῖς γέρουσι, ἐπὶ δὲ τοῦ γάλακτος, ὡς οὐδὲ πᾶσι δοτέον, ἀλλὰ μόνοις, ὅσοι γε πέττουσιν αὐτὸ καλῶς, καὶ συμπτώματος οὐδενὸς αἰσθάνονται κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον. ἐπεὶ δ' ἔστιν ὅτε διὰ τὴν πολλῶν ὀλιγωρίαν, οὐχ ὑπομενόντων ἀναγινώσκειν τὰ βιβλία, δι' ὧν ἐπὶ πλέον ὑπὲρ τῆς τῶν βοηθημάτων ὕλης λέλεκται, μηκύνειν ἀναγκαζόμεθα πολλάκις, εἰκότως τις ἂν ἡμῶν καὶ νῦν συγγναίη τῷ τρόπῳ τῆς διδασκαλίας, οὐ κατὰ τὴν ἀκριβῆ

Oportet autem non huius modo, ſed etiam reliquae omnis auxiliorum materiae vires ſeorſum prius didiciſſe eum, qui ipſis recte ſit uſurus, ne ſaepe nobis de ipſis eadem repetere ſit neceſſe. Ac nunc certe mihi videor longius, quam pro re propoſita, de lacte vinoque diſputaſſe. Siquidem praeſtitiſſet, commoditate eorum in ſenes explicata, qui iam tum facultates utriusque communes, tum privatas differentias didiciſſet, hunc ad materiae delectum remittere; ſuper vini quidem differentiis dicere, quae calidiora, quaeque plus urinarum movent, ea ſenibus magis conducere; de lacte vero, quod non omnibus ſit exhibendum, ſed iis ſolis, qui id probe concoquant nec ullum ex eo ſymptoma in dextra praecordiorum parte ſentiant. Sed quoniam interdum propter multorum ad legendos eos libros, in quibus prolixius de praeſidiorum materia diſſeritur, faſtidium longiores esse ſubinde cogimur, merito, ut arbitror, nunc quoque condonabitur nobis tractationis

Ed. Chart. VI. [151. 152.] Ed. Baſ. IV. (271. 272.)

βραχυλογίαν ἐπὶ ταῖς καθόλου μεθόδοις προερχομένης. (272) ἰστέον γε μὴν, ὡς ἀδύνατόν ἐστιν ἀμέμπτως χρήσασθαι ταῖς γραφομέναις ὕλαις ἐκ μόνων τῶν τοιούτων λόγων, οἵους καὶ νῦν εἶπον ὑπὲρ οἴνου τε καὶ γάλακτος. ἀλλὰ χρὴ τὸν ἄριστα μεταχειριούμενον αὐτὰς ἰδίᾳ πρότερον ὑπὲρ ἑκάστης μεμαθηκέναι τὸν οἰκεῖον λόγον, ἐν ᾧ τήν τε κοινὴν τῆς ὕλης δύναμιν ἐπισκεπτόμεθα καὶ τὰς κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ διαφορὰς ἄχρι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν. οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα χρὴ γινώσκεσθαι τῷ μέλλοντι προνοήσασθαι γέροντος, ἄμεινον ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ διέρχεσθαι μακρῶς, ἀλλ' ἀρκεῖ, περὶ μὲν ἐνίων, ὅσα μάλιστά ἐστι χρήσιμα τοῖς πρεσβύταις, οὕτως εἰπεῖν, [152] ὡς νῦν εἴρηται περὶ γάλακτος καὶ οἴνου, περὶ δὲ ἐνίων ἔτι βραχύτερον ἢ κατὰ ταῦτα διελθεῖν, ὥσπερ γε καὶ περὶ ἄλλων ὅλως μηδὲν εἰπεῖν· καίτοι τῷ γε μηκύνειν βουλομένῳ δυνατόν ἐστι ἁπάντων μνημονεῦσαι, ὅσα πλεονάζει τοῖς γέρουσιν, ὧδέ πως λέγοντι.

modus, ſi exacta brevitate in univerſali methodo minime utimur. Illud tamen non ignorandum, fieri non poſſe, ut tuto quis comprehenſis materiis ex huiuſmodi ſolum doctrina utatur, qualem modo de lacte vinoque tradidimus. Imo, qui his optime uti volet, didiciſſe hunc prius oportet propriam de omni materia tractationem, in qua tum publicas materiae vires aeſtimavimus, tum privatas ejus differentias usque ad ultimas ſpecies. Neque enim de caeteris omnibus, quae ſcire opus eſt ei, qui ſenis ſanitatem tutabitur, expedit hoc opere fuse tractare, ſed ſatis eſt de quibusdam, ſcilicet quae ſenibus maxime ſunt neceſſaria, ita determinaſſe, quemadmodum paulo ante de lacte vinoque egimus, de quibusdam etiam brevius quam de his verba facere, ſicuti rurſus de aliis in totum nihil dixiſſe; quanquam, cui extendere ſermonem cordi eſt, poteſt omnium, quae in ſenibus abundare ſolent, meminiſſe atque ad hunc modum dicere.

Ed. Chart. VI. [152.] Ed. Baſ. IV. (272.)

Κεφ. η'. Κάλλιον δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων διελθεῖν, ὅσα τοῖς πλείστοις τῶν γερόντων γίνεται· βράγχοι, καὶ κόρυζαι, καὶ λίθων γενέσεις ἐν νεφροῖς, ἀρθρίτιδές τε καὶ ποδάγραι, καὶ ἄσθματα, καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα. πρὸς μὲν οὖν τοὺς βράγχους τε καὶ τὰς κορύζας δίαιταν μὲν τήνδε, φάρμακα δὲ τάδε προσφέρεσθαι χρή· πρὸς δὲ τὰς τῶν λίθων γενέσεις ταῦτα. καθ' ἕκαστον τῶν ἄλλων οὕτως ἐπερχόμενος ἐπιμελὴς εἶναί τις δόξει καὶ περιττὸς εἰς ἐπιστήμην γηροκομικήν. ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲν τούτων χρὴ γράφειν ἐν συγγράμματι γηροκομικῷ, μεταφέρειν γε δυναμένων αὐτὰ τῶν γεγυμνασμένων ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων θεραπείαις, οὕτως αὖ πάλιν οὐδ' ἐπὶ μόνοις τοῖς κοινοῖς παύεσθαι, προειπόντα δ' αὐτὰ προστιθέναι τινὰ τῶν κατὰ μέρος, ἃ μάλιστ' ἐστὶν οἰκεῖα τῷ προκειμένῳ σκέμματι, καθάπερ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. ἐπειδὴ γὰρ ἐδείχθη τὸ γῆρας ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ὁμολογουμένως εἶναι ψυχρὸν, οὐχ ὁμολογουμένως δὲ ξηρὸν, ἐνίων ὑγρὸν αὐτὸ φάντων εἶναι,

Cap. VIII. Caeterum ſatius eſt et de reliquis dicere, quae ſenum plerisque contingunt, ut ſunt raucedines, et gravedines, et calculus in renibus, et arthritides, et podagrae, et aſthmata, aliaque id genus. Atque ad raucedines quidem et gravedines victus rationem hanc, medicamenta vero haec comparare oportet; ad calculum vero et reliquorum ſingula haec. Atque ad eum modum de reliquis diſſerens, non diligens modo videbitur, ſed etiam in ſenum curandorum ſcientia doctus. Verum ſicuti nec horum quicquam ſcribi in tractatione de ſenum curatione convenit, quum praeſertim ex morborum curandorum methodo, quisquis in hac ſit exercitatus, ea liceat ſumere, ita rurſus nec quum ſola communia dixeris, ibi quieſcere, ſed ipſis propoſitis aliqua mox ex particularibus ſubjicere, quae maxime propoſitae diſputationi ſunt accommoda, ceu ipſi fecimus. Nam quoniam in iis commentariis, quos de temperamentis ſcripſimus, indicatum eſt, ſenium indubitato frigidum eſſe, non tamen indubitato ſiccum,

Ed. Chart. VI. [152.] Ed. Baſ. IV. (272.)

προσήκει δήπου λαβόντας ὑπόθεσιν εἰς τὸ γηροκομικὸν μέρος τῆς τέχνης, ὃ νῦν ἡμῖν πρόκειται, τὰ δειχθέντα περὶ τῆς κράσεως αὐτοῦ, τὸν μὲν σκοπὸν αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἀπ' ἐκείνης λαβεῖν, ἐπελθεῖν δ' ἔνια τῶν κατὰ μέρος, τὰ μὲν ἕνεκα τοῦ γυμνάσαι τὸν μαθητήν, τὰ δ' ὡς παραδείγματα πρὸς τὴν τῶν οὐκ εἰρημένων εὕρεσιν γενησόμενα, διὰ τὸ μὴ πάντας οὕτως εἶναι συνετοὺς, ὡς ἐκ μόνου τοῦ καθόλου γνωσθέντος εὑρίσκειν τὰ κατὰ μέρος, ἀλλὰ τοῦ ποδηγήσοντος ἐπ' αὐτὰ προσδεῖσθαι. γεγυμνασμένος γάρ τις τὸν λογισμὸν, ἀκούσας τὸ τοῦ γέροντος σῶμα κατὰ μὲν αὐτὰ τὰ μόρια ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ἐμπίπλασθαι δὲ ῥᾳδίως ὀῤῥωδῶν τε καὶ φλεγματωδῶν περιττωμάτων δι' ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ἐξοχετεύειν μὲν ταῦτα πειράσεται, τὰ στερεὰ δ' αὐτὰ τοῦ σώματος μόρια θερμαίνειν τε καὶ ὑγραίνειν. ὅσοι δ' ἐκ τοῦ τῶν περιττωμάτων πλήθους ἀπατηθέντες ἀδιορίστως ἀπεφήναντο, τὴν τῶν γερόντων κρᾶσιν ὑπάρχειν ὑγράν, οὗτοι περὶ τὸν πρῶτον εὐθέως ἐσφάλησαν σκοπὸν,

utpote nonnullis id humidum eſſe affirmantibus, convenit ſane, ut, iis, quae de ſenum temperamento demonſtrata ſunt, ad hanc artis partem, quam de ipſorum regimine nunc inſtituimus, hypotheſeos loco acceptis, ipſarum rerum ſcopum ab illa ſumamus, ac nonnulla particularium tractemus, partim exercendi diſcentis cauſa, partim ad inventionem eorum, quae conſulto omiſſa ſunt, futura veluti exempla, propterea quod non omnes ita ſunt ſolertes, ut ex ſolo univerſali percepto ipſi particularia inveniant, ſed, qui ad ea veluti manu ducat, deſiderent. Quippe quibus exercitata ratiocinatio eſt, ubi ſenis corpus, quantum ad ipſas partes attinet, frigidum ſiccumque eſſe audierint, facile autem ſeroſis et pituitoſis excrementis ob virium infirmitatem impleri, haec quidem conabuntur emittere, ſolidas autem ipſas caleſacere atque humectare. Verum qui excrementorum copia decepti indefinite pronunciarunt, ſenum temperamentum eſſe humidum, ii protinus in ipſo primo agendorum conſilio falluntur, dum ſenum

Ed. Chart. VI. [152. 153.] Ed. Baſ. IV. (272.)

ἡγούμενοι χρῆναι ξηραίνειν τὰ πρεσβυτικὰ σώματα. τῶν τε οὖν ἐδεσμάτων ὅσα ξηραντικά, διδόασι μᾶλλον, οἷον ἐν μὲν τοῖς λαχάνοις τὴν κράμβην πρὸ τῆς μαλάχης καὶ βλίτου, καὶ τοῦ λαπάθου, καὶ τῆς ἀτραφάξυος, καὶ τῆς θριδακίνης, ἐν δὲ τοῖς ὀσπρίοις τὴν φακῆν πρὸ τῆς πτισάνης, καὶ τὸν κέγχρον πρὸ τοῦ κυάμου, καὶ τὸν ἔλυμον πρὸ τῆς ζειᾶς, ἐν δὲ τοῖς καρποῖς ἀμύγδαλα καὶ τερμίνθου σπέρμα μᾶλλον, ἢ κολοκύνθης τε καὶ σικύων πέπονα, καὶ κοκκύμηλα, καὶ μόρα, κρεῶν δὲ τὰ τῶν ἀγρίων ζώων μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ταριχηρὰ τῶν προσφάτων, ἐν ὅλῃ τε τῇ διαίτῃ φεύγουσι μὲν, ὧν ἡ δύναμις ὑγρὰ, προαιροῦνται δὲ διδόναι τὰ ξηραίνοντα. καίτοι γε τοὐναντίον ἅπαν ἐστὶν ἀληθὲς, ὠφελουμένων ἐναργῶς τῶν γερόντων ὑπὸ τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων. [153] ἐπεὶ δ' ἐξ αὐτῶν ἔνια ψυχρὰ ταῖς κράσεσίν ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο φλέγμα γεννῶσιν ἐν τῇ γαστρὶ καὶ κατὰ τὰς πρώτας φλέβας, ἐντεῦθεν οὖν ἔδοξαν εἶναι βλαβερὰ τοῖς μήτε τὴν ὅλην κρᾶσιν ἐπισταμένοις τῶν γερόντων, μήτε τὸ κεφάλαιον τῆς διαίτης

corpora ſiccanda putant. Itaque ex cibis eos potius, qui ſiccant, exhibent; veluti ex oleribus braſſicam potius, quam malvam, aut blitum, aut lapathum, aut atriplicem, aut lactucam, et ex leguminibus prae ptiſana lentem, et prae faba milium, et prae zea panicum, ex fructibus amygdalas et terebinthi ſemen potius, quam cucurbitas, et cucumeres maturos, et pruna, et mora, jam ex carnibus eas, quae ferarum ſunt, potius, quam cicurum, et ſalitas potius, quam recentes. In tota denique victus ratione, quorum vis humida eſt, haec fugiunt, quorum ſicca eſt, haec amplectuntur; quanquam contra prorſus res ipſa poſtulat, quum proſint his manifeſte humectantes cibi. Verum quoniam horum etiam frigidi quidam temperamenti ſunt, proindeque pituitam in ventre illico gignunt ac primis venis, hinc videlicet noxii ſunt viſi iis, qui nec univerſum ſenum temperamentum noverunt, nec caput victus eorum ordinandi vident, quippe nec dulcis

Ed. Chart. VI. [153.] Ed. Baſ. IV. (272.)

ὁρῶσιν. οὔτε γὰρ ἔλαιον αὐτοὺς, οὔτε λουτρὰ θερμὰ ποτίμων, οὔτ' οἴνου πόσις ὠφελεῖ, μὴ δεομένους ὑγραίνεσθαι. καὶ μὴν καὶ τὸ μέτρια κινεῖσθαι καὶ τὸ χρήζειν ὕπνων ἱκανὰ μαρτύρια τοῦ σκοποῦ τῆς διαίτης. ὥστε καὶ εἴποτε, φλέγματος γεννηθέντος, ἐξ ἀνάγκης ἑλοίμεθά τι τῶν τεμνόντων αὐτό, μετιέναι χρὴ ταχέως ἐπὶ τὴν ὑγραίνουσαν δίαιταν. οὕτως δὲ κἂν δι' ὑποψίαν ἐμφράξεως ἐπί τι τῶν ἐκφραττόντων ἐδεσμάτων ἢ φαρμάκων ἀφικώμεθα, οὐδὲ τὰ θρέψοντα τῶν σιτίων ὑγρᾶς εἶναι κράσεως οὐ χρὴ παντάπασιν οὐδὲ κατ' ἐκείνην αὐτὴν ἀποστῆναι τὴν ἡμέραν, πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ὑστεραίας ἔχεσθαι προσήκει τοῦ σκοποῦ, τόν τε χόνδρον ἅμα τῷ μέλιτι διδόντας, ἢ ὄξους τι αὐτῷ μιγνύντας, ὅταν ὡς πτισάνην σκευάζωμεν, δι' οἰνομέλιτος ἢ οἴνου Φαλερίνου προσφέρεσθαι κελεύοντας, ἢ τῷ γάλακτι χρωμένους, ὡς προεῖπον, ἢ πτισάνην καλῶς ἑφθήν, πεπέρεως ἀκριβῶς χνοώδους ἐπεμβάλλοντας. οὕτως δὲ καὶ πέπειρα σῦκα πρὸ τῆς ἄλλης ὀπώρας αἱρετέον ἐστὶν, καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα τὰς ἰσχάδας, ἄρτον τε παρεσκευασμένον, ὡς εἶπον,

aquae calens balneum, nec vini potio his proſit, ſi humectationis non indigent. Jam quod moderato motu et ſomno indigeant, ſatis magna documenta ſunt, quo victus eorum dirigi conſilium debeat. Quare, ſi quando propter pituitam genitam cogimur aliquid ex iis, quae ipſa incidant ac diſſecent, petere, revertendum ſine mora ad humectantem victum eſt. Pari modo, ſi quando propter obſtructionis ſuſpicionem ad cibos medicamentave, quae obſtructos meatus liberent, convertimur: quominus tamen humidi temperamenti cibi ſint, nec illo ipſo die committendum, multoque magis poſtero die eidem propoſito haerendum, ac alicam cum melle exhibendam, acetique aliquid ei miſcendum, utique quum ptiſanae ritu praeparamus, ex mulſo vinove Falerno ſumere jubendum, aut lacte, ut praedixi, utendum, aut ptiſana bene coacta, quae piperis pollinem accepit. Ita vero et maturi fici prae caeteris fructibus autumnalibus ſunt eligendi, hyeme vero caricae; panis quoque ita, ut dixi,

Ed. Chart. VI. [153.] Ed. Baſ. IV. (272.)

ἢ μετὰ μέλιτος, ἢ μετ᾽ οἰνομέλιτος, ἢ μετά τινος οἴνου τῶν ἐπιτηδείων. ὡς παραδείγματα γὰρ ἕνεκα σαφηνείας λέγεται αὐτὰ τάδε πρὸς τὸ καὶ τοὺς ἀναγνόντας αὐτὰ δύνασθαι κρίνειν τὴν ὕλην ὁμοίως ἀποβλέποντας εἰς τὸν καθόλου σκοπὸν, ὃν ἐν τῷ θερμαίνειν τε καὶ ὑγραίνειν ἔφην κεῖσθαι.

Κεφ. θ'. Ὅτι δὲ τά τε φλεγματώδη καὶ ὀρῤῥώδη περιττώματα κατὰ τὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀθροίζεται σῶμα, τήν τε οὔρησιν ἐφ᾽ ἡμέρᾳ προτρέπειν χρὴ, μὴ διὰ τῶν φαρμακωδῶν, ἀλλὰ σελίνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ οἴνοις οὐρητικοῖς, ὑπάγειν τε τὴν γαστέρα, δι᾽ ἐλαίου μάλιστα, καταῤῥοφοῦντας αὐτὸ πρὸ τῶν σιτίων. εὔδηλον δὲ, ὅτι καὶ τὰ λαχανώδη πάντα πρὸ τῶν ἄλλων σιτίων ἐσθίειν χρὴ δι᾽ ἐλαίου τε καὶ γάρου. τὸ μὲν οὖν ἐφ᾽ ἡμέρᾳ διά τε τούτων ἱκανῶς ἐνίοις ἡ γαστὴρ λαπάττεται, καὶ σύκων, ὁπότ᾽ εἴη, καὶ κοκκυμήλων, ὅσα τ᾽ ἄλλα κατὰ θέρος καὶ φθινόπωρον ἀκμάζει, χειμῶνος δὲ διά τε τῶν ἰσχάδων καὶ τῶν Δαμασκηνῶν κοκκυμήλων, ἤτοι γ᾽ ἑψημένων, ἢ ἁπλῶς διαβεβρεγμένων ἐν μελικράτῳ, τὸ πλέον ἔχοντι μέλιτος. ἔσται δὲ τοῦτο κάλλιον, ἐὰν Ἀττικὸν ᾖ τὸ μέλι. πολύ γε τῶν Δαμασκηνῶν

praeparatus, aut cum melle, aut cum mulso, aut cum vino aliquo idoneo. Veluti enim exempla claritatis cauſa haec apponimus, ut, qui perlegerit, ad univerſalem ſcopum, quo calor humectatioque petuntur, intentus judicare de materia ſimili modo queat.

Cap. IX. Quoniam autem tum pituitoſum, tum ſeroſum excrementum in ſenum corporibus colligitur, et urinas moveri quotidie convenit, non tamen per pharmaca, ſed apio, et melle, et vinis, quae id praeſtare valeant, et alvum ſolvere, potiſſimum oleo ante cibum abſorpto, ſed et oleribus ex oleo garoque ante cibum aſſumptis. Ac quotidie quidem tum per haec abunde alvus quibusdam ſolvitur, tum ex ficis, utique quum hi habentur, et prunis, ac aliis id genus, quae aeſtate autumnoque vigent, hyeme vero et caricis, et prunis Damaſcenis, iisque aut elixis aut in mulſo, cui pluſculum inſit mellis, maceratis, eritque id melius, ſi mel Atticum ſit. Longe

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 356 sur 889

Ed. Chart. VI. [153. 154.] Ed. Baſ. IV. (272. 273.)

ὑπακτικώτερα τὰ ἀπὸ τῆς Ἱσπανίας ἐστί. καὶ τῶν ἐλαιῶν δὲ τῶν ἐκ τῆς ἅλμης ἐγχωρεῖ ποτε προλαμβάνειν. οὐ μὴν ἀλόην γε συμβουλεύω προσφέρεσθαι, καθάπερ ὁρῶ πολλοὺς τῶν γερόντων, ὅσοις ἡ γαστὴρ ξηρά. τινὲς μὲν ἀναπλάττοντες εἰς καταπότια καὶ χυμῷ κράμβης· ἔνιοι δὲ καὶ μόνης αὐτῆς λείας ἐπιπάττοντες ὑγρῷ τινι, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τισὶ μὲν ὕδωρ ἐστί, τισὶ δὲ μελίκρατον· ὅσοι δ' ἐξ αὐτῶν πλούσιοι, τὴν μετὰ τοῦ κινναμώμου σκευαζομένην ἀλόην λαμβάνουσιν. ὀνομάζουσι δὲ τὸ φάρμακον ἔνιοι μὲν ἱερὰν τὴν δι' ἀλόης, ἔνιοι δὲ πικράν. ἔχουσι δέ τινες ξηρὸν, ὡς ἐπιτάττειν τῷ ποτῷ· τινὲς δὲ μετὰ μέλιτος (273) ἀνέφθου μετρίως ἀνειλημμένου. [154] ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἐστὶ χρεία τοῖς γέρουσιν, ὅτι μὴ μεγάλης ἀνάγκης καταλαβούσης. ὑπακουούσης μὲν γὰρ τοῖς εἰρημένοις τῆς γαστρὸς, εἰ καὶ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ παρὰ μίαν, οὐδὲν ὅλως χρὴ φαρμακῶδες προσφέρειν· εἰ δὲ μὴ διὰ τρίτης ὑπέλθοι, δυοῖν ἡμερῶν ἐπισχεθεῖσα, τηνικαῦτα καὶ λινόζωστις αὐτάρκης ἐστὶ, καὶ ἡ καλουμένη θαλασσοκράμβη, καὶ κνίκος ἐπὶ πτισάνῃ διδόμενος, ὅσα τ' ἄλλα μετρίως φαρμακώδη, καθάπερ οὖν καὶ ἡ τερμινθίνη ῥητίνη. λαμβά-

autem ad dejiciendam alvum Damaſcenis Hiſpana praeſtant. Quin olivas ex muria praeſumere aliquando licet. Aloën vero, quod multos ſenum, quibus ſiccus venter eſt, facere video, haudquaquam ſumi ſuaſerim. Hanc alii in pilulas fingunt cum braſſicae ſucco, alii tantum pulverem ejus alicui inſpergunt liquori, qui aliis aqua eſt, aliis mulſum. Divites eam, quae cum cinnamomo conficitur, accipiunt; medicamentum id alii hieram dialoës, alii amaram vocant. Habent vero id alii ſuccum, quo potioni inſpergant, alii melle modice exceptum non cocto. Verum nullo horum ſenibus eſt opus, niſi major aliqua neceſſitas urgeat; quippe ſi jam comprehenſis alvus ſolvitur, etſi non quotidie, ſaltem alternis diebus, nullum plane medicamentoſum dari debebit. Quod ſi biduo adſtrictus venter tertio die non ſolvitur, ſat eo tempore fuerit mercurialem herbam, et dictam marinam braſſicam et cnicum in ptiſana, aliaque, quae modice medicamentorum vim obtinent, dediſſe; ſimiliter et terebinthi reſinam. Sumi-

Ed. Chart. VI. [154.] Ed. Baſ. IV. (273.)

νουσι δὲ αὐτῆς ἐνίοτε μὲν καρύου Ποντικοῦ μέγεθος, ἐνίοτε δὲ καὶ δυοῖν, ἢ τριῶν, οὐ μόνον γὰρ ἀλύπως λαπάττειν πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τὰ σπλάγχνα πάντα διαῤῥύπτειν, ἧπαρ καὶ σπλῆνα καὶ νεφροὺς καὶ πνεύμονα. ποικίλως δὲ χρῆσθαι δεῖ τοῖς εἰρημένοις, οὐχ ἓν ἐπιλεξαμένους ἐκεῖνο μόνον προσφέρεσθαι· συνήθης γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ λαμβάνοντος ἡ φύσις αὐτῶν γινομένη καταφρονεῖ τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως. ὑπαλλάττειν οὖν χρὴ τοῖς εἰρημένοις, καὶ πρὸς αὐτοῖς τὸ διὰ τῶν ἰσχάδων σκευαζόμενον· ἔστωσαν δὲ λιπαραὶ, καὶ ἀφαιρείσθω τὸ περικείμενον αὐταῖς ἔξω δέρμα· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς κνίκους, εἶτ' ἄμφω μιγνύμενα κοπτέσθω. τῷ σταθμῷ δ' ἔστω παραπλησία τοῦ κνίκου ἡ ἰσχάς. ἔξεστι δὲ κἀνταῦθα πειρωμένους τοῦ φαρμάκου, ὡς ἔχει πρὸς τὴν τοῦ λαμβάνοντος φύσιν, ἐνίοτε μὲν ἔλαττον, ἐνίοτε δὲ πλέον μιγνύναι τοῦ κνίκου. λαμβάνειν δὲ τὸ μέγεθος ἰσχάδων δυοῖν ἢ τριῶν. ἐξ αὐτῆς δὲ, ὥς εἶπον, τῆς πείρας ἑαυτῷ τις εὑρήσει τὸ μέτρον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων· ἐνίοις μὲν γὰρ μᾶλλον, ἐνίοις δ' ἧττον

tur autem aliquando nucis Ponticae magnitudine, aliquando duarum triumve; quippe non modo alvum ſolvere citra noxam poteſt, ſed etiam viſcera omnia, jecur, lienem, renes pulmonemque abſtergere. Porro iis, quae praediximus, varie uti expediet, neque uno tantum delecto, id perpetuo exhibere; cui namque aſſuefacta temporis ſpatio ſumentis natura fuerit, ejus vim contemnet. Ergo variare vices tum praedictis oportet, tum vero eo medicamento, quod ex caricis conficitur. Sunto hae pingues, auferaturque ipſis ea quae foris obducitur pellis; pari modo et cnico; mox ambo ſimul tundantur. Eſto autem et carica cum cnico pari pondere. Licebit vero hic quoque medicamentum experiri, ac prout ſe ad ſumentis naturam habet, alias plus, alias minus cnici immittere, ſumere vero duarum triumve caricarum magnitudinis modum. Ex ipſa vero (ut dixi) experientia inveniet ſibi ipſi quis talium omnium legitimum modum, quum venter aliis magis, aliis minus medicamentis ſit obe-

Ed. Chart. VI. [154.] Ed. Baſ. IV. (273.)

ὑπακούσει τοῖς φαρμάκοις ἢ γαστήρ. ἀλλ' ἱκανῶς γε δαψιλὲς οὐδέν ποτε χρὴ τῶν εἰρημένων φαρμάκων. ἐν μὲν γὰρ τῷ παραχρῆμα χαίρουσιν ἔνιοι σφοδρῶς κενωθέντες, ὅσῳ δ' ἂν μᾶλλον κενωθῶσι, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτοῖς ἡ γαστὴρ ἴσχεται κατὰ τὰς ἑφεξῆς ἡμέρας. διὰ τοῦτο δ' ἐγὼ καὶ τοὺς ἐν νόσοις χρονίαις τὴν κοιλίαν ἐπεχομένους, ὁποῖαι μάλιστα κατὰ χειμῶνα γίνονται πολλοῖς, καὶ μετὰ μακρὰν ἀῤῥωστίαν ἐν ταῖς ἀναλήψεσιν ὁμοίως ἐνοχλουμένους οὐ κλύζω δριμέσι κλύσμασιν, ἀλλ' ἔλαιον ἐνίημι μόνον. ὅπερ οὐδὲν κωλύει καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐγχεῖν ἐνίοτε, τῆς γαστρὸς ἐπισχεθείσης, καὶ γὰρ διαῤῥέχεται τὰ σκληρὰ τῶν περιττωμάτων, καί τις ζῖλισθος ἐν τῇ διόδῳ γίγνεται, καὶ τὸ σῶμα τῶν γερόντων αὐτὸ μαλάττεται, ταῖς σκληραῖς ὁμοίως διφθέραις ἐσκληρυμμένον. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα τοῦ γέροντος, ᾗ γέρων ἐστὶν, ἴδια, καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἐκ νοσημάτων μακρῶν ἀνακομιζομένοις συμφέρει. τί τοίνυν ἴδιόν ἐστι τοῦ γέροντος, ᾗ γέρων ἐστί; τὸ τῇ κράσει συμφέρον. αὕτη γάρ ἐστι, δι' ἣν καὶ γηρῶμεν, ἄλλος ἐν ἄλλῳ χρόνῳ, πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον,

diens. Caeterum nullum eorum quae dicta ſunt medicamentorum exhiberi admodum copioſe debebit. Siquidem nonnulli in praeſens gaudent, ſi copioſius deſederint; verum quanto magis ſunt vacuati, tanto his venter ſequentibus diebus magis adſtringitur. Quo fit, ut ipſe, ſi qui ſunt, quibus in diuturnis morbis venter ſiſtitur, (quales potiſſimum hyeme contingunt,) quibusque poſt longam infirmitatem in convaleſcentia ſimilis affectus incidit, iis alvum ducam non acribus per inferiora infuſis, ſed tantum oleo. Quod etiam ſanis, ubi venter adſtringitur, ſecurus interdum infundas, quippe quo et ſiccius excrementum madeſcit, et tranſitus efficitur lubricus, et corpus ipſum ſenis emollitur, duris alias pellibus ſimiliter rigens. Non tamen ſunt haec ſenis, qua ſenex eſt, propria; quippe quum etiam ſint iis, qui a longis morbis convaleſcunt, utilia. Quid igitur proprium eſt ſenis, qua ſenex eſt? nempe quod temperamento ejus conducit. Id enim eſt, cujus culpa ſeneſcimus, alius alio tempore, ci-

Ed. Chart. VI. [154. 155.] Ed. Baſ. IV. (273.)

ὡς ἂν καὶ τῆς φύσεως ἔχωμεν ἐξ ἀρχῆς, ἢ ἐπιτηδεύματος, ἢ διαίτης, ἢ νόσου, ἢ φροντίδος, ἤ τι τοιοῦτον ξηρανθέντες ἀμετρότερον τύχωμεν. ἔστι μὲν γὰρ, ὃ γε κυρίως ἅπαντες ἄνθρωποι γῆρας ὀνομάζουσιν, ἡ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ κρᾶσις τοῦ σώματος, ἐκ πολυετείας γινομένη. συμβαίνει δέ ποτε καὶ διὰ πυρετῶδες νόσημα, καὶ καλοῦμεν αὐτὸ ἐκ νόσου γῆρας, ὡς ἐν τῷ περὶ μαρασμοῦ λέλεκται γράμματι· μαρασμὸς γάρ τοι καὶ ἡ τοιαύτη διάθεσίς ἐστιν, οὐκ ἐν ζώοις μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτοῖς γιγνομένη. γέγραπται δὲ κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον τῆσδε τῆς πραγματείας ἡ ἀναγκαία τοῦ γήρως γένεσις. ἔκ τε οὖν ἐκείνων καὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ κράσεων εἴρηται, καὶ προσέτι τοῦ περὶ μαρασμοῦ γράμματος εὐπορώτερος δή τις εἰς τὸ γηροκομικὸν μέρος τῆς τέχνης ἂν γενηθείη.

quiſpiam in ſanitate cuſtodiat, tradere ſtuduimus. Quum autem variae occaſiones ſint, quae ſalubrem vivendi regulam pluribus modis intercipiant, eum, qui optimo corporis ſit ſtatu, ac ab omni civili negotio liberum, in ſanitate ſervare propoſuimus. Atque hunc quidem, quum in primis quinque libris, quemadmodum quis a prima ineunte aetate ad ultimam usque ſenectutem in ſanitate cuſtodiat, docuerimus, nunc ad eos veniemus, quibus per negotiorum qualitates edere, bibere atque exercitari debito tempore non licet; praeterea ad eos, qui ſtatim ab ortu morboſum corporis ſtatum ſunt ſortiti. Sane brevior erit de his ſermo, quam prior, quamvis ſuapte natura longior ſit, propterea quod plurimarum materiarum vires, quibus ad ſecundae valetudinis tutelam utimur, praedictae jam ſunt. Nam quum frictione, balneo, exercitatione, cibo, potione, calefactione et refrigeratione, veneris tum uſu, tum abſtinentia, et ſi quid aliud ejusmodi eſt, mutationes fieri corporis cernamus, utique horum omnium vires (ut dixi) prius ſunt proditae.

Ed. Chart. VI. [164.] Ed. Baſ. IV. (277.)

Κεφ. β'. Αἱ μοχθηραὶ δὲ τῶν σωμάτων κατασκευαὶ διτταὶ κατὰ γένος εἰσίν· ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν ὁμαλῶς, ἔνιαι δὲ ἀνωμάλως ἔχουσι κεκραμένα τὰ στοιχειώδη τε καὶ πρῶτα τοῦ σώματος μόρια, καλούμενα δ' ὑπ' Ἀριστοτέλους ὁμοιομερῆ. λέγω δ' ὁμαλῶς μὲν, ὅταν ἐπί τινα δυσκρασίαν ἐκτραπῇ πάντα ὁμοίως τὰ τοῦ σώματος μόρια, ψυχρότερα τοῦ προσήκοντος ἢ θερμότερα γενόμενα, ἢ ξηρότερα ἢ ὑγρότερα, καὶ κατὰ συζυγίαν τινὰ μὲν ἅμα θερμότερά τε καὶ ξηρότερα, τινὰ δὲ ὑγρότερα καὶ ψυχρότερα γιγνόμενα, καί τινα μὲν ὑγρότερα καὶ θερμότερα, τινὰ δὲ ψυχρότερα καὶ ξηρότερα. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν τῶν ὀργανικῶν μορίων σύνθεσιν ἔνια μὲν ὁμαλῶς, ἔνια δὲ ἀνωμάλως σύγκειται. πρῶτον μὲν οὖν ἐρῶ καὶ νῦν, ὁποῖαι κατασκευαὶ σωμάτων εἰσὶν αἳ νοσωδέσταται, καθάπερ καὶ πρόσθεν ἐδήλωσα τὴν ὑγιεινήν. ἀλλ' αὕτη μὲν μία, τὸ γὰρ ἄριστον ἐν παντὶ γένει πράγματος ἓν ἐστι· τὰ μοχθηρὰ δὲ δηλονότι πάμπολλα. διττὴ δ' αὐτῶν ἐστιν ἡ γενικὴ διαφορὰ, καθάπερ ἀρτίως εἶπον, ἐνίων μὲν ἐν ὁμοίᾳ δυσκρασίᾳ ἅπαντα

Cap. II. Vitioſi autem corporum ſtatus genere duplices ſunt, quum elementares et primas corporis partes, quas Ariſtoteles ſimilares vocat, alii aequabiliter, alii inaequabiliter temperatas habeant. Dico autem aequabiliter temperari, quum ad aliquam intemperiem verſae aequabiliter corporis partes omnes aut frigidiores juſto, aut calidiores ſunt redditae, aut ſicciores, aut humidiores; aut per conjugationem quaedam calidiores ſimul et ſicciores, quaedam humidiores pariter et frigidiores, et quaedam humidiores et calidiores, quaedam ſicciores et frigidiores. Quin etiam in inſtrumentalium partium compoſitione quaedam aequaliter, quaedam inaequaliter ſunt conditae. Ac primum quidem dicam hic quoque, qui ſtatus corporum ſint morboſiſſimi, ſicuti et prius ſalubrem oſtendi. Verum is unicus erat; etenim in omnium rerum genere quod optimum eſt, id unum eſt; vitioſa vero plurima ſunt. Duplex tamen eſt eorum ſecundum genus differentia, ceu paulo ante dixi, aliis ſimili intemperie omnes partes ha-

Ed. Chart. VI. [164. 165.] Ed. Baf. IV. (277.)

ἐχόντων τὰ μόρια, τινῶν δ' ἐν διαφερούσῃ. τῶν μὲν οὖν ὁμοίαν ἐχόντων δυσκρασίαν εὔδηλον ὡς χείριστά ἐστι τὰ σφοδρὰς ἔχοντα ταύτας, καὶ μάλιστα τὰς ψυχρὰς ἅμα καὶ ξηράς· τῶν δ' ἀνωμάλους ἐχόντων κατασκευὰς σωμάτων οὐδ' ἀριθμῆσαι ῥᾴδιόν ἐστι τὰς ὑπαλλάξεις. ἀλλὰ κἀκεῖνα δ' ὑπαλλάξειεν ἄν τις διττοῖς εἴδεσιν, ἢ γένεσιν, ἢ ὅπερ ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι. νοσωδέστατα μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν, ὅσα ταῖς ἐναντίαις κράσεσι τὰ κυριώτατα τῶν μορίων ἔχει πλεονεκτούμενα· μετριώτερα δ', ἐν οἷς οὕτω διάκειται τὰ μὴ κύρια. τεθέαμαι γάρ τινας ἤδη ἔχοντας κοιλίαν μὲν ψυχρὰν, κεφαλὴν δὲ θερμὴν, ὥσπερ ἐνίους ἔμπαλιν ἐπὶ κεφαλῇ ψυχρᾷ θερμὴν κοιλίαν. [165] ἐθεασάμην δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ πρώτως, οὐδὲ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον τῆς κράσεως ἐκχολουμένην γαστέρα συνεχῶς, οὐκ οὖσαν φύσει θερμὴν, ὥσπερ γε καὶ ψυχομένην ἑτέραν, καίτοι οὐκ οὖσαν φύσει ψυχράν· οὕτως δὲ καὶ κεφαλὴν, ἧπάρ τε καὶ σπλῆνα, καὶ ἄλλο μόριον ἀπολαῦον ἐνίοτε τῆς ἑτέρας δυσκρασίας, ἤτοι μηδὲν αὐτὸ φύσει βεβλαμ-

bentibus, aliis diſſimili. Atque eorum quidem, qui ſimilem intemperiem habent, peſſime ſe habere conſtat eos, qui has validas habent, ac potiſſimum frigidas ſimul et ſiccas. At qui inaequales habent corporis conſtitutiones, horum numerare quidem varietates facile non eſt, caeterum illos quoque duplici genere ſpecieve, ſive quovis alio modo nominare velis, varia ſtatueret aliquis. Nam maxime quidem morboſi ſunt, quorum principes partes contrariis temperamentis ſunt affectae; minus vero obnoxii valetudini ſunt ii, quibus partes non principes ita ſe habent. Equidem aliquos jam vidi, quibus venter frigidus erat, caput calidum, ſicut contra, quibus caput frigidum erat, venter calidus. Vidimus autem et ex accidenti, non primum, nec propria temperamenti ratione aſſidue afflictum bili ventrem, qui alioqui non erat natura calidus, quemadmodum certe et refrigeratum alterum, quamvis non eſſet natura frigidus; ad eundem modum et caput, et jecur, et lienem, atque etiam alias partes aliarum quandoque intemperie affici, quum aut ipſae

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 388 sur 889

Ed. Chart. VI. [165.] Ed. Baſ. IV. (277.)

μένον εἰς τὴν προσήκουσαν κρᾶσιν, ἢ διακείμενον ἐναντίως αὐτῇ. περὶ πρώτων οὖν ὁ λόγος ἔσται μοι τῶν ὁμαλὴν τὴν δυσκρασίαν ἐχόντων, ἀπὸ τῶν θερμοτέρων ἀρξαμένῳ. λέλεκται δ' ἐν τοῖς περὶ κράσεων, ἀδύνατον εἶναι διαμένειν ἐπὶ πολὺ δυσκρασίαν τινὰ μίαν, αὐτὴ γὰρ ἑαυτῇ προσκτᾶταί τινα ἐξ ἀνάγκης ἑτέραν. διὸ καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ἰατρῶν τέτταρες ἔδοξαν εἶναι μόναι δυσκρασίαι σύνθετοι, τὰς δὲ ἁπλᾶς οὐκ εἶναι· τήν τε γὰρ θερμὴν ἐξικμάζουσαν ἀεὶ τὰς ὑγρότητας ἐπικτᾶσθαι ξηρότητα, τήν τε ψυχρὰν, ἅτε οὐκ ἐκδαπανῶσαν, ὑποτρέφειν ὑγρότητα, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν ξηρὰν ἐν μὲν τῷ χρόνῳ τῶν αὐξητικῶν ἡλικιῶν ἑαυτοῦ θερμότερον ἀποφαίνειν τὸ ζῷον, ἐν δὲ τῷ τῶν παρακμαστικῶν ἀποψύχειν· ξηραίνειν μὲν τὰ στερεὰ μόρια τοῦ σώματος, ἀθροίζειν δὲ περιττωμάτων πλῆθος· ὥσπερ γε καὶ τὴν ὑγρὰν, ἣν ἅμα τῷ θερμοτάτῳ συμμέτρῳ συστῇ, γίνεσθαί ποτε κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἀντιθέσεις εὔκρατον. ἀμφοτέρας δ' ἀντιθέσεις δηλονότι λέγω τὴν κατὰ τὸ θερμὸν καὶ

haudquaquam laeſae in proprio temperamento eſſent, aut etiam contrarium plane quam illae affectum haberent. Primum ergo de iis verba faciam, qui aequali ſunt intemperie, idque ab iis, qui praecalidi ſunt, auſpicatus. Sane dictum a nobis in libro de temperamentis eſt, fieri non poſſe, ut intemperies quaelibet ſola diu duret, quando ipſa ſibi ipſi alteram ex neceſſitate adſciſcit. Indeque factum, ut plerique medicorum quatuor tantum eſſe intemperies putarint, easque compoſitas, ſimplices vero ne eſſe quidem. Nam et calidam, dum humiditates ſemper conſumit, parere ſiccitatem, et frigidam, dum nihil abſumit, ſubalere humiditatem. Eodem modo et ſiccam per eas aetates, quibus augeſcit animal, calidius ipſum ſemper efficere, quibus vero decreſcit, refrigerare et ſiccare quidem ſolidas corporis partes, congerere vero abundantiam excrementorum. Simili modo, ſi humida cum modice calida coierit, exiſtere aliquando in utraque oppoſitione mediam temperiem. Utramque oppoſitionem intelligo et quae ex calido ac frigido conſiſtit, et quae

Ed. Chart. VI. [165.] Ed. Baſ. IV. (277.)

ψυχρὸν καὶ τὴν κατὰ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. ἔσται δ' εὔκρατος ἡ τοιαύτη κατὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν, οὐχ ἥκιστα δὲ κἂν τῷ κατὰ τὴν παρακμὴν, ὡς ἐκείνοις πρέπει. τὴν μὲν γὰρ ἀρίστην κρᾶσιν ἴσχει τὸ σῶμα κατὰ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν, αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι χείρους ταύτης εἰσὶν, ὡς ἐδείχθη. καὶ μέντοι καὶ τοῦτ' ἀναμεμνήσθω, ἕν τι ὂν αὐτὸ τῶν εἰρημένων. διττῶν γὰρ οὐσῶν ἐνεργειῶν κατὰ τὰ ζῶα, τὰς μὲν σωματικὰς οἱ παῖδες ἀρίστας ἔχουσι, τὰς δὲ ψυχικὰς ἡ μετὰ τοὺς παῖδας ἡλικία μέχρι τῆς παρακμαστικῆς. οὐκ ἔστι δὲ καὶ ἐτῶν ἀριθμῷ περιορίσαι ταύτας, καθάπερ ἔνιοι πεποιήκασι, πλὴν ἢ κατὰ πλάτος. ἡβάσκειν οὖν ἄρχονταί τινες ἅμα τῷ πληρῶσαι τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος, ἔνιοι δὲ μετ' ἐνιαυτὸν, ἢ καὶ πλείονα χρόνον· ἀρχήν τε τῆς παρακμῆς ἴσχουσιν, ἔνιοι μὲν εὐθέως μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος, ἔνιοι δὲ μετὰ τὸ τριακοστὸν πέμπτον. τὴν μὲν οὖν ἰσχὺν ἅπαντες ἄνθρωποι καθαιροῦνται μετὰ τὴν ἀκμαστικὴν ἡλικίαν, οὐ μὴν τήν γε ὑγίειαν ἀπολλύουσιν, ἀλλ' ἧττον μὲν ἐπαινετὴν ἔχου-

ex ſicco et humido. Erit autem medii temperamenti ejusmodi intemperies in ipſo vigoris tempore, maxime vero in declinatione, prout ipſi convenit. Optimam namque temperiem in adoleſcentia corpus obtinet, reliquae omnes aetates deteriores hac ſunt, ut prius eſt oſtenſum. Atque hoc etiam meminiſſe conveniat, unum id quoque ex iis, quae dicta ſunt. Quum enim duplices actiones in animalibus ſint, certe corporeas pueri praecipuas obtinent; quae animi ſunt, ea quae a pueris ad declinationem usque ſuccedit aetas. Nec tamen eſt has aetates annorum numero circumſcribere, quemadmodum nonnulli fecerunt, niſi forte in latitudine quadam. Ergo pubeſcere quidem incipiunt aliqui, ubi quartumdecimum annum expleverunt, quidam uno poſt anno, aut etiam amplius. Initium praeterea declinationis nonnulli habent ſtatim a trigeſimo anno, nonnulli poſt quintum et trigeſimum. Ac robur quidem omnibus minuitur poſt ipſam ſummi vigoris aetatem, non tamen hi ſanitatem amittunt, tametſi minus hanc quam ante laudabilem habent. Cae-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 390 sur 889

Ed. Chart. VI. [165. 166.] Ed. Baſ. IV. (277. 278.)

σιν ἢ πρόσθεν, ἔχουσι δ' ὅμως οὐ μόνον ἄχρι γήρως ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ γῆρας ὅλον, ὃ δὴ δοκεῖ τισιν εἶναι νόσημα φυσικὸν, ὁπόταν μήτ' ὀδυνῶνταί τι, μήτε τινὰ τῶν ἐνεργειῶν, αἷς εἰς τὰς κατὰ τὸν βίον (278) πράξεις χρώμεθα, τελέως ἀπολέσωσιν, ἢ μὴ παντάπασιν ἄῤῥωστον ἔχωσιν, ὑγιαίνουσιν ὑγίειαν οὖσαν οἰκείαν γήρᾳ. μεμνῆσθαι γὰρ δεῖ που καὶ τῶν περὶ τῆς ὑγιείας ἀποδεδειγμένων, ὡς πάμπολυ τὸ πλάτος αὐτῆς ἐστιν. εἰ δὲ καὶ τρίτη τίς ἐστι διάθεσις σώματος, ἣν οἱ περὶ τὸν Ἡρόφιλον οὐδετέραν ὀνομάζουσι, τὴν τοῖς ἐκ πυρετῶν χαλεπῶν διασωθεῖσιν ὑπάρχουσαν κατὰ τὸν τῆς ἀναλήψεως χρόνον, καὶ τῇ τοῦ γήρως ἡλικίᾳ, τὸ μὲν ἔξω νόσου τοῖς γέρουσιν εἶναι πάντως ὑπάρξει, τὸ δὲ τὰς ἐνεργείας ἰσχυρὰς ἔχειν ὁμοίως τοῖς ἀκμάζουσιν οὐχ ὑπάρχει. ἀλλ' ἐὰν, εἰς ὅσον γέροντι χρεία βλέπειν τε καὶ ἀκούειν καὶ βαδίζειν καὶ τἆλλα πράττειν δύνασθαι, μηδὲν ἐλλίπῃ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτ' ἄν τις εἰκότως ὀνομάζοι γέροντος ὑγίειαν, ὅλον τοῦτο λέγων ὑγίειαν γέροντος, οὐχ ἁπλῶς ὑγίειαν. [166] ἐκείνη μὲν

terum hanc habent non ſolum usque ad initium ſenectutis, verum etiam in ipſa ſenectute tota, quae ipſa quoque quibusdam naturalis eſſe morbus videtur. Quum enim nec dolore anguntur ullo, nec ullam actionum earum, quibus ad vitae munera utimur, aut penitus amiſerunt, aut omnino imbecillam non habent, utique ſani ſunt ſanitate, quae ſenectuti ſit congrua. Meminiſſe enim profecto oportet eorum, quae de ſanitate demonſtrata ſunt, nempe quod ampla ſit ejus latitudo. Jam ſi tertia quoque corporis affectio eſt, quam neutram Herophilus appellat, quae in iis, qui e gravi evaſerunt febri, convaleſcendi tempore cernitur, et ſenili aetate, omnino extra morbum ſenes erunt, actiones tamen perinde, ut ii, qui in flore aetatis ſunt, firmas valentesque non habebunt. Verum, ſi ad videndum, audiendum, ingrediendum aliaque facienda, quae ſeni expediunt, corpus nullo modo deſit, etiam hoc jure ſenis ſanitatem appelles, utique totum hoc jungens, ſenis ſanitatem, non abſolute

Ed. Chart. VI. [166.] Ed. Baſ. IV. (278.)

γὰρ ἄμεμπτός ἐστι τὴν διὰ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετὴν, μεμπτὴ δ' ἡ τῶν γερόντων· ἔχουσα γὰρ ἁπάσας τὰς ἐνεργείας οὐδεμίαν ἐῤῥωμένην ἔχει. καὶ δὴ καὶ τὸ γηροκομικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς σκοπὸν ἔχει τὴν γεροντικὴν ὑγείαν εἰς ὅσον οἷόν τε διαφυλάττειν. ὅσα δὲ σώματα νοσώδη κατασκευὴν ἔσχηκεν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει, ταῦτα τὴν ἀρχὴν μὲν οὐδ' ἀφικνεῖταί ποτε εἰς τὸ γῆρας, εἰ δ' ἀφίκοιτο, πάντα ἔν γέ τι νόσημα χρόνιον ἴσχει. προὐθέμεθα δ' ἐν τῷ νῦν λόγῳ περὶ τῶν μοχθηρὰν ἐχόντων κατασκευὴν διελθεῖν, σκοποῦντες, ὅπως ἄν τις αὐτὰ φυλάττοι κατὰ τὸ πλεῖστον ὑγιαίνοντα.

Κεφ. γ'. Τὴν ἀρχὴν οὖν ἀπὸ τῶν ὁμαλὴν τὴν δυσκρασίαν ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι τοῦ σώματος ἐχόντων ποιησάμενοι λέγωμεν ἤδη περὶ τῆς θερμοτέρας κράσεως, οὐ μὴν ἐν τῇ καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα συμμετρίᾳ μεμπτῆς. εὐθὺς μὲν οὖν ἀπ' ἀρχῆς ἡ τοιαύτη φύσις τοῦ σώματος ὑγιεινοτέρα φαίνεται τῆς κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἀντιθέσεις δυσκράτου· λέγω δ' ἀμφοτέρας, τῆς τε κατὰ θερμότητα

ſanitatem. Haec enim propter ipſam actionum virtutem integra eſt, et de qua queri non poſſit; ſenum ſanitas querimoniis non vacat; quamvis enim omnes actiones habet, nullam tamen validam habet. Atque adeo illa pars artis, quae ſenes regit et moderatur, huc tantum conſilia dirigit, ut ſanitatem eorum, quatenus fieri licet, tueatur. Corpora vero, quae a prima ſtatim generatione morboſa ſunt, ea plane ad ſenectutem nunquam perveniunt, aut, ſi quando pervenerunt, uno ſaltem diutino morbo penitus laborant. Propoſuimus autem in hoc libro de iis differere, qui vitioſo corporis ſunt ſtatu, atque, hos quemadmodum ſanos plurimum tueamur, disquirere.

Cap. III. Ergo initio ab iis ſumpto, qui aequalem in omnibus corporis partibus intemperiem habent, primum de iis agamus, qui calidius temperamentum ſortiti ſunt, caeterum in humiditate ac ſiccitate modice ſe habent. Ac talis quidem corporis natura ab initio ſtatim magis apparet ſana, quam ea, quae in utraque oppoſitione vitioſa eſt; utramque oppoſitionem intelligo, et quae ex

Ed. Chart. VI. [166.] Ed. Baſ. IV. (278.)

καὶ ψυχρότητα, καὶ τῆς καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα. καὶ τοὺς τε ὀδόντας φύσει θᾶττον, καὶ φθέγξεται διηρθρωμένην φωνὴν, καὶ βαδιεῖται θᾶττον, αὐξήσεταί τε κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἑκάστοτε τῶν ἐτῶν. ἐπειδὰν δὲ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν διεξέλθῃ, τὸ μεταξὺ πᾶν ἄχρι τῆς παρακμῆς σαφῶς πλέον ἤδη φανεῖται θερμὸν, ὡς τοῖς ἀπὸ ξανθῆς χολῆς νοσήμασί τε καὶ συμπτώμασιν εὐάλωτον ὑπάρχειν. ἡ γάρ τοι πολλὴ θερμότης ἐκδαπανῶσα τὴν ὑγρότητα ξηροτέραν ἐργάζεται τὴν κρᾶσιν. οὔσης δὲ καὶ τῆς τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίας θερμῆς, ἡ συζυγία τῆς κράσεως αὐτῶν ἔσται θερμή τε ἅμα καὶ ξηρά· χολὴ δὲ ἐν ταῖς τοιαύταις κράσεσιν ἡ ὠχρά τε καὶ ξανθὴ καλουμένη πλεονάζει. τοὺς οὖν οὕτως πεφυκότας ἄχρι μὲν τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας ὁμοίως χρὴ τοῖς ἄριστα πεφυκόσι διαιτᾶν, ὑπὲρ ὧν εἴρηται κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον· ἐπειδὰν δὲ τέλειον αὐτῶν ᾖ τὸ σῶμα, διασκέψασθαι προσήκει, πότερον ὑπέρχεται τὸ περιττὸν τῆς χολῆς αὐτοῖς ἅμα τοῖς διαχωρήμασιν, ἢ πρὸς τὴν ἄνω κοιλίαν ὁρμᾷ. κάτω μὲν ὑπιόντος αὐτοῦ, πρόδηλον, ὡς χρὴ

calido et frigido conſiſtit, et quae ex humido et ſicco. Eadem dentes edet citius, et citius articulatam vocem proferet, et citius ambulabit, et ſingulis annis ad proportionem increſcet. Poſtea vero, quam adoleſcentiae annos compleverit, exinde ad declinationem usque manifeſte calidior apparebit, ſic ut tum morbis, tum ſymptomatis, quae a bile oriuntur, facile ſit obnoxia. Multus namque calor, dum humorem abſumit, ſiccius temperamentum reddit. At quum florens jam aetas item calida ſit, nimirum compoſita eorum temperies calida ſimul ſiccaque erit. In talibus autem temperamentis bilis abundare tum pallida tum flava ſolet. Ergo, qui hac natura ſunt, ad aetatem usque adoleſcentiae ſimiliter educandi iis ſunt, qui optimae ſunt naturae; de quibus dictum in praecedentibus eſt. Poſtea vero, quam abſolutum eorum corpus ſit, conſiderare oportet, utrumne bilis excrementum illis per alvum una cum faecibus expellatur, an ad ſuperiorem ventrem feratur. Si enim deorſum feratur,

Ed. Chart. VI. [166. 167.] Ed. Baſ. IV. (278.)

οὐδὲν περιεργάζεσθαι, πρὸς δὲ τὴν ἄνω γαστέρα φερομένου, δι' ἐμέτων ἐκκενοῦν, μακρὰν χαίρειν εἰπόντας ἐκείνοις τῶν φιλοσόφων, ὅσοι κωλύουσι μετὰ τὰ γυμνάσια πρὸ τῆς τροφῆς ἀφ' ὕδατος χλιαροῦ ἐμεῖν. οἴνῳ γὰρ οὐδ' ἐγὼ συμβουλεύω τηνικαῦτα χρῆσθαι, πλὴν εἰ δυσχερῶς ἐμοῖεν ἀφ' ὕδατος. εἰσὶ γάρ τινες καὶ τοιαῦται φύσεις σωμάτων, αἷς συγχωρητέον οἴνου γλυκέος προσφέρεσθαι, εἰ προπίονται αὐτοῦ τὸ ὕδωρ. ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον, ὅταν ἡ κρᾶσις ἐξ ἀρχῆς ἢ θερμοτέρα τε καὶ ξηροτέρα, πρὸς τοὺς ἐμέτους ἔρχεσθαι· καὶ γὰρ καὶ μᾶλλόν εἰσιν οὗτοι χολώδεις ἐπὶ τῆς ἀκμαστικῆς ἡλικίας. καὶ δὴ καὶ γυμνάζεσθαι βέλτιον αὐτοὺς, οὐκ ὀξὺ καὶ σύντονον γυμνάσιον, ἀλλὰ σχολαιότερόν τε καὶ μαλακώτερον· εἰσὶ γὰρ δὴ καὶ ἰσχνότεροι πάντες οἱ τοιοῦτοι. συμπεφώνηται δὲ τοῖς γυμνασταῖς ἅπασι, λεπτύνειν μὲν τὰ ὀξέα γυμνάσια, σαρκοῦν δὲ τὰ βραδέα. [167] τινὲς δὲ καὶ τῶν σφόδρα θερμῶν τὴν κρᾶσιν οὐδ' ὅλως χρήζουσι γυμνασίων, ἀλλ' ἀρκεῖ περίπατός τε καὶ λουτρὸν αὐτοῖς,

confiat, non debere eſſe ſolicitos. Sin ſuperiorem ventrem petat, per vomitum eſt emittendum, ſcilicet longe valere juſſis philoſophis iis, qui vomere ex aqua tepida poſt exercitationes ante cibum vetant. Nam vino nec ipſe ſane tum eſſe utendum ſuaſerim, niſi difficulter id faciant ex aqua. Quippe ejusmodi quaedam corporum naturae ſunt, quibus utique vinum dulce, ſed ubi aquam prius biberint, eſt concedendum. Praeterea etiam magis, ubi temperamentum eorum ab initio calidius ſicciusque fuit, vomitio petenda eſt, propterea quod magis etiam hi bilioſi ſunt in vigoris aetate. Quin et exercitari his utilius eſt, non celeribus exercitationibus et vehementibus, ſed potius tardis et mollibus. Sunt enim omnes, qui hoc ſtatu ſunt, graciliores. Celeres vero exercitationes conſenſu gymnaſtarum omnium extenuant, ſed lentae contra corpus implent. Sunt vero et ex iis, qui impenſe calido temperamento ſunt, qui exercitari prorſus non deſiderant, ſed abunde his ſatisfaciant inambulatio, bal-

Ed. Chart. VI. [167.] Ed. Baſ. IV. (278.)

ἀνατριψαμένοις ἐλαίῳ μαλακαῖς τρίψεσι. δριμὺ γὰρ καὶ θερμὸν καὶ δακνῶδες τὸ διαπνεόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐστιν, οὐκ ἀτμῶδες οὐδ' ἡδὺ καὶ ἄδηκτον. οὗτοι δὲ καὶ τοῖς μετὰ τροφὴν χαίρουσι λουτροῖς. καί τινες αὐτῶν ἄπιστον ὅπως ἐπαχύνθησαν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ διαίτῃ. παλαιὸς δὲ οἶνος ἐναντίος αὐτοῖς ἐστι, οἰκεῖος δὲ ὁ λευκὸς καὶ λεπτός. ἐπιβλέπειν δὲ ἐπὶ πάντων τῶν μετὰ τροφὴν λουομένων, μή πως κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον, ἔνθα κεῖται τὸ ἧπαρ, αἰσθάνονταί τινος ἀλγήματος, ἢ βάρους, ἢ τάσεως. αἱ γὰρ τοιαῦται κατασκευαὶ τῶν σωμάτων ἡπατικαῖς ἁλίσκονται νόσοις, ἐὰν ἐδηδοκότες λούωνται. κἂν αἴσθωνται δέ ποτε τοιούτου τινὸς συμπτώματος, αὐτίκα διδόναι τι τῶν ἐκφραττόντων τὸ ἧπαρ, ἀπέχειν τε καὶ τῶν παχυχύμων ἐδεσμάτων, καὶ μάλιστα ὅσα γλίσχρα. λέγεται δὲ περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς τρισὶν ὑπομνήμασιν, ἃ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων ἔγραψα, καὶ τῷ περὶ τῆς εὐχυμίας τε καὶ κακοχυμίας, ἔτι τε κἂν τῷ τῆς λεπτυνούσης διαίτης.

neum et mollis ex oleo frictio. Acre namque et mordax calidum id eſt, quod ab his exhalat, non halituoſum, nec ſuave, citraque morſum; hos vero a cibis quoque balneum juvat. Quidam vero eorum incredibile eſt, quam etiam obeſi ſunt redditi ex tali victus ratione. Antiquum autem vinum inimicum his eſt; album vero ac tenue idoneum eſt. Aeſtimandum autem in omnibus eſt, qui a cibo lavantur, num in dextra praecordiorum parte, ubi ſitum jecur eſt, dolorem aliquem, aut gravitatem, aut tenſionem ſentiant. Ejusmodi namque corporum ſtatus jecinoris vitiis tentari ſolet, ſi balneo poſt cibum utantur. Ac ſi quando ejusmodi aliquod vitium ſentiunt, illico dandum aliquid eſt eorum, quae obſtructum jecur liberent, abſtinendumque ab iis cibis, qui craſſum efficiunt ſuccum, ac potiſſimum ſi iidem glutinoſi ſint. De his dictum abunde nobis eſt in tribus libris, quos de alimentorum facultatibus ſcripſimus; praeterea in eo libro, quem de cibis boni et mali ſucci edidimus; itemque in

Ed. Chart. VI. [167.] Ed. Baſ. IV. (278.)

καὶ γὰρ οὖν καὶ χρῆσθαι ἐν τοῖς ἀλγήμασι τοῖς καθ' ἧπαρ ἀναγκαῖόν ἐστι λεπτυνούσῃ διαίτῃ, μέχρι περ ἂν αὐτοῖς ἀνώδυνόν τε καὶ κοῦφον γένηταί πως τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον. ἀγαθὸν δὲ καὶ τῆς κόμης τοῦ ἀψινθίου τὸ ὑπόβρεγμα προσφέρεσθαι, καὶ τὸ διὰ ταύτης τε καὶ ἀνίσου καὶ πικρῶν ἀμυγδάλων συντιθέμενον, ὃ δὴ ὀξυμέλιτος ἄμεινον πίνειν ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ τῆς τε ἐκ τῶν ὕπνων ἀναστάσεως καὶ τοῦ λουτροῦ. προκατειργασμένων τε γὰρ τῶν ἀναδεδομένων εἰς ἧπαρ ἐκ τῆς γαστρὸς ἄμεινον προσφέρεσθαι τὰ τοιαῦτα, τῇ τε ἐξ αὐτῶν ἐνεργείᾳ χρόνον τινὰ δίδοσθαι πρὸ τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ διὰ τῆς καλαμίνθου φάρμακον, οὗ τὴν σύνθεσιν ἐν τῷ δ' τῶν ὑπομνημάτων ἔγραψα. ἀλλ' ἐπί γε τῶν χολωδῶν κράσεων φυλάττεσθαι προσήκει τὴν συνεχῆ τοῦδε χρῆσιν. καὶ μέντοι καὶ ὁπότε τις αὐτῶν χρῆται αὐτῷ τῆς καθ' ἧπαρ ἐμφράξεως ἕνεκεν, ἄμεινον δὶ ὀξυμέλιτος πίνεσθαι. τὸ δὲ τῶν τροφῶν εἶδος, εἰ μὲν ὑπαλλάττειν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐθέλεις τὴν κρᾶσιν τῶν οὕτως ἐχόντων, ἐναντίον ἔστω τῇ δυσκρασίᾳ.

libro de attenuante victus ratione. Quippe qui dolorem in jecinore ſentiunt, iis tali victus ratione utendum omnino eſt, quoad ſine dolore et gravitate dextrum ſit hypochondrium. Utile ſane fuerit et liquorem, in quo macerata ſit abſinthii coma, offerre; praeterea, quod tum ex ea, tum ex aniſo et amaris amygdalis conſicitur; quod etiam bibere ex oxymelite praeſtat in eo tempore, quod inter ſurrectionem a lecto et balneum intercedit. Nam et poſtquam confecta ſunt, quae ex ventre ad jecur diſtribuuntur, talia exhiberi praeſtat, et temporis aliquid eorum operi ante cibum ſumendum dari. Non inutile eſt et medicamentum, quod diacalaminthen vocant, cujus compoſitionem in quarto horum commentariorum ſcripſimus. Verum in bilioſis temperamentis cavere oportet hujus aſſiduum uſum. Sed et ſi quando horum quiſpiam eo propter jecinoris obſtructiones utitur, utilius eſt ex oxymelite id bibat. Porro alimenti ſpecies, ſi quis horum temperamentum vertere in melius ſtudet, contraria eſſe

Ed. Chart. VI. [167.] Ed. Baſ. IV. (278.)

κατὰ βραχὺ δὲ γίνεται τοῦτο χωρὶς βλάβης, ἐπιστατοῦντος μὲν ἰατροῦ, σχολὴν δ' ἄγοντος αὐτῷ τοῦ βοηθουμένου τοσαύτην, ὡς ἅπαντα ποιεῖν ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ. πράττοντι δὲ ἀνθρώπῳ τὰ πολιτικὰ καὶ πολλαῖς ἀσχολίαις δουλεύοντι κάλλιόν ἐστι μηδ' ἐπιχειρεῖν ὑπαλλάττειν τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ τὰς οἰκείας τροφὰς αὐτῷ δοτέον. οἰκεῖαι δ' εἰσὶν αἱ μὲν ὑγραὶ ταῖς ὑγραῖς, αἱ δὲ ξηραὶ ταῖς ξηραῖς. ἡ γάρ τοι θρέψις ὁμοιουμένου γίνεται τοῦ θρέψοντος ἐδέσματος τῷ τρεφομένῳ σώματι· θᾶττον δὲ ὁμοιοῦται τὰ μὲν ξηρὰ ταῖς ξηραῖς, τὰ δ' ὑγρὰ ταῖς ὑγραῖς. ἐπὶ δὲ τῶν ὁμαλὴν τὴν κρᾶσιν ἐχόντων, ὅσον περ ἂν ἥδιον ᾖ τὸ βρῶμα, τοσοῦτον τροφιμώτερον γίγνεται· τῶν δ' ἀνώμαλον ἐχόντων τὴν κρᾶσιν σωμάτων, ὡς ἄλλην μὲν εἶναι τὴν τοῦ ἥπατος, ἄλλην δὲ τὴν τῆς γαστρός, ἤ τινος τῶν καθ' ἧπαρ, ἕτερον μέν ἐστι τὸ κατὰ τὴν προσφορὰν ἡδύ, ἕτερον δὲ τὸ καθ' ἕκαστον μόριον οἰκεῖον. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ καθ' ἕκαστον μόριον οἰκεῖον ἐδείχθη διττόν, ἕτερον μὲν τὸ κατὰ τὰς ἁπλᾶς ποιότητας,

intemperantiae debet. Senſim vero id fiet citra noxam, ſi et praeſit medicus, et qui curatur ita ſit a negotiis liber, ut omnia ſuo tempore peragat. Nam qui in rebus civilibus verſatur et multis negotiis diſtringitur, huic tutius eſt, ut nec tentet temperamentum ſuum mutare, ſed familiaria ſibi nutrimenta ſumat. Porro apta ſunt humidis quidem humida et ſiccis ſicca. Nutritio enim fit, quum is qui nutrit cibus corpori, quod alit, aſſimilatur. Citius autem aſſimilantur ſicca ſiccis et humida humidis. Quibus vero aequale temperamentum eſt, iis quanto jucundius fuerit, quod comedunt, tanto utique ſit magis nutriens. At qui inaequalem temperiem ſunt ſortiti, ita ut his aliud jecinoris temperamentum ſit, aliud ventris, aut alicujus eorum, quae circa jecur ſunt, iis diverſum eſt, quod aſſumptu jucundum eſt, ab eo, quod cuique parti eſt idoneum. Quoniam autem oſtenſum eſt duplex eſſe, quod ſingulis conveniens eſt, aliud, quod ſecundum ſimplices qualitates, aliud, quod ſecun-

Ed. Chart. VI. [167. 168.] Ed. Baſ. IV. (278. 279.)

ἕτερον δὲ τὸ κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν, ἧ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἁπλᾶς ποιότητας οἰκειοτάτη ὁποία τίς ἐστιν, ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται, μεταβάλλειν τε αὐτὴν βουλομένοις ἐπὶ σχολῆς, ὑπηρετεῖν τε ἀναγκαζομένοις ἐν ἀσχολίᾳ, [168] ἡ δὲ κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν τῇ πείρᾳ μόνῃ γινώσκεται. μεγίστην οὖν δύναμιν εἰς τὴν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων κατεργασίαν, οὐ κατὰ τὴν γα(279)στέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύμπαν τὸ σῶμα, ἧ κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν οἰκειότης ἔχει, δι' ἣν αἱ τροφαὶ τοῖς ζώοις ὑπηλλαγμέναι τε καὶ πολὺ διαφέρουσαι ταῖς ἰδέαις εἰσὶν, οὐδὲν ὅμοιον ἐχούσης τῆς ἐκ τῶν ἀχύρων τε καὶ πόας τῇ ἐξ ὀστῶν τε καὶ σαρκῶν, ἢ τῆς ἐξ ἄρτων τῇ ἐκ κωνίου τε καὶ ἑλλεβόρου· καὶ γὰρ ταῦτα ζώοις τισὶν εἰσι τροφαί. γίνονται δὲ καὶ κατὰ τὴν ποιότητα οἰκειότητες, εἰ μὲν φυλάττειν ἐθέλοις τὰς κράσεις, ταῖς μὲν ὑγραῖς τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων ἁρμοττόντων, ταῖς δὲ ξηραῖς τῶν ξηραινόντων, εἰ δὲ ὑπαλλάττειν, τῶν ἐναντίων. ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν

dum totam ſubſtantiam: quod ſimplicibus qualitatibus maxime aptum eſt, id qualenam ſit, ſuperius paulo eſt comprehenſum, idque, ſeu mutare intemperiem per otium velis, ſeu obſequi cogaris propter negotia, quod ex tota ſubſtantia idoneum maxime eſt, ſola experientia diſcernitur. Ac maximam quidem vim habet ad ea, quae eduntur bibunturque, non in ventre modo, ſed etiam toto corpore conficienda totius ſubſtantiae convenientia; cujus ratione nutrimenta animalibus et varia, et ſpeciebus multum inter ſe diverſa habentur, quum nulla ſimilitudo ſit ejus, quod ex palea et herbis accedit, ei, quod ex oſſibus et carnibus, nulla ſocietas ejus, quod ex pane eſt, cum eo, quod ex cicuta et veratro; nam et haec animantium quibusdam nutrimenta ſunt. Fiunt autem et qualitatibus convenientiae, utique ſi ſervare temperamentum ſtudes, humidis naturis humectante cibo maxime quadrante, ſiccis vero eo, qui ſiccet; ſin alterare placet, contrariis. In ea autem quae eſt in calido frigidove ad

Ed. Chart. VI. [168.] Ed. Baſ. IV. (279.)

εἰς δυσκρασίαν ἐκτροπῆς ἢ τῶν ἐναντίων προσφορὰ διαπαντὸς ἁρμόττει. δραστικώταται γάρ εἰσι καὶ, ὡς ἄν εἴποι τις, δυναστικώτεραι τῶν καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα δυσκρασιῶν αἱ τοιαῦται· ῥᾳδίως γοῦν ὑπὸ τῶν ὁμοίων τροφῶν εἰς νοσώδη δυσκρασίαν ἀφικνοῦνται. ξηρότερον δ' ἐργασάμενος ὁτιοῦν τῶν μορίων οὐδέν τι βλάψεις σαφὲς, ὥσπερ οὐδ' εἰ φυλάττοις ὑγρότερον. ἐναργέστερον δέ σοι τεκμήριον καὶ αἱ ἡλικίαι γινέσθωσαν, αἱ μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως ἄχρι τῶν μειρακίων ὑγροτάτην ἔχουσαι τὴν σάρκα, ξηρὰν δὲ ἱκανῶς αἱ πρεσβυτικαί. μεμνῆσθαι δ' ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις χρὴ τῶν εἰρημένων ἐν τοῖς περὶ κράσεων, ὅπως μή τις ὑπολάβῃ, τοὺς ὑπὸ περιττῶν ὑγρῶν βαρυνομένους ὑγροὺς γίνεσθαι τὴν κρᾶσιν, ὃ καὶ τοὺς οἰηθέντας, ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸ γῆρας, ἐξηπάτησεν. οὐ γὰρ αὐτὰ τὰ μόρια τοῖς γέρουσιν ὑγρότερα ταῖς κράσεσίν ἐστιν, ἀλλὰ αἱ μεταξὺ τῶν σωμάτων χῶραι τῆς περιττῆς ὑγρότητος ἐμπίπλανται γερόντων τε καὶ νοσούντων νόσους ὑγράς.

intemperiem converſione contraria dare ſemper expedit, quum et efficaciſſimae ejusmodi intemperies ſint, et, ut ita dicam, magis, quam quae ex ſiccitate et humiditate conſiſtunt, potentes; quippe quum facile ſimilibus nutrimentis in morboſam intemperiem abeant. At ſi ſiccius quodvis membrum efficias, nihil manifeſte laedes; pari modo nec ſi humidiori ſuam humiditatem ſerves. Evidenti vero argumento tibi et aetates ſint. Quae enim a prima generatione ad adoleſcentiam usque carnem habent humidiſſimam, ſenilis aetas impenſe ſiccam. Meminiſſe vero in hujusmodi ſermone oportet eorum, quae in opere de temperamentis ſunt ſcripta, ſcilicet ne quis exiſtimet, qui ſupervacuis excrementis onerantur, hos humido temperamento eſſe; quae res eos, qui ſenectutem frigidam et humidam putarunt, fefellit. Non enim ipſae partes ſenum humidiore temperamento ſunt, ſed ipſae capacitates, quae inter corpora patent tum ſenum, tum eorum, qui humidis morbis laborant, ſupervacua humidi-

Ed. Chart. VI. [168.] Ed. Baſ. IV. (279.)

ὁποῖον δέ τι τὸ ξηρὸν νόσημά ἐστιν, ἐπιστημονικὴν ἕξει γνῶσιν τὸ γεγραμμένον μοι περὶ μαρασμοῦ βιβλίον ἐπιμελῶς ἀναγνούς, οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς, οὐδὲ παρατρέχων, ἀλλ' ἐφιστὰς καὶ προσέχων τὸν νοῦν ἑκάστῳ τῶν λεγομένων. προγεγυμνάσθαι δὲ χρὴ τὸν μέλλοντα καλῶς ἀναλέξασθαι ταῦτα τῷ δευτέρῳ περὶ κράσεων ὑπομνήματι, καθ' ὃ δέδεικται τοῦ γέροντος ἡ κρᾶσις ξηρά. τὸ δὲ προκείμενον ἐν τῷ νῦν λόγῳ σῶμα θερμότερον τοῦ δέοντος, ἐὰν μὲν ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει μέσον ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος ᾖ, πάντως τοῦτο κατὰ τὴν ἀκμαστικὴν ἡλικίαν γίνεται ξηρὸν, ἔτι δὲ μᾶλλόν τε καὶ θᾶττον, εἰ καὶ φύσει ξηρότερον εἴη· καὶ δὴ καὶ γηράσει τοῦτο θᾶττον, ὅσῳ καὶ θᾶττον εἰς ἀκμὴν ἀφίκοιτο. πάντων γὰρ ἐν τῇ παρακμῇ ξηραινομένων, εὔλογόν ἐστι τὸ φύσει ξηρότερον εἰς τὴν τῆς γεροντικῆς ἀμετρίας ξηρότητα ἀφικνεῖσθαι θᾶττον. δέονται τοίνυν οὗτοι μάλιστα κατὰ τὴν ἀκμαστικὴν ἡλικίαν ὑγρᾶς διαίτης, ἧς τὸν τύπον ἄρτι ὑπέγραψα, διά τε τῶν ὑγραι-

tate implentur. Porro cujusmodi ſiccus morbus ſit, certa ſcientia cognoſcet, qui librum, quem de maraſmo inſcripſimus, diligenter relegerit, non ſemel aut bis, nec transcurrens, ſed ſingulis inſiſtens atque intentus. Sane, qui haec commode leget, hunc exercitari prius convenit in ſecundo de temperamentis libro, in quo demonſtratum eſt, ſenis temperamentum ſiccum eſſe. Verum, quod in praeſentia nobis propoſitum eſt, calidius juſto corpus, ſi quidem in prima conſtitutione medium humiditatis ſiccitatisque habitum habuerit, omnino id in incrementi ſtatu ſiccum efficitur, idque tum magis, tum celerius, ſi etiam natura ſiccius erat. Sed et ſeneſcet idem citius, quanto utique ad ſummum incrementum pervenit citius. Nam quum omnes in declinatione aetatis ſicceſcamus, ratio eſt, ut, qui natura ſit ſiccior, in ſenilis intemperiei ſiccitatem citius perveniat. Hi ergo in vigoris aetate potiſſimum humidam victus rationem poſtulant, cujus formulam proxime deſcripſimus; perficitur enim humectantibus cibis

Ed. Chart. VI. [168. 169.] Ed. Baf. IV. (279.)

νόντων ἐδεσμάτων καὶ λουτρῶν, ἀποχῆς τε καὶ γυμνασίων συντόνων καὶ πολλῶν γινομένης, ὥστε θέρους ὥρᾳ καὶ θᾶττον λούεσθαι, καὶ μετὰ τροφὴν αὖθις τὸ δεύτερον. ὀνίνησι τούτους καὶ ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις. ἐναντιώτατα δὲ ταῖς ξηραῖς κράσεσίν εἰσιν ἀφροδίσια. φείδεσθαι δὲ χρὴ καὶ μάλιστα αὐτοὺς ἐγκαύσεων, καὶ κόπων, καὶ φροντίδων, καὶ ἀγρυπνιῶν, καὶ κινήσεων ἁπασῶν ὀξειῶν. καὶ οἱ θυμοὶ δὲ μάλιστα τὰς χολώδεις φύσεις ἐκπυροῦντες ὀξεῖς γεννῶσι πυρετούς. [169] ἅπερ οὖν ἐπήνηται διαιτήματα τοῖς θερμοῖς τὴν κρᾶσιν ἐπὶ τῆς ἀκμῆς καὶ σύμμετρον ἐξ ἀρχῆς ἔχουσιν ὑγρότητα, ταῦτα μᾶλλον ἁρμόττει τοῖς φύσει θερμοῖς καὶ ξηροῖς. εὔδηλον δ', ὅτι τὴν ποσότητα τῆς ὑπεροχῆς τοῦ κρατοῦντος στοιχείου σκεπτέον ἐστὶν ἐν τοῖς μάλιστα. τοσοῦτον γὰρ ἐπιτείνειν τε καὶ ἐκλύειν ἢ αὐξάνειν χρὴ τὸ τῆς διαίτης εἶδος, ὅσον ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ηὔξηταί τε καὶ μεμείωται τὰ τῆς κράσεως στοιχεῖα. διὸ καὶ τοὺς ὑγροτέρους τε καὶ τοὺς φύσει θερμοτέρους, εἰ μὲν ὑπαλλάττειν αὐτῶν ἐθέλοις τὴν κρᾶσιν ἐπὶ τὸ ξηρότερόν τε καὶ

ac balneis, tum exercitationum, et quae concitatae, et multae ſunt, abſtinentia. Hi adeo aeſtatis tempore et citius lavantur, et a cibo iterum; prodeſt his et frigidae potio. At venus ſiccis temperamentis eſt inimiciſſima: Vitandae quam maxime his ſunt exuſtiones, et laſſitudines, et ſollicitudines, et vigiliae, et motus omnis celer. Iracundia vero, quum bilioſas naturas maxime accendat, acutas febres parit. Quae igitur victus ratio iis laudatur, qui in conſiſtenti aetate temperie ſunt calida, humiditatem tamen ab ortu mediocrem habebant, haec iis, qui natura calidi ſunt et ſicci, magis convenit. Nec dubium eſt, quin modus quoque exceſſus ſuperantis elementi in primis conſiderandus ſit. Siquidem eatenus intendere, remittere aut augere victus ſpeciem oportet, quatenus ſupra naturalem habitum aucta diminutave ſunt temperamenti elementa. Quapropter, ſi eorum, qui natura humidiores calidioresque ſunt, mutare temperamentum ad frigidiorem ſiccioremque ſpeciem libet, contrariam his

Ed. Chart. VI. [169.] Ed. Baſ. IV. (279.)

ψυχρότερον εἶδος, χρὴ διὰ τῆς ἐναντίας διαίτης ἄγειν, εἰ δὲ φυλάττειν, διὰ τῶν ὁμοίων. αἱ δὲ τοιαῦται φύσεις ἐν τῇ τῶν παίδων ἡλικίᾳ ῥευματικοῖς τε καὶ πληθωρικοῖς ἁλίσκονται νοσήμασι, καὶ πρὸς τούτοις γε σηπεδονώδεσι. δέονται τοίνυν γυμνασίων πλεόνων, ἀκριβοῦς τε τῆς ἐν τῇ γαστρὶ πέψεως· ὅσα γὰρ ἐν ταύτῃ διαφθείρεται, νοσημάτων σηπεδονωδῶν ὑπόθεσις γίνεται παντὶ τῷ σώματι. διὸ καὶ πρὸ τροφῆς δὶς καὶ τρὶς οὗτοι λουόμενοι, καὶ τοῖς αὐτοφυέσι θερμοῖς ὕδασιν οὗτοι χρώμενοι, μάλιστα ὠφελοῦνται. σκοπὸς γὰρ ἐπ' αὐτῶν ἐστιν αὐτὰ μὲν τὰ μόρια τοῦ ζώου φυλάττειν ὑγρά, κοινὸν ὂν τοῦτο πάσης κράσεως, εἴ γε καὶ τοὐναντίον αὐτῆς θᾶττον ἐπὶ τὸ γῆρας ἄγει τὰ σώματα τῶν ζώων ἁπάντων, αὐτό τε τὸ θνητὸν εἶναι τὸ γεννητὸν σῶμα τὴν αἰτίαν ἔχει· ὡς, εἴγε δυνατὸν ἦν ἀεὶ διαφυλάττειν ὑγρὰν τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος, ὁ τοῦ σοφιστοῦ λόγος, ὃν ἐν ἀρχῇ διῆλθον, ἀθάνατον ἐπαγγελλόμενος ποιήσειν τὸν αὐτῷ πειθόμενον, ἀληθὴς ἦν. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν φυσικὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὸ ξηραίνεσθαι τὸ σῶμα φυγεῖν

victus rationem exhibeas, oportet; ſin id cuſtodire placet, ſimilem. Sane ejusmodi naturae in puerili aetate fluxionum et redundantiae morbis maxime tentantur, itemque putredinis, quo magis et pluribus exercitationibus, et exacta ventris concoctione indigent. Quicquid enim in hoc corrumpitur, id toti corpori morborum putredinis occaſio fit. Itaque et ante cibum bis terque lii ſi lavent ac calidis ſponte ortis utantur, maximum inde commodum ſentiunt. Quippe huc dirigitur iis his conſilium, ut ipſas animalis partes ſervemus humidas. Quae res omnis temperamenti communis eſt, ſi modo contraria ratio omnium animantium corpora citius ad ſenectutem perducit, ipſaque eſt, cujus culpa omne genitum corpus mortale ſit. Quippe, ſi fieri poſſet, ut temperamentum corporis humidum perpetuo ſervaretur, verus ſophiſtae, cujus inter initia operis memini, ſermo eſſet, qui ſibi auſcultantem promiſit immortalem fore. Sed, quoniam naturae progreſſum, qui eſt ad ſiccitatem, effugere corpori non

Ed. Chart. VI. [169.] Ed. Baſ. IV. (279.)

οὐκ ἔστιν, ὡς ἐδείχθη, διὰ τοῦτο γηρᾷν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστι καὶ φθείρεσθαι, πολυχρονιώτατος δ' ἂν ὁ ἥκιστα ξηραινόμενος γένοιτο. τῆς δ' ὑγρᾶς διαίτης περιττώματά τε καὶ πλῆθος χυμῶν γεννώσης, χαλεπὸν γίνεται κρατῆσαι τῆς συμμετρίας, ὡς μήτε νόσοις ἁλίσκεσθαι, μήτε ταχέως γηρᾷν. ὅσον δ' αὖ ἐπὶ τῇ κράσει, πολυχρονιώτατοι πάντων εἰσὶν οἱ ὑγρότατοι, καὶ μέντοι καὶ ὑγιαίνουσιν, ἐπειδὰν κρατυνθῇ τὸ σῶμα, τῶν ἄλλων μᾶλλον, ὥσπερ καὶ ἰσχυρότεροι μέχρι γήρως ἐσχάτου τῶν τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἐχόντων εἰσί. καὶ κατὰ τοῦτο ἐπήνηται σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ὅσοι τὰ στοιχεῖα τοῦ σώματος ἀκριβῶς ἔγνωσαν, ἡ κρᾶσις αὕτη· καὶ μέντοι καὶ διὰ τοῦτο μόνη τισὶν ἔδοξε κατὰ φύσιν εἶναι. κρείττων γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ τῶν ἄλλων γίγνεται, τό γε κατ' ἀρχὰς οὖσα χείρων. ὥστε καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα τῷ τοιούτῳ σώματι τῶν ἀποῤῥοιῶν αὐτοῦ προνοεῖσθαι χρὴ διά τε γυμνασίων, ὡς ἔφην, καὶ λουτρῶν

licet, ut ante docuimus, idcirco ſeneſcere nobis corrumpique neceſſe eſt. Erit tamen id maxime diuturnum, quicquid minime ſiccatum. Verum, quum humida victus ratio excrementa et ſuccorum abundantiam pariat, difficile eſt ita mediocritatem ſervare, ut neque morbi incidant, neque ſenectus maturetur. Quod tamen ad ipſius temperamenti rationem attinet, qui maxime ſunt humidi, ii maxime ſunt longaevi. Iidem et ſanitate, ubi corpus ad robur pervenit, plus caeteris fruuntur, et caeteris, qui parem aetatem agunt, valentiores ad extremum usque ſenium ſunt. Ideoque ferme tum medicis omnibus, tum philoſophis, qui corporis elementa diligenter inveſtigarunt, temperamentum id laudatum eſt. Imo etiam unum id proinde ſecundum naturam ſe habere quibusdam eſt viſum. Nam, quanquam in principio ſit deterius, tempore tamen reliquis praeſtantius evadit. Quo magis, qui tuendae hujus corporis ſanitati praeficitur, iis, quae ab ipſo defluunt, proſpicere debebit tum exercitatione, ut dixi, tum balneis ante cibum pluribus, tum

Ed. Chart. VI. [169. 170.] Ed. Baſ. IV. (279.)

πρὸ τροφῆς πλεόνων, ἐκκρίσεώς τε τῶν δι' οὔρων καὶ γαστρὸς γιγνομένων. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἀποφλεγματισμοῖς ποτε χρῆσθαι καὶ καθάρσεσιν, εὐχύμοις τε πρὸ πάντων ἐδέσμασιν, οἴνων τε πόσει τῶν οὔρησιν κινούντων.

Κεφ. δ'. Περὶ μὲν οὖν τῶν θερμῶν κράσεων αὐτάρκως εἴρηται· περὶ δὲ τῶν ψυχρῶν ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον. εἰσὶ δὲ καὶ τούτων αἱ μέγισται διαφοραὶ τρεῖς· ἤτοι γὰρ εὔκρατοι κατὰ [170] τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν, ὡς μηδὲν μᾶλλον ὑγροὺς ἢ ξηροὺς ὑπάρχειν, ἢ τὸ ὑγρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν ἐν αὐτοῖς ἐπικρατεῖ. χειρίστη δ' εἰκότως ἐστὶν ἡ ξηρὰ κρᾶσις· ὃ γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ τοῖς γηρῶσι γίνεται, τοῦτ' εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχει τούτοις. ὑγραίνειν τε οὖν αὐτοὺς χρὴ καὶ θερμαίνειν. ἔσται δὲ τοῦτο γυμνασίοις συμμέτροις καὶ τροφαῖς ὑγραῖς τε καὶ θερμαῖς, οἴνου τε πόσει τῶν θερμοτέρων, ὕπνοις τε πλείοσι, προνοουμένων ἡμῶν, ὅπως τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ σώματι γεννώμενα περιττώματα τῆς τε τροφῆς καὶ τοῦ πόματος ἐκκενῶται πάντα. περὶ δὲ τῶν ἀφρο-

vero iis, quae per ventrem et urinas redduntur, excernendis. Nec prohibet praeterea quicquam, quin et apophlegmatiſmis et purgationibus aliquando utatur, anteque omnia cibis boni ſucci ac vini potione, quod urinas promoveat.

Cap. IV. Et de calidis quidem temperamentis abunde dictum eſt; de frigidis deinceps agendum. Sunt porro et horum tres ſummae differentiae. Nam aut modice ſe habent in altera diſpoſitione, ita ut nec humidi ſint, nec ſicci; aut humidum, vel ſiccum in ipſa dominatur; peſſima tamen merito ſicca temperies eſt; quippe quod temporis ſpatio ſeneſcentibus accidit, id his ſtatim ab initio contingit. Ergo iſtos humectare calefacereque oportebit. Id fiet exercitatione modica, et nutrimento humectante ac calido, praeterea vini calidi potione, et ſomno liberaliore, illud interim providentibus nobis, ut excrementa omnia, quae vel ex cibis, vel potu proveniunt, quotidie expellantur. De veneris uſu dictum ſu-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 404 sur 889

Ed. Chart. VI. [170.] Ed. Baſ. IV. (279. 280.)

διείων εἴρηται μὲν καὶ πρόσθεν, ὡς ἅπαντας μὲν τοὺς ξηροτέρους τῇ κράσει βλάπτει, νυνὶ δ᾽, ὅτι τούτων αὐτῶν μάλιστα τοὺς πρὸς τῇ ξηρότητι καὶ ψυχρούς. ἀβλαβῆ γὰρ ἀφροδίσια μόνοις τοῖς ὑγροῖς καὶ θερμοῖς ἐστι, καὶ ὅσοι φύσει πολύσπερμοι, περὶ ὧν ἐν ταῖς ἀνωμάλοις κράσεσιν αὐτίκα λεχθήσεται. μοχθηραὶ δὲ καὶ αἱ μεθ᾽ ὑγρότητος ψυχραὶ κράσεις εἰσί, καὶ μάλιστα αὗται τοῖς ῥευματικοῖς ἁλίσκονται νοσήμασιν, ὀνίνησί τ᾽ αὐτὰς ἀλουσία τε καὶ γυμνάσια, καὶ δίαιται (280) λεπτότεραι, καὶ χρίσματα μετρίως θερμαίνοντα, περὶ ὧν τῆς ἰδέας ἔμπροσθεν εἴρηται κατὰ τὸν περὶ τῶν κόπων λόγον. ὅσοι δὲ ψυχρότεροι μέν εἰσι φύσει, συμμέτρως δ᾽ ἔχουσι τῆς κατὰ τὸ ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν κράσεως, ἧττον οὗτοι τῶν κατὰ τοῦτο δυσκράτων εἰσὶ μοχθηροὶ πρός ὑγίειαν τε καὶ ῥώμην σώματος. ἐπεγείρειν οὖν αὐτῶν χρὴ καὶ ῥωννύναι τὴν θερμασίαν, ἐν δὲ τῇ καθ᾽ ὑγρότητα καὶ ξηρότητα τῆς ὅλης διαίτης ἰδέᾳ τὸ μέσον ἐκλέγεσθαι. ταῦτά μοι σύμπαντα περὶ τῶν ὁμα-

pra eſt, eam omnibus, qui ſicco temperamento ſunt, inimicam eſſe. Nunc vero etiam ex hoc numero potiſſimum adverſa eſt iis, qui ſupra ſiccitatem frigidi quoque ſunt. Nam innoxia venus eſt ſolis calidis et humidis, tum vero iis, qui genitura naturaliter abundant; de quibus inter inaequalia temperamenta mox dicetur. Multa vero et illa frigida temperamenta ſunt, quae cum humiditate conjunguntur, et ea maxime fluxionum morbis tentantur. Succurritur his et balnei abſtinentia, et exercitio, et tenuiore victu, et unctionibus, quae modice calefaciant; quarum forma narrata prius eſt, ubi de laſſitudine egimus. At qui frigidi natura ſunt, caeterum in ſicci humidique temperie modice ſe habent, minus ii vel ad ſanitatem, vel ad corporis robur ſunt inepti, quam qui in illis ſunt intemperati: horum igitur excitare firmareque calorem expediet. In humiditatis vero ſiccitatisque ſpecie tota victus ratio media eſt exhibenda. Atque haec mihi omnia de iis dicta ſunt, quos aequalis intem-

Ed. Chart. VI. [170.] Ed. Baſ. IV. (280.)

λὴν τὴν δυσκρασίαν ἐχόντων εἴρηται, τουτέστιν ὁμοίως ἅπαντα μόρια πρὸς τὸ θερμότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ὑγρότερον, ἢ ξηρότερον ἐκτεταμένα.

Κεφ. ε'. Περὶ δὲ τῶν ἀνώμαλον ἐχόντων τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος οὐκ ἐγχωρεῖ διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἐπειδὴ πολλαὶ τῶν τοιούτων ὑπαλλάξεις εἰσὶν, ἄλλων ἄλλο μόριον ἐχόντων δύσκρατον. ἀλλὰ κἂν δύο δύσκρατα ἔχωσί τινες, ὑπαλλάξεις καὶ τούτων γίνονται πολλαί. καὶ διὰ τοῦτο πρότερον εἰπόντες, ὅσα τῷ τε τὴν ἄμεμπτον ἔχοντι κατασκευὴν, βιοῦντι δὲ βίον δουλικὸν, ἢ περιστατικὸν, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι, ποιητέον ἐστὶν, καὶ μετὰ ταῦτα, ὅσα τοῖς ὁμαλὴν τὴν δυσκρασίαν ἐν ὁμοίῳ βίῳ, μεταβήσομεν τηνικαῦτα πρὸς τοὺς ἀνώμαλον ἔχοντας ἐν τοῖς τοῦ σώματος μέρεσι τὴν κατασκευήν. ἄμεμπτον δὲ κατασκευὴν σώματος, ὡς πολλάκις εἴρηται, κατὰ πλάτος νοητέον ἐστὶν, ὥσπερ καὶ αὐτὴν τὴν ὑγίειαν. οὔτε γὰρ ὑγιαίνειν τις ἡμῶν ἂν δόξειε τήν γ' ἀκριβῶς ἄμεμπτον ὑγίειαν οὐκ ἔχων,

peries premit, hoc eſt, quibus omnes corporis partes ad calidius vel frigidius, humidius vel ſiccius ſimiliter ſunt inclinatae.

Cap. V. De iis vero, qui inaequalem corporis conſtitutionem habent, non poteſt paucis differi, propterea quod numeroſae horum varietates ſunt, quum aliis alia pars male temperata ſit. Sed et ſi duas tantum quis intemperatas habeat, harum quoque varietates non paucae ſunt; proindeque, quum prius docuero, quaenam iis exhibenda ſint, quibus inculpatus quidem eſt corporis ſtatus, vivunt autem vitam ſervilem, ſive negotioſam, ſive quovis modo aliter appellare placet, ab iis vero, quaenam iis, qui aequalem intemperiem habent in ſimili vivendi genere, tranſibimus dehinc ad eos, qui inaequalem in corporis partibus ſtatum habent. Ergo ſalubris et inculpatus corporis ſtatus in latitudine (ut ſaepe dictum eſt) intelligi debet, ſicuti etiam ipſa ſanitas. Nam neque ſanus eſſe quisquam noſtrum videri poteſt, ea ſaltem, quae omnino inoffenſa inculpataque ſit, ſanitate, neque

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 406 sur 889

Ed. Chart. VI. [170. 171.] Ed. Baſ. IV. (280.)

οὔτ' ἀμέμπτως κατεσκευάσθαι τὸ σῶμα. λέγουσι δ' ὑγιαίνοντας μὲν, ὅσοι μήτ' ὀδυνῶνταί τι μέρος σώματος, εἴς τε τὰς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείας ἀπαραπόδιστοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὕτω δὲ κατασκευὴν σώματος ἄμεμπτον ἔχειν, ὅταν μήθ' ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων ἑτοίμως εἰς νόσον ἄγηται, μήθ' ὑπὸ τῶν ἐξ αὐτῶν, διωρισμένου δηλονότι τοῦ νοσεῖν ἐνίους συνεχῶς, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν κατασκευὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ διὰ μοχθηρὰν δίαιταν, [171] ἤτοι γ' ἀργὸν βίον βιοῦντας, ἢ ὑπερπονοῦντας, ἢ περὶ τὰς τῶν σιτίων ποιότητας ἢ ποσότητας ἢ καιροὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ τινα τῶν ἐπιτηδευμάτων βλαβερῶς ἐπιτηδεύοντας, ἢ περὶ τὴν τῶν ὕπνων ποσότητα σφαλλομένους, ἢ χρῆσιν ἀφροδισίων ἄμετρον, ἢ καὶ συντήκοντας ἑαυτοὺς ἐν λύπαις καὶ φροντίσιν οὐκ ἀναγκαίαις. οἶδα γὰρ παμπόλλους διὰ τοιαύτας αἰτίας νοσοῦντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· ἀλλ' οὐ φήσομεν αὐτοὺς κακῶς κατεσκευάσθαι τὸ σῶμα, καθάπερ ἐκείνους, ὅσοι μηδὲν ἁμαρτάνοντες ὧν κατέλεξα συνεχῶς νοσοῦσιν. ὑποκείσθω τοίνυν ἐν λόγῳ πρῶτος ὁ τὴν κατὰ πλάτος

inculpabili eſſe corporis ſtatu. At ſanos eſſe dicunt, qui nec parte aliqua corporis dolent, et ad vitae munera haudquaquam ſunt impediti: pari modo et corporis ſtatu illaeſo eſſe, quum nec ab externis cauſis facile incidunt, nec ab internis; illo nimirum pro re certa prius definito, aſſidue aegrotare aliquos non ob proprium corporis ſtatum, ſed propter vitioſam victus rationem, dum aut in deſidia vitam agunt, aut nimium laborant, aut in ciborum qualitate quantitateve aut tempore peccant, aut exercitium aliquod noxium exercent, aut in ſomni modo, aut veneris immodico uſu falluntur, aut etiam aegritudine animi curisque parum neceſſariis ſe macerant. Quippe non paucos novimus ejusmodi de cauſis quotannis aegrotare; quos tamen non dixeris vitioſo corporis eſſe ſtatu, ſicut eos, qui, quum in nullo horum, quae recenſui, deliquerint, tamen perpetuo aegrotant. Ergo primum propoſitus ſermoni is eſto, qui corporis ſtatum in latitu-

Ed. Chart. VI. [171.] Ed. Baſ. IV. (280.)

ἄμεμπτον ἔχων κατασκευὴν σώματος, ἐν βίῳ δουλικῷ, δι' ὅλης ἡμέρας ὑπηρετῶν, ἤτοι τῶν μεγίστων δυνάμεών τισιν, ἢ μονάρχῳ, χωριζόμενος δὲ τοῦ δεσπότου περὶ τὰ πέρατα τῆς ἡμέρας. ὁρίσαι δὲ πάλιν ἐπὶ τούτου χρὴ, τίνα λέγω πέρατα, παρακοὴν γὰρ ὁ λόγος ἐργάσεται τοῖς ἀναλεγομένοις αὐτὸ, εἰ μὴ τύχοι διορισμοῦ προσήκοντος. ἐὰν γοῦν εἴπω, χωρίζεσθαι τηνικαῦτα πρῶτον εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος, ἡνίκα ὁ ἥλιος δύνῃ, μὴ προσθεὶς, ὁποίας ἡμέρας λέγω, πότερον τῆς περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς, ἢ χειμερινὰς, ἢ κατά τινα τῶν ἰσημερινῶν, ἢ χρόνον ἑκάτερον ἐν τῷ μεταξὺ τῶν εἰρημένων καιρῶν, ἀδύνατόν ἐστι συμφερούσας ὑποθήκας ποιήσασθαι. κατὰ γοῦν τὴν Ῥωμαίων πόλιν αἱ μέγισται μὲν ἡμέραι καὶ νύκτες βραχὺ μείζους ὡρῶν ἰσημερινῶν ιε΄ γίγνονται, καθάπερ γε πάλιν αἱ ἐλάχισται μικρὸν ἀποδέουσαι τῶν θ΄, κατὰ δὲ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν ιδ΄ μὲν ὡρῶν αἱ μέγισται, ι΄ δὲ αἱ σμικρότατται. ὁ μὲν οὖν ταῖς σμικροτάταις μὲν ἡμέραις, μεγίσταις δὲ νυξὶν ἀφιστάμενος τῆς ὑπηρεσίας, ἡλίου δυομένου, καὶ τρίψασθαι κατὰ σχολὴν, καὶ λούσασθαι δύναται,

dine inculpatum habet, quique alteri vivens toto die miniſtrat, aut maximo magiſtratui, aut monarchae, caeterum ad extremum diei liber a domino diſcedit. Quo loco rurſus definiendum nobis eſt, quem finem diei dicimus, quando alias lectori ſermo noſter imponat, niſi certam determinationem aſſequatur. Si enim dixero, ſecedere tum primum hominem ad corporis ſui curam, quum ſol occidit, nec adjecero, quo die id velim, circane ſolſtitium aeſtivum, an brumale, an circa aequinoctia, an alio quopiam tempore, quod intercedit inter ea, quae dicta ſunt, non poſſunt commoda praecepta tradi. Romae enim maximi dies ac noctes paulo majores quindecim aequinoctialibus horis ſunt, contra minimi paulo infra novem. In magna vero Alexandria maximus dies quatuordecim horarum eſt, minimus decem. Ergo qui in breviſſimis diebus et longiſſimis noctibus a miniſterio occidente ſole redit, huic fricari per otium et

Ed. Chart. VI. [171.] Ed. Baſ. IV. (280.)

καὶ κοιμηθῆναι συμμέτρως. οὐδεὶς δ' ἐστὶν ὃς οὐδ' ἐν ταῖς μεγίσταις, οὐδ' ἐν τούτοις οἷός τ' ἐστί τι πρᾶξαι μετρίως· οὐ μὴν οὐδ' ἔγνων τινὰ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ βίου χρησάμενον. ὁ γοῦν ὧν ἴσμεν αὐτοκρατόρων ἑτοιμότατα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἀφικόμενος Ἀντωνῖνος ἐν μὲν ταῖς μικραῖς ἡμέραις ἡλίου δύνοντος εἰς τὴν παλαίστραν παρεγίγνετο, κατὰ δὲ τὰς μεγίστας ὥρᾳ θ' ἢ τὸ πλεῖστον ι'. ὥστ' ἔξεστι τοῖς παραμένουσιν αὐτῷ κατὰ τὰς ἡμερησίας πράξεις, ἀπαλλαγεῖσι, προνοήσασθαι τοῦ σώματος ἐν τῷ λοιπῷ μέρει τῆς ἡμέρας, ὡς ἅμα τῷ δῦναι τὸν ἥλιον εἰς ὕπνον τρέπεσθαι. τῆς γάρ τοι σμικροτάτης νυκτὸς ἴσης οὔσης θ' ταῖς ἰσημεριναῖς ὥραις, αὐτάρκης ὁ τοσοῦτος χρόνος αὐτοῖς ὕπνου τυχεῖν. ἐπισκεπτέον οὖν, εἴτε γυμνάζεσθαι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν βίον ὁ τοιοῦτος ὑπηρέτης ἔθος ἔχει, εἴτ' ἀγύμναστος λούεσθαι. τινὲς γὰρ οὐδὲ ἄχρι τοῦ τρίψασθαι προνοοῦνται σφῶν αὐτῶν, ἄντικρύς τ' εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσίασιν παραχεόμενοι τὸ ἔλαιον, ἢ καὶ στλεγγίδα μόνον λαβόντες, ὡς κατ' αὐτὸ τὸ βαλανεῖον ὑποστλεγγίζεσθαι

lavari et modice dormire licet. Porro nemo eſt, cui nec in maximis, nec etiam his, non liceat aliquid mediocriter agere; nec ipſe profecto quenquam novi tam infelici vitae ſorte uſum. Antoninus enim, qui imperatorum, quos ipſi vidimus, citiſſime ad curam corporis venit, breviſſimis diebus ſole occidente in palaeſtram ingreditur, longiſſimis autem hora nova, aut ad ſummum decima. Quare licet iis, qui illi in diurnis officiis aſſiſtunt, ubi diſceſſere, reliquo diei tempore corporis curam agere ita, ut ſole occidente ad ſomnum ſe convertant. Nam quum minima nox novem horas aequinoctiales aequet, abunde his fuerit, ſi id totum tempus in ſomno ſumpſerint. Ergo videndum eſt, aſſuetusne per anteactam vitam exercitationi talis miniſter fuerit, an citra exercitationem lavari. Nam ſunt, qui ne eo usque quidem ſui curam habeant, ut frictionem quidem ſibi adhibeant, ſed protinus perfuſi oleo balneum ingrediantur, aut etiam ſtrigili tantum arrepta, quo ſudorem in ipſo balneo abſtergant.

Ed. Chart. VI. [171. 172.] Ed. Baſ. IV. (280.)

τὸν ἰδρῶτα. καὶ μέντοι καὶ μετρίως φέρουσι τὸ τοιοῦτον ἔθος ἔνιοι. ὥστε τινὰς αὐτῶν μηδὲ νοσεῖν συνεχῶς, ὅταν ὦσιν εὐδιάπνευστοι. καὶ καλοῦσί γε αὐτοὺς ἀραιοσυγκρίτους ἔνιοι τῶν ἰατρῶν τε καὶ γυμναστῶν. εἴρηται δὲ καὶ ὑφ' Ἱπποκράτους, ὑγιεινοτέρους μὲν εἶναι τοὺς τοιούτους· ἀραιότης γὰρ, φησὶ, σώματος ἐς διαπνοὴν οἷς πλείω φέρεται, ὑγιεινότεροι, ὅσοις δ' ἐλάσσω, νοσερώτεροι. τὴν μὲν δὴ τοιαύτην φύσιν σώματος οὐ χρὴ μετάγειν ἐφ' ἕτερον ἔθος, οὐδ' ὅλως οὐδεμίαν, ἀλλ' ὅσαι διὰ τοῦ πολλοῦ χρόνου νοσοῦσιν.

Κεφ. ϛ'. [172] Εἰ δὲ συνεχῶς τις νοσοίη, σκεπτέον ἐπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν. εὑρεθήσεται δὲ, τὴν ἀρχὴν τῆς ζητήσεως ἡμῶν ἀπὸ τοῦ τῶν νόσων εἴδους ποιησαμένων. ὅσα γὰρ ἐκ τῆς ἐντὸς κακίας νοσεῖ τὸ σῶμα, διττὴν ἔχει τὴν πρόφασιν, ἤτοι πλῆθος, ἢ κακοχυμίαν. εἰ μὲν δὴ πληθωρικὰς τόσους νοσεῖν φαίνοιτο, σκοπὸς ἔστω καθόλου εἰς τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν αὐτῷ, ὅπως συμμέτρους ἕξει τοὺς

Ac nonnulli quidem hanc conſuetudinem modice ferunt ita, ut aliqui eorum nec aſſidue aegrotent, utique quibus libera corporis tranſpiratio eſt: eosdem aliqui tum medicorum tum gymnaſtarum raro corporis habitu homines appellant. Quin dictum et ab Hippocrate eſt, huic generi hominum ſanitatem magis conſtare. Ait enim: *Raritas corporis ad tranſpirationem, quibus plura per cutim feruntur, ſalubrior; quibus pauciora, minus ſalubris.* Hanc corporis naturam ad aliam conſuetudinem transferre non oportet, ſed nec ullam omnino aliam naturam, niſi quae longo jam tempore aegrotat.

Cap. VI. Quod ſi quis aſſidue aegrotet, diſquirere in eo cauſam conveniet. Ea invenietur, ſi initium inquiſitionis ab aegritudinis ſpecie ceperimus. Quaecunque enim ab interno vitio corpus patitur, ea duplicem cauſam habent, aut plethoram videlicet, aut cacochymiam. Ac ſi quidem plethorae morbis teneri videatur, huc univerſa tendet victus ejus ratio, ut ſuccos ad convenientem modum re-

Ed. Chart. VI. [172.] Ed. Baſ. IV. (280.)

χυμούς· εἰ δὲ διὰ κακοχυμίαν, ὅπως ἀρίστους. ἡ δὲ κατὰ μέρος πρόνοια τῆς μὲν ἐν ποσότητι συμμετρίας εἰρήσεται πρότερον, τῆς δ' ἐν ποιότητι δεύτερον. λέγωμεν οὖν ἤδη περὶ τῆς προτέρας, ἐπ' ἀρχὴν ἀναγαγόντες τὸν λόγον. ὅταν ἐλάττω τὰ διαπνεόμενα τοῦ σώματος ἢ τῶν λαμβανομένων, αἱ πληθωρικαὶ νόσοι γίγνονται. φυλακτέον οὖν ἐστι τὴν συμμετρίαν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων πρὸς τὰ κενούμενα· σύμμετρα δὲ ἔσται, σκεψαμένων ἡμῶν ἐν ἑκατέροις τὴν ποσότητα. τοὺς μὲν γὰρ ἄντικρυς εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσιόντας, ἔπειτα τρίψει τε χρῆσθαι, καί τι καὶ βραχὺ κινεῖσθαι πρότερον, ὅσοι δ' ἔφθανον ταῦτα ποιεῖν, ἐπ' ὀλίγον μὲν αὐξῆσαι καὶ αὐτὰ ταῦτα συμβουλεύσομεν. ἀφαιρεῖν δὲ χρὴ καὶ τῶν τροφῶν ἤτοι τῆς ποιότητος ἢ τῆς ποσότητος, ἢ καὶ συναμφοτέρων. τοὺς μὲν γὰρ ταχέως ἀθροίζοντας ἀξιόλογον πλῆθος ἑκατέρων· ὅσοι δ' οὐ ταχέως, ἢ οὐκ ἀξιόλογον, ἀρκέσει θάτερον, ὃ ἂν αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος αἱρῆται. τὸ μὲν οὖν τῆς ποσότητος ἀφελεῖν

telligere licet unicuique, ſi, quod ſaepe nobis accidit, in memoriam revocet. Nam mordax interim humor in locum aliquem ſedi vicinum receptus ad expulſionem ſui nos irritat: quem tamen cohibere propter civilia negotia coacti, nec ab his expediti eum expellimus, et facta converſione ejus, caput inde dolere ſaepenumero ſentimus. Merito igitur, tametſi lubricantes cibi fluctuent in ſtomacho, auſtera ſumpta, ubi ſuperioribus ventris partibus robur addiderint, principium deorſum ferendi iis, quae in eo continentur, ſuppeditant. Id ferendi principium inteſtina tum excipere, tum ad imum usque exitum ſervare ſolent.

Cap. XI. Atque quum ſatis de his hactenus ſit dictum, ad aliam inaequalem conſtitutionem tranſire par eſt, quae nulli dictarum in malitia cedit, utique in qua renes calculum gignunt, aut tophos, aut quomodocunque aliter vocare volueris, totus vero corporis habitus gracilis eſt. Hi namque medicamenta et victum, quae extenua-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 436 sur 889

Ed. Chart. VI. [180.] Ed. Baf. IV. (284.)

νόντων, ἐναντιώτατα δ' ἐστὶ ταῦτα τοῖς ἰσχνοῖς σώμασιν. ὥστε τις τῶν χρωμένων αὐτοῖς διὰ τοὺς νεφροὺς, δυσκινήτων τε καὶ δυσαισθήτων καὶ ὥσπερ ψοφούντων τι καπνιστόν, ὡς αὐτὸς ὠνόμαζεν, αἰσθανόμενος τῶν δακτύλων, ἐκοινώσατο μὲν τὰ πρῶτα τοῖς κατὰ τὴν Καμπανίαν ἰατροῖς, ἔνθα διέτριβεν, οἱ δὲ, ὡς κατισχομένου αὐτοῦ ἐπὶ διαθέσει παράλυσιν ἀπειλούσῃ, τοῖς δι' εὐφορβίου καὶ λιμνήσεως, ἣν ἀδάρκην τε καὶ ἄδαρκον ὀνομάζουσιν, ἐχρῶντο φαρμάκοις. ὡς δὲ πολὺ χείρων ἡ διάθεσις ἐγένετο, καὶ προανέβαινεν ἀεὶ τὰ συμπτώματα τοῖς ὑπερκειμένοις μέρεσι μετὰ τοῦ σφόδρα ὀδυνᾶσθαι, κατά τινα τύχην ἐπιδημήσαντί μοι τὴν Καμπανίαν δηλώσας ὁ κάμνων τὰ συμβάντα παρεκάλει βοηθεῖν. ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν ἐκ τῶν φαρμάκων ὧν εἶπεν ὑποξηρανθεὶς εἰς τοιαύτην ἧκε διάθεσιν, συνῆκα, ζητῶν δὲ, τίνα ἄν τις αὐτῷ δίαιταν εὕροι, καθ' ἣν ἄνευ τοῦ βλάπτεσθαι τοὺς νεφροὺς ἰάσεται τῆς ξηρότητος, πτισάνης τε χυλὸν ἐπενόησα, καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς πετραίους τε καὶ πελαγίους, ὅσοι τ' ἄλλοι μηδὲν ἔχουσι γλίσχρον. οὕτω δὲ

re poſſint, requirunt. At ea gracili corpori ſunt inimiciſſima, adeo ut quidam, qui propter renum vitium uſus his fuerat, ubi digitos deterius moveri ſentireque percepit, et, ut ipſe loquutus eſt, veluti cavum quiddam ſonantes, communicaverit rem medicis primum in Campania, ubi ipſe agebat. Hi, tanquam eo affectu laboraret, qui paralyſin minaretur, medicamentis, quae ex euphorbio et lymneſi, quam etiam adarcen vel adarcum vocant, utebantur. Ut autem affectus ei in deterius ceſſit, et ſymptomata cum vehementi dolore ad ſuperiores partes ſemper aſcenderunt, mihi, qui id temporis in Campania forte eram, rem indicavit opemque rogavit. Ego vero eum ex iis medicamentis, quae memoravit, ſiccatum in hunc affectum veniſſe intellexi; quaerentique, qua maxime victus ratione ſiccitati ſuae citra renum noxam mederi quis poſſet, ptiſanae cremorem excogitavi, et piſces tum ſaxatiles, tum qui in alto mari degunt, aliosque, in quibus nihil eſſet glutinoſum. Simili modo et ex volatilibus

Ed. Chart. VI. [180. 181.] Ed. Baſ. IV. (284.)

καὶ τῶν πτηνῶν ζώων ὅσα παραπλήσιον ἔχει τὴν σάρκα. [181] πολλὰ δέ ἐστι τῶν ὀρείων ὀνομαζομένων ὀρνίθων τοιαῦτα ταῖς κράσεσιν· ὅσα γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι κατακλείσαντες ὑγραῖς καὶ πολλαῖς τροφαῖς πιαίνουσιν οἱ τὰ τοιαῦτα καπηλεύοντες, ἐναντιώτατα τούτοις ἐστί. ἀρίστη δὲ σὰρξ εἰς τὰς τοιαύτας διαθέσεις ἐστὶν, ὡς τῶν ὀρνίθων περδίκων, ἐπ' αὐτοῖς δὲ τῶν ἀτταγήνων, καὶ ψάρων, καὶ κοτύφων, καὶ κιχλῶν. ἐὰν δὲ ἀπορῶμεν ὀρείων ὀρνίθων, ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς τρεφομένων καὶ τῶν κατὰ τοὺς πύργους περιστερῶν νομάδων λαμβάνειν προσήκει, καθάπερ γε καὶ τῶν ἐν τοῖς πύργοις νεοττευόντων στρουθίων, οὓς ὀνομάζουσι πυργίτας· ἔστωσαν δὲ ἐν ὑψηλοῖς χωρίοις οἱ τοιοῦτοι τῶν πύργων· οὕτω γὰρ καὶ ταῖς ἀλεκτορίσι καὶ τοῖς ἀλεκτρυόσι τοῖς κατὰ τὰς ἐπαύλεις τρεφομένοις ἔνεστι χρῆσθαι. γάλακτος δὲ τοῦ μὲν τῶν ἄλλων ζώων εἴργειν τοὺς οὕτω διακειμένους, μόνῳ δ' ἐπιτρέπειν χρῆσθαι τῷ τῶν ὄνων, ἐπειδὴ λεπτομερέστερόν ἐστι τοῦτο τῶν ἄλλων. καὶ συνελόντι φάναι, μεταξὺ τῆς τε λεπτυνούσης διαίτης καὶ τῆς παχυνούσης εἶναι χρή. τὴν δὲ τούτοις ἁρμόττουσαν

quaecunque ſimilem carnem habent. Porro multae ex montanis vocatis volucribus tali ſunt temperamento; quas namque in urbibus concluſas caupones humido ac copioſo nutrimento impinguant, adverſiſſimae his ſunt. Optima, vero iis, qui ita ſunt affecti, caro eſt, ut ex avibus perdicum; proxima attagenarum, et ſturnorum, merularum et turdorum. Quod ſi montanarum avium copia non eſt, de iis, quae in agro victitant, et gregalibus columbis, qui in turribus nidificant, ſumere licebit; itemque paſſerculos, qui ſimiliter in turribus nidificant, quos pyrgitas vocant; ſunto autem in editis locis ejusmodi turres. Ita namque et gallis, et gallinis, qui in villis aluntur, uti licet. Lac vero ſic affectis reliquorum quidem animalium eſt prohibendum, unum vero aſininum concedendum, propterea quod caeteris omnibus eſt tenuius. Ac ut uno verbo dicam, mediam eſſe convenit inter extenuantem impinguantemque victus eorum rationem. Particularem vero

Ed. Chart. VI. [181.] Ed. Baſ. IV. (284. 285.)

τὴν κατὰ μέρος ὕλην ἐν τοῖς περὶ τῶν τροφῆς δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἔγραψα, καὶ προσέτι ἐν τῷ περὶ τῆς εὐχυμίας τε καὶ κακοχυμίας. διὸ καὶ μηκύνειν ἐν τῷ παρόντι περιττὸν, ἀρκεῖ γὰρ τοῦτο μόνον εἰπεῖν, ὡς καὶ τῆς τοῦ ὅλου σώματος ἀναθρέψεως ἐπὶ τῶν τοιούτων προνοεῖσθαι χρὴ δι' ἧς ἔμπροσθεν (285) εἶπον ἀγωγῆς, ἡνίκα ἐμνημόνευσα τοῦ πάντα μᾶλλον ὑπομένοντος παθεῖν, ἢ πιττώσασθαι. παχέος δὲ ὄντος τοῦ λιθιῶντος ἀνθρώπου, θαῤῥῶν ἂν προσφέροιτο τῇ λεπτυνούσῃ διαίτῃ. τὰ δ' αὐτὰ νόμιζε καὶ περὶ τῶν ἀρθριτικῶν προϊέναι. πίνοντες γὰρ κἀκεῖνοι τὰς ἀρθριτικάς τε καὶ ποδαγρικὰς ἀντιδόσεις, οἱ μὲν εὔσαρκοι καὶ παχεῖς καὶ πιμελώδεις οὐδὲν βλάπτονται, λεπτοὶ δὲ ὑπάρχοντες, ὅλον τε τὸ σῶμα ξηραίνοντες, καὶ πόδας αὐτοὺς ἐνίοτε καὶ τὰς χεῖρας, εἰ πρότερον ἐπεπόνθεισαν, εἰς χαλεπωτάτην ἄγουσι διάθεσιν. εἰδέναι μέντοι χρὴ, τὰς ποδαγρικὰς ταύτας ἀντιδότους πολλῷ τῶν νεφριτικῶν διαλλάττειν, οὐ μόνον τῷ λεπτύνειν τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμοὺς,

quae his conveniat materiam tum in iis libris ſcripſimus, qui ſunt de alimentorum facultatibus, tum in eo, in quo de euchymia et cacochymia praecepimus. Itaque ſupervacuum eſt hoc loco pluribus morari, quum id tantum dixiſſe ſit ſatis, de toto horum corpore nutriendo curam habendam per eam quam ſupra comprehendi victus rationem, ubi de eo ſermonem feci, qui quidvis potius ſuſferre voluit, quam pice illini. At ſi obeſus ſit, quem calculus infeſtat, audacter huic tenuem victum injungito. Eadem vero exiſtima et de iis, qui articulorum vitiis laborant. Quippe ipſi quoque, medicamentis arthriticis podagricisque ebibitis, ſi carnoſi et craſſi et pingues ſunt, nullum ſentiunt incommodum; ſin graciles, non modo totum corpus, ſed etiam pedes ipſos, interdum vero et manus, ſi hae quoque prius male habebant, in graviſſimum ſtatum ſiccando perducunt. Scire tamen licet, podagricas has antidotos multum a nephriticis diſtare, non in eo modo, quod craſſos glutinoſosque ſuccos attenuent, ve-

Ed. Chart. VI. [181.] Ed. Baſ. IV. (285.)

ἀλλὰ καὶ τῷ θερμαίνειν τε καὶ ξηραίνειν· ἐπὶ γάρ τοι τῶν νεφριτικῶν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὅσα θερμήνειε σφοδρῶς διδόναι χρή. λέλεκται δὲ τελέως δηλονότι περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ, κἀν ταῖς περὶ τῶν φαρμάκων, διτταῖς οὔσαις καὶ ταύταις, προτέρας μὲν τῇ τάξει τῆς τῶν ἁπλῶν, δευτέρας δὲ τῆς τῶν συνθέτων, οὔτε μηδ' ὅλως, οὔτ' ἐπὶ πλέον μεμνῆσθαι προσήκει, διὰ τὸ καὶ τὰ τοιαῦτα σώματα μεταξὺ τῶν τε ἀκριβῶς ὑγιαινόντων καὶ τῶν ἤδη νοσούντων εἶναι· τὸ γάρ τοι προφυλακτικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς τῶν οὕτω διακειμένων προνοεῖται σωμάτων. οὐδένα γοῦν τῶν ἄμεμπτον ἐχόντων τὴν τοῦ σώματος ἕξιν οὔτ' ἀξιοῦμεν φάρμακα πίνειν, οὔτε λεπτυνούσῃ διαίτῃ χρῆσθαι· τοὺς δὲ διὰ φυσικὴν ἀσθένειαν ἤτοι τοῦ σώματος ἅπαντος ἢ μορίων τινῶν ἑτοίμως βλαπτομένους εἰς τὴν προφυλακτικὴν ὀνομαζομένην ἀγωγὴν ἀξιοῦμεν ἕλκεσθαι, τῆς ὑπόπτου διαίτης ἀφισταμένους, ὑφ' ἧς οὐδὲν ὁρῶμεν βλαπτομένους, ὅσοι

rum etiam quod calefaciant et ſiccent; nam calculoſis, quae in principio valde calefaciant, dare nullo modo convenit. Quoniam vero dictum abunde de talibus omnibus eſt in opere de medendi ratione, ac in libris de medicamentis, (qui et ipſi duplices ſunt; qui priores ordine ſunt, de medicamentis ſimplicibus; qui poſteriores, de compoſitis;) profecto nec omnino nihil, nec prolixius meminiſſe de his conveniebat, propterea quod ejusmodi corpora inter ea, quae exactam ſanitatem habent et quae jam aegrotant, medium ſtatum obtinent: ſiquidem ea pars artis, quae prophylactice dicitur, affectis ad hunc modum corporibus conſulit. Nemini ex iis, qui corporis habitum inculpatum habent, aut medicamenta bibenda, aut attenuante victu utendum cenſemus. Sed qui pro naturali imbecillitate aut corporis totius aut partium quarundam ex levi cauſa laeduntur, hos ad dictam prophylactices partis victum traducendos cenſemus, atque a ſuſpecto ſubmovendos, quem tamen nemini eſſe noxium videmus

Ed. Chart. VI. [181. 182.] Ed. Baſ. IV. (285.)

καλῶς κατεσκευασμένοι τὰ σώματα φύσει διαπονεῖν οὐκ ὀκνοῦσι τὰ μέτρια.

Κεφ. ιβ'. [182] Τοῖς μέντοι ῥᾳδίωςπάσχουσιν, ὥς καὶ τοῖς μεγάλοις νοσήμασιν ἐμπίπτειν συνεχῶς, οἷον τοῖς ἐπιληπτικοῖς τε καὶ σκοτώματικοῖς καὶ κεφαλαλγικοῖς, ἔτι τε τοῖς ἄλλοις, ἐφ' ὧν ἡ κεφαλὴ τοῖς ὑποκειμένοις μορίοις αἰτία γίγνεται τῶν συμπτωμάτων, ἐν οἷς εἰσιν ὀδόντες, οὖλά τε καὶ κίων, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ στόμα καὶ τὸν φάρυγγα μόρια, καὶ πρὸς αὐτοῖς ὦτα, καὶ ὀφθαλμοί, καὶ στόμαχος, καὶ κοιλία, καὶ τὰ πνευματικὰ μόρια, λάρυγξ, καὶ τραχεῖα ἀρτηρία, καὶ πνεύμων, καὶ θώραξ, ὁ σκοπὸς τῶν διαιτημάτων κοινὸς, αὐτὴν μὲν καὶ πρώτην καὶ μάλιστα τὴν κεφαλὴν ἐργάζεσθαι δυσπαθῆ, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τῶν βλαπτομένων μορίων προνοεῖσθαι, γινώσκοντας, ὡς καὶ τοῦτ' αὐτὸ πάλιν ἑτέρου δεῖται διορισμοῦ, λέγω δὲ τοῦ μὴ πάντα ῥωννύναι τὰ βλαπτόμενα μόρια. ἄριστος δὲ διορισμὸς ὁ εἰς τὴν χρείαν αὐτῶν ἀναγόμενος. ὀφθαλμῶν μὲν γὰρ καὶ ὤτων ἡ χρεία μεγάλη, καὶ διὰ

eorum, qui naturali corporis bono ſunt habitu, et modice laborare non gravantur.

Cap. XII. Verum qui ex levi cauſa male afficiuntur, ut magnis morbis aſſidue vexentur, veluti comitiali vertigine, capitis doloribus, item aliis, in quibus caput ſubjectis partibus ſymptomatum occaſio eſt, quarum ſunt dentes, gingivae, columella, uno verbo omnes quae in ore et faucibus ſunt partes, ad haec aures, et oculi, et ſtomachus, et venter, et ſpirandi partes, nempe larynx, et aſpera arteria, et pulmo, et thorax, his victus communis ſcopus eſt, caput ipſum ante omnia et quam accuratiſſime minus opportunum ad vitia reddere, mox etiam affectis partibus proſpicere, modo tamen non ignoretur, hoc ipſum quoque alia diſtinctione egere, utique hac, non omnes quae laeſae ſunt partes eſſe roborandas. Optima vero diſtinctio eſt, quae ex uſu earum petitur; quippe oculorum et aurium permagnus eſt uſus, ac id-

Ed. Chart. VI. [182.] Ed. Baſ. IV. (285.)

τοῦτο προσήκει τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς περιττωμάτων εἰς αὐτὰ φερομένων τὴν ὑφ' Ἱπποκράτους ὀνομαζομένην παροχέτευσιν ἐργάζεσθαι, μάλιστα μὲν ἐπὶ ῥῖνα περισπῶντα τὸ φερόμενον ἐπ' αὐτά· ταύτης δ' οὐχ ὑπακουούσης, εἰς τὸ στόμα διὰ τῶν ἀποφλεγματιζόντων φαρμάκων, ὥσπερ γε καὶ ἐπὶ τὴν ῥῖνα διὰ τῶν πτερμοὺς κινούντων, ὅσα τε πρὸς τὰς ἐμφράξεις αὐτῶν ἁρμόττει. ὀφθαλμοὺς δὲ τονώσεις τῷ διὰ τοῦ Φρυγίου λίθου χρώμενος ξηρῷ κολλυρίῳ, τοῖς βλεφάροις ἐπάγων τὴν μήλην χωρὶς τοῦ προσάπτεσθαι τοῦ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἔνδον ὑμένος. οὕτως γοῦν πράττουσιν ὁσημέραι καὶ αἱ στιμμιζόμεναι γυναῖκες. εἰς δὲ τὴν τῶν ὤτων ῥώμην ἀπόχρη μὲν καὶ τὸ γλαύκιον μόνον, ἀποτριβόμενον ἐπ' ἀκόνης σὺν ὄξει, κἄπειτα διὰ μήλης ἐκχεόμενον ἀτρέμα χλιαρόν, ἢ διὰ τούτου δὴ τοῦ συνήθους ὀργάνου, καλουμένου δὲ ὑπὸ πάντων ὠτεγχύτου· κἄπειδὰν ἤδη σοι δοκῇ τονοῦσθαι καλῶς, ὡς μηδὲν ἐπιῤῥεῖν αὐτοῖς, συνεχῶς ἐνστάζειν τι ναρδίνου μύρου τοῦ ἀρίστου, πρότερον μὲν ἐν Λαοδικείᾳ μόνῃ τῆς Ἀσίας σκευαζομένου καλλίστου, νυνὶ δὲ

circo decumbentibus in has a capite excrementis, quae ab Hippocrate derivatio dicitur, molienda eſt, ac ad naſum potiſſimum trahenda, quae in has partes ferunturſ; ſin ad naſum non ſequuntur, in os ipſum, utique per ea, quae pituitam eliciunt, ſicuti ad naſum tum per ea, quae per ſternutamenta movent, tum quae ejus obſtructiones aperiunt. Oculis vero ipſis robur adjicies, ſi ſicco collyrio, quod ex Phrygio lapide componitur, utare, ac ſic palpebris ſpecillo inducas, ne oculi membranam intus contingas: ita namque mulieres quotidie faciunt, quum ſibi oculis gratiam conciliant. Ad aurium vero robur ſufficit vel glaucium ſolum ſuper cote tritum cum aceto, mox tepidum per ſpecillum blande infuſum, aut etiam per inſtrumentum illud, quod publice in uſu eſt, et dictos clyſteres auriculares; ubi vero ſatis firmatae ſunt, ita ut nihil in has confluat, aſſidue inſtillandum optimi nardini unguenti aliquid: id olim duntaxat Laodiceae in Aſia praeſtantiſſimum fiebat, nunc vero et in aliis ſit urbibus.

Ed. Chart. VI. [182. 183.] Ed. Baſ. IV. (25.)

καὶ κατ' ἄλλας πόλεις. ἔτι δὲ μᾶλλον τὸ διὰ γλαυκίου καλούμενον κολλύριον ὀνήσει τε καὶ ῥώσει τὰ ὦτα, καὶ τὸ διὰ ῥόδων, καὶ τὸ κροκῶδες, καὶ τὸ νάρδινον, καὶ τὸ δι' οἴνου, καὶ τῶν μύρων τὰ ἐν Ῥώμῃ σκευαζόμενα ταῖς πλουσίαις γυναιξὶν, ἃ φουλίατά τε καὶ σπικάτα προσαγορεύουσιν. εἰ δὲ πολὺ συνεχῶς ἐπὶ τὰ ὦτα φέροιτο τὸ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα, καὶ πύον καὶ ἕλκωσις ἤδη γεγονυῖα τύχοι, τὴν μὲν ἕλκωσιν διά τε τοῦ Ἀνδρωνίου φαρμάκου καὶ τῶν ὁμοίων ἐκθεραπευτέον, ἐν δὲ τῷ ταῦτα πράττειν ἀντισπαστέον ἐπὶ ῥῖνά τε καὶ στόμα, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις χρηστέον.

Κεφ. ιγ'. Ὥσπερ δὲ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς καταῤῥεόντων βλάπτεται πολλάκις πολλὰ τῶν ὑποκειμένων, οὕτως καὶ δι' ἧπαρ ἢ νεφροὺς ἢ σπλῆνα νόσοι συμβαίνουσιν ἑτέροις [183] μορίοις ἀσθενεστέροις αὐτῶν. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἕκαστον μόριον ἕλκτικὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ χυμῶν ἔχον δύναμιν,

Robur autem auribus vel magis afferet iisdemque proficiet collyrium, quod diaglaucium propterea, quod glaucium recipit, vocant; praeterea diarhodon, et crocodes, et nardinum, et quod ex vino dicitur; praeterea ex unguentis ea, quae Romae opulentis mulieribus conficiuntur, quae foliata et ſpicata vocant. Quod ſi larga fluxio et ſanies aſſidue in aures a capite feratur, et exulceratio jam facta ſit, ſane exulcerationi Andronis medicamento et ſimilibus medeberis. Inter autem id agendum avertere *materiam* ad naſum et os debebis, quo facto jam comprehenſis uteris.

Cap. XIII. Quemadmodum autem ex iis, quae a capite defluunt, nonnunquam laeduntur aliqua eorum, quae illi ſubjecta ſunt, ſic ex jecinore et renibus vel liene in alias partes, quae ipſis ſunt imbecilliores, morbi incidunt. Siquidem demonſtratum in iis commentariis eſt, qui ſunt de naturalibus facultatibus inſcripti, ſingulas partes trahendi facultatem habere proprii ſibi ac convenien-

Ed. Chart. VI. [183.] Ed. Baſ. IV. (285.)

οὔς τ᾽ ἀλλοιοῦσά τε καὶ ὁμοιοῦσα εἰς τὴν τροφὴν καταχρῆται, καί τινι πάλιν ἑτέρᾳ δυνάμει τὸ περιττὸν ἀποκρῖνειν ἐφιέμενον εἴς τι τῶν πλησίον. ἂν μὲν οὖν αὐτὸ τὸ πεπονθὸς εὔρωστον ἔχῃ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, οὐ δέχεται τὸ πεμπόμενον, ὥστ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ παθόντι μόνον ἐκείνῳ τῷ μορίῳ συνεχῶς πάσχοντα τὸν ἄνθρωπον ἀπέδειξεν· ἐὰν δ᾽ ἀσθενέστερον ᾖ κατά τι τοῦ πέμποντος, ἐδέξατο μὲν, αὖθις δὲ ὠθεῖ πρός τι καὶ αὐτὸ τῶν ἀσθενεστέρων, κἀκεῖνο πάλιν εἰς ἄλλο, μέχρις ἂν εἴς τι τῶν οὐδὲν ἐχόντων ἀσθενέστερον ἑαυτῶν κατασκήψῃ τὸ περιττόν. κατὰ τοῦτον μὲν οὖν τὸν λόγον ἄλλῳ μέρει συνεχῶς ἐνοχλεῖται τῶν ἀμελῶς διαιτωμένων· τοῖς δὲ μηδὲν ἀθροίζουσιν περιττὸν ἀβλαβὲς ἀεὶ μένει τὸ ἀσθενές. ἀπόδειξις δὲ τούτου σαφεστάτη τὸ δι᾽ ἓξ μηνῶν ἢ πλεόνων ἐνίους ἐνοχλεῖσθαι τοῖς ἀσθενέσι μορίοις. εἰ γὰρ αὕτη μόνη ἦν ἀσθένεια, τὴν βλάβην διὰ παντὸς ἂν ἔπασχε τὸ ἄῤῥωστον μόριον, ὡς ἄν γε διὰ παντὸς ἔχον ἐν αὑτῷ ἐνυπάρχουσαν τὴν τοῦ πάσχειν αἰτίαν.

tis ſucci, quem alterantes aſſimilantesque eo utuntur ad nutrimentum; rurſus aliam facultatem habere, qua, quod ſupervacuum eſt, expellere in vicinum deſiderent. Ac ſi quidem ipſa quae affecta pars eſt corporis habitum firmum habeat, quod ſibi obtruditur, utique non admittit, facitque, ut in ipſa ſolum, quae primum affecta pars eſt, dolor usque ſubſiſtat. Sin imbecillior ſit, quam illa, unde excrementum mittitur, admittit illa quidem, caeterum ipſa quoque ad imbecilliorem quampiam a ſe rurſus transmittit, atque haec rurſus ad aliam, donec in eam procumbat, qua imbecillior nulla ſit reliqua. Atque ad hunc quidem modum, quorum nulla victus ſui cura eſt, alius alia parte aſſidue vexatur. Qui nihil colligunt ſupervacui, iis manent imbecillae partes ſemper in tuto. Cujus rei evidentiſſimum argumentum eſt, quod aliqui ſex menſibus plurибusve infirmis partibus laborant; ſi enim ſola imbecillitas in ipſa id efficeret, perpetuo laboraret infirma pars, ceu cui aegrotationis cauſa nunquam abeſſet.

Ed. Chart. VI. [283.] Ed. Baſ. IV. (285.)

ἐπεὶ τοίνυν οὐ πάσχει διὰ παντός, εὔδηλόν ἐστι, καὶ ἄλλο τι προσέρχεσθαι τὸ συμπληροῦν τοῦ παθήματος αὐτοῦ τὴν γένεσιν, ὅπερ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τοῦ περιττεύοντος ἢ κατὰ τὸ πλῆθος, ἢ κατὰ ποιότητα. καὶ τοῦτό γε αὐτὸ τὸ περιττεῦον ἢ καθ' ὅλον ἀθροίζεται τὸ σῶμα, καὶ καλοῦσι πληθώραν τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἢ ἔν τινι τῶν κυρίων μὲν, ἀσθενῶν δὲ φύσει μορίων, ὅπερ ἤτοι γε ἐν αὐτῷ μένον, ἢ πρός τι τῶν ἀσθενεστέρων φύσει μορίων ἀποχωροῦν τὴν βλάβην ἐργάζεται. σκεπτέον οὖν ἐστι καὶ διοριστέον αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, εἴτε δι' ἑαυτοῦ συνεχῶς νοσεῖ τὸ μόριον, εἴτε δι' ἄλλο τι πρότερον αὐτοῦ πάσχον. ἐνίοτε μὲν οὖν ἔξωθεν ἡ βλάβη τοῖς ἀσθενέσι γίνεται μορίοις, ἤτοι ψυχθεῖσιν, ἢ θλασθεῖσιν, ἢ πληγεῖσιν, ἢ κοπωθεῖσιν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ ἐπὶ τοῖς διαιτήμασι πλῆθος ἢ κακοχυμίαν ἀθροίζουσι. προσέχειν οὖν χρὴ τῷ μεγέθει τῆς φυσικῆς ἀσθενείας τοῦ μορίου, διορισμῷ χρώμενον τοιῷδε. λεπτότερον χρὴ διαιτῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πρόσθεν, ἅμα τῷ δηλονότι καὶ τὰ προσήκοντα γυμνάσια γυμνάζεσθαι,

Nunc quoniam perpetuo non laborat, manifeſtum eſt, aliud quippiam intervenire, quod ejus affectus gignendi ſit occaſio. Quod certe aliud non eſt, quam quod vel quantitate, vel qualitate redundat. Atque hoc ipſum, quod redundat, aut per totum colligitur corpus, vocantque ejusmodi affectum plethoram, aut in parte aliqua principe, ſed quae alioqui natura ſit imbecillior. Id vero aut in ipſa manens, aut ſe in imbecilliorem quampiam natura recipiens noxam ingerit. Illud ergo ante omnia conſiderandum definiendumque eſt, an a ſe ipſa perpetuo pars laboret, an propter aliam, prius ipſa affectam. Atque extrinſecus quidem nonnunquam imbecillae parti noxa incidit ex eo, quod refrigerata, aut contuſa, aut vulnerata, aut laſſata eſt; plurimum tamen ex victus ratione, quae redundantiam vitioſumve ſuccum contrahit. Attendere itaque magnitudini naturalis infirmitatis membri conveniet, hac prius diſtinctione uſum; ac tenuiorem quidem homini victum quam prius exhibere; tum idoneam exer-

Ed. Chart. VI. [183. 184.] Ed. Baſ. IV. (285. 286.)

φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων βλάβην· εἶτ', ἐὰν μὲν ἐπὶ τούτοις μήτ' ἰσχνὸς γίγνηται, μήτε διοχλῆται τὸ ἄῤῥωστον αὐτοῦ (286) μόριον, ἐπιμένειν τοῖς διαιτήμασιν, ἐὰν δ' ἤτοι λεπτύνηται πᾶσι τοῖς μέρεσιν, ἢ καί τι πάσχῃ τὸ φαύλως κατεσκευασμένον, ὑπαλλάττειν τὴν τοιαύτην δίαιταν· ἐὰν μὲν πάσχῃ, δυοῖν θάτερον ἐργαζομένους, ἢ τὴν δίαιταν ἐπὶ τὸ λεπτότερον ἄγοντας, ἢ κενώσεσιν ἀραιαῖς χρωμένους. ἐνίοις μὲν οὖν ἧρος εἰσβάλλοντος αὐτάρκης κένωσις μία καθ' ἕκαστον ἔτος γιγνομένη, τισὶ δ' ἐπὶ τῇδε καὶ δευτέρας φθινοπωρινῆς γίνεται χρεία. πλῆθος μὲν οὖν ἀθροίζοντος τοῦ σώματος, αἵματος ἀφαιρέσει κενοῦν, κακοχυμίαν δὲ διὰ καθαίροντος φαρμάκου τὸν ἐπικρατοῦντα χυμόν. ἐὰν δὲ ἐπὶ τῇ προσηκούσῃ διαίτῃ μηδὲν πάσχῃ τὸ μόριον, ἰσχναίνηται δὲ τὸ σῶμα, τῇ πιττώσει χρηστέον, ὡς ἔμπροσθεν εἴπομεν, εἰς ἀνάθρεψιν ἕξεως λεπτυνούσης.

Κεφ. ιδ'. [184] Μοχθηροτάτη δὲ σώματός ἐστι καὶ ἡ τοιάδε. σπέρμα πολὺ καὶ θερμὸν ἔνιοι γεννῶσιν, ἐπεί-

citationem injungere, cavere vero, ne quid ab externis cauſis noxae incidat. Poſtea, ſi ab his nec ipſe gracilis ſiat, nec imbecilla ejus pars affligatur, inſiſtendum eidem victus rationi eſt. Sin autem aut omnibus partibus fiat gracilis, aut aliquo afficiatur, quod conſtitutionis ſit vitioſae, mutare talem victus rationem debebis, utique, ſi afficiatur, duorum alterum faciens, aut victum hominis in tenniorem mutans, aut certo anni tempore purgatione utens. Ac aliis quidem una quotannis purgatio vere incipiente ſatisfacit, aliis altera quoque poſt hanc autumno eſt opus. Ac ſi ſanguinis quidem abundantiam corpus congeſſit, mittendus is eſt; ſin vitioſum ſuccum, vacuandus hic medicamento eſt, quod ſuperantem humorem purget. Quod ſi ex tenni victu pars afflicta levetur, ſed corpus emacietur, picatione utendum, ſicut antea eſt comprehenſum, ad extenuati habitus refectionem.

Cap. XIV. Sane peſſimus corporis *ſtatus* eſt et ille. Sunt enim qui genitale ſemen copioſum ca-

Ed. Chart. VI. [184.] Ed. Baſ. IV. (286.)

γει γὰρ αὐτοὺς εἰς ἀπόκρισιν, οὗ μετὰ τὴν ἔκκρισιν ἔκλυτοί τε γίγνονται τῷ στόματι τῆς κοιλίας, ὃ καὶ αὐτὸ καλεῖται στόμαχος, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὥσπερ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐκαλεῖτο καρδία, καὶ τῷ σώματι δὲ παντὶ καταλύονταί τε καὶ ἀσθενεῖς γίγνονται, καὶ ξηροὶ, καὶ λεπτοὶ, καὶ ὠχροὶ, καὶ κοιλοφθαλμιῶντες αἱ οὕτω διακείμενοι. εἰ δὲ ἐκ τοῦ ταῦτα πάσχειν ἐπὶ ταῖς συνουσίαις ἀπέχοιντο μίξεως ἀφροδισίων, δύσφοροι μὲν τὴν κεφαλὴν, δύσφοροι δὲ καὶ τῷ στομάχῳ, καὶ ἀσώδεις. οὐδὲν δὲ μέγα διὰ τῆς ἐγκρατείας ὠφελοῦνται· συμβαίνει γὰρ αὐτοῖς ἐξονειρώττουσι παραπλησίας γίνεσθαι βλάβας, ἃς ἔπασχον ἐπὶ ταῖς συνουσίαις. ὡς δέ τις ἐξ αὐτῶν ἔφη μοι, δακνώδους τε καὶ θερμοῦ πάνυ τοῦ σπέρματος αἰσθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀπόκρισιν, οὗ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας, αἷς ἂν ὁμιλήσῃ. τούτῳ τοίνυν ἐγὼ συνεβούλευσα, βρωμάτων μὲν ἀπέχεσθαι τῶν γεννητικῶν σπέρματος, προσφέρεσθαι δὲ οὐ βρώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ φάρμακα τὰ τούτου σβεστικά· λέλεκται δὲ αὐτῶν ἡ ὕλη κατὰ τὰ

lidumque gignunt, quod eos ad expulſionem ſui proritat, poſt quam et ventris os illis reſolvitur, quod et ſtomachus non a medicis modo, ſed etiam aliis hominibus vocatur, quemadmodum a veteribus cor dicebatur, et qui ſic affecti ſunt, ipſi toto corpore non ſolum diſſolvuntur imbecillique fiunt, ſed etiam ſicci, graciles, pallidi, cavisque oculis cernuntur. Quod ſi propterea, quod ex coitu ſic vexantur, abſtineant a venereo concubitu, non modo capitis moleſtiam, ſed etiam ſtomachi offenſionem faſtidiaque ſentiunt. Sed nec ex continentia magnopere juvantur; accidunt enim ipſis ab inſomniis venereorum non minora incommoda iis, quae a concubitu ſenſerunt. Horum quum quidam mordax praecalidumque ſemen inter emittendum ſentire non ſolum ſe, ſed etiam mulieres, cum quibus rem haberet, referret, ſuaſi homini, ut abſtineret a cibis, qui ſemen genitale augerent, ſumeret etiam non cibos modo, verum etiam medicamenta, quae id extinguerent; quorum tradita nobis materia eſt in iis libris,

Ed. Chart. VI. [184.] Ed. Baſ. IV. (286.)

περὶ τροφῶν καὶ τὰ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ὑπομνήματα· γυμνάζεσθαι δὲ γυμνάσια τὰ διὰ τῶν ἄνω μορίων μᾶλλον, ὁποῖόν ἐστι τό τε διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας, καὶ τὸ διὰ τῆς μεγάλης, καὶ τὸ διὰ τῶν ἁλτήρων· μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν ὅλην τὴν ὀσφὺν ἀλείφεσθαι τῶν ψυχόντων τινὶ χρισμάτων. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα τό τε καλούμενον ὠμοτριβὲς καὶ ὀμφάκινον ἔλαιον, ῥόδινόν τε καὶ μήλινον ἐκ τοιούτου γεγονὸς ἐλαίου. συνέθηκα δ' αὐτὸς ἐνίοις καὶ παχύτερα τῇ συστάσει χρίσματα πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως ἀποῤῥεῖν. ἡ δὲ σύνθεσις αὐτῶν ἐστι διά τε κηροῦ καί τινος ἄλλου τῶν ψυχόντων γιγνομένη. τὸ πρῶτον δὲ, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κηρέλαιον, ποιήσας, εἶτ' ἐν θυίᾳ μαλάξας ταῖς χερσὶν ἱκανῶς ἐπίχει τὸν ψύχοντα χυλὸν ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἐνωθῆναι. τὴν δ' ὕλην τῶν τοιούτων χυλῶν ἐν τῇ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ γεγραμμένην ἔχετε. προχειρότατοι δὲ αὐτῶν εἰσι καὶ ῥᾷστοι πορισθῆναι οἵ τε τῶν ἀειζώων καὶ τοῦ στρύχνου, κοτυληδόνος τε καὶ ψυλλίου, καὶ πολυγόνου, καὶ τριβόλου, καὶ ἀνδράχνης· οὐκ ἀνίησι δὲ αὕτη

quos de alimentis, itemque quos de ſimplicibus medicamentis conſcripſimus; tum vero exercitationibus uteretur, quae ſupernas partes potius exercerent, cujusmodi eſt, quae parva pila, et quae magna pila fit, et quae per halteres, a balneo vero lumbos totos ungeret unctione quapiam frigida. Talia ſunt et crudum oleum, et omphacinum, et roſaceum, et melinum, utique quod ex ejusmodi fit oleo. Ipſe vero craſſioris ſubſtantiae unctiones nonnullis compono, ne facile a corpore defluant. Eſt autem compoſitio earum ex cera et aliquo eorum, quae refrigerent. Primum autem ubi quod a medicis ceratum dicitur feceris, dein in mortario manibus affatim ſubegeris, infundes refrigerantem ſuccum, quem etiam quam maxime cum cera ſic permiſcebis, ut uniantur. Succorum vero id genus deſcriptam materiam habes in ſimplicium medicamentorum libris. Quorum obvii maxime facillimeque parabiles ſunt et ſempervivi, et ſolani, et umbilici veneris, et pſyllii, et polygoni, et tribuli, et portulacae; haec

Ed. Chart. VI. [184.] Ed. Baſ. IV. (286.)

χυλὸν, ἐὰν μὴ κοπτομένης ἐν ὅλμῳ παρεγχέηταί τις ἄλλου ὑγροῦ, καὶ λεπτοῦ, καὶ ὑδατώδους τῆς συστάσεως, μὴ γλίσχρου καὶ παχέος, ὥσπερ ὁ τῆς ὄμφακός τε καὶ τῶν ῥόδων. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν τῷ θέρει, τῶν δ' ἄλλων πολλοὶ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ὥρας εἰσὶν, ὥσπερ ὁ τῆς θριδακίνης, τῶν ψυχόντων καὶ αὐτὸς ὑπάρχων. ἀλλὰ καὶ τὸ λινόσπερμον ἑψόμενον ἐν ὕδατι ψύχοντα χυλὸν ἐργάζεται. γυμναστῶν δέ τινα τῶν ἀθληταῖς ἐπιστατούντων ἐθεασάμην μολυβδίνην λεπίδα ταῖς ψόαις ὑποβάλλοντα τοῦ ἀθλητοῦ πρὸς τὸ μὴ ἐξονειρώττειν αὐτὸν, καί τινι τῶν οὕτω πασχόντων ἰδιωτῶν ἐδήλωσα, καὶ χάριν ἔγνω τῇ χρήσει τοῦ δηλωθέντος. ἕτερος δέ τις, ἀσθενεστέραν ἔχων τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς, οὐκ ἠνέσχετο τῆς τοῦ μολύβδου σκληρότητος, ᾧ συνεβούλευσα, τῶν εἰρημένων ἄρτι βοτανῶν ὑποστρώννυσθαί τινας, ἀναμιγνύναι δὲ αὐταῖς καὶ ἄγνου κλῶνας ἁπαλοὺς καὶ πηγάνου, ἤσθετό τε παραχρῆμα τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας, ὡς χρῆσθαι τοῦ λοιποῦ διαπαντός. ἀλλὰ καὶ συνεχῶς ἐσθίειν τὸ σπέρμα τοῦ ἄγνου συμβουλεύσαντός μου, καὶ τούτου χά-

vero ſuccum non remittit, niſi, dum in mortario tunditur, affuſum ſit humoris quippiam, qui tenuis aquoſaeque, non lentae et craſſae ſubſtantiae ſit, qualis uvae immaturae eſt et roſarum. Verum hi aeſtate, reliquorum non pauci etiam aliis temporibus habentur, veluti lactucae, qui ipſe quoque ex refrigerantibus eſt. Quin etiam ſi lini ſemen in aqua coquas, refrigerantem cremorem efficit. Porro gymnaſtarum quempiam vidimus ex iis, qui athletis praefuerant, qui athletae cujusdam renibus plumbi laminam ſuperpoſuit, quo nocturnis veneris imaginibus careret. Idque quum e plebe cuidam, qui ſic eſſet affectus, indicarem, adjutus gratias egit. Alter vero, cui carnis natura imbecillior erat, non tulit plumbi duritiem; huic ergo ſuaſi earum quas ſupra dixi herbarum aliquas ſubſternere, ac cum ipſis molles amerinae frondes et rutae, ſenſitque illico ex his fructum; itaque uſus deinceps aſſidue eſt. Quin, ubi amerinae ſemine aſſidue veſci ſuaſi,

Ed. Chart. VI. [184. 185.] Ed. Baſ. IV. (286.)

ρειν ἥδει ἐμοὶ, καθάπερ καὶ τοῦ πηγάνου. [185] τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἡ ὕλη κατά τε τὰ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ὑπομνήματα καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν τροφῶν δυνάμεως εἴρηται. νυνὶ δ' ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ προσθεῖναι τῷ λόγῳ, φυλάττεσθαι τὰ σφοδρῶς ψύχοντα, καθάπερ ὅσα διὰ μήκωνός τε καὶ μανδραγόρου γίνεται χρίσματα. μήτε γὰρ τούτων τι προσφέρειν, μήτε, ὅταν ἀκμάζῃ τὰ φυτὰ, καθάπερ τοῖς προειρημένοις, οὕτω καὶ τούτοις ἔστιν ὑποστρώμασι χρῆσθαι· αἱ γὰρ σφοδραὶ ψύξεις τῶν ἐπιτιθεμένων τοῖς κατὰ τὴν ὀσφὺν χωρίοις ἀδικοῦσι τοὺς νεφρούς. καὶ ῥόδων ἠξίωσά τινα πειραθῆναι, καὶ ὠνήσατο δὲ οὗτος ὑποστρωνὺς αὐτὰ χωρὶς τοῦ βλαβῆναί τι κατὰ τοὺς νεφρούς. ἐπενόησα δέ τι καὶ ἄλλο τοῖς οὕτω διακειμένοις χρήσιμον, ὡς ἐκ τῆς πείρας ἐμαρτυρήθην. ταύτην γὰρ ἀεὶ κριτήριον ἔχειν τῶν ἐπινοηθέντων, καὶ μηδὲν γράφειν ὡς χρήσιμον, ὅτε τις αὐτοῦ οὐκ ἐπειράθη, πλὴν εἰ παραγράφοιτο τοῦτο αὐτὸ, πεπειρᾶσθαι μηδέπω. τί οὖν ἐστιν, ὃ ἔφην ἐπινοήσαντός

etiam ob id gratias egit, ſicuti etiam pro ruta. Ac talium quidem materia tum in opere de ſimplicibus medicamentis, tum in libris de alimentorum facultatibus tradita eſt. Nunc illud viſum eſt ſermoni neceſſario adjiciendum, cavendas eſſe unctiones frigidas, quaecunque ex papavere mandragorave fiunt. Neque enim horum quippiam admovendum, neque, quum in ſummo vigore conſiſtunt herbae, quemadmodum praedictis, ita etiam iſtis ſubſtratis eſt utendum, vehementes enim refrigerationes, quae fiunt ab iis, quae lumborum regionibus imponuntur, renes ipſos laedunt. Quin roſas experiri cuidam ſuaſi, ſenſitque ex his ſubſtratis levamen citra ullam renum noxam. Sed et aliud excogitavi iis, qui ita ſunt affecti, non inſalubre, veluti ex ipſo uſu comperi. Quippe experientia normae vice ſemper habenda eorum eſt, quae excogitaveris, nec ſcribendum pro utili quicquam eſt, quod non ſis expertus, niſi tamen hoc ipſum teſteris non eſſe tibi adhuc expertum. Quid ergo eſt, quod a me ex-

Ed. Chart. VI. [185.] Ed. Baſ. IV. (286.)

μου μεγάλης ὠφελείας; φράσω. παραφυλάττειν ἔφην χρῆναι τοὺς τοιαύτῃ κατασκευῇ σώματος ἐνοχλουμένους, ἡνίκα μάλιστα φαίνονται πλῆθος ἠθροικέναι σπέρματος ἀποκρίσεως δεόμενον, ἐν ἡμέρᾳ τινὶ διαιτηθέντας εὐχύμῳ τε καὶ μετρίως, χρῆσθαι μὲν ἐπὶ τῷ δείπνῳ, τρεπομένους εἰς ὕπνον, τῇ συνουσίᾳ· κατὰ δὲ τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ὅταν αὐτάρκως ἔχωσιν ὕπνου, διαναστάντας ἀνατρίψασθαι σινδόνι, μέχρις ἂν ἐρευθός τι σχῇ τὸ δέρμα· κἄπειτά τινι δὶ ἐλαίου τρίψει συμμέτρως χρησαμένους, εἶτα μὴ πολὺ διαλιπόντας, ἄρτον εὔζυμον, κλιβανίτην, καθαρὸν, ἐξ οἴνου κεκραμένου προσενεγκαμένους, οὕτως ἐπὶ τὰς συνήθεις ἔρχεσθαι πράξεις· ἐν τῷ μεταξὺ τῆς τε δὶ ἐλαίου τρίψεως καὶ τῆς δὶ ἄρτου προσφορᾶς, εἰ χωρίον ἔχει τι πλησίον, ἐμπεριπατῆσαι τούτῳ, πλὴν εἰ κρύος εἴη χειμέριον, ἄμεινον γὰρ ἔνδον μένειν τηνικαῦτα. ταύτην μέντοι τὴν διὰ τῆς ἐδωδῆς ῥῶσιν τοῦ στομάχου καὶ γραμματικῷ τινι συνεχῶς ἁλισκομένῳ σπασμοῖς ἐπιληπτικοῖς συνεβούλευσα, καὶ μεγάλως ὤνητο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ὠφελῆσαι ἤλπισα, πυθόμενος παρ' αὐτοῦ, τὸ τῶν

cogitatum magnae eſſe utilitatis ſum praefatus? Dicam. Obſervare dixi oportere eos, qui hoc corporis vitio urgentur, quando maxime genitalis ſeminis abundantiam, quod excerni poſtulet, collegerint, ac die quopiam, poſtquam boni ſucci cibis in coena ſe modice impleverint, ad ſomnum converſos concumbere; poſtero die, quum ſatis dormierint ac ſurrexerint, linteo fricari, quoad rubor per cutim appareat; mox aliqua ex oleo frictione modice uti; tum exiguo interpoſito tempore panis aliquid bene fermentati et in clibano cocti ac puri ex vino mixto guſtare, atque ita ad opus conſuetum redire; medio tamen tempore frictionis ex oleo et exhibitionis ipſius panis, ſi quis locus in vicino ſit, in eo ambulare, excepto ſi hybernum frigus ſit, tum enim intus manere ſatius duco. Non diſſimilem roborandi per cibum ſtomachi rationem et grammatico cuidam, qui epileptica convulſione aſſidue corripiebatur, ſuaſi, ac mirifice contulit. Maxime vero in fiduciam veni hominis juvandi, ubi ab ipſo didici, tum

Ed. Chart. VI. [185.] Ed. Baſ. IV. (286. 287.)

σπασμῶν σύμπτωμα τότε περιπίπτειν, ὅταν ἐπὶ πλεῖον ἄσιτος διαμείνῃ, καὶ μᾶλλον ἐπανιέντων μεταξὺ λύπης ἢ θυμοῦ. καὶ μέντοι καὶ τὴν ἕξιν αὐτοῦ τοῦ σώματος ἰσχνὴν ἑώρων, ἐρωτώμενός τε συνεχῶς ἐκχολοῦσθαι τὸν στόμαχον ὡμολόγει. κοινὴν δέ τινα συμβουλὴν ἅπασι τοῖς ταῦτα ἀναγνωσομένοις, ἰδιώταις μὲν τῆς ἰατρικῆς, οὐκ ἀγυμνάστοις δὲ τὸν λογισμὸν, ὑποτίθεμαι τοιῶσδε· μὴ, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄλογα ζῶα διαιτῶνται, καὶ αὐτοὺς οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς πείρας κρίνειν, τίνα μὲν αὐτοὺς ἐδέσματά τε καὶ πόματα βλάπτει, τίνες δὲ καὶ πόσαι κινήσεις· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ χρήσεως ἀφροδισίων ἐπιτηρεῖν, εἴτε ἀβλαβής ἐστιν αὐτοῖς, εἴτε βλαβερὰ, καὶ διὰ πόσων ἡμερῶν χρωμένοις ἀβλαβής τε καὶ βλαβερὰ γίγνεται. καθάπερ γὰρ ἱστόρησα μεγάλως βλαπτομένους ἐνίους, οὕτως ἑτέρους ἀβλαβεῖς διαμένοντας μέχρι γήρως ἐπὶ ταῖς χρήσεσιν (287) αὐτῶν. οὗτοι μὲν οὖν σπάνιοι καθ' ἑκάτερον τὸ γένος, οἵ τε μεγάλως βλαπτόμενοι καὶ οἱ μηδὲν ἀδικούμενοι· τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον εἰς τὸ πολὺ τῶν ἀνθρώπων ἐκτέταται πλῆθος. ὧν

convulſiones incidere, quum diutius á cibo abſtinuiſſet, magisque, ſi dolor interdum irave interveniſſet. Quin etiam habitum corporis ejus contuebar gracilem; ſciſcitantique de hac ipſa re ſtomachum aſſidue bile urgeri eſt faſſus. Omnibus vero, qui haec legent, communiter illud ſuaſum velim, praeſertim qui, tametſi medicinae artis ſunt ignari, cogitationem tamen habent exercitatam, ne, veluti vulgus, ita ipſi quoque pecorum ritu victus ratione utantur, quin potius uſu explorent, quinam ipſis cibus potusve ſit noxius, qui praeterea quantique motus. Pari modo et de venere obſervent, num noxia ſibi innoxiave ſit; tum ex quanto intervallo utentibus noxia innoxiave ſit. Nam, ſicut retuli, nonnulli immodice laeduntur; alii citra noxam uſu ejus ad ſenium usque ſufficiunt. Verum haec ambo genera rara, nempe eorum, qui magnopere laeduntur, et qui nullum ſentiunt incommodum. Totum vero, quod in medio eſt, id cum majoris minorisque diſcrimine ad magnum hominum numerum ſe extendit; quorum qui

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 452 sur 889

Ed. Chart. VI. [185. 186.] Ed. Baſ. IV. (287.)

τοῖς πεπαιδευμένοις (οὐ γὰρ οἱ τυχόντες γε ταῦτα ἀναγνώσονται) συμβουλεύω παραφυλάττειν, ὑπὸ τίνων ὠφελοῦνται καὶ βλάπτονται· συμβήσεται γὰρ οὕτως αὐτοῖς εἰς ὀλίγα δεῖσθαι τῶν ἰατρῶν, μέχρις ἂν ὑγιαίνωσιν.

Κεφ. ιε΄. [186] Τούτων ἤδη γεγραμμένων, ἀναγνούς τις τῶν ἑταίρων ὅλον τὸ βιβλίον, ἕν τι τῶν πρόσθεν ἀναλειφθέντων, ὕστερον δὲ ῥηθησομένων παραλελεῖφθαί μοι τελέως ἔφη, τὸ διὰ χυλοῦ τῶν μήλων φάρμακον, ἐπιτήδειον εἴς τε τὰς ὀρέξεις τοῖς ἀνορέκτοις καὶ τὰς πέψεις τοῖς μὴ καλῶς πέττουσι, καὶ συνελόντι φάναι, τὴν γαστέρα ῥωμαλεωτέραν ἐργαζόμενον. ἐπαινέσας οὖν αὐτὸν ἀναμνήσαντα, προσθήσω τῷ λόγῳ τὴν σκευασίαν αὐτοῦ, τοιαύτην οὖσαν. τῶν κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἡδίω καὶ ἧττον στρυφνὰ, ἃ στρουθία καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες, ἐκ τούτων τοῦ χυλοῦ λαβόντας ξέστας Ῥωμαϊκοὺς δύο, χρὴ μίξαι μέλιτος ὅτι καλλίστου τὸ ἴσον μέτρον, ὄξους δὲ ξέστην α΄ καὶ ἡμίσειον. καὶ ταῦτα ἐπ' ἀνθράκων διακεκαυμένων προεψήσαντα μετρίως, καὶ προαφρίσαντα,

non rudes ſunt, (non enim quorumlibet eſt haec noſſe,) iis ſuadeo, obſervent, ex quibus laedi ſe juvarive ſentiant; ita enim fiet, ut in pauciſſimis medicorum opera indigeant, quousque in ſanitate fuerint.

Cap. XV. His jam ſcriptis, amicorum quidam, quum totum hoc opus relegiſſet, unum omnino reſtare dicebat, quod ſuperius a me relictum poſt erat dicendum, nempe medicamentum, quod ex malorum cotoneorum ſucco conficitur, quod tum ad appetentiam excitandam iis, quibus ea languet, eſt utile, tum ad concoctionem iis, qui parum feliciter cibos concoquunt, et in ſumma ventri robur conciliat. Laudato igitur homine, quod admonuerit, appoſui et compoſitionem ipſius, quae ad hunc modum ſe habet. Accipies ſucci malorum cotoneorum, quae dulciora majoraque ſunt ac minus acerba, quaecunque noſtrates in Aſia Graeci ſtruthia vocant, ſextarios Romanos duos, quibus mellis optimi tantundem miſcebis, aceti ſextarium unum et ſemiſſem; haec quum ſuper prunas modice coxeris et

Ed. Chart. VI. [186.] Ed. Baſ. IV. (287.)

μίξαι ζιγγιβέρεως ὀγ. γ', πεπέρεως δὲ τοῦ λευκοῦ δύο, καὶ οὕτως πάλιν ἐπὶ τῶν ὁμοίως διακεκαυμένων ἀνθράκων ἑψῆσαι μέχρι μελιτώδους συστάσεως, ἐν οἵᾳ καὶ τὰ στομαχικὰ τῶν φαρμάκων σκευάζεται. τοῦτο τὸ φάρμακον ἐν τοῖς ἄτονον ἔχουσι τὸ ἧπαρ ὠφελιμώτατόν ἐστιν. εὔδηλον δὲ, ὅτι μάλιστα μὲν αὐτὸ νήστην ὄντα προσφέρεσθαι χρὴ πλῆθος, ὅσον ἂν ᾖ μύστρου συμμέτρου τῷ μεγέθει. βλάπτει δὲ οὐδὲν, οὐδὲ ἐὰν μετά τροφήν τις αὐτὸ λαμβάνῃ. καλῶς δ' ἂν προσφέροιτο καὶ εἰ προηριστηκώς τις εἴη, εἶτα δειπνεῖν μέλλων προσλάβοι. κάλλιστος δὲ καιρὸς ὁ πρὸ δυοῖν ἢ τριῶν ὡρῶν τῆς τροφῆς. εἰ δὲ στυπτικώτερον αὐτὸ βούλοιο ποιῆσαι, καὶ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν κυδωνίων μήλων σκεύαζε. τοῖς μέντοι δύσκρατον ἔχουσι κατὰ θερμότητα τὴν γαστέρα, καὶ τοῖς ὁπωσοῦν πληρουμένοις χολῆς, ἀφελὼν τό τε ζιγγίβερι καὶ τὸ πέπερι, τὸν χυλὸν τῶν μήλων δίδου, μετ' ὄξους τε καὶ μέλιτος ἑψήσας μόνον ἐν τῇ προγεγραμμένῃ συμμετρίᾳ. ὅσαι δὲ μέσαι πέρ εἰσι κατὰ τὴν κρᾶσιν γαστέρες, ὡς μήτε χολῶδες ἀθροίζειν περίττωμα, μήτε φλεγματῶδες,

ſpumam detraxeris, immittes zingiberis uncias tres, piperis albi duas; dein rurſus in ſimili igne recoques, donec mellis craſſitudo exiſtat, qua utique craſſitudine ſtomachica medicamenta praeparari ſolent. Hoc vero medicamentum etiam iis, quibus invalidum jecur eſt, ſalutare in primis eſt. Illud vero latere non debet, jejunis id maxime dandum eſſe, mediocris myſtri modo; quanquam nec ſi a cibo ſit ſumptum, quicquam laedit. Commode quoque dabitur etiam ſi prius pranſus quiſpiam ante coenam id ſumpſerit. Maxime tamen tempeſtive id duabus aut tribus horis ante cibum obtuleris. Quod ſi adſtringere magis voles, etiam ex cotoneorum ſucco conficias. Caeterum ſi cui venter intemperie caloris laborat, aut etiam bile quovis modo abundat, huic auferri et piper et zingiber debebit; ac ſuccus malorum cum aceto et melle tantum ad praeſcriptam craſſitudinem coctus dari. Qui vero medio temperamento ventres habent ita, ut nec biliosum excrementum, nec pituitoſum congerant, iis pipe-

Ed. Chart. VI. [186.] Ed. Baſ. IV. (287.)

ἥμισυ τῆς προειρημένης συμμετρίας τοῦ τε ζιγγιβέρεως καὶ πεπέρεως ἐμβαλεῖν, ὡς εἶναι τοῦ πεπέρεως μὲν ὀγ. α', ζιγγιβέρεως δὲ μίαν καὶ ἡμίσειαν. ὅσαι δὲ δυσκρασίαι κατὰ ψυχρότητα, τέτταρας μὲν τοῦ ζιγγιβέρεως οὐγγίας, τοῦ πεπέρεως δὲ τρεῖς, ἢ δύο καὶ ἡμίσειαν. ἔξεστι δέ σοι καὶ κατὰ τὴν μέσην συμμετρίαν σκευάζοντι προσβάλλειν ἐπὶ τῆς χρήσεως τοῦ πεπέρεώς τι. οὕτω μὲν οὖν προνοητέον ἐστὶ τῶν ἐν διαφέρουσι μορίοις τοῦ σώματος ἐναντίας ἐχόντων κράσεις. ὅσοι δὲ καθ' ἓν ὁτιοῦν, ἤτοι γε ὁμοιομερὲς, ἢ ὀργανικὸν, ἀνώμαλον ἔχουσι κρᾶσιν, ἕτερος ἐπ' αὐτοῖς εἰρήσεται λόγος.

ris et zingiberis dimidium ejus qui praedictus eſt modi ſat erit, ita nimirum, ut ſit piperis uncia una, et zingiberis una et ſemis. At quibus frigiditas temperiem vitiat, iis quatuor zingiberis, piperis tres aut duas et ſemis uncias injicies. Licebit autem, quum ad medium modum praeparaveris, in ipſo uſu piper addere. Atque ad hunc modum iis, quibus in diverſis membris pugnantia temperamenta ſunt, conſulendum cenſemus. Quibus vero in una qualibet ſimilari inſtrumentalive parte imparitas temperamenti viſitur, de iis alio opere agetur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VI. [300.] Ed. Baſ. IV. (303.)

Κεφ. α'. Περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν ἔγραψαν, ἐν πολλῇ σπουδῇ θέμενοι τὴν θεωρίαν, ἐπειδὴ χρησιμωτάτη σχεδὸν ἁπασῶν τῶν κατὰ τὴν ἰατρικήν ἐστιν. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις βοηθήμασιν οὐκ ἐν παντὶ καιρῷ χρώμεθα, τροφῆς δὲ χωρὶς οὐχ οἷόν τε ζῆν, οὔθ' ὑγιαίνοντας οὔτε νοσοῦντας. εἰκότως οὖν ἐσπούδασαν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν ἀκριβῶς ἐπισκέψασθαι τὰς ἐν αὐτῇ δυνάμεις· οἱ μὲν ἐκ τῆς πείρας

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER PRIMVS.

Cap. I. De iis quae alimentis inſunt facultatibus non pauci praeſtantiſſimorum medicorum ſcripſerunt, multamque huic ſpeculationi operam navarunt, quod omnium, quae ſunt in medicina, ea propemodum ſit utiliſſima; nam aliis praeſidiis non omni tempore utimur, ſine alimento autem ne vivere quidem neque ſani neque aegri degentes poſſumus. Merito igitur praeſtantiſſimorum medicorum plurimi facultates, quae ei inſunt, accurate obſervare ſtuduerunt: alii quidem ſola experientia nobis illas innote-

Ed. Chart. VI. [300. 301.] Ed. Baſ. IV. (303.)

μόνης ἐγνῶσθαι φάσκοντες αὐτὰς, οἱ δὲ καὶ λογισμοῖς προσχρῆσθαι βουλόμενοι, τινὲς δὲ καὶ τὸ πλεῖστον αὐτῷ νέμοντες. εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ ἐν γεωμετρίᾳ καὶ ἀριθμητικῇ, συνεφωνεῖτο παντάπασι τοῖς γράψασι περὶ τροφῆς, οὐδὲν ἂν ἔδει νῦν ἡμᾶς ἔχειν πρᾶγμα γράφοντας αὖθις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τοσούτοις καὶ τοιούτοις ἀνδράσιν. ἐπεὶ δ' ὑπόπτους ἀλλήλους εἰργάσαντο διενεχθέντες, (οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ πάντας ἀληθεύειν,) ἀναγκαῖόν ἐστιν βασανίσαι τὰ πρὸς αὐτῶν γεγραμμένα, δικαστὰς ἀδεκάστους γενομένους· ἄδικον γὰρ ἂν εἴη ἑνὶ πρὸ τῶν ἄλλων πιστεῦσαι χωρὶς ἀποδείξεως. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ δίτται κατὰ γένος εἰσίν, [301] (ἢ γὰρ ἐξ αἰσθήσεως, ἢ ἐκ νοήσεως ἐναργοῦς ἀπόδειξίς τε καὶ πίστις ἄρχεται πᾶσα,) καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢ θατέρῳ τούτων, ἢ ἀμφοτέροις χρήσασθαι πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου σκέμματος ἄθροισιν. οὐσῶν δὲ τῶν διὰ τοῦ λόγου κρίσεων οὐχ ἅπασιν ὁμοίως εὐπετῶν, ἐπειδὴ καὶ συνετὸν εἶναι χρὴ φύσει, καὶ γεγυμνάσθαι κατὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν τοῖς θήγουσι μαθήμασι τὸν λογισμὸν, ἄμεινον

ſcere affirmarunt; alii vero rationibus quoque uti volunt; alii denique et plurimum ipſi tribuerunt. Quod ſi, ut in geometria et arithmetica, qui de alimentis ſcripſerunt, idem omnino conſenſiſſent, nullam nunc oporteret nos denuo de iisdem poſt tot ac tales viros ſcribendi moleſtiam ſubire. Verum quum mutuis diſſenſionibus ſuſpectos ſeſe reddiderint, (fieri enim nequit, ut omnes vera dicant,) quae ab illis ſunt tradita, a ſeveris judicibus examinari neceſſe eſt; iniquum enim fuerit uni prae aliis absque demonſtratione fidem adhibere. Porro quum demonſtrationum duo genere ſint principia, (aut enim a ſenſu, aut a notione evidenti demonſtratio omnis ac fides proficiſcitur,) nos quoque ad praeſentis ſpeculationis collectionem neceſſe eſt aut altero horum, aut utroque uti. At quum ea quae ratione fiunt judicia non omnibus itidem facilia ſint, quum et natura ſagacem eſſe oporteat, et a puero ingenium iis quae rationem acuunt diſciplinis

Ed. Chart. VI. [301.] Ed. Baſ. IV. (303.)

ἀπὸ τῆς πείρας ἄρξασθαι, καὶ μάλισθ', ὅτι διὰ ταύτης μόνον εὑρῆσθαι τὰς δυνάμεις τῆς τροφῆς οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν ἀπεφήναντο. τῶν μὲν οὖν ἐμπειρικῶν ἴσως ἄν τις καταφρονήσειεν, ἔργον καὶ σπούδασμα πεποιημένων φιλοτίμως ἀντιλέγειν τοῖς εὑρισκομένοις διὰ τοῦ λόγου· Διοκλῆς δὲ, καίτοι δογματικὸς ὤν, οὕτως κατὰ λέξιν ἔγραψεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Πλείσταρχον ὑγιεινῶν. Οἱ μὲν οὖν ὑπολαμβάνοντες, τὰ τοὺς ὁμοίους ἔχοντα χυλοὺς ἢ ὀσμὰς, ἢ θερμότητας, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, πάντα τὰς αὐτὰς ἔχειν δυνάμεις, οὐ καλῶς οἴονται· πολλὰ γὰρ ἀπὸ τῶν τοιούτων ὁμοίων ἀνόμοια δείξειεν ἄν τις γινόμενα. οὐδὲ δὴ τῶν διαχωρητικῶν, ἢ οὐρητικῶν, ἢ ἄλλην τινὰ δύναμιν ἐχόντων ὑποληπτέον ἕκαστον εἶναι, διότι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ἁλμυρόν ἐστιν, ἐπείπερ οὐ πάντα τὰ γλυκέα, καὶ δριμέα, καὶ ἁλμυρὰ, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν τοιούτων τὰς αὐτὰς ἔχοντα δυνάμεις, ἀλλὰ τὴν ὅλην φύσιν αἰτίαν εἶναι νομιστέον,

excoluiſſe, ſatius eſt ab experientia auſpicari, eoque maxime, quod bona pars medicorum hac ſola alimentorum facultates inventas eſſe pronunciarint. Ac empiricos quidem, qui omnem operam ſtudiumque eo contulerunt, ut, quae ratione ſunt inventa, ambitioſis contentionibus oppugnarent, fortaſſe quis contempſerit: verum Diocles (tametſi profeſſione eſt dogmaticus) haec ad Pliſtarchum in primo de ſanitate tuenda libro ſcripta reliquit. *Qui ergo omnia ſapore eodem, odore, calore, aut alio id genus praedita, facultates easdem obtinere exiſtimant, haud recte opinantur, nam multa oſtendere quis poſſit diſſimilia fieri ab his, etiamſi, quod ad praedicta attinet, inter ſe conveniant. Neque ſane, ſi quid alvum, aut urinam movet, aut aliam quamlibet habet facultatem, ideo tale eſſe quodque eſt putandum, quod vel calidum ſit, vel frigidum, vel ſalſum; quandoquidem non dulcia omnia, aut acria, aut ſalſa, aut caetera id genus easdem habent facultates; ſed totam naturam cauſam eſſe qui pu-*

Ed. Chart. VI. [301.] Ed. Baſ. IV. (303.)

τοῦτο δή ποτ' οὖν ἐπ' αὐτῶν ἑκάστῳ συμβαίνειν εἴωθεν. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα διαμαρτάνοι τις τὰ τῆς ἀληθείας. αἰτίαν δὲ οἱ μὲν οἰόμενοι δεῖν ἐφ' ἑκάστῳ λέγειν, δι' ἣν τρόφιμον, ἢ διαχωρητικόν, ἢ διουρητικόν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἕκαστόν ἐστιν, ἀγνοεῖν ἐοίκασιν, πρῶτον μὲν, ὅτι πρὸς τὰς χρείας οὐ πολλάκις τὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἔπειθ' ὅτι πολλὰ τῶν ὄντων τρόπον τινὰ ἀρχαῖς τισιν ἔοικε κατὰ φύσιν, ὥστε μὴ παραδέχεσθαι τὸν ὑπὲρ αἰτίου λόγον· πρὸς δὲ τούτοις διαμαρτάνουσιν ἐνίοτε, ὅταν ἀγνοούμενα καὶ μὴ ὁμολογούμενα καὶ ἀπίθανα λαμβάνοντες ἱκανῶς οἴωνται λέγειν τὴν αἰτίαν. τοῖς μὲν οὖν οὕτως αἰτιολογοῦσιν καὶ τοῖς πάντων οἰομένοις δεῖν λέγειν αἰτίαν οὐ δεῖ προσέχειν, πιστεύειν δὲ μᾶλλον τοῖς ἐκ τῆς ἐμπειρίας ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου κατανενοημένοις· αἰτίαν δὲ τῶν ἐνδεχομένων δεῖ ζητεῖν, ὅταν μέλλῃ περὶ τούτου γνωριμώτερον ἢ πιστότερον γίνεσθαι τὸ λεγόμενον. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Διοκλέους ῥῆσίς ἐστιν, ἐκ πείρας μόνης ἐγνῶσθαι τὰς

taverit, cur hoc unicuique eorum ſoleat contingere, a veritate haudquaquam aberrarit. Qui vero ſingulorum cauſas, cur videlicet nutriant, aut alvum, aut urinam cieant, vel aliud quidpiam ejusmodi praeſtent, reddendas autumant, ignorare videntur, primum, quod haec inquirere haud frequenter ad uſus ſit neceſſe, deinde, quod multa ſint in rerum natura, quae principiis quibusdam ex natura ſua quodammodo ſint ſimilia, ut nullam cauſae rationem admittant; ad haec nonnunquam hallucinantur, quum incognita et controverſa neque admodum veriſimilia ſumendo abunde cauſam ipſam credunt ſe aſſignaſſe. Quocirca neque iis, qui cauſas ejusmodi afferunt, neque iis, qui de omnibus cauſam putant eſſe reddendam, eſt attendendum, ſed potius iis, quae diuturna experientia fuerunt explorata, credendum; quorum autem poſſumus, cauſa eſt inquirenda, quando, quod de ipſis dicimus, ſic ſperamus fore notum magis ac magis credibile. Haec ſunt Dioclis verba, ſola experientia

Ed. Chart. VI. [301. 302.] Ed. Baſ. IV. (305.)

ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεις ἡγουμένου, καὶ μήτε ἐκ τῆς κατὰ κρᾶσιν ἐνδείξεως, μήτε ἐκ τῆς κατὰ χυμούς. οὔσης δὲ καὶ ἄλλης τῆς κατὰ μόρια τῶν φυτῶν, οὐκ ἐμνημόνευσιν αὐτῆς. λέγω δὲ κατὰ μόρια φυτῶν ἔνδειξιν, ἢ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἐχρήσατο Μνησίθεος· ἐν ταύτῃ γοῦν ἑτέρας μὲν δυνάμεις ἐν ταῖς ῥίζαις εἶναι τῶν φυτῶν ἐπιδεικνὺς, ἑτέρας δὲ ἐν τοῖς καυλοῖς, ὥσπερ γε κἂν τοῖς φύλλοις, καὶ καρποῖς, καὶ σπέρμασιν ἄλλας. ὅτι μὲν οὖν ἡ πεῖρα διδάσκαλός ἐστιν, ὥσπερ ἄλλων πολλῶν, οὕτω καὶ τῶν εὐπέπτων τε καὶ δυσπέπτων σιτίων, εὐστομάχων τε καὶ κακοστομάχων, ὑπακτικῶν τε καὶ λαπακτικῶν καὶ σταλτικῶν γαστρὸς, ἅπαντες ἴσασι, κἂν βραχύ τι συνέσεως αὐτοῖς μέτεστι· σφάλλονται δὲ ἐν αὐτοῖς τούτοις οὐκ ὀλίγα, χωρὶς διορισμοῦ ποιούμενοι τὴν πεῖραν, ὡς κἂν τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐδείχθη, κἂν τῷ τρίτῳ περὶ κράσεων. καὶ παραπλήσιά γε τὰ σφάλματά ἐστιν ἑκατέρωθεν. [302] διὸ καὶ γράφειν ἐνταῦθα τελέως, ὥσπερ ἐν ἐκείνοις, τοὺς διορισμοὺς,

alimentorum facultates nobis notas eſſe arbitrantis, non ex indicationibus, qua ecum a temperamento tum a ſaporibus ſumuntur: quum autem, quae eſt in partibus plantarum, alia adhuc ineſſet indicatio, ejus non meminit. Dico autem, partibus plantarum indicationem ineſſe, qua praeter alias Mneſitheus eſt uſus; per hanc enim in plantis alias quidem radicibus, alias caulibus facultates ineſſe oſtendit, quemadmodum certe et foliis, et fructibus, et ſeminibus alias. Quod igitur experientia, ut alia pleraque, ita et cibi qui facile aut ſecus concoquantur, quique ſtomachum juvent, aut offendant, denique qui alvum ducant, laxent, aut ſiſtant, nos doceat, nemo eſt, cui vel tantillum eſt mentis, qui ignoret: caeterum in his ipſis non parum falluntur, qui citra diſtinctionem faciunt de rebus periculum, ut in commentariis de ſimplicium medicamentorum facultate, atque in tertio de temperamentis demonſtravimus; ac ſane, qui utrobique committuntur errores, multum inter ſe ſunt ſimiles. Quapropter hoc quoque loco accurate, ut illic, diſtinctiones ſcribere,

Ed. Chart. VI. [302.] Ed. Baſ. IV. (303.)

οἷς προσέχων τις ἀσφαλῶς εὑρήσει τὰς δυνάμεις, οὐ κατὰ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν, ἅπαξ ὑπὲρ ἑκάστου πράγματος εἰωθότος γράφειν, οὐκ ἐν πολλαῖς πραγματείαις διερχομένου τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν. ὅπερ οὖν εἴωθα ποιεῖν, οὐδὲ νῦν παραλείψω, μόνοις χρησόμενος τοῖς κεφαλαίοις τῶν διορισμῶν, καθ' ὅ τι ἂν ἐγχωρῇ μάλιστα μιχθῆναι σαφηνείας συντομίᾳ. ἄρξομαι δὲ ἀφ' οὗ διὰ στόματος ἔχουσιν ἅπαντες, οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ Ἐρασιστράτου γεγραμμένου, μήτε τὸ μελίκρατον ὑπάγειν τὴν γαστέρα πάντων, μήτε τὴν φακῆν ἐπέχειν, ἀλλ' εἶναί τινας, οἳ πρὸς τῷ μηδέτερον πάσχειν ἔτι καὶ τοῖς ἐναντίοις περιπίπτουσιν, ὡς ἵστασθαι μὲν ἐπὶ τῷ μελικράτῳ τὴν γαστέρα, λαπάττεσθαι δὲ ἐπὶ τῇ φακῇ, καί τινας εὑρίσκεσθαι τὰ βόεια κρέα ῥᾷον πέττοντας, ἢ τοὺς πετραίους ἰχθύας. ἐγὼ δ' ἀεὶ τοὺς τοιούτους ἠρόμην, (ἄρξομαι γὰρ ἀπὸ τῶν ὑστάτων,) ὁποῖόν τι σύμπτωμα γινόμενον αὐτοῖς δείκνυται τὴν ἀπεψίαν τῶν πετραίων ἰχθύων, ἆρα γε βάρος τι κατὰ τὴν κοιλίαν, ὡς δοκεῖν ἐγκεῖσθαι

quibus quis intentus ſingulorum facultates citra errorem poſſit deprehendere, haudquaquam mei eſt inſtituti, qui ſemel duntaxat de quaque re ſcribere ſoleam, non eadem in multis commentariis de iisdem paſſim inculcare. Uſitatum igitur mihi morem ne nunc quidem praetermittam, ſummas tantummodo diſtinctionum, idque ea brevitate, quam orationis perſpicuitas patietur, complexurus. Incipiam autem ab eo, quod omnibus eſt in ore, quodque Eraſiſtratus minus recte ſcripſit, melicratum videlicet alvum non cuivis ſubducere, neque lentem cohibere, ſed quosdam eſſe, qui, praeterquam quod neutrum experiuntur, in contraria etiam incidant, ut ſiſtatur quidem eis alvus a melicrato, laxetur autem a lente; praeterea quosdam inveniri, qui bubulam minori negotio, quam piſces ſaxatiles, conficiant. Equidem ab iſtis ſemper ſoleo ſciſcitari, (nam a poſtremis exordiar,) quodnam ipſis ſymptoma accidat, quo judicent, ſe ſaxatiles piſces non coxiſſe, utrumne pondus quoddam in ventriculo, ut inſtar

Ed. Chart. VI. [302.] Ed. Baſ. IV. (303. 304.)

μόλυβδον, ἢ λίθον, ἢ πηλὸν, (οὕτως γὰρ ἐξαγγέλλουσιν ἔνιοι τὴν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἀπεψίαις αἴσθησιν,) ἢ δῆξίς τις ἐν αὐτῇ φαίνεται γινομένη σαφὴς, ἢ πνευμάτωσις, ἢ μοχθηρᾶς ἐρυγῆς αἴσθησις. εἶθ' οἱ μὲν ἐρυγὴν αὐτοῖς ἔφασαν γίνεσθαι κνισσωδεστέραν, οἱ δὲ δῆξιν, οἱ δ' ἄμφω. τούτων οὖν ἐπισκεψάμενος ἀκριβῶς τὰ κατὰ τὸ σῶμα, πολλὴν εὗρον ἀθροιζομένην χολὴν ξαν(304)θὴν ἐν τῇ κοιλίᾳ κατά τινα δυσκρασίαν, ἢ κατασκευῆς ἰδιότητα. λέγω δὲ κατασκευῆς ἰδιότητα, διότι τῶν ἀνθρώπων ἐνίοις ἐξ ἥπατος εἰς ἔντερα καταῤῥέουσα χολὴ εἰς τὴν κοιλίαν ἐπανέρχεται, κρᾶσιν δὲ μοχθηρὰν, ὅταν αὐτοῖς ὑπάρχῃ φύσει τὸ θερμὸν δριμὺ καὶ δακνῶδες καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, πυρετῶδες. εἰκότως οὖν τὰ δύσφθαρτα σιτία τῶν εὐφθάρτων μᾶλλον οὗτοι πέττουσιν, ἐπειδὴ τὰ μὲν εὔπεπτα ῥᾳδίως ἀλλοιοῦται μὲν καὶ διαφθείρεται, τὰ δὲ δύσπεπτα δυσαλλοίωτά τέ ἐστιν καὶ δύσφθαρτα. ταῦτα γοῦν, ὅταν ὁμι-

plumbi, aut lapidis, aut luti quiddam incumbere ipſis videatur; hoc nempe modo quidam, quem ex hujuscemodi cruditatibus ſenſum percipiunt, interpretantur; an mordicationem quandam manifeſte in ipſo, an flatum, an ructum gravem ſentiant. Tum alii nidorulentum magis ſibi ructum accidere, alii mordicationem, nonnulli utrumque reſponderunt. Horum igitur corporis habitum diligenter contemplatus deprehendi, bilis flavae copiam in ventriculo vel ob pravam quampiam temperiem, vel propter peculiarem conſtitutionem eſſe acervatam: peculiarem autem dico conſtitutionem quoniam hominibus quibusdam bilis ex jecore in inteſtina defluens in ventriculum redundat; pravam vero temperiem, quum calor natura ipſis ineſt acris ac mordax et, ut ſic dicam, febrilis. Proinde par eſt, ut iſti cibaria corruptu difficilia melius, quam facilia, coquant; quandoquidem, quae facile concoquuntur, facile item alterantur ac corrumpuntur, contra, quae concoctu ſunt difficilia, non facile quoque tum alterantur tum corrumpuntur. Haec certe, ſi in

Ed. Chart. VI. [302.] Ed. Baſ. IV. (304.)

λήσῃ πολλῇ θερμασίᾳ, πέττεται μᾶλλον, ἢ εἰ σύμμετρον ἔχουσι πλησιάζοι. κατὰ τοῦτον μὲν οὖν τὸν λόγον ἔνιοι τὰ βόεια κρέα ῥᾷον πέττουσι τῶν πετραίων ἰχθύων· ἡ φακῆ δὲ ἐνίοις ἐκταράττει μᾶλλον, ἢ ἐπέχει τὴν γαστέρα. κατὰ τοιόνδε τινὰ λόγον, ὡς ἐπιδέδεικταί μοι κατὰ τὰ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ὑπομνήματα, καθάπερ ἐν τοῖς ὑφ' ἡμῶν σκευαζομένοις ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν τε καὶ δυνάμεων ἔνια συντίθεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τῆς φύσεως οὐκ ὀλίγα τῶν ἁπλῶν εἶναι δοκούντων σύγκειται. τοιοῦτό τι δὴ καὶ περὶ πολλῶν τῶν τροφῶν ἐστιν. οὐ γὰρ ἡ φακῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ κράμβη, καὶ τῶν θαλασσίων σχεδὸν ἁπάντων τὰ ὀστρακόδερμα καλούμενα σύνθετον ἔχει τὴν φύσιν ἐξ ἐναντίας δυνάμεως. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ στερεὸν ἑκάστου σῶμα βραδύπορόν τέ ἐστι καὶ σταλτικὸν τῆς γαστρὸς, ἡ δὲ ὑγρότης ἐρεθίζει πρὸς ἔκκρισιν. ἀκριβὴς δὲ ἀπόδειξις ἐκ τῆς ἕψήσεως γίνεται, τοῦ μὲν ὕδατος, ἐν ᾧπερ ἂν ἕκαστον τούτων ἑψηθῇ, λαπάττοντος τὴν

multum calorem inciderint, coquuntur magis, quam ſi moderato occurrerint. Atque hac profecto ratione accidit, ut nonnulli bubulam facilius, quam piſces ſaxatiles, conficiant; lens autem quibusdam alvum moveat magis, quam inhibeat, non alia ratione, quam ut in commentariis, quos de ſimplicium medicamentorum facultate conſcripſimus, demonſtravimus. Quemadmodum enim ex iis, quae a nobis praeparantur, nonnulla, quae facultatem ac ſubſtantiam habent contrariam, componuntur, ita et natura ipſa permulta, quae ſenſui ſimplici apparent, commiſcuit; quod in plerisque alimentis comperias. Etenim non lens ſola, ſed et braſſica, atque adeo marina propemodum omnia, quibus teſta pro cute eſt, compoſitam ex pugnantibus facultatibus naturam ſunt ſortita: nam ſolidum cujusque corpus tarde permeat alvumque ſiſtit, humor vero ſtimulat ad excretionem. Hujus porro rei ex coctione manifeſta ſumitur demonſtratio, quum aqua, in qua dictorum quodque fuerit decoctum, alvum ſubducat, ipſa vero

Ed. Chart. VI. [302. 303.] Ed. Baſ. IV. (304.)

κοιλίαν, αὐτῶν δὲ τῶν σωμάτων ἐπεχόντων. καὶ κατὰ τοῦτο τινῶν ἀκούσῃ λεγόντων, ἐὰν πρότερον κράμβην φάγῃς τῶν ἄλλων σιτίων μὴ λίαν ἐφθὴν, καὶ εἴς τι σκεῦος ἔχον ἐλαίου καὶ γάρου μετακομίσῃς ἀθρόως ἐκ τοῦ λέβητος, ὑπαχθήσεται τὴν κοιλίαν, ἄλλων δέ τινων τὴν καλουμένην δύσεφθον κράμβην σκευαζόντων εἰς ἐπίσχεσιν τῆς γαστρός. [303] ἡ σκευασία δὲ τῆς τοιαύτης κράμβης ἐστὶ τοιάδε. προεψήσαντες αὐτὴν ὕδατι, τοῦτο μὲν ὅλον ἀκριβῶς ἐξαίρουσι τοῦ λέβητος, ἕτερον δὲ ἐπεμβάλλουσι καθαρὸν θερμὸν, ἐν ᾧ πάλιν ἕψουσι τὸ δεύτερον, ἵνα, εἴ τι μετὰ τὴν προτέραν ἕψησιν ἔτι λείψανον ἔσχε τῆς οἰκείας ὑγρότητος, ὅλον ἐκριθείη. πᾶσι γὰρ τοῖς ἑψομένοις ἐν ὑγρῷ συμβαίνει μεταλαμβάνειν τε ἅμα τῆς ἐκείνου δυνάμεως καὶ μεταδιδόναι τῆς ἑαυτῶν. καὶ τοῦθ' ὁσημέραι γιγνόμενον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ζωμοῖς ἑψομένων ἔνι σοι μαθεῖν, εἴτ' οὖν ὄσπριόν τι τὸ ἑψόμενον, εἴτε ζώου μόριον, εἴτε λάχανον εἴη. τὸ μὲν γὰρ ἑφθὲν ἐνδείκνυται γευομένοις τε καὶ ὀσμωμένοις τὴν τοῦ ζωμοῦ ποιότητα καὶ δύναμιν, ὁ ζωμὸς δὲ τὴν τοῦ

corpora ſiſtant. Hinc nonnullos audias, qui dicant, ſi braſſicam leviter coctam et univerſim ac repente ex lebete in vas aliquod, in quo ſit oleum ac garum, transfuſam ante alios cibos ſumpſeris, alvum ſubducet. Alios autem videas braſſicam, quae bis cocta nuncupatur, ad ventris cohibitionem hoc modo apparare. Quum ipſam aquae prius incoxerint, aquam quidem totam ex lebete effundunt, aliam autem affundunt puram et calidam, in qua rurſus braſſicam ſecundo coquunt, ut, ſi quid proprii ſucci poſt priorem decoctionem habuit reliquum, in hac penitus deponat; omnibus enim, quae in humore coquuntur, uſu venit, ut quiddam ab ejus facultate in ſe derivent, ac de ſua viciſſim portionem aliquam ipſi impartiantur. Id quod in iis, quae in jure aliquo elixamus, ſive legumen, ſive animantis pars, ſive olus id fuerit, quotidie tibi licet diſcere: res namque elixa tam guſtu quam olfactu ipſius juris, ipſum autem jus rei, quae in

Ed. Chart. VI. [303.] Ed. Baſ. IV. (304.)

κατ' αὐτὸν ἑψηθέντος. ἔξεστι δέ σοι παντὸς τοῦδε τοῦ λόγου τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου τὴν ἀλήθειαν οὕτω βασανίσαι, καθεψήσαντι ἢ φακῆν, ἢ κράμβην, ἤ τι τῶν θαλαττίων ζώων ὧν εἶπον, εἶτα δ' ἡδύναντι τὸ ὀφέψημα δι' ἐλαίου καὶ γάρου καὶ πεπέρεως, ἔπειτα δόντι πίνειν, ἂν βούλῃ, καθάπερ γε καὶ δὶς ἑψήσαντι τὴν κράμβην· θεάσῃ γὰρ ἐπὶ μὲν πόματι διαχωροῦσαν τὴν κοιλίαν, ἐπὶ δὲ τῷ στερεῷ σώματι στεγνουμένην. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐνίοτε στρόφους τε γίνεσθαι καὶ ἐμπνευματώσεις ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐδέσμασιν, ὅταν ἅμα τοῖς ἑαυτῶν χυμοῖς ὅλα τὰ σώματα ληφθῇ. μάχη γάρ τις γίνεται πρὸς ἄλληλα, τοῦ μὲν στερεοῦ σώματος ἰσχομένου τε καὶ βραδύνοντος, ἐπειγομένης δὲ τῆς ὑγρότητος ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν. ὡς ἐάν γε τὸ δάκνον ἐκκριθῇ, παύεται τὸ σύμπτωμα· μένοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ στροφοῦσθαι καὶ πνευματοῦσθαι τὴν κοιλίαν ἀναγκαῖόν ἐστιν. καὶ πέρας γε τούτων ἐστὶν ἡ τῶν στασιαζόντων ἔκκρισις. ἐπεὶ τοίνυν ἐνίοις μὲν αἱ γαστέρες ἕτοιμοι πρὸς ὑποχώρησίν εἰσιν, ἐνίοις δὲ ξηραὶ καὶ δυσέκκριτοι,

ſe eſt elixa, qualitatem ac facultatem repraeſentat. Totius porro, qui nunc nobis eſt propoſitus, ſermonis veritatem poteris ſic explorare. Lentem, aut braſſicam, aut aliquod marinorum memoratorum animalium decoquito, poſtea decoctum oleo, garo pipereque conditum, cui libuerit, propinato; idem facito in braſſica bis cocta: videbis enim, potione quidem alvum dilui, ſolidi autem corporis eſu conſtipari. Quare non eſt, quod miremur, ſi ab hujuscemodi cibis, quando cum ipſorum ſucco solidum corpus ſumptum fuerit, tormina interdum et inflationes oriantur: pugna enim quaedam inter utrumque fit, quum ſolidum quidem corpus haereat ſubinde ac tardet, ſuccus autem ad excretionem properet: quo caſu, ſi, quod mordicat, excretum fuerit, ceſſat ſymptoma, ſin moretur, ventrem torminibus ac flatibus infeſtari eſt neceſſe, quibus ſola pugnantium excretio finem imponet. At quum nonnullis venter ad egerendum *natura* ſit propenſus, aliis autem ſit ſiccus et ad egerendum difficilis,

Ed. Chart. VI. [303.] Ed. Baſ. IV. (304.)

κατὰ τὴν οἰκείαν ἑκάτεραι φύσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐδέσμασι τὰ συμπτώματα ἴσχουσιν, ὡς ἂν ἐνίοτε μὲν τῇ τοῦ χυλοῦ δυνάμει συνεργούσης τῆς γαστρὸς, ἐνίοτε δὲ τῇ τοῦ στερεοῦ. δυοῖν γὰρ αἰτίων ἀνθιστα μένων, ἑνὶ μὲν τὴν νίκην ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀκολουθῆσαι, τὴν δ' ἥτταν τῷ λοιπῷ. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ κατὰ διαθέσεις τινὰς τῆς γαστρὸς, οὐ φυσικὰς, ἀλλ' ἐν καιρῷ τινι γενομένας. ἔσθ' ὅτε μὲν γὰρ ἀθροίζεται φλεγματώδης τις ἐν αὐτῇ χυμὸς, ἔσθ' ὅτε δὲ χολώδης. καὶ τοῦ φλεγματώδους αὐτοῦ τὸ μὲν ὀξὺ, τὸ δὲ ἁλυκόν ἐστιν, τὸ δὲ γλυκὺ, τὸ δὲ οὐδεμίαν ἔχον αἰσθητὴν ποιότητα· καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν, τὸ δὲ παχὺ, καὶ τὸ μὲν γλίσχρον, τὸ δὲ εὐσκέδαστον. καὶ τῆς χολῆς ἡ μὲν ξανθή τις, ἡ δὲ ὠχρὰ, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἑκατέρα πάμπολυ κεκτημένη, ἵνα τὰς ἄλλας χολὰς παραλείπωμεν τὰς τοῖς ἤδη νοσοῦσιν σώμασιν ἐπιφαινομένας. ἕκαστος οὖν τῶν εἰρημένων χυμῶν ἤτοι πρὸς ἔκκρισιν γαστρὸς, ἢ πρὸς ἐπίσχεσιν ἑτοίμως διακείμενος, ὅταν ὅλα τὰ σώματα τῶν

utrique pro ſua natura ſymptomatis, quae ab hujusmodi cibis fiunt, afficientur, quum venter interdum quidem ſucci, interdum vero ſolidi corporis facultati opituletur: duabus namque contrariis cauſis ſimul commiſſis, unam ſuperare, alteram ſuccumbere alteri eſt neceſſe. Id ipſum autem propter ventris affectus quosdam accidit, non nativos quidem illos, ſed aliquo tempore ſubortos. Nunc enim pituitoſum in eo humorem, nunc bilioſum acervari contingit: atque ipſius pituitoſi alius quidem eſt acidus, alius ſalſus, alius dulcis, alius denique ſenſibilis qualitatis eſt expers; rurſum alius eſt liquidus, alius craſſus, alius viſcidus, alius diſſipatu facilis. Ad haec humoris bilioſi alius eſt flavus, alius pallidus: in quorum utroque maximum eſt pro majoris et minoris ratione diſcrimen, ut interim alias ejus ſpecies praetermittam, quae in corporibus aegrotantibus apparent. Singuli igitur memorati humores, quum aut ad alvi excretionem, aut ejusdem retentionem plurimum habeant momenti, poſteaquam integra ciborum memoratorum corpora cum ſuis

Ed. Chart. VI. [303. 304.] Ed. Baſ. IV. (304.)

εἰρημένων ἐδεσμάτων ἅμα τοῖς ἰδίοις χυμοῖς εἰς τὴν κοιλίαν ἀφίκηται, συμμαχεῖ μὲν τοῖς τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσιν, ἀντιπράττει δὲ τοῖς ἐναντίαν. ἔμπροσθεν μὲν οὖν αἰτίαι δίτται κατὰ γένος εἴρηνται τοῦ διαφόρως ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς σιτίοις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα φαίνεσθαι διοικούμενα· νυνὶ δὲ καὶ τρίτη τις εὕρηται πρός τε τῇ φυσικῇ διαθέσει καὶ τοῖς ὑγροῖς τε καὶ στερεοῖς μέρεσιν τῶν ἐσθιομένων· ἐσθιόμενα γὰρ ἢ ἐδεστὰ καλεῖν ἢ τροφὰς οὐ διοίσει. καὶ γὰρ οὕτως καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ὀνομάζουσιν αὐτὰ, καὶ σιτία, καὶ βρώματα, καθότι καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἐπιδημίαις ἔγραψεν ὧδε· [304] τὰ βρώματα καὶ πόματα πείρης δεῖται, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένῃ. καὶ πάλιν ἐτέρωθι· πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. τῶν μὲν οὖν ὀνομάτων, ὡς ἀεὶ λέγομεν, ἀμελεῖν χρὴ φροντίζοντας, ὅπως τις ἂν αὐτοῖς χρῆται, συνήθων γε ὄντων ἁπάντων τοῖς Ἕλλησι, τῆς δὲ τῶν πραγμάτων ἐπιστήμης ἀντιποιεῖσθαι προσήκει. φαίνεται δὲ ταῦτα ταχεῖαν ἢ βραδεῖαν

ſuccis in ventrem pervenerint, iis quidem, quae ejusdem ſecum ſunt facultatis, ferunt ſuppetias, adverſantur autem iis, quae ſunt contrariae. Supra igitur duas genere cauſas recenſuimus, propter quas, iisdem ſumptis cibis, diverſi in ventre effectus ſequerentur. Nunc vero praeter naturalem conſtitutionem et liquidas ſolidasque ciborum partes tertia quoque adinventa eſt. Nec vero, ſive edulia, ſive cibaria, ſive alimenta voces, quicquam interit: ſiquidem tum iis nominibus, tum etiam his nihilominus, cibos et eſcam appellant. Cui rei teſtis eſt Hippocrates in opere de morbis vulgaribus ſcribens ad hunc modum: *Eſcas ac potus experiri oportet, an aeque diu morentur.* Ac rurſus alio loco: *Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia modiocria.* De nominibus quidem certe (quod ſemper praedicamus) non oportet nos eſſe ſolicitos, nec, quo pacto quis ipſis utatur, laborare, quum ea praeſertim omnia Graecis ſint uſitata, ſed rerum ipſarum ſcientiam conſectari. Alimenta ergo cito tardeve tranſire compe-

Ed. Chart. VI. [304.] Ed. Baſ. IV. (304.)

ἴσχοντα τὴν διέξοδον, ἤτοι διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν φύσιν, ἢ διὰ τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν τῆς γαστρὸς, ἢ διὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν. λέγω δὲ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ἐπειδὴ τινὰ μὲν αὐτῶν εἰσὶν ὑγρὰ, τινὰ δὲ ξηρὰ, καὶ τινὰ μὲν γλίσχρα, τινὰ δὲ εὔθρυπτά τε καὶ εὐδιαίρετα, καὶ τινὰ μὲν δριμύτητας ἐν αὑτοῖς ἔχοντα, τινὰ δὲ ὀξύτητας, ἢ πικρότητας, ἢ γλυκύτητας, ἢ ἁλυκότητας, ἢ αὐστηρότητας, ἢ στρυφνότητας, ἤ τινας ἔξωθεν τούτων φαρμακώδεις δυνάμεις ὁμογενεῖς ταῖς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. ἀνδράφαξυς μὲν γὰρ καὶ βλίτον καὶ μαλάχη καὶ κολόκυνθα διὰ τὸ γλίσχρα τε εἶναι καὶ δίυγρα θᾶττον τῶν μὴ τοιούτων ὑπέρχεται, καὶ μάλιστα τοῖς περιπατοῦσιν ἡσύχως μετὰ τὴν προσφορὰν αὐτῶν ἐπ' ἐδάφους εἴκοντος μετρίως· ὀλισθαίνει γὰρ ἐν τῷ κατασείεσθαι μᾶλλον, ἢ εἴ τις ἀτρεμήσει κατακείμενος. ἐν τούτῳ δὲ τῷ γένει καὶ τὰ μόρα καὶ τὰ γλυκέα κεράσια θείη τις ἄν, ὥσπερ καὶ τῶν οἴνων τοὺς γλυκεῖς καὶ παχεῖς. οἱ δὲ πέπονές τε καὶ μηλοπέπονες ὀνομαζόμενοι δι' ὑγρότητά τε καὶ γλισχρότητα πρὸς ὑποχώ-

riuntur, alias ob naturalem noſtram ab initio conſtitutionem, alias ob ventris diſpoſitionem acquiſititiam, nonnunquam ob peculiarem aliquam eſculentorum ac poculentorum ſubſtantiam; quandoquidem ex iis quaedam humida, quaedam ſicca *durave* ſunt, ceu alia viſcida, alia friabilia ac diviſu facilia, nonnulla denique acrimoniam in ſeſe habent, alia acorem, aut amarorem, aut dulcedinem, aut ſalſuginem, aut auſteritatem, aut acerbitatem, aut alias extra has facultates medicamentoſas ejusdem generis cum iis, quae purgantibus medicamentis inſunt. Siquidem atriplex, blitum, malva, cucurbita, quia ſunt lenta ac perhumida, aliis, quae talia non ſunt, celerius ſubſidunt potiſſimum iis, qui ſumptis illis in ſolo leniter obambulant, modice cedentia; lubricant enim, ſi quis concutiatur, promptius, quam ſi quietus jaceat. Eodem in genere ponere quis poſſit mora, dulcia ceraſia, et ex vinis, quae dulcia ſimul ſunt ac craſſa; pepones quoque, et quos melopepones vocant, quod humidi ſint ac lenti,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 468 sur 889

Ed. Chart. VI. [304.] Ed. Baſ. IV. (304. 305.)

ρησίν εἰσιν ἐπιτήδειοί τε καὶ δύναμίν γε ἔχουσι μετρίως ῥυπτικήν· καὶ μᾶλλόν γε αὐτῶν οἱ πέπονες, ἢν ἔνεστί σοι μαθεῖν ἀνατρίψαντι μόριον ῥυπαρὸν, (305) ἀπορρύψουσι γὰρ αὐτοῦ τὸν ῥύπον αὐτίκα. ταῦτα δὴ καὶ τῶν οὔρησιν κινούντων εἰσίν. ἐκ δὲ τῶν ὑγρῶν καὶ ὑδατωδῶν σωμάτων ἐστὶ καὶ τὰ βρεκόκκια καλούμενα καὶ τὰ Περσικὰ, καὶ ὅλως ὅσα μηδεμίαν ἰσχυρὰν ἔχειν φαίνεται ποιότητα τοῖς γευομένοις ἢ ὀσμωμένοις αὐτῶν· ἅπερ, ἂν μὲν ἐπιτηδείως ἡ γαστὴρ ἔχῃ πρὸς τὴν κάτω διαχώρησιν, ὑπέρχεται ῥᾳδίως, εἰ δὲ μὴ, μένει καὶ αὐτὰ μετέωρα, μηδὲν εἰς ἔκκρισιν αὐτὴν ὠφελοῦντα. μέση γάρ πως ἡ τοιαύτη τῶν ἐδεσμάτων ὕλη τῆς τε τῶν ἐπεχόντων τὴν γαστέρα καὶ τῆς τῶν προτρεπόντων οὖσα βραχύ τι ῥέπει πρὸς τὸ ἕτερον, ὅταν γε μὴ πάνυ τύχῃ νωθρᾶς γαστρὸς εἰς ἀπόκρισιν, ἢ ἰσχυρᾶς εἰς ἀνάδοσιν, ἐνίοτε γὰρ ἐπέχει γαστέρα καὶ ταῦτα. καὶ τὸ μελίκρατον, οἷς ἀναδίδοσθαι φθάνει ταχέως, οὐ προτρέπει τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μιχθεῖσιν ἑαυτῷ

ventri ſubducendo ſunt idonei facultatemque mediocriter abſtergendi habent, et horum maxime pepones; quam facile, ſi ſordidam aliquam partem iis conſricueris, perceperis, protinus namque cernes, quicquid in ipſa eſt ſordidum, abſtergi: ideoque inter ea, quae urinam movent, connumerantur. Porro inter humida corpora et aquoſa ſunt quae praecocia vocitant, et Perſica, et omnino quaecunque nullam guſtantibus ea aut olfacientibus qualitatem vehementem repraeſentant; quae, ſi quidem venter ad dejiciendum eſt propenſus, non aegre ſubſidunt; ſin minus, haerent et ipſa ſublimia, nihil ad ipſam excretionem conferentia. Etenim hujuscemodi ciborum materia, medium quodammodo inter alvum ſiſtentia et proritantia locum ſortita, exiguum quid in alteram partem affert momenti, ſi in ventrem incidat nec ad excernendum valde ſocordem, nec ad diſtributionem alacrem ac robuſtum; interdum enim haec quoque alvum cohibent. Quin et melicratum, in quibus celeriter diſtribuitur, nihil alvo ad excretionem confert, quin imo cibis ſecum com-

Ed. Chart. VI. [304. 305.] Ed. Baſ. IV. (305.)

σιτίοις εἰς ἀνάδοσιν ὑφηγεῖται. εἰ δὲ μὴ φθάσειεν ἀναδοθῆναι ταχέως, ἐρεθίζει πρὸς ἔκκρισιν, ὥσπερ ἡ ξανθὴ χολὴ διὰ τὴν δριμύτητα καὶ τὸ δακνῶδες ἔχειν ἐν ἑαυτῇ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, δάκνοντα μόνον, ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν ἐπεγείρει τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν μόρια. πρόδηλον δὲ, ὅτι καὶ ἡ τῶν ἐντέρων οὐσία παραλαμβάνεται κατὰ λόγον. οὕτως γέ τοι καὶ τοὺς προγάστορας καὶ μεγαλοκοίλους ὀνομάζουσιν οἱ ἄνθρωποι. τινὰ δὲ ὑπάγει τὴν γαστέρα, μεμιγμένας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα φαρμακώδεις δυνάμεις, ὁμοίας τῇ κατὰ τὴν σκαμμωνίαν τε καὶ κολοκυνθίδα, καὶ τὸν ἑλλέβορον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα· μικτὴ γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ φύσις ἔξ ἐδέσματός τε καὶ φαρμάκου, καθάπερ εἰ καὐτὸς ἐμβάλοις τῷ χυλῷ τῆς πτισάνης ὀλίγον τι τοῦ τῆς σκαμμωνίας ὀποῦ. λανθάνων γὰρ οὕτω τὴν αἴσθησιν οὐ λήσεται κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' ὑπάξει σαφῶς τὴν γαστέρα. καὶ τοῦτ' εἶναι δοκεῖ τισι τὸ ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένον· ἐν τρο[305]φῇ φαρμακίη. τοῖς δ' οὐχ οὕτω μόνον ἔδοξεν ἀκούειν, ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνων

mixtis ad diſtributionem praeit; quod ſi celeriter non diſtribuatur, ad excretionem non ſecus, ac flava bilis ſua acrimonia ac mordacitate, irritat. Hoc ergo cibariorum atque potionum genus duntaxat mordicatione ſua ventris partes ad expulſionem proritat: perſpicuum autem eſt, quod etiam inteſtinorum ſubſtantiam nomine ventris complectimur, ſic nempe vulgus ventre prominulo et ventre inſignes appellat. Alia autem ſunt, quae ventrem ſubducunt, quod facultates in ſe medicamentoſas habeant commixtas, ſimiles ei, quae in ſcammonio, colocynthide, helleboro et id genus aliis conſpicitur; horum enim ſubſtantia ex cibo et medicamento eſt commixta, ut ſi ipſe in ptiſanae cremorem ſucci ſcammonii paululum quid injicias: qui ſuccus, etiamſi ſenſum quidem ſic effugerit, ſua tamen actione minime latebit, ſed alvum palam ſubducet. Atque hoc eſſe videtur quibusdam, quod ab Hippocrate dictum eſt: *In cibo medicamentum.* Alii vero non ſic modo, ſed de illis quoque cibariis intelligi

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 470 sur 889

Ed. Chart. VI. [305.] Ed. Baſ. IV. (305.)

ὁ λόγος εἰρῆσθαι δύναται τῶν οὔτε θρεπτικήν τινα τοῦ ζώου δύναμιν ἐχόντων ἐδεσμάτων, οὔτε καθαρτικήν. καὶ γὰρ καὶ ταῦτά φασιν οὐχ ὡς τροφὰς μόνον ἐνεργεῖν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὡς φάρμακα, θερμαίνοντα, καὶ ὑγραίνοντα, καὶ ψύχοντα, καὶ ξηραίνοντα σαφῶς ἡμᾶς, ὡς, ὅταν μηδέν τι τούτων ἐνεργῇ περὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, τρέφῃ δὲ μόνον αὐτὸ, τηνικαῦτα τὸν τοῦ φαρμάκου λόγον οὐχ ἕξει. ὀλίγιστα μὲν οὖν ἐδέσματα τοιαῦτά ἐστιν· ἅττα δ' ἂν ᾖ ταῦτα, μόνον τὸν τῆς τροφῆς ἔχει λόγον ἀκριβῶς χωρὶς τοῦ μεταβάλλειν τὸ σῶμα τοῦ προσενεγκαμένου κατὰ ποιότητα· τὸ μὲν γὰρ θερμανθὲν, ἢ ψυχθὲν, ἢ ξηρανθὲν, ἢ ὑγρανθὲν ὑπήλλακται κατὰ ποιότητα, τὸ δ' ἐκ τῶν σιτίων εἰς ὄγκον οὐσίας τῆς διαφορηθείσης προσλαβὸν, ὡς ὑπὸ τροφῶν μόνον αὐτῶν ὠφελεῖται. τὰ τοίνυν μέσα ταῖς κράσεσιν, οὐδεμίαν ἐπικρατοῦσαν ἔχοντα ποιότητα, τροφαὶ μόνον εἰσὶν, οὐ φάρμακα, μήθ' ὑπάγοντα γαστέρα, μήτε ἐπέχοντα, μήτε ῥωννύοντα, μήτ' ἐκλύοντα στόμαχον, ὥσπερ

posſe dictum ejus voluerunt, quae neque alendi, neque purgandi animalis ullam habent facultatem. Haec enim dicunt non modo ut alimenta, verum etiam ut medicamenta ſaepenumero agere, quum manifeſte nos caleſaciant, refrigerent, ſiccent, aut humectent, veluti, dum horum nihil in hominis corpore efficiant, ſed ipſum tantummodo alant, tum medicamenti rationem haudquaquam habere. Sunt autem ſane pauciſſima id genus edulia; quotquot vero ea fuerint, alimenti duntaxat rationem plane habent, corpus ejus, qui ſumpſit, in qualitate non immutantia; etenim quod caleſactum aut refrigeratum eſt, ſiccatum aut humectatum, ſecundum qualitatem eſt mutatum, quod vero ex cibo ad molem diſſipatae ſubſtantiae ſarciendam animal ſibi aſſumpſit, ab illo duntaxat, ut alimento, juvatur. Quamobrem, quae medii ſunt temperamenti, nullaque vincente qualitate ſunt praedita, ea ſolum ſunt alimenta, non etiam medicamenta, ventremque non ſolvunt nec cohibent, ſtomacho nec robur nec

Ed. Chart. VI. [305.] Ed. Baſ. IV. (305.)

γε μήθ' ἱδρῶτας ἢ οὖρα κινοῦντα, ἢ καὶ κωλύοντα, μήτ' ἄλλην τινὰ διάθεσιν ἐν τῷ σώματι ποιοῦντα κατὰ ψυχρότητα, καὶ θερμότητα, καὶ ξηρότητα, καὶ ὑγρότητα, διαφυλάττοντα δὲ πάντη τὸ τοῦ τρεφομένου ζώου σῶμα τοιοῦτον, ὁποῖον παρέλαβεν. ἀλλὰ κἀνταῦθα διορισμός ἐστί τις χρησιμώτατος, οὐδ' αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Διοκλέους εἰρημένος, ὥσπερ οὐδὲ διὰ τῶν ἄλλων τινὸς, ὅσους ἄχρι τοῦδε διῆλθον. εἰ μὲν γὰρ ἀκριβῶς μέσον εἴη τῇ κράσει τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, φυλάττοιτ' ἂν ὑπὸ τῆς μέσης τῇ κράσει τροφῆς ἐν τῇ παρούσῃ καταστάσει· εἰ δ' ἤτοι ψυχρότερον, ἢ θερμότερον, ἢ ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον εἴη τοῦτο, τὰ μέσα τῇ κράσει σιτία τε καὶ ποτὰ ἄν τις κακῶς διδοίη. μεταβάλλεσθαι γὰρ χρὴ τὸ τοιοῦτον σῶμα ἐπὶ τοὐναντίον, εἰς ὅσον ἀπεχώρησε τῆς ἀκριβῶς μέσης καταστάσεως· ἔσται δὲ τοῦτο διὰ τῶν ἐναντίων τῇ παρούσῃ δυσκρασίᾳ. τὰ δὲ ἐναντία τὴν ἴσην ἀφέστηκεν τοῦ μέσου διάστασιν ἐφ' ἑκάτερα καθ' ἑκατέραν ἀντίθεσιν. ὥστ', ἐὰν μὲν ἀριθμοῖς, εἰ τύχοι, τρισὶν ἀπὸ τῆς εὐκράτου μὲν καὶ μέσης καταστά-

imbecillitatem inducunt, ſicuti ſudores urinamve nec provocant, nec coërcent, nec aliam quamvis diſpoſitionem calidam, frigidam, humidam aut ſiccam in animantis corpore ingenerant, ſed, quale animantis, quod nutritur, corpus aſſumpſerant, tale prorſus conſervant. Verum hoc quoque loco diſtinctio quaedam eſt utiliſſima, quae ne ipſa quidem a Diocle eſt poſita, ut nec ab alio quovis, quos mihi adhuc perlegere contigit. Si enim hominis corpus medii plane ſit temperamenti, per alimenta medii temperamenti in eo ſtatu ſervabitur; verum, ſi id frigidius vel calidius, ſiccius aut humidius fuerit, medii temperamenti cibum et potum perperam exhibueris: quippe hujuscemodi corpus, quatenus ab exacte media conſtitutione receſſit, eatenus in diverſum ſtatum traducatur eſt neceſſe: fiet autem id per praeſentis intemperiei contraria. Contraria autem pari intervallo in utraque oppoſitione a medio in utramque partem ſecedunt: ut, ſi corpus tribus verbi gratia numeris a temperata ac

Ed. Chart. VI. [305.] Ed. Baſ. IV. (305.)

σεως ἀποχωρήσῃ τὸ σῶμα πρὸς τὴν θερμοτέραν, τοσούτοις χρῆναι καὶ τὸ σιτίον ἀφεστάναι τοῦ μέσου τῇ κράσει πρὸς τὸ ψυχρότερον, ἐὰν δὲ ἐφ' ὑγρότητα τέτταρσιν ἀριθμοῖς ἀποστῇ, τοῖς ἴσοις δεῖν εἶναι ξηρότερον τοῦ συμμέτρου. κατὰ τοῦτό γέ τοι πάλιν εὑρεῖν ἔστι πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν τροφῶν ἀποφαινομένους. ἔναγχος γοῦν ἐφιλονείκουν ἀλλήλοις δύο τινές, ὁ μὲν ὑγιεινὸν ἀποφαινόμενος, ὁ δὲ νοσερὸν εἶναι τὸ μέλι, τεκμαιρόμενος ἑκάτερος ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπ' αὐτοῦ διετίθετο, μηκέτι ἐννοοῦντες, ὡς οὔτε μίαν ἅπαντες ἄνθρωποι τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔχουσι κρᾶσιν, οὔτ', εἰ καὶ μίαν ἔσχον, ἀμετάβλητον αὐτὴν ἐν ταῖς ἡλικίαις φυλάττουσιν, ὥσπερ οὐδ' ἐν ταῖς κατὰ τὰς ὥρας τε καὶ χώρας ὑπαλλαγαῖς, ἵνα παραλείπω γε κατὰ τὸ παρὸν, ὡς καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν καὶ ταῖς διαίταις ὑπαλλάττουσιν τὰς φυσικὰς τῶν σωμάτων διαθέσεις. εὐθὺς γοῦν αὐτῶν τῶν διαφερομένων ἀλλήλοις περὶ τοῦ μέλιτος ὁ μὲν πρεσβύτης τε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἦν καὶ φύσει φλεγματωδέστερος, ἀργός τε τῷ βίῳ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας μὲν ἁπάσας πράξεις,

media conſtitutione ad calidiorem ſeceſſerit, totidem cibum quoque a medii temperamenti cibo ad frigidiorem ſecedere erit neceſſe; ſin vero quatuor numeris ad humiditatem diſceſſerit, totidem cibum mediocri ſicciorem eſſe conveniet. Atque in hoc certe permultos eſt invenire, qui de iisdem cibis ex diametro pugnantia pronuncient. Nuper enim duo inter ſe concertabant, quorum alter ſalubre, alter inſalubre mel eſſe affirmabat, uterque ex illato ſibi a melle affectu conjectans, nondum illud intelligentes, quod omnes homines non unum ab initio habuerunt temperamentum, neque, ſi habuiſſent, immutabile ipſum aetatis curſu, aut in temporum anni ac locorum commutationibus tueri potuiſſent: ut nunc omittam, quod iidem homines vitae inſtitutis ac victus ratione nativum corporis habitum immutent. Ne igitur longe abeam, eorum, qui de melle inter ſe diſceptabant, alter quidem erat aetate ſenex, et natura pituitoſior, vitaque otioſa, et cum ad alias omnes actiones, tum autem ad

Ed. Chart. VI. [305. 306.] Ed. Baſ. IV. (305.)

οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πρὸς τὰ τοῦ βαλανείου γυμνάσια, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτῷ μέλι χρήσιμον ἦν· ὁ δὲ ἕτερος χολώδης τε φύσει καὶ τριακονταετὴς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ δὲ ταῖς ὁσημέραι πράξεσι πολλὰ ταλαιπωρούμενος· [306] εἰκότως οὖν αὐτῷ τὸ μέλι ἐξεχολοῦτο ταχέως, καὶ ταύτῃ βλαβερώτερον ἦν. οἶδα δὲ κἀγώ τινα τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας μεμφόμενον, λογισόμενός τε ἐξ ὧν διηγεῖτο, φλέγμα κατ' αὐτὴν ἠθροῖσθαι, συμβουλεύσας προσενέγκασθαι μετὰ σινήπιος πράσα τε καὶ τεῦτλα, τμηθέντος θ' ὑπ' αὐτῶν τοῦ φλέγματος, ἐκκρίνασάν τε πλείω τὴν γαστέρα καὶ τῶν συμπτωμάτων πάντων ἐλευθέραν ἐκτήσατο. αὖθις οὖν ποτ' ἀπεπτήσας ἐπὶ δριμέσιν ἐδέσμασιν καὶ δακνόμενος τὴν γαστέρα, σίνηπι μετὰ τεύτλου προσενεγκάμενος, οὐ μόνον οὐδὲν ὤνατο τὴν δῆξιν, ἀλλὰ καὶ χείρων ἀπεδείχθη συχνῶς. καὶ δὴ θαυμάζων, ὅπως ἐβλύβη συχνῶς ὑφ' ὧν ἔμπροσθεν ὠφελεῖτο μέγιστα, πρός με παρεγένετο, τὴν αἰτίαν πυνθανόμενος. ἰδιώτας μὲν οὖν ἰατρικῆς τέχνης ἀνθρώπους οὐκ ἀπεικός ἐστι ταῦτα σφάλλεσθαι· τοῖς δὲ

eas exercitationes, quae balneum praecedunt, ignavus; ob eamque cauſam mel ei erat utile; alter vero natura erat bilioſus, et annos natus triginta, in quotidianisque operibus multum ſeſe fatigabat; merito igitur in eo mel celeriter in bilem vertebatur, eaque ratione ſibi erat nocentius. Novi autem et ipſe quendam, qui de ore ventriculi querebatur: quod quum ab acervata in eo pituita provenire ex ipſius ſermone conjectaſſem, conſuluiſſemque, ut cum ſinapi betam et porrum ſumeret, eorum ope inciſam pituitam largiter per alvum excrevit, omnibusque ſymptomatibus eſt liberatus. Idem quum poſt eſum ciborum acrium non coxiſſet, mordicationemque in ventriculo ſentiret, ſumpto rurſus cum beta ſinapi, non modo a mordicatione non fuit levatus, verum etiam longe deterius habuit: tum protinus admiratus, quid eſſet, quod ab iis, quae ante ſummopere juviſſent, nunc graviter laederetur, cauſam ſciſcitaturus ad me acceſſit. Eos porro, qui rei medicae ſunt imperiti, in his falli non eſt abſurdum:

Ed. Chart. VI. [306.] Ed. Baſ. IV. (305.)

ἰατροῖς οὐκ ἄν τις συγγνοίη παραλιποῦσιν ἀδιόριστα πολλὰ τῶν χρησιμωτάτων θεωρημάτων. οὐ γὰρ ἁπλῶς προσήκει λέγειν αὐτοὺς, εὐπέπτους μὲν εἶναι τοῖς πλείστοις τοὺς πετραίους ἰχθύας, εὑρίσκεσθαι δέ τινας, οἳ τὰ βόεια κρέα ῥᾷον πέπτουσιν, ἀλλ' ἑκατέρους διορίσαι, καθάπερ γε καὶ περὶ μέλιτος οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ προσθεῖναι, τίσιν ἡλικίαις τε καὶ φύσεσιν, ὥραις, καὶ χώραις, καὶ βίοις ὠφέλιμόν ἐστιν, ἢ βλαβερόν· οἷον ὅτι τοῖς μὲν θερμοῖς καὶ ξηροῖς ἐναντιώτατον, ὠφελιμώτατον δὲ τοῖς ὑγροῖς τε καὶ ψυχροῖς, εἴτε δι' ἡλικίαν, ἢ διὰ φύσιν, ἢ χώραν, ἢ ὥραν, ἢ ἐπιτήδευμά τι τοιοῦτοι τὴν κρᾶσιν εἶεν. ὥστ' ἀναγκαιότατον εἶναι ἔοικεν τὴν παροῦσαν θεωρίαν ἐπισκέψασθαι τάς τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἐδεσμάτων κράσεις. αἱ μὲν οὖν τῶν ἀνθρώπων ὁποῖαί τέ εἰσιν καὶ ὅπως χρὴ διαγιγνώσκειν αὐτὰς, ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασι λέλεκται, καθάπερ γε καὶ περὶ τῶν φαρμάκων. ἐν

verum medicos, qui pleraque et eadem utiliſſima theoremata praetereunt indiſtincta, quis ferat? Non enim ipſos ſimpliciter pronunciare convenit, piſces ſaxatiles permultis quidem concoctu eſſe faciles, nonnullos vero reperiri, qui bubulam facilius conficiant, ſed utrosque diſtinguere, quemadmodum de melle non ſimpliciter pronunciare, ſed ſimul adjicere, quibusnam aetatibus, naturis, anni temporibus, regionibus ac vitae rationibus utile ſit aut noxium; v. g. quod calidis et ſiccis ſit adverſiſſimum, frigidis vero ac humidis utiliſſimum, ſive ea temperies eis ſit naturalis, ſive acceſſerit propter aetatem, ſive propter regionem, aut anni tempus, aut vitae conditionem. Itaque ad praeſentem ſpeculationem ſumme neceſſarium eſſe videtur hominum pariter ac ciborum temperamenta conſideraſſe. Porro, qualianam hominum ſint temperamenta, et qua ratione ea dignoſcere conveniat, in commentariis, quos de temperamentis ſcripſimus, ceu utique et de medicamentorum temperamentis in iis,

Ed. Chart. VI. [306.] Ed. Baſ. IV. (305. 306.)

τοῖς περὶ τῶν (306) δυνάμεων αὐτῶν. ἐν δὲ τοῖς νῦν ἐνεστῶσι καιρὸς ἂν εἴη τὰς τῶν σιτίων εἰπεῖν κράσεις· ὡς ἐν τῷ διαίτης ἐγράφθη βιβλίῳ, κατὰ τινὰς μὲν Ἱπποκράτους ὄντι συγγράμματι, κατὰ τινὰς δὲ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος, ἢ Εὐρυφῶντος, ἢ Φιλήτου, παλαιῶν ἁπάντων ἀνδρῶν. ἀρχὴ δέ ἐστιν αὐτοῦ κατὰ μὲν ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἥδε· Σιτίων τε καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστου, καὶ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν διὰ τῆς τέχνης, ᾗδε χρὴ διαγινώσκειν. ἐν ἄλλοις δὲ ἥδε· Χωρίων δὲ θέσιν καὶ φύσιν ἑκάστου ᾗδε χρὴ διαγινώσκειν. ὅταν μὲν οὖν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ φέρηται τὸ βιβλίον τοῦτο, περὶ διαίτης ἐπιγράφεται, μέρος ὂν δεύτερον εἰς τρία διῃρημένου τοῦ παντός· ὅταν δὲ τὸ συγκείμενον ἐκ τῶν τριῶν ὅλον ἓν ἀδιαίρετον εὑρεθῇ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης ἐπιγράφεται. τὸ μὲν οὖν δεύτερον, ἐν ᾧ περὶ τῶν σιτίων διέρχεται, τάχ' ἄν τις εὐλόγως Ἱπποκράτους ἄξιον ἡγήσαιτο· τὸ δὲ πρῶτον ἀφέστηκε πάμπολλα τῆς Ἱπποκράτους γνώμης. ἀλλὰ τοῦτο μὲν

quae de illorum facultatibus prodidimus, abunde diximus: in praeſentia vero tempus expoſcit, ut alimentorum temperamenta exequamur ea methodo, qua libro de victus ratione ſunt ſcripta, qui eſt, ut nonnullis placet, Hippocratis, ut aliis, Philiſtionis, aut Ariſtonis, aut Euryphontis, aut Philetae, omnium antiquorum virorum. Initium autem ipſius in nonnullis quidem exemplaribus eſt: *Ciborum omnium ac potuum facultates, tum naturales, tum arte accitas, ſic dignoſcere oportet;* in aliis autem hoc: *Locorum autem omnium ſitum ac naturam ſic oportet dignoſcere.* Quum ergo ſeorſum libellus hic circumfertur, de ratione victus inſcribitur, eſtque ſecunda pars, quum opus totum in partes tres ſit diviſum: quum vero totus unicus et non diviſus ex tribus conflatus invenitur, de natura humana et victus ratione inſcribitur. Secunda igitur pars, in qua agitur de cibis, non abs re forte Hippocrate digna putabitur, ſed prima quam plurimum ab Hippocratica ſententia recedit. Verum id

Ed. Chart. VI. [306. 307.] Ed. Baſ. IV. (306.)

οἷον ὁδοῦ τι πάρεργον εἰρήσθω. ὅτου δ' ἂν ἧ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, εἴς τινα καθόλου μέθοδον ἀναφέρειν φαίνεται τὴν ἐπὶ τοῖς σιτίοις δίαιταν. ὁ γὰρ γνοὺς, ὅτι κριθὴ φύσει ψυχρά ἐστι καὶ ὑγρὰ ἑψηθεῖσα, ἐπιστάμενος καὶ τὰς τῶν σωμάτων γνωρίζειν κράσεις, ὅσαι τε φύσει ὑπάρχουσι, καὶ ὅσαι κατὰ διάθεσιν ἐπίκτητον γίγνονται, χρήσεται προσηκόντως κριθαῖς εἰς ἐδωδὴν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν νοσούντων σωμάτων, καὶ καταπλάσματι δέ τις δι' ἀλεύρου κριθίνου χρήσεται καλῶς ὁ τὴν κρᾶσιν ἐπιστάμενος αὐτῶν. [307] δεῖ δὲ μὴ μόνον ἐγνῶσθαι τὴν κυριωτάτην τε καὶ πρώτην ἑκάστου σιτίου κρᾶσιν, ἀλλ', ὡς ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ἐδείχθη, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων γιγνομένας· ὧν οὐχ ἥκιστα τυγχάνουσι χρήσιμοι οὖσαι πολλαὶ μὲν τῶν κατὰ τοὺς χυμοὺς, εἰ μὴ ἄρα καὶ πᾶσαι, τινὲς δὲ καὶ τῶν κατὰ τὰς ὀδμάς. ἐκ γὰρ τοῦ κεκρᾶσθαί πως ἕκαστον ἐκ τοσοῦδε θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν γλυκὺ, τὸ δὲ

quidem praeter inſtitutum obiterque ſit dictum. Cujuscunque autem memoratorum virorum fuerit, omnem in cibis victus rationem ad univerſalem quandam methodum videtur revocare. Qui enim hordeum natura frigidum et elixatione humidum eſſe didicerit, ſciveritque corporum temperamenta, tum naturalia, tum alicujus affectus occaſione acquiſita, dijudicare, is rite non tantum ſanis corporibus, verum etiam aegrotantibus hordeum edendum exhibebit: praeterea et cataplasmatibus ex hordeacea farina percommode utetur, qui et corporis et hordei temperamentum tenuerit. Nec vero ſatis fuerit principaliſſimam ac primam cujusque cibi temperiem noviſſe, ſed (ut in libris de medicamentis monſtratum eſt) eas quoque, quae hanc ſequuntur, qualitates callere oportet, ut quae et ipſae ſunt utiliſſimae, multae quidem, ſi non omnes, in ſaporibus, quaedam autem etiam in odoribus. Quod enim unumquodque ex tanto calido, frigido, humido et ſicco quodam modo eſt temperatum, idcirco hoc

Ed. Chart. VI. [307.] Ed. Baſ. IV. (306.)

πικρὸν, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ στρυφνὸν, ἢ αὐστηρὸν, ἢ δριμὺ φαίνεται. τὸ δὲ ἁλυκὸν οὐκ ἄλλο τι σημαίνει παρὰ τὸ ἁλμυρὸν, ἀλλ' ὑπ' ἀμφοῖν ἕν τι δηλοῦται, στρυφνοῦ δὲ καὶ αὐστηροῦ τὸ κοινὸν γένος ὀνομάζεται στύφον. ἐπὶ πλεῖστον δὲ περὶ τῶν χυμῶν ἁπάντων ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως εἴρηται· καὶ χρὴ πάντως ἐκεῖνο γοῦν ἀνεγνωκέναι τὸν μέλλοντα τοῖς νῦν λεγομένοις ἀκολουθήσειν, ὅπως μὴ πάλιν ἀναγκαζώμεθα λέγειν ἐν τοῖσδε περὶ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτά. τῶν γὰρ σιτίων, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην, ἔνια μὲν οὐδεμίαν ἐπίσημον ἐμφαίνει ποιότητα κατ' ὀσμὴν ἢ γεῦσιν, ἃ δὴ καὶ ἄποια καὶ ὑδατώδη προσαγορεύουσιν, ἔνια δὲ στύψιν ἔχει σαφεστάτην, ἢ γλυκύτητα σύμφυτον, ἢ δριμύτητα, καθάπερ γε καὶ ἁλμυρώτερά τέ τινα φαίνεται, καὶ πικρότητος ἔνια σαφῶς μετέχοντα. πρόδηλον οὖν, ὅτι τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἐκείνοις τῶν φαρμάκων, οἷς ὁμοίωται κατὰ τὸν

dulce, illud amarum, ſalſum, acerbum, auſterum acreve apparet. Salſum autem nihil aliud eſt, quam ſalſugino-ſum; nam utraque voce res una declaratur. Item acerbi et auſteri commune genus eſt, quod adſtringens appella-mus. Caeterum in quarto libro de ſimplicium medicamen-torum facultate de omni ſaporum genere copioſiſſime diſſeruimus: quem certe librum neceſſe omnino eſt eum perlegiſſe, qui ea, quae in praeſentia a nobis dicuntur, eſt aſſecuturus, ne, quae ſemel de iis dicta ſunt, in hiſce libris identidem repetere cogamur. Ergo ciborum non-nulli quidem (quemadmodum haud ita pridem commemo-ravimus), ſi quis eos guſtaverit, aut olfecerit, nullam in-ſignem ac manifeſtam qualitatem prae ſe ferunt, quos ſa-ne qualitatis expertes et aquoſos nominant; alii autem manifeſtiſſimam habent adſtrictionem, aut congenitam dul-cedinem, aut acrimoniam; ſicut nonnulli quoque ſalſiores, aut amaritudinis quidpiam habere perſpicue cernuntur. Quare perſpicuum eſt, cibos ejusmodi eandem cum iis medicamentis habere facultatem, quibuscum ſapore con-

Ed. Chart. VI. [307.] Ed. Baſ. IV. (306.)

χυμόν. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ τῶν φαρμάκων ἡ αἰτία, δι' ἣν ἔνια τῶν στυφόντων οὐ ταὐτὸ τοῖς ἄλλοις στύφουσιν ἐργάζεται, καθάπερ ἀλόη τε καὶ χαλκὸς κεκαυμένος, καὶ χάλκανθος, καὶ ἄνθος χαλκοῦ, καὶ λεπὶς, καὶ χαλκῖτις. ἐκ τοῦ μεμίχθαι γὰρ καθ' ἕκαστον αὐτῶν τῇ στυφούσῃ δυνάμει τε καὶ οὐσίᾳ τῶν ἄλλων τινὰ τοῖς κατὰ μέρος ἔργοις ἐξαλλάττεται ταῦτα, καθάπερ εἰ καὐτὸς ἀναμίξεις κυδωνίῳ μήλῳ σκαμμωνίαν, ὥσπερ ἀμέλει ποιοῦμεν ἐνίοτε, τοῦ μήλου μὲν γλύφοντες τὰ περὶ τὸ σπέρμα, τὸ δὲ κοιλανθὲν ἀναπληροῦντες τῇ σκαμμωνίᾳ, κἄπειτα περιπλάττοντές τε καὶ ὀπτῶντες, εἶτα διδόντες φαγεῖν τὸ μῆλον. ἄνευ γὰρ τοῦ τὸν στόμαχον ἀνατρέπειν ὑπάγει γαστέρα τὸ οὕτως σκευασθὲν, ἐπικρατούσης ἐν αὐτῷ τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, ἣν ἐκ τῆς σκαμμωνίας τὸ μῆλον ἐπεκτήσατο, διαμενούσης δὲ τῆς κατὰ τὸ μῆλον οἰκείας, οὐ γὰρ ἂν ἡδύ τε καὶ στύφον ἐφαίνετο καὶ τῷ στομάχῳ πρόσφορον. οὕτως οὖν ἔνια τῶν ἐσθιομένων ἔχει τινὰ μεμιγμένην ἐν ἑαυτοῖς δύναμιν,

veniunt. Caeterum in commentariis de medicamentis cauſam explicuimus, quamobrem adſtringentia quaedam non eadem cum aliis adſtringentibus in corporibus agant, ut aloë, aes uſtum, atramentum ſutorium, flos aeris ſquamaque et chalcitis. Etenim, quod in quoque iſtorum adſtringenti facultati ac ſubſtantiae alia quaepiam eſt admixta, evenit, ut opera, quae ſigillatim edunt, immutentur, perinde ac ſi malo cydonio ſcammonium intus miſceris; quod utique interdum facimus, partes mali, quae circum ſemen ſunt, exculpentes, deinde cavitatem ſcammonio implentes, deinde circumlinentes ac aſſantes, atque ita malum mandendum exhibentes. Quod namque hunc in modum praeparatum eſt, abſque ſtomachi ſubverſione alvum ſubducit, facultate nimirum purgatrice, quam malum ipſum a ſcammonio acquiſivit, in ipſo vincente, propria autem ipſius mali manente; alioqui nec jucundum, nec adſtringens, nec ſtomacho esset utile. Ad eum igitur modum cibaria quaedam facultatem quampiam

Ed. Chart. VI. [307. 308.] Ed. Baſ. IV. (306.)

ἤτοι καθαρτικὴν, ἢ τι ποιεῖν ἄλλο πεφυκεῖαν. ἐφ' ὧν οὐ χρὴ ταῖς τῶν χυμῶν δυνάμεσιν ἀπιστεῖν, ὡς κατεργαζομέναις ἃ φύσιν ἔχουσιν ἐνεργεῖν. ἐν ὅτῳ γὰρ ἂν ᾖ στύφουσα ποιότης, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, συνάγει τε καὶ σφίγγει, καὶ ψύχει τὰ πλησιάζοντα σώματα. δύναται δὲ ἐνίοτε ταὐτὸ σῶμα τινὰ μὲν θερμαίνοντα τῶν ἑαυτοῦ μορίων ἔχειν, τινὰ δὲ ψύχοντα, καθάπερ ἐδείξαμεν ἐν τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεων, τῆς φύσεως οὕτως αὐτὰ μιξάσης, ὡς καὶ τῶν ἰατρῶν ἔνιοι μιγνύουσιν ἐνίοτε τῶν ψυχόντων τινὶ πύρεθρον ἢ πέπερι. ταῦτ' οὖν, ὡς ἔφην ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν, ἐπιπλεῖστον ἐξειργασμένα, χρησιμώτατα τοῖς νῦν διδασκομένοις ἐστίν. καὶ γὰρ αἱ κατὰ μέρος ἑκάστου τῶν ἐσθιομένων σκευασίαι τοῖς ταῦτα προεγνωκόσιν εὑρίσκεται. τευτλο[308]φακῆν οὖν ἡμεῖς τε δίδομεν ἐνίοτε, καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης ἐδίδου πολλάκις οὐ μόνον ὑγιαίνουσιν ἀμέμπτως, ἀλλὰ καὶ πάσχουσί τι. πρῶτον μὲν οὖν ἐμβάλλομεν αὐτῇ πολλὰ τεῦτλα, δεύτερον δὲ

habent in ſe ipſis admixtam, cui aut purgare, aut aliud quippiam agere ſit naturale: in quibus non eſt dubitandum, quin ſaporum facultates id efficiant, quae a natura habent ut efficiant; in quo enim qualitas ineſt adſtringens, ipſa, quantum in ſe ipſa eſt, vicina corpora cogit, conſtringit ac refrigerat. Idem autem corpus nonnunquam alias ſui partes calefacientes, alias refrigerantes habere poteſt (ut in libris de ſimplicium medicamentorum facultatibus demonſtravimus), natura ſcilicet eas ita permiſcente, ut medici quidam frigido cuipiam pyrethrum aut piper interdum commiſceant. Haec certe (uti diximus) in commentariis de medicamentis copioſiſſime pertractata his, quae nunc a me docentur, ſunt utiliſſima: nam qui haec ante didicerit, modum reperiet, quo cibos omnes ſigillatim apparare queat. Nam nos quoque ex beta et lente edulium nonnunquam damus, atque ante nos Heraclides Tarentinus multis non tantum inculpata valetudine fruentibus, verum etiam malo aliquo affectis ſaepe exhibebat. Primum ergo betarum copiam, deinde, quum con-

Ed. Chart. VI. [308.] Ed. Baſ. IV. (306.)

κατὰ τὴν ἄρτυσιν ἢ ἁλῶν βραχὺ πλειόνων, ἢ γάρου γλυκέος, ὑπακτικώτερον γὰρ οὕτως. εἰ δὲ μὴ, πτίσας τὴν φακῆν, ἑψήσας τε δὶς, ὡς ἀποχεῖν τὸ πρότερον ὕδωρ, εἶτ' ὀλίγον μὲν ἁλῶν, ἢ γάρου μίξας, ἐπεμβαλεῖς τι βραχὺ τῶν ἐφεκτικῶν γαστρὸς, ἤτοι ὄξος, ἄχρι τοῦ μηδὲ λυπῆσαι τὴν γεῦσιν, ἡδιστόν τε καὶ ὠφελιμώτατον ἂν ἐργάσαιο φάρμακόν τε ἅμα καὶ σιτίον οὐκ ὀλίγοις τῶν διαῤῥοίᾳ χρονίᾳ ἐνοχλουμένων. οὐκ ὀλίγοις δὲ εἶπον, ἅπασι φυλαξάμενος εἰπεῖν, ὅτι κἀνταῦθα διορισμῶν ἐστιν χρεία, καθ' οὓς αἱ διαθέσεις εὑρεθήσονται τῶν διαῤῥοϊζομένων χρονίως. ὅλως γὰρ οὐδὲν οἷόν τέ ἐστιν τῇ πείρᾳ βασανίσαι προσηκόντως ἄνευ τοῦ τῷ λόγῳ πρότερον εὑρεῖν ἀκριβῶς τὴν διάθεσιν, ᾗ προσφέρεται τὸ βασανιζόμενον, ἤτοι σιτίον, ἢ ποτὸν, ἢ φάρμακον. ὕλη γάρ ἐστι βοηθημάτων ἡ τῶν τοιούτων διαθέσεων γνῶσις, οὐκ αὐτῶν τῶν βοηθημάτων. ἐπεὶ δ' ἀδύνατον ἄνευ τοῦ γιγνώσκειν ἀκριβῶς τὰς δυνάμεις τῶν ὑλῶν, αἷς χρώμεθα, βοηθεῖν

dimus, aut ſalis pluſculum, aut dulcem garum ei injicimus: ſic nempe alvum magis ſubducit. Sin minus *vis ſubducere*, lentem excorticatam bis decoquito, aqua videlicet priore effuſa, dein ſalis aut gari portiuncula addita aliquod eorum, quae alvum modice ſiſtunt, injicito, puta acetum, ea menſura, ut guſtum non offendat: ita enim jucundiſſimum atque utiliſſimum effeceris pharmacum et cibum non paucis eorum, qui diuturna diarrhoea conflictantur. Porro dixi, non paucis, non omnes complecti volens: nam hic quoque diſtinctionibus opus eſt, per quas eorum, qui diarrhoea jampridem laborant, affectus invenientur. Omnino enim nullius rei facultates experientia commode explorabis, niſi prius per rationem ad unguem compertum habueris affectum, cui applicatur id, quod exploras, ſive ſit cibus, ſive potus, ſive medicamentum: materia enim eſt auxiliorum ejusmodi affectuum cognitio, non ipſorum remediorum. At quoniam fieri non poteſt, ut, niſi quis materiarum, quibus utimur, fa-

Ed. Chart. VI. [308.] Ed. Baſ. IV. (306. 307.)

τοῖς δεομένοις αὐτῶν, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὥσπερ ἑτέρωθι περὶ τῶν ἐν τοῖς φαρμάκοις δυνάμεων, οὕτως ἐνταῦθα περὶ τῶν ἐν τῇ τροφῇ διελθεῖν. ἡ γνῶσις δὲ αὐτῶν ἐν χρόνῳ πολλῷ κατορθοῦται μόγις ἔκ τε τῆς διωρισμένης πείρας καὶ τῆς τῶν ἁπτῶν τε καὶ χυμῶν φύσεως, οὓς ἔχειν φαίνεται τὰ δοκιμαζόμενα, καὶ προσέτι τῆς συστάσεως, ἣν κέκτηται κατά τε γλισχρότητα καὶ χαυνότητα, πίλησίν τε καὶ κουφότητα καὶ βαρύτητα· ταῦτα γὰρ ἅπαντα συντελεῖ πρὸς τὴν εὕρεσιν αὐτῶν, ὥστε κἂν εἰς ξένην χώραν ἀφικόμενος ἴδῃς τι τῶν μὴ πρόσθεν ἑωραμένων σοι βρωμάτων, ἔχειν ἀφορμὰς οὐκ ὀλίγας εἰς τὴν τῆς δυνάμεως αὐτῶν γνῶσιν. ἃ δὲ Μνησίθεος ἔγραψε περί τε ῥιζῶν καὶ καυλῶν, καὶ φύλλων, καὶ καρπῶν, καὶ σπερμάτων, οὐ πάνυ τι βεβαίαν ἔχει τὴν διάγνωσιν, ἐὰν τῇ διωρισμένῃ πείρᾳ κρίνῃς αὐτά, καθότι καὶ διὰ τῶν ἑφεξῆς ἔσται δῆλον· ἔγνωκα γὰρ ὑπὲρ ἑκάστου (307) τῶν ἐδεσμάτων ἰδίᾳ διελθεῖν. εἰ δὲ μακρότερος ὁ λόγος ἐστὶν ἢ ἔσεσθαι

cultates exacte calleat, illarum ope egentibus ſuccurrat, neceſſe eſt, ut alibi de medicamentorum, ita hoc quoque loco de alimentorum facultatibus differamus. Cognitio autem horum vix tandem longo tempore recta nobis accedit, quam conſequimur quum ex certa definitaque experientia, tum ex halituum ſaporumque natura, quos habere videntur ea, quae examinantur; ad haec ex conſiſtentia, quam habent ſecundum lentorem, aut friabilitatem, aut laxitatem et denſitatem, aut levitatem et gravitatem: haec enim omnia ad ipſarum inventionem adeo conferunt, ut, quum in peregrinam regionem perveneris, ſi quid eſculenti nunquam prius tibi conſpecti offenderis, permultas ſis occaſiones atque adjumenta ad eius facultatem pernoſcendam habiturus. Caeterum, quae Mneſitheus de radicibus, caulibus, foliis, fructibus ſeminibusque prodidit, non certam valde habent dignotionem, ſi experientia definita ipſa exploraris, quod ex iis, quae ſequentur, fiet manifeſtum: ſtatui enim de cibis ſingulis ſeorſum pertractare. Quod ſi tractatus ipſe longior ſit aut futurus

Ed. Chart. VI. [308. 309.] Ed. Baſ. IV. (307.)

μέλλει, δυνησόμεθα γοῦν αὖθις αὐτὸν ἐν βραχεῖ περιλαβεῖν ἑτέρῳ βιβλίῳ τινὶ μικροτέρῳ, χρησίμῳ τοῖς τεχνωθεῖσιν ἐσομένῳ· μόνη γὰρ ἡ κατὰ διέξοδόν τε ἄσκησις καὶ διδασκαλία τεχνίτας ἀπεργάζεται. καὶ διὰ τοῦτό μοι δοκοῦσι καλῶς οἱ πολλοὶ λέγειν, ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν τὴν παρὰ τῆς ζώσης φωνῆς γιγνομένην, ἐκ βιβλίου δὲ μήτε κυβερνήτην τινὰ γιγνόμενον ἰδέσθαι, μήτε ἄλλης τέχνης ἐργάτην· ὑπομνήματα γάρ ἐστι ταῦτα τῶν προμεμαθηκότων, οὐ διδασκαλία τελεία τῶν ἀγνοούντων. εἴ γε μὴν ἐθέλοιέν τινες καὶ τούτων, ὅσοι διδασκάλων ἀποροῦσιν, ἐντυγχάνειν ἐπιμελῶς τοῖς σαφῶς τε καὶ κατὰ διέξοδον, ὁποίαν ἡμεῖς ποιούμεθα, γεγραμμένοις, ὀνήσονται μεγάλως, καὶ μάλιστα ἐὰν πολλάκις ἀναγινώσκειν αὐτὰ μὴ ὀκνῶσιν.

Κεφ. β'. [309] Εἰκότως μοι δοκοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν ἀπὸ πυρῶν ἄρξασθαι τῆς προκειμένης διδασκαλίας, ἐπειδὴ πολυχρησιμώτατον καὶ πολυχρηστότατόν ἐστι τοῦτο τὸ σπέρμα τοῖς τε Ἕλλησιν ἅπασι καὶ τῶν βαρβάρων

ſit, poterimus ipſum poſtea alio quodam minore libello perſtringere, qui iis, qui artem callent, utilis erit: quandoquidem exercitatio ſola ac doctrina, quae per diffuſam enarrationem traditur, nos artifices reddit. Ideoque non inſcite illud mihi vulgo dici videtur, optimam eſſe doctrinam, quae viva voce traditur; neque enim quemquam ex libro nauclerum, aut alterius artis opificem factum videre eſt: libri enim ſunt iis, qui ante eruditi fuerunt, monimenta, non rudium et indoctorum doctrina perfecta. Quod ſi qui praeceptoribus careant, velintque iis, quae clare ac copioſe ſunt ſcripta, (qui nobis ſcribendi mos eſt,) diligenter incumbere, magnum ii fructum capient, potiſſimum ſi ea relegere identidem non graventur.

Cap. II. Haud injuria medicorum plurimi praeſentem doctrinam a tritico mihi videntur auſpicati, quandoquidem cum apud Graecos omnes, tum barbarorum plurimos ſemen hoc et frequentiſſime et ſumma cum utili-

Ed. Chart. VI. [309.] Ed. Baſ. IV. (307.)

τοῖς πλείστοις. εἰσὶ δὲ αὐτῶν τροφιμώτατοι μὲν οἱ πυκνοὶ καὶ πεπιλημένην ἔχοντες ὅλην τὴν οὐσίαν, ὡς μόγις ὑπὸ τῶν ὀδόντων διαιρεῖσθαι· πλείστην γὰρ οὗτοι τροφὴν διδόασι τοῖς σώμασιν ἐξ ὄγκου βραχέος. οἱ ἐναντίοι τούτοις, ῥᾳδίως μὲν ὑπὸ τῶν ὀδόντων θρυόμενοι, μετὰ δὲ τὴν θραῦσιν ἀραιοὶ καὶ χαῦνοι φαινόμενοι, βραχεῖαν διδόασι τροφὴν ἐξ ὄγκου πολλοῦ. εἰ δὲ καὶ στῆσαι βουληθείης ἑκατέρων ἴσον ὄγκον, εὑρήσεις βαρυτέρους πολλῷ τοὺς πυκνούς. οὗτοι δ' εἰσὶν τῇ χρόᾳ τῶν χαύνων ξανθότεροι. βασανίζειν δὲ χρὴ τὴν φύσιν αὐτῶν, οὐχ ἁπλῶς ἐπισκοποῦντας τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν, ἀλλὰ καὶ διαιροῦντας καὶ θραύοντας, καθάπερ εἴρηται· πολλοὶ γὰρ ἔξωθεν ὑπόξανθοί τε καὶ πυκνοὶ φαινόμενοι τὰ ἔνδον ἑαυτῶν ὤφθησαν ἀραιοί τε καὶ χαῦνοι καὶ λευκοί. πλεῖστον οὖν οὗτοι πίτυρον ἔχουσιν, καὶ εἴ τις αὐτῶν ἀλεσθέντων ὑποσείσας τὸ λεπτότατον ἄλευρον ἄρτους ἐκ τοῦ λοιποῦ ποιήσαιτο τοὺς πιτυρίας ὀνομαζομένους, ὀλιγοτρόφων μὲν αὐτῶν πειράσεται, περίττωμα δ' ἐργαζομένων ἐν τῇ γαστρὶ πολύ, καὶ διὰ

tate uſurpatur. Inter tritica autem plurimum habent alimenti, quae denſa ſunt totamque ſubſtantiam habent adeo compactam, ut dentibus vix dividi queant; talia enim exigua mole corpora plurimum nutriunt: quae vero iis ſunt contraria, quaeque dentibus quidem facile frangun-tur, fractaque rara ac laxa apparent, magna mole exiguum reddunt alimentum. Quod ſi utrorumque parem modum pendere libuerit, quae denſa ſunt, multo graviora eſſe comperies: haec autem ſunt colore etiam laxis flaviora. Explorare autem horum naturam non ſimpliciter oportet, ſuperficiem externam duntaxat contemplando, ſed dividendo quoque, ut diximus, ac frangendo; multa enim, quae extrinſecus flava ac denſa fuerunt viſa, rara intus ac laxa albaque apparuerunt. Haec ſane furfuris habent plurimum, et ſi quis, poſteaquam molita ſunt, tenuiſſima farina excuſſa, ex reliquo panes, quos furfuraceos appellant, fecerit, parum quidem ipſos alere, ventrem vero multis excrementis implere experietur, ob eamque cau-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 484 sur 889

Ed. Chart. VI. [309.] Ed. Baſ. IV. (307.)

τοῦθ' ὑπερχομένων ῥᾳδίως. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ ῥυπτικῆς μετέχειν οὐσίας τὸ πίτυρον εἰκότως ἡ διαχώρησις αὐτῶν γίγνεται ταχεῖα, πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἐρεθιζομένων τῶν ἐντέρων. οἱ δὲ ἐναντίοι τούτοις εἰσὶ μὲν ἀκριβῶς καθαροὶ, πλεῖστον ἄγοντες σταθμὸν ἐπ' ὄγκῳ βραχεῖ, διαχωροῦσι δὲ πάντων τῶν ἄρτων βραδύτερον. θεάσῃ γε μὴν καὶ τὸ σταῖς αὐτῶν γλίσχρον ἱκανῶς, ὡς ἐπιπλεῖστον ἕλκεσθαι μὴ διασπώμενον, ὅπερ ἴδιόν ἐστι γλίσχρου σώματος. εἰκότως τοίνυν οὗτοι μὲν καὶ ζύμης πλείονος χρῄζουσι, καὶ μαλαχθῆναι δέονται πάντων μᾶλλον, καὶ οὐκ εὐθὺς μετὰ τὴν ζύμην καὶ τὴν μάλαξιν ὀπτᾶσθαι· τοῖς πιτυρίαις δὲ ἀρκεῖ καὶ ζύμη βραχεῖα, καὶ μάλαξις ἀσθενὴς, καὶ χρόνος ὀλίγος. οὕτως δὲ καὶ τῆς ὀπτήσεως μακροτέρας μὲν οἱ καθαροὶ, βραχυτέρας δὲ οἱ πιτυρίαι δέονται. τὸ μεταξὺ δὲ τῶν καθαρωτάτων τε καὶ ῥυπαρωτάτων οὐκ ὀλίγον ἐστὶ πλάτος ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἐνίων μὲν καθαρῶν, ἐνίων δὲ ῥυπαρῶν ὀνομαζομένων καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντων. ἔστι δέ τι καὶ μέσον ἀκριβῶς αὐτῶν εἶδος ἄρτων,

ſam facile etiam ſubſidere: praeterea, quod furfur nonnihil facultatis habeat detergentis, merito, inteſtinis ad excretionem irritatis, celeris eorum ſit dejectio. His autem contrarii quidem ſunt panes puriſſimi, plurimum ponderis exigua mole habentes, omnium vero panum tardiſſime dejiciuntur. Videbis ſane illorum molem admodum lentam, ita ut quam longiſſime indivulſa trahatur, quod corporis lenti eſt proprium. Merito igitur ii quidem et fermento copioſiore indigent, omniumque maxime ſubigere eos oportet, nec ſtatim poſt fermentum et ſubactionem aſſare: furfuraceis vero paucum fermentum, et lenis ſubactio, breveque intervallum ſufficit. Pari modo, qui puri ſunt, aſſationem diuturniorem, furfuracei breviorem poſtulant. Porro non pauca eſt inter puriſſimos ac ſordidiſſimos pro minoris majorisque ratione latitudo, quum alios quidem puros, alios ſordidos et vocemus, et revera ſint. Eſt autem et alia panum ſpecies inter hos

Ed. Chart. VI. [309. 310.] Ed. Baſ. IV. (307.)

οἱ αὐτόπυροι προσαγορευόμενοι· συγκομίστους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν. ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀδιακρίτων ἀλεύρων οὗτοι γίνονται, μὴ διαχωριζομένου τοῦ πιτυρώδους ἀπὸ τοῦ καθαροῦ, πρόδηλον. ἐντεῦθεν γοῦν αὐτοῖς ἔθεντο καὶ τὰς προσηγορίας· αὐτοπύρους μὲν, ἐπείπερ ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς ἀδιακρίτως ἀρτοποιεῖται, συγκομίστους δὲ, ὅτι συγκομίζεται, σκευαζομένων αὐτῶν, ἅπαν ἀδιάκριτον τὸ ἄλευρον. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων, ἐν τῷ μέσῳ δοκούντων ἀκριβῶς τετάχθαι τῶν τ' ἐκ τοῦ πιτύρου καὶ τῶν ἄκρως καθαρῶν ἄρτων, οὐ σμικρὰ διαφορὰ παρὰ τὴν τοῦ πυροῦ φύσιν ἐστίν. ἐκ μὲν γὰρ [τῶν πυκνῶν πυρῶν καὶ βαρέων ἀμείνους, ἐκ δὲ τῶν χαύνων τε καὶ κούφων ἄρτοι φαυλότεροι γίνονται. καὶ παρά γε τοῖς Ῥωμαίοις, [310] ὥσπερ οὖν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις σχεδὸν ἅπασιν, ὧν ἄρχουσιν, ὁ μὲν καθαρώτατος [ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης, ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῶν σεμιδαλίτης. ἀλλ' ἡ μὲν σεμίδαλις Ἑλληνικόν [τε καὶ παλαιὸν ὄνομά ἐστιν, σιλίγνις δὲ οὐχ Ἑλληνικὸν μὲν, ἕτερος δὲ αὐτὴν ὀνομά-

plane media, quos αὐτοπύρους appellant: medici autem veteres ipſos nominabant confuſaneos. Caeterum quod hi fiant ex farina ſecretionis experte, furfure ſcilicet a pura farina non ſeparato, omnibus id eſt perſpicuum: illinc enim nomina ipſis indiderunt, αὐτοπύροις quidem, quod totum ipſum triticum, nulla ſui parte adempta, in panificium cedat, confuſaneis autem, quod ad ipſos conficiendos tota farina nusquam a furfure ſejuncta comportetur. Verum et inter hos ipsos, qui ad unguem medii inter furfuraceos et quampuriſſimos panes eſſe videntur, non parva eſt pro tritici natura differentia: ſiquidem ex denſo ac gravi tritico praeſtantiores, ex laxo autem ac levi panes fiunt deteriores. Et apud Romanos quidem, ut et apud alios propemodum omnes, quibus ipſi imperant, panis quidem puriſſimus ſiligineus; qui autem huic eſt proximus, ſimilaceus nuncupatur: verum σεμίδαλις quidem Graecum nomen eſt et antiquum, σιλίγνις vero neque Graecum eſt,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 486 sur 889

Ed. Chart. VI. [310.] Ed. Baſ. IV. (307.)

ζειν οὐκ ἔχω. τροφιμώτατος μὲν οὖν ὁ σιλιγνίτης αὐτῶν, ἑφεξῆς δὲ ὁ σεμιδαλίτης, καὶ τρίτος ὁ μέσός τε καὶ συγκόμιστος, ὃ καὶ αὐτοπυρίτης· ἐφ' ᾧ τέταρτόν ἐστιν τὸ τῶν ῥυπαρῶν εἶδος, ὧν ἔσχατος ὁ πιτυρίας, ὃς δὴ καὶ ἀτροφώτατός ἐστιν, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπέρχεται κατὰ γαστέρα. πεφθῆναι δὲ ἄριστοι τῶν ἄρτων εἰσὶν οἱ μάλιστα ἐζυμωμένοι καὶ κάλλιστα τετριμμένοι, ἀπὸ συμμέτρου πυρὸς ἐν κλιβάνῳ τὴν ὄπτησιν ἐσχηκότες. τὸ μὲν γὰρ πλεῖον πῦρ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν περικαῖον ἀποστρακίζει, καὶ συμβαίνει κατ' ἄμφω μοχθηρὸν γίνεσθαι τὸν ἄρτον, ὠμὸν μὲν καὶ ἀκατέργαστον ἔχοντα τὸ ἔνδον, ὑπερωπτημένον δὲ καὶ ξηρὸν καὶ ὀστρακῶδες ἔχοντα τὸ ἔξω· τὸ δὲ ἔλαττον τοῦ συμμέτρου πῦρ οὐ κατεργάζεται καλῶς τὸν ἄρτον, ἀλλ' ὠμότερον ἀπολείπει καὶ μάλιστα τὸ ἔνδον ἅπαν. ὅσοι δ' ἂν ἐν συμμέτρῳ πυρὶ πλείονι χρόνῳ δι' ὅλων ἑαυτῶν ὁμαλῶς ὀπτηθῶσιν, οὗτοι καὶ πέττονται κατὰ τὴν γαστέρα κάλλιστα, καὶ πρὸς

neque ipſum aliter poſſum exprimere. Inter panes igitur ſiligineus plurimum alimentum praeſtat: poſt ipſum autem ſimilaceus: tertio loco mediùs, qui et confuſaneus, et αὐτόπυρος dicitur: quartum poſt hunc eſt ſordidorum genus, in quibus furfuraceus eſt poſtremus, minimumque omnium nutrit, et omnium maxime per alvum ſubſidet. Concoctu autem inter panes ſunt facillimi, qui plurimum ſunt fermentati et pulcherrime ſubacti, quique in clibano igne moderato fuerunt aſſati: nam ignis ardentior primo ſtatim occurſu ſuperficiem externam circumurens in teſtae modum indurat, acciditque duplici nomine pravum panem fieri: priori quidem, quod partem internam habeat crudam atque illaboratam, poſteriori vero, quod externam ſiccam habeat ac praeaſſatam et teſtaceam. Porro ignis moderato remiſſior panem minus belle elaborat, ſed ipſum crudiorem relinquit, et maxime partem omnem ejus internam. Qui autem in igne moderato, longiore ſpatio, per totos ſe ipſos aequabiliter aſſati fuerint, ii tum belliſſime in ventriculo concoquuntur, tum ad caeteras actio-

Ed. Chart. VI. [310.] Ed. Baſ. IV. (307.)

τὰς ἕξῆς ἐνεργείας, ὅσαι μετὰ τὴν πέψιν εἰσὶν, ἐπιτηδειότατοι γίνονται. χείριστοι δὲ τῶν ἄρτων εἰσὶ δηλονότι, ὅσοις οὐδὲν τῶν προειρημένων ὑπάρχει. τῶν δ' ἄκρων ἐν αὐτοῖς ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διωρισμένων, οὐδέν ἐστι χαλεπὸν αὐτῷ τινι καὶ χωρὶς ἡμῶν ἐπινοεῖν, ἐνίους μὲν τῶν ἄρτων ἐγγὺς εἶναι τῶν ἀρίστων ἢ χειρίστων, ἐνίους δὲ ἀποκεχωρηκέναι πορρώτερω, καί τινας ἄλλους, ὡς εἴρηται, κατὰ τὸ μέσον ἀμφοῖν τετάχθαι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τοῦ μέλιτος ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, οὐχ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι δεῖν, ἀγαθὸν ἢ φαῦλον εἶναι πρὸς ὑγείαν, ἀλλὰ φλεγματικῇ μὲν φύσει, τουτέστιν ὑγροτέρᾳ τε καὶ ψυχροτέρᾳ τοῦ εὐκράτου, χρήσιμον ὑπάρχειν αὐτό, κἂν εἰ ψυχροτέρα δὲ μόνον εἴη τις ἄνευ πολλῆς ὑγρότητος, ἢ ὑγροτέρα ἄνευ πολλῆς ψύξεως, οὐ μήν ταῖς γε θερμαῖς κράσεσιν, οὐδὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ταῖς θερμαῖς τε καὶ ξηραῖς ἁρμόττειν αὐτό, οὕτω καὶ τῶν ἄρτων ἀθλητῇ μὲν ἐπιτήδειος ὁ μήτε πάνυ καλῶς ὠπτημένος, μήτε ζύμην ἔχων πολλήν, ἰδιώτῃ δὲ καὶ πρεσβύτῃ

nes, quae coctionem conſequuntur, fiunt accommodatiſſimi. Peſſimi autem panes ii ſunt habendi, quibus nihil memoratorum ante adeſt. Quum autem jam fines probitatis et pravitatis in panibus conſtituerimus, nemo jam eſt, qui non vel tacentibus nobis facile intelligat, alios eſſe panes, qui aut optimis, aut deterrimis ſint propinqui, alios porro ab illis longe diſcedere, tum alios quoſdam inter utrosque hos locum medium obtinere. Proinde, quemadmodum prius de melle admonuimus, non ſimpliciter eſſe pronunciandum, ipſum ſalubre eſſe aut inſalubre, ſed pituitoſae quidem naturae, hoc eſt humidiori ac frigidiori, quam ſit temperata, ipſum eſſe ſalubre, nec minus, etiamſi ea natura tantum fuerit frigidior ſine multa humiditate, aut humidior ſine multa frigiditate, calidis autem temperamentis, ac his etiam multo magis calidis et ſiccis haudquaquam ipſum convenire, ita panum quoque is athletae quidem eſt accommodus, qui neque belliſſime eſt aſſatus, neque multum habet fermenti, privato autem et ſeni,

Ed. Chart. VI. [310. 311.] Ed. Baſ. IV. (307. 308.)

ὁ κάλλιστα μὲν ἐν κλιβάνῳ, ζύμης δὲ μετέχων πολλῆς, ὅ γε μὴν τελέως ἄζυμος οὐδενὶ χρήσιμος. εἰ δὲ καὶ τυροῦ προσλάβοι, καθάπερ ἐν τοῖς ἀγροῖς παρ' ἡμῖν εἰώθασι σκευάζειν ἑορτάζοντες, οὓς αὐτοὶ προσαγορεύουσιν ἀζύμους, ἑτοίμη βλάβη πᾶσι, κἂν ἰσχυρότατοί τινες (308) ὦσιν τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, οἷόν περ οἱ γενναιότατοι τῶν θεριστῶν καὶ τῶν σκαπανέων εἰσίν· οὗτοι γὰρ ὁρῶνται καὶ τῶν βαρέων ἀθλητῶν μᾶλλον πέττοντες τοὺς ἀζύμους ἄρτους· ὥσπερ γε καὶ κρέα βόεια καὶ τράγεια. τί γὰρ ἔτι δεῖ μεμνῆσθαι προβατείων ἢ αἰγείων ἐπὶ τούτοις; ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ τὰ τῶν ὄνων κρέα ἐσθίουσιν· εἰσὶ δὲ οἷ καὶ τὰ τῶν καμήλων· εἰς γὰρ τὴν πέψιν αὐτῶν συντελεῖ μέν τι καὶ τὸ ἔθος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἡ βραχύτης τῶν προσφερομένων, καὶ ἡ τοῦ σώματος ὅλου κένωσις ἐξ ἀνάγκης ἑπομένη τοῖς δι' ὅλης ἡμέρας ταλαιπωροῦσι κατὰ τὰς οἰκείας ἐνεργείας. ἀναρπάζουσι γὰρ αἱ κεναὶ σάρκες ἐκ τῆς γαστρὸς [311] οὐ μόνον ἡμίπεπτον, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν ἄπεπτον

qui belliſſime quidem in clibano eſt aſſatus, fermenti autem habet multum: porro qui fermento omnino caret nemini prorſus eſt accommodus. Quod ſi caſei aliquid inſuper addatur, (ut ruſtici apud nos feſtis diebus ſolent apparare, eosque panes ipſi vocant azymos,) ejusmodi prompte omnes laeduntur, etiamſi fortiſſimo ſint corporis habitu, cujusmodi ſunt meſſorum ac foſſorum robuſtiſſimi: ab his namque facilius confici videas panes azymos, ut bubulam etiam ac hircinam, quam a gravibus athletis: quid enim jam loquar de ovilla aut caprina? In Alexandria vero aſinina quoque veſcuntur: ſunt qui et camelina: ad ipſarum enim coctionem nonnihil confert tum conſuetudo, tum vero non minimum earum carnium quae ſumuntur parſimonia, ac denique ipſa totius corporis inanitio, quae illis neceſſario accidit, qui toto die in privatis operibus ſeſe conficiunt. Carnes enim inanitae rapiunt ex ventre ſuccum non modo ſemicoctum, ſed nonnunquam etiam omnino crudum atque

Ed. Chart. VI. [311.] Ed. Baſ. IV. (308.)

ἐνίοτε χυμὸν, ὅταν ἐπὶ σιτίοις πρανῶσι· καὶ διὰ τοῦτο νόσους χαλεπωτάτας ὕστερον οὗτοι νοσοῦσιν καὶ πρὸ γήρως ἀποθνήσκουσιν. καὶ ταῦτα ἀγνοοῦντες οἱ πολλοὶ μακαρίζουσιν αὐτῶν τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, ὁρῶντες ἐσθίοντάς τε καὶ πέττοντας, ἃ μηδεὶς ἡμῶν δύναται προσενέγκασθαι καὶ πέψαι. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ταλαιπωρηθεῖσιν ὕπνοι βαρύτεροι γίγνονται, καὶ τοῦτ' αὐτοῖς μειζόνως πρὸς τὰς πέψεις συντελεῖ, διὰ τοῦθ' ἧττον ὑπὸ τῶν μοχθηρῶν ἐδεσμάτων βλάπτονται· εἰ δ' ἀναγκάσεις αὐτοὺς ἀγρυπνῆσαι πλείοσιν ἐφεξῆς νυξίν, αὐτίκα νοσοῦσιν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἓν τοῦτο μόνον ἀγαθὸν ἔχουσιν εἰς πέψιν τῶν μοχθηρῶν ἐδεσμάτων· οἱ δὲ ἀθληταὶ τροφὰς μὲν εὐχυμοτάτας λαμβάνουσιν, ἀλλὰ παχεῖς καὶ γλίσχρας οἵ γε βαρεῖς αὐτῶν· ὀνομάζουσιν δ' οὕτω μάλιστα μὲν τοὺς παλαιστὰς, ἤδη δὲ καὶ τοὺς παγκρατιαστάς τε καὶ πύκτας. ἐπεὶ γὰρ ἡ παρασκευὴ πᾶσα πρὸς τοὺς ἀγῶνας αὐτοῖς ἐστιν, ἐν οἷς ἐνίοτε δι' ὅλης ἡμέρας παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν ἀναγκάζονται, διὰ τοῦτο

incoctum, quum cibo ſumpto operibus ſeſe reddiderint; ob eamque cauſam ii graviſſimis morbis poſtea prehenduntur, et ante ſenectam intereunt. Quae quum vulgus ignoret, illos ob corporis robur beatos praedicat, quum ea edere et concoquere ipſos videat, quae nemo noſtrum neque edere queat neque coquere. Quod autem eorum plerique, qui laboribus ſeſe confecerunt, a pravis cibis minus laedantur, in cauſa eſt, quod iis ſomni ſint profundiores, quae res ad coctiones multum ipſis adfert momenti: quod ſi ipſos plures ordine noctes inſomnes ducere coëgeris, morbo ſtatim corripientur. Illi igitur unicum hoc ad pravos cibos coquendos habent commodum; athletae vero alimentis quidem utuntur optimi ſucci, ſed craſſi ac viſcoſi, illi ſane, qui inter ipſos ſunt graves, quo nomine palaeſtritae potiſſimum, nunc vero et pancratiaſtae et pugiles ita appellantur. Quum enim id ſolum eis ſit propoſitum, ut ad certamina ſeſe comparent, in quibus interdum totum diem aut luctari, aut intentis viribus certare

Ed. Chart. VI. [311.] Ed. Baſ. IV. (308.)

δέονται τροφῆς δυσφθάρτου τε καὶ δυσδιαφορήτου. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ τῶν παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν· ὁποία μάλιστά ἐστιν ἥ τε ἐκ τῶν χοιρείων κρεῶν καὶ τῶν, ὡς εἴρηται, σκευαστῶν ἄρτων, οὕσπερ οἱ νομίμως ἀθλοῦντες ἐσθίουσιν μόνοι. καὶ εἴπερ ἰδιώτης ἀγύμναστος ἐν τῇ αὐτῇ τροφῇ διατρίψειεν, νοσήσει τάχιστα νόσημα πληθωρικόν, ὥσπερ γε καὶ εἰ γυμναζόμενος ἄνθρωπος ἐπὶ λαχάνοις καὶ χυλῷ πτισάνης διαιτῷτο, καταφθείρειεν ἂν ἐν τάχει καὶ τρυχώσειεν τὸ πᾶν σῶμα. χυμὸς δὲ πλεονάζει ἐκ τῶν τοιούτων ἄρτων, οἷς ἔφην χρῆσθαι τοὺς ἀθλητάς, εἴ τις ἡμῶν τῶν πολλῶν ἐσθίει, γίνεται παχὺς καὶ ψυχρός, ὁποῖον ἰδίως ὀνομάζειν εἰθίσμεθα τὸν ὠμὸν χυμόν. ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦ φλέγματος χυμὸς ὠμός τε καὶ ψυχρὸς, ἀλλ' οὐ παχὺς, ὡς ἂν ὑγρότητά τε πολλὴν ἔχων καὶ πνεῦμα φυσῶδες· ὁ δὲ ὠμὸς χυμὸς ἰδίως ὀνομαζόμενος τοιοῦτός ἐστιν, ὁποῖον φαίνεται τὸ τοῖς οὔροις ὑφιστάμενον ἐνίοτε πύῳ παραπλήσιον. ἀλλὰ δυσῶδες μέν ἐστι καὶ γλίσχρον τὸ πύον, ὁ δ' ὠμὸς ἔοικεν αὐτῷ κατά τε τὸ πάχος καὶ

coguntur, idcirco cibo indigent corruptu ac evaporatu difficili; talis autem eſt, qui ſuccum habet craſſum ac viſcoſum, cujuſmodi potiſſimum eſt cibus ex carnibus ſuillis et panibus (ut diximus) apparatis, quibus ſoli vere athletae veſcuntur. Quod ſi quis privatus et haud exercitatus eodem cibo uti voluerit, celerrime in morbum plenitudinis incidet, quemadmodum, ſi homo utens exercitationibus oleribus ac ptiſanae ſucco aleretur, totum ſuum corpus celeriter labefactarit ac confecerit. Porro ſi quis noſtrum panibus illis utatur, quibus dixi athletas uti, ſuccus ex eis abundabit craſſus ac frigidus, qualem proprie crudum ſuccum nominare conſuevimus. Eſt ſane et pituitae ſuccus crudus et frigidus, non tamen craſſus, ut qui humiditatem multam habeat et ſpiritum flatulentum; crudus autem ſuccus proprie nuncupatus talis eſt, quale id apparet, quod in urinis ſubſidet quandoque puri adſimile: verum pus et graveolens eſt et lentum, crudus vero ſuccus craſſitie et colore illi duntaxat eſt ſimilis,

Ed. Chart. VI. [311.] Ed. Baſ. IV. (308.)

τὴν χρόαν μόνον, οὔτε δυσώδης ὢν, οὔτε γλίσχρος. οὐ μὴν τοῖς γε πυρέττουσιν ἐξ ὠμῶν πλήθους μόνοις ὑφίσταται τοῖς οὔροις, ὁποῖον εἶπον, ἀλλὰ τοῖς ὑγιαίνουσιν, ὅσοι ταλαιπωρούμενοι σιτία σκληρὰ καὶ δυσκατέργαστα προσφέρονται. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων αὖθις εἰρήσεται, περὶ δὲ τῶν ἄρτων, ἐπειδὴ περὶ τούτων προὔκειτο πρῶτον ἡμᾶς διελθεῖν, εἴπωμεν ἤδη πρὸς τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις καὶ ταῦτα. κάλλιστοι μὲν αὐτῶν εἰσιν οἱ κλιβανῖται, καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ὠπτημένοι τε καὶ προπαρεσκευασμένοι πρὸς τὴν ὄπτησιν· ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν οἱ ἰπνῖται, τὴν αὐτὴν ἐσχηκότες δηλονότι παρασκευήν· ἐπεὶ δ' οὐχ ὁμοίως ὀπτῶνται τὰ διὰ βάθους τοῖς κλιβανίταις, διὰ τοῦτο αὐτῶν ἀπολείπονται. οἱ δ' ἐπὶ τῆς ἐσχάρας ὀπτηθέντες, ἢ κατὰ θερμὴν τέφραν, ἢ τῷ τῆς ἑστίας ὀστράκῳ καθάπερ κλιβάνῳ κεχρημένοι μοχθηροὶ πάντως εἰσὶν, ἀνωμάλως διακείμενοι· τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς αὐτῶν ὑπερόπτηται, τὰ δὲ διὰ βάθους ἐστὶν ὠμά. τοῖς δὲ ἐγκρυφίαις ὀνομαζομένοις ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν τέφραν ἐγκρυβέντας ὀπτᾶσθαι προσδίδωσί τι καὶ

quum neque graveolens ſit neque lentus. Non tamen febricitantibus quidem ex crudorum humorum copia ſolis in urinis ſubſidet, cujusmodi dixi, ſed et ſanis, qui poſt multos exantlatos labores cibos duros ac confectu difficiles eſitant. Verum de aliis quidem poſtea tractabimus; nunc vero, quoniam de panibus primo ſtatuimus diſſerere, iis, quae a nobis dicta jam fuerunt, haec adjiciamus. Omnium quidem optimi ſunt clibanitae, ad eum quem praeſcripſi modum tum aſſati, tum ad aſſationem praeparati. Proximi autem ipſis ſunt furnacei, eodem videlicet quo praedicti modo praeparati: ſed quia in profundo non ſimiliter aſſantur, ob id ab ipſis bonitate ſuperantur. At qui ſuper craticulam, aut cineres calidos, aut foci pavimentum ceu clibanum aſſantur, pravi omnes ſunt, ut qui inaequaliter ſe habeant: nam partes ipſorum extimae ſupra modum ſunt aſſatae, intimae autem crudae. Caeterum iis, quos propterea, quod cineribus tecti aſſantur, ſubcinericios nuncupant, cineres ipſi pravitatem aliquam

Ed. Chart. VI. [311. 312.] Ed. Baſ. IV. (308.)

ἡ τέφρα μοχθηρόν· ὥστε κινδυνεύουσιν οὗτοι ἁπάντων ἄρτων εἶναι χείριστοι κατά γε τὴν τῆς ὀπτήσεως ἰδέαν ἐπὶ πᾶσιν τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως καὶ προϋπάρχουσιν. [312] δεῖ γὰρ ἑκάστοτε περὶ τῶν προκειμένων ἀκούειν οὕτως, ὡς κατ' ἐκεῖνα μόνον ἐξηλλαγμένων τῶν παραβαλλομένων ἀλλήλοις· ὡς εἴ γε κατὰ πολλοὺς τρόπους διαφέροντα παραβάλληται, τὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἰδίᾳ λελεγμένα πάντα ἕξουσιν ἠθροισμένα. περὶ μὲν οὖν τῆς κατὰ ἄρτους διαφορᾶς αὐτάρκως εἴρηται.

Κεφ. γ'. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων πεμμάτων, ὅσα σκευάζουσιν ἐξ ἀλεύρου πυρίνου, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. οἱ μὲν οὖν ταγηνῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενοι, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλλησι τηγανῖται σκευάζονται δι' ἐλαίου μόνου. βάλλεται δὲ τὸ μὲν ἔλαιον μόνον εἰς τήγανον ἐπικείμενον ἀκάπνῳ πυρὶ, καταχεῖται δὲ αὐτῷ θερμανθέντι τὸ τῶν πυρῶν ἄλευρον, ὕδατι δεδευμένον πολλῷ. διὰ ταχέων οὖν ἑψόμενον αὐτῷ τῷ ἐλαίῳ συνίσταται καὶ

aſpergunt: quapropter omnium panum hos, ſi ipſis caetera omnia ante pariter adfuerint, quod ad aſſandi ſaltem modum attinet, propemodum dixerim eſſe deterrimos. Oportet enim ſemper ea, de quibus agitur, ita accipere, ut, quae inter ſe comparantur, in illis duntaxat, de quibus agitur, mutuo diſſideant; quandoquidem ſi quae pluribus inter ſe modis diſcrepant conferas, quae de ſingulis ipſis membratim et ſeorſim dixeris, ea omnia collecta habebunt. De panum igitur differentia abunde dictum eſt.

Cap. III. De aliis autem placentis, quae ex triticea farina parantur, dicere nunc fuerit opportunum. Ergo, quos Attici quidem ταγηνίτας, nos autem Graeci, qui Aſiam colimus, τηγανίτας appellamus, parantur ex ſolo oleo. Oleum quidem ſolum in ſartaginem igni fumi experti impoſitam injicitur: quod ubi incaluerit, triticea farina multa aqua imbuta ei affunditur; quae celeriter, dum cum ipſo oleo coquitur, cogitur ac denſatur inſtar

Ed. Chart. VI. [312.] Ed. Baſ. IV. (308.)

παχύνεται παραπλησίως ἅπαλῷ τυρῷ, τῷ κατὰ τοὺς ταλάρους πηγνυμένῳ. τηνικαῦτα δὲ ἤδη καὶ στρέφουσιν αὐτὸ οἱ σκευάζοντες, αὐτοῦ τὴν μὲν ἄνωθεν ἐπιφάνειαν ἐργαζόμενοι κάτωθεν, ὡς ὁμιλεῖν τῷ τηγάνῳ, τὸ δ᾽ αὐτάρκως ἑψημένον, ὃ κάτωθεν ἦν πρότερον, εἰς ὕψος ἀνάγοντες, ὡς ἐπιπολῆς εἶναι, κἀπειδὰν ἤδη καὶ τὸ κάτω παγῇ, στρέφουσιν αὖθις αὐτὸ δίς που καὶ τρὶς, ἄχρι περ ἂν ὅλον ὁμαλῶς αὐτοῖς ἕψῆσθαι δόξῃ. εὔδηλον οὖν, ὅτι παχύχυμόν τε τοῦτ᾽ ἔστι καὶ σταλτικὸν γαστρὸς καὶ χυμῶν ὠμῶν γεννητικόν. διὸ καί τινες αὐτῷ μιγνύουσι μέλιτος, εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τῶν θαλασσίων ἁλῶν. εἴη δ᾽ ἂν ἤδη τοῦτό γε πλακοῦντός τι γένος, ἢ εἶδος, ἢ ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλοις, ὥσπερ καὶ ἄλλα τινὰ πλακούντων εἴδη συντιθέασιν αὐτοσχεδίως οἵ τε κατ᾽ ἀγρὸν ἄνθρωποι καὶ τῶν κατὰ πόλιν οἱ πενέστατοι. τοιγαροῦν καὶ ὅσα διὰ κλιβάνου τῶν ἀζύμων πεμμάτων ὀπτῶσιν, εἶτ᾽ ἀφελόντες ἐμβάλλουσιν εὐθέως εἰς μέλι θερμὸν, ὡς δέξασθαι δι᾽ ὅλων ἑαυτῶν

cafei teneri in calatho concreſcentis, tunc autem jam ipſam vertunt, ſuperficiem quidem ipſius ſuperiorem infra conſtituentes, ut ipſa ſartaginem etiam tangat, quod vero prius erat inferius, quodque abunde jam eſt coctum, ſurſum in ſublime tollentes, ut jam ſit in ſuperficie: et quum jam, quod modo infra eſt, concreverit, poſtea vertunt ipſam bis forte aut ter, quoad tota placenta aequaliter ipſis cocta videatur. Perſpicuum igitur eſt, quod ipſa quidem craſſi eſt ſucci, quodque ventrem cohibet, et ſuccos crudos gignit; quapropter et a quibusdam mellis quidpiam ei admiſcetur; ſunt qui et ſalem marinum miſcent. Fuerit autem jam id quidem placentae genus quoddam, aut ſpecies, aut quocunque modo appellare libeat: quemadmodum et alias quaſdam placentarum ſpecies tum ruſtici homines, tum urbanorum pauperrimi ex tempore componunt. Itaque placentae azymae, quas in clibano aſſant, atque mox, quum extractae ſunt, in mel calidum, ut id in totas ſeſe

Ed. Chart. VI. [312. 313.] Ed. Baſ. IV. (308. 309.)

αὐτὸ, καὶ ταῦτα πλακοῦντός τι γένος ἐστὶν, καὶ τὰ διὰ τῶν ἰτρίων σκευαζόμενα μετὰ μέλιτος πάντα.

Κεφ. δ'. Διττὸν δὲ τῶν ἰτρίων τὸ εἶδος, ἄμεινον μὲν, ὃ καλοῦσι ῥυήματα, φαυλότερα δὲ τὰ λάγανα. πάντα οὖν, ὅσα διὰ τούτων τε καὶ σεμιδάλεως συντίθεται, παχύχυμά τέ ἐστι καὶ βραδύπορα, καὶ τῶν καθ' ἧπαρ διεξόδων τῆς τροφῆς ἐμφρακτικά, καὶ σπληνὸς ἀσθενοῦς αὐξητικά, καὶ λίθων ἐν νεφροῖς γεννητικά, τρόφιμα δὲ ἱκανῶς, (309) εἰ πεφθείη τε καὶ καλῶς αἱματωθείη. τὰ δὲ σὺν μέλιτι σκευαζόμενα μικτῆς γίνεται δυνάμεως, ὡς ἂν τοῦ μέλιτος αὐτοῦ λεπτὸν ἔχοντος χυμὸν, ὅσοις τ' ἂν ὁμιλήσῃ, καὶ ταῦτα λεπτύνοντος. εἰκότως οὖν, ὅσα μέλιτός τε πλεῖον ἐν τῇ σκευασίᾳ προσείληφε καὶ τὴν ἕψησιν ἔσχηκε μακροτέραν, ἧττόν τ' ἐστὶ βραδύπορα καὶ μικτὸν χυμὸν γεννᾷ ἐκ λεπτοῦ τε καὶ παχέος, [313] ἥπατι δὲ καὶ νεφροῖς καὶ σπληνὶ, τοῖς μὲν ὑγιεινοῖς ἀμείνω τῶν χωρὶς μέλιτος σκευασθέντων, ἐμφράξεως δὲ

recipiant, injiciunt, placentae etiam ſunt genus quoddam; praeterea omnia, quae cum melle ex itriis apparantur.

Cap. IV. Duplex autem eſt itriorum ſpecies, praeſtantior quidem, quam rhyemata, deterior vero, quam lagana appellant. Igitur omnia, quae ex his ac ſimilagine componuntur, craſſi ſunt ſucci, et tarde permeant, jecorisque meatus, per quos fertur alimentum, obſtruunt, lienis imbecillitatem augent, calculos denique in renibus gignunt; quod ſi cocta belle fuerint atque in ſanguinem mutata, admodum nutrient. Quae vero cum melle parantur, mixtam habent facultatem: quum enim mel ipſum ſuccum habeat tenuem, et ea, quibuscum miſcetur, tenuet, factum merito eſt, ut, quae mel copioſius, dum parantur, aſſumpſerint, quaeque diutius cocta fuerint, et minus tarde permeent, ſuccumque ex tenui et craſſo mixtum generent; jecori vero, renibus et lieni in recte quidem habentibus magis, quam ea, quae ſine melle parata ſunt,

Ed. Chart. VI. [313.] Ed. Baſ. IV. (309.)

ἀρχὴν ἔχουσιν ἢ φλεγμαίνουσιν ἢ σκιῤῥουμένοις οὐδὲν ἧττον ἐκείνων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ μᾶλλον βλαβερὰ, καὶ πολλῷ μάλιστα πάντων, ὧν γλίσχρον ἱκανῶς ἐστι τὸ ἄλευρον. ὁ γὰρ ἐξ αὐτῶν χυμὸς οὐ μόνον ἰσχόμενος ἰέναι πρόσω διὰ πάχος κωλύεται, ἀλλὰ καὶ περιπλαττόμενος ἔνδοθεν τοῖς στενοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων ἐμφράττεται δυσαπολύτως. καὶ βάρους γε τὸ βλαβὲν οὕτω σπλάγχνον αἴσθησιν ἐργάζεται τοῖς πάσχουσιν, τῆς ἐκ τῶν λεπτυνόντων ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων ἐπικουρίας δεόμενον. εἴρηται δὲ ἑτέρωθι καθ' ἓν γράμμα περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης. θώρακά γε μὴν οὐδὲν οὐδὲ πνεύμονα βλάπτει τῶν οὕτως σκευασθέντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τὸν παχὺν καὶ γλίσχρον χυμὸν γεννώντων ἐδεσμάτων εἰρήσεται καὶ αὖθις· ὁ δὲ νῦν ἐνεστηκὼς λόγος ἄξιοῖ σε τἄλλα διὰ μνήμης ἔχειν, ἃ μέχρι δεῦρο διῆλθον, καὶ μάλιστα πάντων αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄρτων δυνάμεως, ἐπεὶ διὰ παντὸς αὐτοῖς χρώμεθα. καὶ χεῖρόν γε οὐδὲν ἀναλαβεῖν τὰ κεφάλαια τῶν ἐπ' αὐτοῖς ῥηθέντων.

conducant; in iis vero, qui obſtructionis principium habent, aut inflammatione, aut ſcirrho ſunt obſeſſi, nihil minus quam illa noceant, nonnunquam etiam longe gravius, et multo omnium maxime, quorum farina fuerit admodum lenta; ſuccus namque, qui ex iis proveniet, non modo propter craſſitiem ferri prorſum inhibetur, verum etiam intrinſecus anguſtis vaſorum finibus circumfixus adeo impingitur, ut haud facile ſolvi queat; atque ita viſcus laeſum iis, qui ita ſunt affecti, ſenſum ponderis exhibet, ciborum ac potuum tenuantium ope indigens. Scripſimus autem alibi uno libro de victu attenuante. Nihil tamen eorum, quae ita ſunt parata, neque thoracem, neque pulmonem offendunt. Verum de eduliis quidem, quae craſſum ac lentum ſuccum generant, alio loco poſtea diſſeremus; ſermo autem, qui nunc in manibus eſt, poſtulat, ut quum alia, quae hactenus expoſuimus, memoria teneas, tum inter ea omnium potiſſimum panum facultatem, quod eis aſſidue utamur; nec ſane obfuerit, quae de ipſis diximus, ſummatim repetere.

Ed. Chart. VI. [313.] Ed. Baſ. IV. (309.)

ἄριστος μὲν οὖν ἐστιν ἄρτος εἰς ὑγείαν ἀνθρώπῳ, μήτε νέῳ, μήτε γυμναζομένῳ, ὁ πλεῖστον μὲν ζύμης ἔχων, πλεῖστον δὲ ἁλῶν, ἐπὶ πλεῖστον δὲ ὑπὸ τοῦ τεχνίτου, πρὶν πλάσασθαι καὶ ὀπτᾶσθαι, κατειργασμένος, ὠπτημένος τε ἐν κλιβάνῳ συμμέτρως θερμῷ, καθότι πρόσθεν εἴρηται. κρίσις μὲν οὖν τοῦ πλείστου κατὰ τὴν ζύμην καὶ τοὺς ἅλας ἡ γεῦσις ἔστω σοι· τὸ γὰρ ἤδη λυποῦν ἐν τῇ τούτων πλείονι μίξει μοχθηρόν. εἰς ὅσον οὖν ἡ γεῦσις οὐδέπω γνωρίζει τὴν ἐκ τῆς μίξεως ἀηδίαν, εἰς τοσοῦτον βέλτιόν ἐστιν αὐξάνειν αὐτῶν τὸ πλῆθος.

Κεφ. ε'. Ὅσοι δὲ τὸν πλυτὸν ἄρτον ἐπενόησαν σκευάζειν, ἀτροφώτερον μὲν εὗρον ἔδεσμα, πεφευγὸς δ' ὡς οἷόν τε μάλιστα τὴν ἐκ τῆς ἐμφράξεως βλάβην. ἥκιστα γὰρ ὁ ἄρτος οὗτος ἔχει τὸ παχὺ καὶ γλίσχρον, ὡς ἀερωδέστερος ἀντὶ γεωδεστέρου γεγονώς. ὁρᾶται δ' ἡ κουφότης αὐτοῦ διά τε τοῦ σταθμοῦ καὶ τοῦ μὴ δύεσθαι καθ' ὕδατος, ἀλλ' ἐποχεῖσθαι τρόπῳ φελλοῦ. ἑψόντων δὲ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἀγροῖς πολὺ ἄλευρον πυροῦ μετὰ γάλακτος, ἰστέον καὶ

Optimus certe panis ac ſaluberrimus fuerit homini, neque juveni, neque exercitationibus dedito, qui tum ſalis, tum fermenti habet plurimum, quique plurimum ab artifice, antequam formetur et aſſetur, ſit ſubactus et (ut ſupra diximus) in clibano mediocriter calido aſſatus. Modum vero fermenti ac ſalis guſtu judicato; quod namque in largiori horum mixtura jam offendit, pravum. Quatenus igitur guſtus nullum adhuc ſenſum triſtem ex ea miſtura percipit, eatenus ipſorum copiam augere praeſtiterit.

Cap. V. Porro qui panis abluendi rationem excogitarunt, minoris ſane alimenti cibum, ſed qui ab obſtructionis noxa abſit, quoad licet maxime, invenerunt; ſiquidem panis hic ſuccum habet minimum craſſum ac lentum, ut qui ex terreſtri aëreus ſit factus. Ejus porro levitas apparet cum per ſtateram, tum quod in aqua non ſubmergatur, ſed inſtar ſuberis ſupernatet. Caeterum id edulium, quod ruri apud nos coquunt, quod ex multa

Ed. Chart. VI. [313.] Ed. Baſ. IV. (309.)

τοῦτο τὸ ἐδεσμα τῶν ἐμπλαττόντων ὑπάρχειν. ὥσπερ οὖν εὔχυμά τε καὶ τρόφιμα πάντα ἐστὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐδεσμάτων, οὕτω βλάπτει τοὺς διηνεκῶς αὐτοῖς χρωμένους, ἐμφράξεις τε ποιούμενα καθ' ἧπαρ καὶ λίθους ἐν νεφροῖς γεννῶντα. τοῦ μὲν γὰρ ὠμοῦ χυμοῦ προσλαβόντος τὸ γλίσχρον, ὅταν αἱ κατὰ τοὺς νεφροὺς διέξοδοι στενότεραί ὥσί τισιν ὑπάρχουσαι φύσει, χρονίζον αὐτόθι τὸ παχύτατόν τε καὶ γλίσχρον ἕτοιμόν ἐστι γεννῆσαι πῶρον, ὁποῖος τοῖς ἀγγείοις, οἷς τὸ ὕδωρ θερμαίνομεν, ἐπιτρέφεται, καὶ τοῖς λίθοις περιπήγνυται κατὰ πολλὰ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων θερμῶν. συντελεῖ δὲ εἰς τοῦτο μάλιστα καὶ ἡ τῶν νεφρῶν αὐτῶν κρᾶσις, ὅταν οἷον πυρῶδές τε καὶ δριμὺ τὸ κατ' αὐτοὺς ᾖ θερμόν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ γένους εἰσὶ καὶ οἱ τοῖς ἀρθριτικοῖς γενόμενοι πῶροι. ῥεῖ γὰρ ἀεὶ τὸ περιττεῦον ἐν τῷ σώματι πᾶν εἰς τοὺς ἀσθενεστάτους τόπους, ἐργάζεταί τε ἐν αὐτοῖς πάθος κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. εἰρήσεται δὲ αὖθις ἐν τῷ περὶ γάλακτος λόγῳ περὶ πάσης αὐτοῦ τῆς χρήσεως, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν παχυνόν-

triticea ſarina lacti miſta conſtat, ſcito ex iis eſſe, quae intus obſtruunt. Ut igitur cibi hujusmodi omnes boni ſunt ſucci et multi alimenti, ita eos, qui ipſis aſſidue utuntur, laedunt obſtructiones in hepate parientes et in renibus calculos gignentes. Quum enim humor crudus lentorem aſſumpſit, et tranſitus per renes quibusdam natura ſint anguſti, ibi, quod craſſiſſimum eſt ac maxime lentum, diutius moratum tophum prompte gignit; cujusmodi in vaſis, in quibus aquam calefacimus, accreſcit, aut ad ſaxa affigitur in plerisque aquis calidis ſponte naſcentibus. Confert autem ad id maxime renum ipſorum temperamentum, quando ipſorum calor acris fuerit ac velut igneus. Ex eo autem genere ſunt et tophi, qui in arthriticis generantur; fluit enim ſemper, quod in corpore redundat, in partes imbecillimas, pro ſuaque ipſius natura in ipſis affectum excitat. Caeterum quum poſtea de lacte agemus, de omni ipſius uſu trademus, quemad-

Ed. Chart. VI. [313. 314.] Ed. Baſ. IV. (309.)

των ἐδεσμάτων, ἐπειδὴ καὶ ἄλλα τινά τῆς τοιαύτης ἐστὶ δυνάμεως.

Κεφ. ϛ'. [314] Τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστιν ὁ χόνδρος, ἱκανῶς τρόφιμόν τε καὶ γλίσχρον ἔχων χυμόν, ἐάν τε ἐν ὕδατι μόνον ἑψηθὲν λαμβάνηται δι' οἰνομέλιτος, ἢ οἴνου γλυκέος, ἢ καὶ στύφοντος, (ἴδιος γὰρ ἕκαστος καιρὸς τῆς χρήσεως,) ἐάν τε τορυνηθὲν μετ' ἐλαίου καὶ ἁλῶν. ἐμβάλλεται δέ ποτε καὶ ὄξος αὐτῷ. καὶ καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ τὸν κατασκευασθέντα τοῦτον χόνδρον, πτισάνης γεγονέναι τὴν ἄρτυσιν. ἔνιοι δὲ ἐκ χόνδρου πτισάνης τεθράφθαι φασὶν τὸν κάμοντα. τῶν παλαιῶν δὲ ἔνιοι, καθάπερ Διοκλῆς καὶ Φιλότιμος, ὀνομάζουσιν πτισάνην πυρίνην τὸν οὕτως ἐσκευασμένον χόνδρον. διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ σπάνιόν ἐστι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ σιτανίου· τῇ γὰρ κοινῇ προσηγορίᾳ τὸν πυρὸν ὀνομάζουσιν αὐτόν. εἴρηται δὲ ἐν τῷ περὶ διαίτης Ἱπποκράτους, τοὺς ἐκ τοῦ χόνδρου κατασκευαζομένους ἄρτους τροφιμωτάτους μὲν εἶναι, διαχωρεῖν δὲ ἧττον· εἴρηται δὲ, ὅτι σεμίδαλις καὶ χόνδρος

modum certe et de cibis incraſſantibus; quandoquidem et alia quaedam ſunt, quae eam habent facultatem.

Cap. VI. Alica ex genere eſt tritici, valenterque nutrit, ſuccumque lentum habet, ſive in aqua duntaxat coctam cum mulſo, aut vino dulci, aut etiam adſtringente, (nam his quoque ſuo proprio tempore utimur,) ſive cum oleo ſaleque frixam ſumas. Nonnunquam autem et acetum illi injicitur, atque praeparatam eo modo alicam medici ptiſanae confectionem fuiſſe dictitant; quidam autem dicunt, ex alicae ptiſana aegrotum fuiſſe cibatum; veterum vero nonnulli, ut Diocles et Philotimus, ptiſanam triticeam alicam hoc modo ſtructam appellitant. Quapropter ejus nomen apud antiquos eſt rarum, quemadmodum et nomen ſitanii; ipſum enim communi appellatione triticum nuncupant. Dictum porro eſt in libro Hippocratis de ratione victus, panes ex alica factos plurimi eſſe alimenti, ſed minus ſubſidere; praeterea ſimilaginem et alicam coctam valentis ac multi eſſe

Ed. Chart. VI. [514.] Ed. Baſ. IV. (509.)

ἐφθὸς ἰσχυρὰ καὶ τρόφιμα. φυλάττεσθαί τε τοίνυν προσήκει καὶ τούτου τὴν πολλὴν χρῆσιν, καὶ τοῦτο οἷς εὐέμφρακτόν ἐστι τὸ ἧπαρ, ἢ νεφροὶ πρὸς τὸ γεννῆσαι λίθους ἐπιτήδειοι, μάλιστα δὲ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς σκευαζομένοις ῥοφήμασιν ἐκ τοῦ καλουμένου πλυτοῦ χόνδρου. χυλὸς μὲν γάρ ἐστιν οὗτος αὐτοῦ μεμιγμένος ὕδατι, πλείστης δὲ ἑψήσεως δεόμενος ἐξαπατᾷ μὲν τοὺς σκευάζοντας, ὡς αὐτάρκως ἑψημένος, οὐ μικρῶς δὲ βλάπτει τοὺς νοσοῦντας, οἷς περ δὴ καὶ παρασκευάζουσιν αὐτόν· ἐν τάχει γὰρ συνίσταται καὶ παχύνεται διὰ τὸ κολλῶδες εἶναι. χρὴ τοίνυν ὕδατι πολλῷ μιγνύντας ἐπ' ἀνθράκων ἕψειν, ἐπὶ πλεῖστον κινοῦντας, ἄχρις ἂν ἀκριβῶς ἑψηθῇ, τηνικαῦτα δὲ ἐπεμβάλλειν ἤδη καὶ τῶν ἁλῶν. τὸ δὲ ἔλαιον, εἰ καὶ κατ' ἀρχὴν εὐθέως ἐπιμίξαις, οὐδὲν βλάπτει. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν παρέργῳ λελέχθω θεραπευτικῇ προσῆκον, οὐ τῷ νῦν ἐνεστῶτι πράγματι. τοῖς δ' ὑγιαίνουσιν, ὅταν ποτὲ κατὰ δῆξιν σφοδρὰν γαστρὸς ἢ χολωδῶν πολλῶν διέξοδον ἤ τι τοιοῦτο δεηθῶσι ῥοφήματος, ἕψοντας ἄχρι πλείστου τὸν χόνδρον,

alimenti: proinde uſum hujus multum vitare convenit, eisque potiſſimum, quibus jecur facile obſtruitur, aut renes calculis gignendis ſunt appoſiti. Maxime praeterea intentos eſſe convenit iis ſorbitionibus, quae ex alica lota nuncupata parantur; ſuccus namque ipſius hic eſt aquae commixtus, qui quum coctionem poſtulet plurimam, praeparantibus quidem ipſum, quaſi ſatis coctus ſit, imponit, aegrotos vero, quibus ipſum parant, laedit non minimum, celeriter enim, quod inſtar glutinis ſit lentus, concreſcit ac denſatur. Oportet igitur ipſum multa aqua admixtum ſuper carbonibus coquere, plurimum movendo, quoad exacte coctus fuerit, tum vero ſalis quidpiam etiam injicere; oleum autem, etiamſi initio ſtatim immiſcueris, nihil fuerit incommodi. Sed id quidem obiter ſit dictum; ad medendi enim rationem, non ad praeſens inſtitutum pertinet. Quod ſi quando ſani ob vehementem ventris mordicationem, ſive ob bilioſi humoris multi tranſitum, ſive ob aliud id genus ſorbitione eguerint,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 500 sur 889

Ed. Chart. VI. [314.] Ed. Baſ. IV. (309. 310.)

ὡς γενέσθαι τακερὸν, εἶτα τορυνήσαντας, εἶτα παράξαντας, ὡς ὁμοιωθῆναι πτισάνης χυλῷ διηθημένῳ, τηνικαῦτα διδόναι ῥοφήν. ἡ δ' ἄρτυσις ἡ αὐτὴ τῷ πλυτῷ γίνεται χόνδρῳ.

Κεφ. ζ'. Εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἔφαγόν ποτε πυροὺς ἐν ὕδατι ἑψημένους, οὐκ ἂν ἤλπισά τινα χρείαν γενέσθαι τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν. οὔτε γὰρ ἐν λιμῷ τις ἐπὶ τοιαύτην ἂν ἀφίκοιτο χρῆσιν, ἐνὸν, εἴπερ εὐπορεῖ πυρῶν, ἄρτους ἐξ αὐτῶν ποιήσασθαι, παρὰ δεῖπνον δὲ, καθάπερ ἐρεβίνθους ἑφθούς τε καὶ φρυκτοὺς ἐσθίουσιν ἐν χρείᾳ τῶν καλουμένων τραγημάτων, ἄλλα τέ τινα σπέρματα τὸν αὐτὸν τρόπον σκευάζοντες, οὕτως οὐδεὶς προσφέρεται πυρὸν ἑφθόν. διὰ ταῦ-
(310) τα μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἤλπισά τινα πυρὸν ἑφθὸν ἐδηδοκέναι. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐγὼ, πορευθείς ποτε εἰς ἀγρὸν οὐκ ἐγγὺς τῆς πόλεως ὄντα μετὰ δυοῖν μειρακίοιν τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀγόντων ἐμοὶ, κατέλαβον ἤδη δεδειπνηκότας τοὺς ἀγροίκους, καὶ μελλούσας ἀρτοποιεῖσθαι τὰς γυναῖκας, (ἠπόρουν γὰρ ἄρτου,) παραχρῆμά τις αὐτῶν ἐμβαλὼν εἰς χύτραν

iis alicam plurimum coctam, usque dum extabuerit, deinde colatam atque ita comparatam, ut ptiſanae ſucco colato ſit perſimilis, ſorbendam tunc exhibeto. Eadem autem lotae alicae parandae eſt ratio.

Cap. VII. Niſi ipſe aliquando triticum in aqua elixum comediſſem, nunquam aliquem ejus usum in cibo eſſe credidiſſem; neque enim, fame graſſante, ad hunc utendi modum quis acceſſerit, quum, ſuppetente tritico, panem eo facere poſſit, in coena vero, quemadmodum elixum frixumve cicer et alia quaedam ſemina similiter parata pro tragematibus, quae vocant, ſumuntur, ita triticum elixum a nemine ſumitur. Ob eas ſane cauſas nunquam credidiſſem quempiam triticum elixum eſitaſſe. Quum autem et ipse aliquando rus procul ab urbe cum duobus adoleſcentibus meis coaetaneis profectus ruſticos jam coenatos deprehendiſſem, et mulieres ſeſe, ut panem facerent, accingere, (pane enim carebant,) unusque ex ipſis repente triticum in ollam conjectum coxiſſet,

Ed. Chart. VI. [315.] Ed. Baſ. IV. (310.)

[315] πυροὺς ἤψησεν, εἶθ' ἡδύνας ἅλσὶ μετρίοις ἐσθίειν ἡμᾶς ἠξίωσεν. ἐμέλλομεν δὲ, ὡς τὸ εἰκὸς, αὐτὸ ποιήσειν ὠδοιπορηκότες τε καὶ πεινῶντες. ἐφάγομέν τε οὖν αὐτῶν δαψιλῶς, ἠσθανόμεθά τε κατὰ τὴν γαστέρα βάρους, ὡς δοκεῖν ἐγκεῖσθαι πηλὸν αὐτῇ. καὶ κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἠπεπτηκότες, ἀνόρεκτοι δι' ὅλης ἡμέρας ἦμεν, ὡς μηδὲν δύνασθαι προσενέγκασθαι, καὶ πνεύματος φυσώδους μεστοὶ, κεφαλαλγεῖς τε καὶ βλέποντες ἀχλυώδες, οὐδὲ γὰρ ὑπεχώρει τι κάτω, ὃ μόνον ἐστὶν ἄκος ἐπὶ ταῖς ἀπεψίαις. ἠρώτουν οὖν τοὺς ἀγροίκους, εἰ καὶ αὐτοί ποτε πυρὸν ἐφθὸν ἔφαγον, ὅπως διετέθησαν. οἱ δὲ καὶ πολλάκις ἐδηδοκέναι κατὰ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην ἔφασαν, ἣ καὶ τόθ' ἡμεῖς συνήχθημεν, εἶναί τε βαρὺ καὶ δύσπεπτον ἔδεσμα τοὺς οὕτω σκευασθέντας πυρούς. ἦν δέ γε τοῦτο καὶ μὴ πειραθέντας λογίσασθαι πρόδηλον. ὅπου γὰρ οὐδὲ τὸ ἄλευρον αὐτῶν ἐσθιόμενον, ὡς εἴπομεν ἔμπροσθεν, εὔπεπτόν ἐστιν, εἰ μὴ κατεργασθείη δι' ἁλῶν, καὶ ζύμης, καὶ φυράσεως, καὶ τρίψεως, καὶ κλιβάνου, πῶς οὐκ ἄν τις ἐννοήσειεν τοὺς ἀκατεργάστους

deinde ſale mediocri conditum, ut ederemus, eſſet hortatus, (cogebamur autem id facere, ut par eſt, qui nimirum iter confeceramus atque eſuriebamus,) abunde certe comedimus, pondus tamen in ventriculo ſenſimus, ut lutum ipſi incumbere videretur. Et quum poſtero die non coxiſſemus, totum diem cibum ita faſtidivimus, ut nihil edere potuerimus, praeterea flatulento ſpiritu eramus pleni, caputque dolebat, et oculi caligabant; neque enim per alvum quicquam excreveramus, quod unicum in cruditatibus eſt remedium. Rogabam igitur ruſticos, num et ipſi aliquando elixum triticum ediſſent; tum quonam pacto fuiſſent ab illo affecti. Illi vero et eſitaſſe frequenter eadem qua nos neceſſitate compulſos reſponderunt, triticumque ita praeparatum grave et concoctu difficile eſſe edulium: quod ſane vel citra experimentum colligi facile poterat. Quando enim ne ipſius quidem ſumpta farina (ut ante retulimus) concoctu ſit facilis, niſi per ſalem, fermentum, miſturam, triturationem clibanumque elaborata fuerit, quis non

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 502 sur 889

Ed. Chart. VI. [315.] Ed. Baſ. IV. (310.)

ἰσχυροτάτους εἶναι; δύναμίν γε μὴν ἔχουσιν μεγάλην, εἰ πεφθεῖεν οἱ οὕτω βρωθέντες πυροὶ, καὶ τρέφοντες ἰσχυρῶς τὸ σῶμα, καὶ ῥώμην ἐπίσημον παρεχόμενοι τοῖς προσενεγκαμένοις αὐτούς.

Κεφ. ή. [Περὶ ἀμύλου] Ἐκ πυρῶν τοῦτο σκευάζεται, δύναμιν ἔχον ὁμαλυντικὴν τῶν τετραχυσμένων. ὑπάρχει δὲ κοινὸν τοῦτο τοὔργον ἁπάσαις ταῖς οὐσίαις, ὅσαι ξηραὶ κατὰ τὴν σύστασιν οὖσαι μήτε στύψιν ἔχουσι, μήτε δριμύτητα, μήτε ἄλλην τινὰ δύναμιν ἐπιφανῆ. καὶ καλοῦσιν ἀποίους εἰκότως οὔσας τοιαύτας ὡς πρὸς αἴσθησιν. ἔστι δὲ κἀν ταῖς ὑγραῖς οὐσίαις τὸ ὕδωρ τοιοῦτον. παραπλήσιον δ' ἐστὶ δυνάμει τοῖς πλυτοῖς ἄρτοις τὸ ἄμυλον, ἐλάττονα δὲ τροφὴν δίδωσιν τῷ σώματι τῶν ἀπλύτων ἄρτων τούτων, καὶ μὴ θερμαίνουσαν, ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνοι, τῶν ἄλλων ἄρτων θερμαινόντων. τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ὕδατος ἑψημένοις πυροῖς οὐδὲ παραβάλλειν αὐτὸ χρή, σαφῶς θερμαίνουσί τε καὶ τρέφουσιν, εἰ πεφθεῖεν, ἰσχυρῶς, οὖσί τε δυσπέπτοις, ὡς εἴρηται.

intelligat, illaboratum triticum eſſe contumaciſſimum? Vires tamen triticum habet magnas, ſi ſic ſumptum concoquatur, nutritque valide corpus, ac robur inſigne iis, qui ipſo uſi fuerint, conciliat.

Cap. VIII. Amylum ex tritico conficitur, partes exaſperatas laevigandi vim obtinens, quae ſubſtantiis omnibus conſiſtentia ſiccis eſt communis, quae neque aſtrictionem, neque acrimoniam, neque aliam quamvis facultatem habent inſignem, quas ſubſtantias jure qualitatis, quae ſenſu deprehendi queat, expertes appellant, qualis inter humidas ſubſtantias eſt aqua. Caeterum amylum ſimilem panibus lotis habet facultatem; minus enim his non lotis corpori praebet alimentum, et non calefaciens, veluti neque calefaciunt etiam illi, quum caeteri panes calefaciant. Quod vero ad triticum in aqua elixum attinet, cum eo amylum ne conferendum quidem eſt, quum palam id tum calefaciat, tum valenter nutriat, ſi concoctum fuerit, quum tamen, ut diximus, difficile concoquatur.

Ed. Chart. VI. [315. 316.] Ed. Baſ. IV. (310.)

Κεφ. θ'. [Περὶ κριθῶν καὶ πτισάνης.] Πολλὴ καὶ τούτου τοῦ σπέρματος ἡ χρεία τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχοντος δύναμιν τοῖς πυροῖς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ θερμαίνουσιν φανερῶς, τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἀποκεχώρηκε τοῦ θερμαίνειν, ὥσπερ ἔνια μεταξὺ τοῦ θερμαίνειν καὶ ψύχειν ὄντα, καθάπερ ἄμυλόν τε καὶ ὁ πλυτὸς ἄρτος, ἀλλὰ καὶ ψυκτικὸν ἔχειν τι φαίνεται κατὰ πάντας τοὺς τρόπους τῆς χρήσεως, ἐάν τε ἄρτους ἐξ αὐτῶν τύχῃ τις σκευάσας, ἐάν τε πτισάνην ἕψήσας, ἐάν τε ἄλφιτα ποιησάμενος. ἀποκεχώρηκε δὲ τῆς τῶν πυρῶν φύσεως καὶ κατὰ τὴν ἰδέαν τῶν χυμῶν, ἣν ἑκάτερον αὐτῶν ἐργάζεσθαι πέφυκεν. οἱ μὲν γὰρ πυροὶ παχὺν ἡμῖν καὶ γλίσχρον, αἱ δὲ κριθαὶ λεπτὸν καὶ ῥυπτικὸν ἔχοντά τι γεννῶσι χυμόν. οὐδέποτε μὲν οὖν θερμαίνουσι τὸ σῶμα κατ' [316] οὐδένα τρόπον σκευασίας, ὑγραίνουσι δὲ καὶ ξηραίνουσι διαφόρως σκευασθεῖσαι. τὸ μὲν γὰρ ἄλφιτον ἐκ τῆς φρυγείσης κριθῆς γενόμενον ἐναργῶς φαίνεται ξηραῖνον. ἡ πτισάνη δὲ ὑγραίνει, ὅταν γ', ὡς προσήκει, σκευασθῇ, τουτέστιν ὅταν ἐπὶ πλεῖστον ἀνοιδήσασα τύχῃ κατὰ τὴν ἕψησιν, εἶτα μετὰ

Cap. IX. [De hordo et ptiſana.] Hoc item ſemen in uſu frequenti apud homines eſt, quod non eandem cum tritico habet facultatem, ſiquidem illud palam calefacit, hoc vero non modo non calefacit, (quomodo nonnulla, quae in medio ſunt calefacientium et refrigerantium, ut amylum et panis lotus,) ſed, quoquo modo ipſo utare, ſive panes ex ipſo feceris, ſive ptiſanam coxeris, ſive polentam feceris, vim quandam refrigerandi habere cernitur. Diſſidet praeterea a tritici natura ſucci ſpecie, quam utrumque ipſorum gignere conſuevit; ſiquidem triticum craſſum ac lentum, hordeum autem tenuem et nonnihil deterſorium ſuccum in nobis gignit. Quoquo igitur modo hordeum paraveris, nunquam corpus calefacit, ſed varie pro modo praeparationis humectat ac ſiccat; quandoquidem polenta, quae ex frixo hordeo eſt facta, ſiccare perſpicue cernitur, ptiſana autem humectat quum ſaltem, ut decet, fuerit parata, hoc eſt, quum in coctione quam plurimum intumuerit, poſtea igne lento per multum otium in chylum

Ed. Chart. VI. [316.] Ed. Baſ. IV. (310.)

ταῦτα διὰ μαλακοῦ πυρὸς ἄχρι πολλοῦ χυλωθεῖσα. μίγνυται δὲ αὐτῇ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὄξος, ὅταν ἀνοιδήσῃ τελέως. ἐφθῆς δὲ ἀκριβῶς γενομένης ἐπεμβάλλειν χρὴ τοὺς ἄλας λεπτοὺς, οὐ πολὺ πρὸ τῆς ἐδωδῆς. ἔλαιον δὲ εἰ καὶ κατ' ἀρχὴν εὐθέως ἐμβάλλοις, οὐ βλάψεις τὴν ἕψησιν. οὐ μὴν ἄλλο τί γε χρὴ μιγνύειν, ὅτι μὴ πράσου βραχὺ καὶ ἀνήθου, καὶ ταῦτα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. κάκιστα δ' ὁρῶ σκευαζομένην τὴν πτισάνην ὑπὸ τῶν μαγείρων πάντων· ἐν τῇ θυίᾳ γὰρ τρίβοντες αὐτὴν ὠμὴν, οὐκ ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἕψοντες διαλύουσιν. ἐπεμβάλλουσιν δέ τινες καὶ ἀμύλου, χάριν τοῦ δόξαι διὰ τῆς ἕψήσεως ἱκανῶς κεχυλῶσθαι. φυσωδεστάτη οὖν εἰκότως ἡ τοιαύτη γίνεται καὶ δύσπεπτος ἱκανῶς. ὃ δ' οὐκ εἶπον ἐν τῇ καλῶς γινομένῃ σκευασίᾳ, προσθεῖναι προσήκει, προδιαβρέξαντας ὕδατι τὴν ὠμὴν πτισάνην ἐπ' ὀλίγον, εἶτ' ἐμβάλλοντας θυίᾳ, τρίβειν χρὴ διὰ τῶν χειρῶν ἐχουσῶν ἐν αὐταῖς τι τραχὺ, καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. ὅρος δ' ἔστω τῆς τρίψεως ἀπορρύψαι τὸ περικείμενον λέμμα.

fuerit redacta; acetum autem ei tunc admiſcetur, quum plane intumuerit; quum vero cocta exacte fuerit, ſub edendi tempus ſalem tenuem injicere oportet; oleum autem ſi initio ſtatim injeceris, coctioni nil nocueris; aliud tamen nihil eſt miſcendum, niſi velis anethi aut porri quidpiam, idque initio ſtatim, immiſcere. Video autem a cocis omnibus ptiſanam peſſime parari; in mortario namque crudam ipſam tundentes, non ad ignem coquentes diſſolvunt; ſunt qui amylum etiam injiciant, ut per coctionem in chylum copioſum videatur eſſe redacta. Talis certe ptiſana merito maxime eſt flatulenta et concoctu admodum difficilis. Quae vero in ptiſana recte paranda praetermiſi, ea adjicere oportet. Crudam ptiſanam aliquamdiu in aqua praemaceratam, deinde in mortarium injectam manibus terere convenit aſperam quampiam rem in ſe habentibus, cujusmodi eſt, quod vocant ſpartum, ex quo jumentis ſoleae nectuntur; usque eo autem terendum, dum praepoſitus cortex ſit abjectus, is enim, quo veſtitur

Ed. Chart. VI. [316.] Ed. Baſ. IV. (310.)

πτισσομένης γὰρ τῆς κριθῆς ὁ περικείμενος αὐτῇ χιτὼν λεπτὸς οὐκ ἀποῤῥύπτεται πᾶς. διὰ τοῦτο οὖν προβρέχεται καὶ τρίβεται κατὰ τὴν θυίαν. ἐὰν δὲ μὴ πᾶν ἀποπέσῃ τὸ ἀχυρῶδες, ἡ ἑψηθεῖσα πτισάνη ῥυπτικωτέρα μὲν γίνεται, βλάβην δὲ οὐδεμίαν ἑτέραν λαμβάνει. χειρίστη δὲ σκευασία πτισάνης ἐστὶν, ὅταν οἱ μάγειροι τρίψαντες αὐτὴν ὠμὴν ἐν θυίᾳ μεθ' ὕδατος, εἶθ' ἑψήσαντες ἐπ' ὀλίγον, ἐμβάλλωσι τὸ καλούμενον ἕψημά τε καὶ σίραιον· ἔνιοι δὲ καὶ μέλι καὶ κύμινον ἅμα τούτοις ἐπεμβάλλουσιν, κυκεῶνά τινα μᾶλλον ἢ πτισάνην παρασκευάζοντες. ἀλλ' ἥ γε καλῶς σκευασθεῖσα τὰς ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένας παρέχεται χρείας ὑγιαίνουσί τε καὶ νοσοῦσιν ἀνθρώποις. τὸ γὰρ γλίσχρασμα, φησὶν, αὐτῆς λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστιν, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκκριτον, εἴ τι καὶ τούτου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὸν, καὶ οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἀνώδηκε γὰρ ἐν τῇ ἕψήσει, ὁπόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. ταῦτα τοίνυν ἀρκεῖ περὶ τῆς πτισάνης δυνάμεως

ceu tenui tunica, non totus inter pinſendum abjicitur, quapropter et praemaceratur, et in mortario tunditur. Quod ſi non quicquid eſt paleae deciderit, elixa ptiſana magis quidem deterget, nullam autem aliam noxam accipit. Peſſima autem eſt ptiſanae praeparatio, quum, ubi coci crudam ipſam in mortario cum aqua contuderint deinde parumper coxerint, ſapam injiciunt; quidam autem cum his mel quoque et cuminum injiciunt, confuſam quandam miſturam verius quam ptiſanam comparantes. Verum quae probe parata fuerit, utilitates, quas memorat Hippocrates, tum ſanis, tum aegrotis hominibus praeſtabit; ſiquidem lentor ejus (ut inquit) levis, et continuus, et blandus eſt, et lubricus, et humidus moderate, ſitimque arcet, et ad abluendum, ſi quid opus erit, eſt idoneus, neque adſtrictionem habet, neque tormina gignit, denique in ventriculo non exturgeſcit, ſi quidem inter coquendum intumuit, quantum plurimum intumeſcere poterat. Haec certe nobis in praeſentia de ptiſanae facultate ſuffecerint,

Ed. Chart. VI. [316. 317.] Ed. Baſ. IV. (310. 311.)

εἰρῆσθαι κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, οὐ θεραπευτικὴν οὖσαν, ἀλλὰ τὰς δυνάμεις μόνας τῶν τροφῶν ἐξηγουμένην. ἐν παραδρομῇ δὲ τοῦ λόγου καὶ χρεῖαί τινες αὐτῶν διδάσκονται.

Κεφ. ι'. Καιρὸς γοῦν μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν περὶ τῶν κριθίνων ἄρτων λόγον, οὓς σκευάζουσιν οἱ ἄνθρωποι παραπλησίως τοῖς πυρίνοις. εἰσὶ δὲ οὐ μόνον τῶν πυρίνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀλυρίνων, καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι τῶν τιφίνων ψαθυρώτεροι, μηδὲν ἐν αὑτοῖς ἔχοντες, ὥσπερ ἐκεῖνοι, γλίσχρον. εὔδηλον οὖν, ὅτι τροφὴν ὀλίγην παρέχουσι τῷ σώματι, (311) καὶ μάλιστα, ὅταν ἐκ φαυλοτέρων γένωνται κριθῶν, ἐξ ὧν ὁ Ἱπποκράτης οὐδὲ τὴν πτισάνην ἐκέλευσε σκευάζειν· οὐδὲ γὰρ ἀνιᾶσιν ἐξ αὐτῶν πολὺν χυλὸν ἑψόμεναι. κάλλισται δὲ εἰσὶν αἱ λευκαὶ μετὰ τὸ πτισθῆναι φαινόμεναι, καί τι πυκνότητος ἔχουσαι [317] καὶ βάρους, ὅσον οἷόν τε κριθὴν ἔχειν. ἀμείνους δὲ δηλονότι καὶ τῶν ἰσχνῶν τε καὶ ῥυσσῶν αἱ πλήρη ὅλην καὶ τεταμένην ἔξωθεν ἔχουσαι τὴν περιγραφήν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἁπάντων σπερμάτων κοινὸν ἔστω σοι γνώρισμα, πλὴν εἰ μή τι πάνυ σφόδρα πλεονά ποτε τοῦ

non medendi rationem tradentibus, ſed alimentorum dumtaxat facultates explicantibus, quamquam in ſermonis tranſcurſu ipſorum uſum quoque attingimus.

Cap. X. Nunc certe ad hordeaceos panes tranſire fuerit tempeſtivum, quos homines eodem, quo triticeos, modo parant. Sunt autem non modo triticeis, verum etiam olyrinis, et multo adhuc magis tiphinis friabiliores, nihil in ſe lentoris, ut illi, habentes. Ex quo perſpicuum eſt, quod exiguum corpori praebent alimentum, et potiſſimum ſi facti ex pejore hordeo fuerint, ex quo Hippocrates ne ptiſanam quidem fieri voluit; neque enim, dum coquitur, ſuccum copioſum ex ſe ipſo emittit. Laudatiſſimum autem eſt, quod candidum, ubi piſtum eſt, apparet nonnihilque denſitatis ac ponderis, quantum hordeo datum eſt, habet. Porro quod totum plenum eſt, et circumſcriptionem externam habet tenſam, melius eo eſt, quod gracile eſt ac rugoſum. Verum hoc quidem ſeminum omnium commune tibi eſto indicium, niſi forte

Ed. Chart. VI. [317.] Ed. Baſ. IV. (311.)

κατὰ φύσιν ὄγκον ἔχοι ἅμα τῷ μαλακώτερον καὶ χαυνότερον γενέσθαι. περιττωματικὴν γὰρ ὑγρότητα ταῦτα ἔχειν ἴσθι, καὶ χείρω τῶν προειρημένων εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν συγκομιδὴν οὐ προσῆκεν αὐτοῖς χρῆσθαι, καταθέμενον δὲ ἐν τόποις ξηροῖς ἐᾶσαι ἐν χρόνῳ πλείονι τὸ μέν τι διαπνεῦσαι τῆς περιττῆς ὑγρότητος, τὸ δέ τι πεφθῆναι, μέχρις ἂν ξηραινόμενα προσταλῇ μετρίως. ἀπορρεῖ γὰρ ἁπάντων φυτῶν τε καὶ σπερμάτων καὶ καρπῶν, ἐπειδὰν συγκομισθέντα κέηται, πρῶτον μὲν ὅσον ἐν αὐτοῖς ὑδατῶδές τε καὶ λεπτὸν περίττωμα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ αὐτῆς τι τῆς κατὰ φύσιν ὑγρότητος. ἡνίκα γὰρ ξηροτέραν μὲν, ἣ προσῆκεν, τὴν οὐσίαν ἴσχῃ, καὶ χείρω γίνεται τῶν εἰς ἄκρον εὐεξίας ἡκόντων, οὐ μὴν ἤδη γ' ἐστὶ μοχθηρὰ παντάπασιν, ἀλλὰ καὶ χρησιμώτερα πρὸς ἐνίας διαθέσεις, ὅσαι ξηραίνεσθαι δέονται· τὰ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀποκείμενα χείρω γίνονται ταῖς δυνάμεσιν. ὅρος δὲ καὶ τούτων, ὅταν διαιρούμενα καθάπερ τινὰ κόνιν λεπτὴν ἐκπίπτουσαν ἔχῃ. ταῦτα μὲν οὖν

aliquando molem multo, quam pro ſua natura, habeant majorem, ſintque molliora ac laxiora; ſcito enim, ea humiditatem habere ſuperfluam, praedictisque eſſe deteriora. Ob eamque cauſam non convenit iis poſt collectionem uti, ſed, ubi ea in locis ſiccis repoſueris, diu ab eis abſtinere, quo interea pars quidem humoris ſuperflui exhalet, pars autem etiam coquatur, quoad ſiccata mediocriter contrahantur. Deſluit enim a plantis, ſeminibus et fructibus, poſtquam collecta fuerint ac repoſita, primum quidem quicquid ipſis aquoſum eſt ac tenue, poſt autem et nonnihil humidi naturalis. Quum enim ſubſtantiam habent juſto ſicciorem, ſuntque iis deteriora quae ad ſummum bonae habitudinis pervenerunt, non tamen jam omnino ſunt prava; quin imo iis affectibus, quos ſiccando corrigere oportet, ſunt utiliora. Quae autem diutiſſime fuerunt repoſita, vires habent imbecilliores. Hujus porro terminus ſit, quum ab ipſis diviſis quaſi pulvis quidam tenuis excidit. Haec itaque ſemel nunc dicta

Ed. Chart. VI. [317.] Ed. Baſ. IV. (311.)

ἐπὶ πάντων ἔστω σοι διὰ μνήμης, ἅπαξ εἰρημένα νῦν. ἐμοὶ γὰρ οὐχ ἡδὺ πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν λέγειν τὰ αὐτά, πλὴν εἴ ποτε ἀναγκαῖον ἀναμνῆσαι φαίνοιτο τοῦ κεφαλαίου μόνου ψιλοῦ. περὶ δὲ τῶν ἐκ κριθῆς ἄρτων, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἦν, αὖθις ἀναλαβόντες εἴπωμεν, ὡς κἀν τούτοις εἰσὶ διαφοραί τινες ἀνάλογον τοῖς ἐπὶ τῶν πυρίνων ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένοις. ἅπαντες μὲν γὰρ ἀτροφώτεροι τῶν πυρίνων εἰσὶ πολλῷ· ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ τῶν ἀρίστων κριθῶν ἧττον τοῦτο πεπόνθασιν, οἱ δὲ ἐκ τῶν χαύνων τε καὶ κούφων ἀνάλογόν εἰσι τοῖς πιτυρίαις ἄρτοις. ὑπέρχονται δὲ κάτω κατὰ γαστέρα μάλιστα μὲν οἱ ἐκ τῶν τοιούτων κριθῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι, παραβαλλόμενοι τοῖς πυρίνοις. ὅσαι δὲ ἄλλαι μεταξὺ τούτων γίνονται σκευασίαι τῶν κριθίνων ἄρτων, αἱ αὐταὶ ταῖς ἐπὶ τῶν πυρίνων εἰρημέναις εἰσίν.

Κεφ. ια'. Ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγεισῶν συμμέτρως τὸ κάλλιστον ἄλφιτον γίνεται· τούτων δὲ ἀποροῦντες ἐνίοτε κἀκ τῶν ἄλλων αὐτὰ σκευάζομεν. εὐωδῶν δὲ ὄντων ἁπάν-

in omnibus memoria teneto; non enim libenter de iisdem ſaepe eadem repeto, niſi quando neceſſe videtur nudum dumtaxat caput memoriae cauſa repetere. Ad panes autem hordeaceos, de quibus dicere inſtitueramus, reverſi dicamus, in iis quoque quasdam eſſe differentias illis, quas paulo ante in triticeis recenſuimus, reſpondentes. Omnes namque triticeis multo minus alunt; qui tamen ex praeſtantiſſimo hordeo conficiuntur, minus a triticeis in eo ſuperantur; qui vero ex laxo ac levi, panibus furfuraceis reſpondent; panes autem ex hordeo hujusmodi citiſſime per alvum ſubducuntur, quod et reliquis non minimum accidit, ſi triticeis eos contuleris. Quae porro inter hos mediae panum hordeaceorum ſunt praeparationes, ſimiles ſunt iis, quas in triticeis retulimus.

Cap. XI. Ex recenti hordeo mediocriter frixo laudatiſſima fit polenta, cujus ſi copia non ſit, nonnunquam et ex aliis ipſam conficimus. Quum autem polenta

Ed. Chart. VI. [317. 318.] Ed. Baſ. IV. (311.)

των, ὅσα καλῶς ἐσκευάσθη, μάλιστά ἐστιν εὐώδη τὰ ἐκ τῶν ἀρίστων καὶ νέων κριθῶν γιγνόμενα, μὴ πάνυ ξηρὸν ἐχουσῶν τὸν στάχυν. ἐν ἔθει δέ ἐστι πολλοῖς τῶν ὑγιαινόντων ἐπιπάττουσιν αὐτὰ σιραίῳ καὶ οἴνῳ γλυκεῖ καὶ οἰνομέλιτι κεκραμένοις καί ποτε καὶ ὕδατι μόνῳ πίνειν ἐν τῷ θέρει πρὸ δύο ἢ τριῶν ὡρῶν τοῦ λουτροῦ, καί φασιν αἰσθάνεσθαι τοῦ πόματος ἀδίψου· δι' οἴνου γε μὴν αὐστηροῦ ποθέντα ξηραίνει γαστέρα. χρῶνται δὲ ἀλφίτοις ἔν τισι τῶν ἐθνῶν ἐν ἄρτου χρείᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν εἶδον ἐν Κύπρῳ, καίτοι πλεῖστον γεωργοῦσι σῖτον. οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ τοῖς στρατευομένοις ἄλφιτα παρεσκεύαζον. ἀλλ' οὗτοι γε νῦν τὸ Ῥωμαίων στρατιωτικὸν ἀλφίτοις χρῆται, κατεγνωκὸς αὐτῶν ἀσθένειαν. ὀλίγην γὰρ τροφὴν δίδωσιν τῷ σώματι, τοῖς μὲν ἰδιωτικῶς διακειμένοις καὶ ἀγυμνάστοις αὐτάρκη, τοῖς δ' ὁπωσοῦν γυμναζομένοις ἐνδεῆ. [318] γίγνονται δὲ ἐξ αὐτῶν ὑγρῶν φυραθέντων αἱ μᾶζαι, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν, ἐπειδὴ καὶ Φιλότιμος ἐπὶ πλέον ὑπὲρ

omnis, quae recte ſit facta, boni ſit odoris, ea eſt ſuaveolentiſſima, quae ex optimo ac recenti hordeo, et quod ariſtam non admodum habeat ſiccam, eſt confecta. Compluribus autem per ſanitatem mos eſt eam ſapa et vino dulci mulſoque commixtis, nonnunquam ſola etiam aqua conſperſam aeſtate duabus tribusve ante balneum horum bibere, ajuntque ſentire ſe hoc potu ſiti liberari. Si tamen cum vino auſtero fuerit epota, ventrem deſiccat. Polenta autem gentes quaedam pro pane utuntur; quod ego ruſticos in Cypro facere ſum conſpicatus, tametſi ii frumenti plurimum metant. Veteres autem militibus etiam polentam praebebant; Romani tamen milites ipſius imbecillitatem damnantes, ea non amplius nunc utuntur; exiguum enim corpori alimentum dat, privatis quidem et omni exercitatione abſtinentibus ſatis multum, iis autem, qui quoquomodo exercentur, minus quam ſat eſt. Porro ex iis humidis frixis fiunt mazae, de quibus deinceps diſſeremus, praeſertim quum Philotimus in pri-

Ed. Chart. VI. [318.] Ed. Baſ. IV. (311.)

αὐτῶν διελθὼν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τροφῶν ὅμως ἀδιόριστον εἴασεν τὸ χρησιμώτατον ἐν αὐτοῖς.

Κεφ. ιβ'. Τὴν δύναμιν ἑκάστου τῶν ἐδεσμάτων ἔνεστί σοι καὶ πρὸ τῆς διωρισμένης πείρας ἐκ τῆς φύσεως αὐτῶν τεκμαίρεσθαι. τίνι γὰρ ἀνδρὶ συνετῷ τὸ μὲν ἀκριβῶς λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ καθαρὸν ἁπάσης πιτυρώδους οὐσίας ἄλευρον οὐκ ἂν ἐνδείξαιτο καὶ κατὰ τὴν γαστέρα θᾶττόν τε καὶ μᾶλλον ἀλλοιοῦσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πέττεσθαί τε ἄλλιον, ἀναδίδοσθαί τε ῥᾷον, ἑτοιμότερόν τε τρέφειν, ὡς ἂν ὅλον ἐξομοιούμενόν τε καὶ προστιθέμενον τοῖς τρεφομένοις σώμασιν, ὅσον δ' ἐν αὐτοῖς πιτυρῶδές ἐστιν καὶ σκληρόν, ὥσπερ ἐκτὸς φαίνεται μὴ διαλυόμενον ἐν ὕδατι, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδ' ἐν τῇ γαστρὶ διαλύεσθαι βρεχόμενον, ἀλλὰ διαμένειν ὅλον ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀκατέργαστον, ὁποῖον ἐλήφθη; τοῦτ' οὖν οὔτε πέττεσθαι καλῶς δύναται, οὔτε ἀναδίδοσθαι διὰ τὸ μηδὲν ἁρμόττειν ὅλως τοῖς στόμασι τῶν εἰς τὴν γαστέρα τε καὶ ἔντερα καθηκουσῶν φλεβῶν. οἷς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, πλέον μὲν ἀπ' αὐτοῦ γίνε-

mo libro De alimentis de ipſis copioſius diſputans, quod in eis tamen erat utiliſſimum, indefinitum reliquerit.

Cap. XII. Cujusque eduliorum vires potes vel ante certam experientiam ex ipſius natura conjicere. Etenim perſpicacis ingenii viro farina, quae plane tenuis eſt et alba et ab omni furfurea ſubſtantia pura, ſatis intelliget in ventriculo quoque citius ac magis alterari, eoque probius concoqui, et facilius in corpus diſtribui, promptiusque nutrire, ut quae tota corporibus alendis aſſimiletur atque apponatur; quod autem in ipſa furfureum eſt ac durum, ut extrinſecus in aqua diſſolvi non cernitur, eadem ratione ne in ventriculo quidem madefactum diſſolvitur, ſed totum, ut ſumptum fuerat, individuum permanet atque inconfectum. Hoc igitur non poteſt nec probe concoqui nec diſtribui, propterea quod venarum oriſiciis, quae tum ad ventriculum tum ad inteſtina pertinent, neque apte cohaeret omnino, neque illabitur; quas res neceſſario ſequitur, tum ut major ſter-

Ed. Chart. VI. [318.] Ed. Baſ. IV. (311.)

σθαι τὸ κοπρῶδες, ὑπιέναι δὲ θᾶττον αὐτῷ τε τῷ διὰ πλῆθος βάρει, καὶ προσέτι τῷ ῥυπτικὴν ἔχειν ποιότητα τὸ πιτυρῶδες ἅπαν. εὔδηλον οὖν ἐστι τῷ ταῦτ' ἐννοήσαντι, τοσοῦτον ἀπολείπεσθαι μᾶζαν εἰς τροφὴν σώματος ἄρτων κριθίνων, ὅσον οὗτοι πυρίνων. ἐχούσης γὰρ ἤδη τῆς κριθῆς φύσει τὸ πιτυρῶδες οὐκ ὀλίγον, ἡ φρυγεῖσα ξηρότερον μὲν καὶ αὐτὸ τοῦτο καὶ δυσθραυστότερον ἴσχει, ξηρότερον δὲ καὶ τὸ τούτου κρεῖττον, ἐξ οὗ τὴν τροφὴν ἐλάμβανε τὸ σῶμα. κατὰ τοῦτ' οὖν ἧττον πέττεται τῶν κριθίνων ἄρτων ἡ μᾶζα, καὶ φύσῃ μᾶλλον ἐμπίπλησι τὴν γαστέρα, καὶ εἰ ἐπὶ πλέον ἐν αὐτῇ μένοι, ταραχὴν ἐργάζεται. μᾶλλον δὲ διαχωρεῖ κάτω φυραθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μέχρι πλέονος. εἰ δὲ καὶ μέλι προσλάβοι, θᾶττον ἔτι καὶ διὰ τοῦτο παρορμήσει τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν. Φιλότιμος οὖν οἴεται, παχὺν καὶ κολλώδη καὶ ψυχρὸν ἐξ ἁπάσης μάζης γεννᾶσθαι χυμὸν, ὃν αὐτός τε καὶ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Πραξαγόρας ὑαλώδη καλοῦσιν. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, μήτε τὸ γλίσχρον ἐχόντων

coris vis ex ipſo acervetur, tum ut citius ſubſideat, partim propter ipſius copiae pondus, partim etiam quod furfureum omne qualitatem habeat detergentem. Quae omnia ſi quis reputet, intelliget tantum mazam in alendo corpore ab hordeaceis panibus relinqui, quantum hi a triticeis relinquuntur; quippe, quum hordeum ſuapte natura furfureum habeat non paucum, frixum jam illud ipſum habet tum ſiccius, tum fractu ac comminutu difficilius; ſiccius autem eſt id, quod in hoc eſt praeſtantius, ex quo corpus ſumebat alimentum, quo fit, ut maza panibus hordeaceis aegrius coquatur, magisque ventriculum flatu impleat; in quo etiam ſi diutius manſerit, turbationem excitat; citius autem ſubducitur, ſi piſta diutius fuerit ac ſubacta; quod ſi mel quoque addatur, citius etiam ob id ventrem ad excretionem incitabit. Caeterum quod Philotimus opinatur, ſuccum craſſum, glutinoſum ac frigidum ex omni maza generari, (quem ipſe cum praeceptore ſuo Praxagora vitreum appellat,) ſecus profecto habet,

Ed. Chart. VI. [318. 319.] Ed. Baſ. IV. (311. 312.)

τῶν ἀλφίτων, ὅπερ ἐν χόνδρῳ μάλιστά ἐστι, μήτε τὸ τρόφιμον. ἐξαπατᾷ δὲ αὐτὸν ἡ ἐπὶ πλέον ἐν οἴνῳ γλυκεῖ καὶ σιραίῳ φυραθεῖσα χρόνῳ πολλῷ μᾶζα. τριπτὴν δ' αὐτὴν ὀνομάζει, καθάπερ Ἀθηναῖοι. τὸ γὰρ ἐκ ταύτης ἀνάλογον τῷ πυρίνῳ σταιτὶ γιγνόμενον ὄλκιμόν ἐστιν καὶ κολλῶδες ἔκ τε τοῦ μεμαλάχθαι χρόνῳ πλείονι καὶ τοῦ μιχθέντος τοῖς ἀλφίτοις ὑγροῦ παχέος ὄντος. ὥσπερ δὲ τρίψις πολλὴ μεθ' ὑγροῦ παχέος γενομένη γλίσχρον τῇ φαντασίᾳ τὸ τριφθὲν ἄλευρον ἐργάζεται, κἂν ἐκ κέγχρων ᾖ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης φαίνεται γλίσχρος, οὐδὲν ἔχων ἐν αὑτῷ κολλῶδες οὐδ' ἐμπλαστικὸν, ἀλλὰ ῥυπτικόν τε καὶ τμητικὸν, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ δέρματος ἡμῶν φαίνεται τὸν ῥύπον καθαίρων. εἰ δὲ καὶ ῥοφῆσαί τινι (312) δοὺς αὐτὸν ὀλίγον ὕστερον ἐμέσαι ποιήσειας, ἀπορρύψει τε τὸ περιεχόμενον ἐν τῇ γαστρὶ φλέγμα, καὶ συνεκβαλεῖ πάντ' αὐτῷ κατὰ τὸν ἔμετον.

Κεφ. ιγ'. [319] Μνησίθεος μὲν ἐν τῇ τρίτῃ τάξει τίθεται τὰς τίφας ἐπὶ πυροῖς τε καὶ κριθαῖς· Διοκλῆς δὲ ἀμελέστε-

quum polenta, neque lentorem habeat, quod alicae ineſt maxime, nec multum nutriat. At illum fefellit maza copioſior ac diutius in vino dulci et ſapa macerata, quam ipſe, quemadmodum Athenienſes, tritam appellavit; quod enim in ea triticeae maſſae reſpondet, ductile eſt ac glutinoſum quum ob diuturnam macerationem, tum ob humoris polentae commixti craſſitiem. Quemadmodum autem tritura multa cum craſſo liquore facit, ut trita farina lenta appareat, etiamſi ea ex milio ſit, ad eundem modum ſuccus ptiſanae apparet lentus, tametſi nihil in ſeſe habeat glutinoſum neque emplaſticum, ſed contra detergens atque incidens, adeo ut in cute noſtra videatur ſordes eluere. Sin autem, poſtquam alicui ſorbendam ipſam exhibueris, vomere ipſum feceris, pituitam, quae in ventriculo continebatur, detergebit, et omnia vomitu ſimul cum ea ejiciet.

Cap. XIII. Mneſitheus quidem tiphas tertio loco poſt triticum et hordeum numerat; Diocles autem de ipſis

Ed. Chart. VI. [319.] Ed. Baſ. IV. (312.)

ρον ὑπὲρ αὐτῶν διῆλθέ, τὸ σύντομον ἐν τῇ γραφῇ προτιμήσας τοῦ κατὰ διέξοδον ἀκριβοῦς. οὕτω γοῦν καὶ περὶ πυρῶν καὶ κριθῶν ἄλλων τε πολλῶν ἔγραψεν συντεμὼν τὸν λόγον. ὀλίγῳ δὲ μακρότερον τοῦ Διοκλέους ὑπὲρ αὐτῶν ὅ τε Πραξαγόρας καὶ ὁ Μνησίθεος ἔγραψαν, ἐλλιπῶς μέντοι καὶ αὐτοί. Φιλότιμος δὲ περί τινων μακρῶς πάνυ, περί τινων ἐλλιπῶς, ἐνίων δὲ οὐδ' ὅλως ἐμνημόνευσεν, ὥσπερ οὐδὲ περὶ τῆς ζειᾶς. εὔδηλον δ', ὅτι μηδὲ ὁ Πραξαγόρας ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. παρέλιπε μὲν γὰρ οὐδὲν ὧν ἐκεῖνος εἶπεν ὁ Φιλότιμος, ἐξεργάζεται δὲ καὶ προστίθησι πολλά. θαυμάσαι δ' ἔστιν, ὅτι μηδὲ ὁ τὸ περὶ διαίτης ἐπιγεγραμμένον Ἱπποκράτει συνθεὶς, ὅστις πότ' ἦν ἀνὴρ παλαιός, ἐμνημόνευσε τοῦ τῶν ζειῶν ὀνόματος. καὶ γὰρ, εἰ τὰς τίφας ἠγεῖτο καλεῖσθαι ζειὰς ὑπό τινων, ἐχρῆν αὐτὸ τοῦτο δηλῶσαι. βέλτιον δ' ἴσως ἐστὶν καὶ τὰς ῥήσεις αὐτῶν παραγράψαι. Διοκλῆς μὲν οὖν οὕτως ἔγραψεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Πλείσταρχον ὑγιεινῶν, ἐν ᾧ διέρχεται τὰς τῶν στιῶν

tradit negligentius, compendioſum ſcribendi genus diffuſae accurataeque explanationi praeponens; eodem certe compendio de tritico, hordeo aliisque multis tradidit. Paulo autem de his Praxagoras ac Mneſitheus, quam Diocles, copioſius ſcripſerunt, attamen ne ipſi quidem ſatisfaciunt. Philotimus vero de quibusdam admodum copioſe, de aliis autem egit jejune; ſunt et quorum ne meminit quidem, quemadmodum nec zeiae. Perſpicuum autem eſt, quod nec praeceptor ejus Praxagoras; quandoquidem Philotimus non modo eorum, quae ille ſcripſiſſet, nihil praetermiſit, ſed pleraque etiam perpolivit atque adjunxit. Illud vero mirum videri debet, quod ne is quidem, qui librum de ratione victus compoſuit, qui Hippocrati eſt adſcriptus, (quisquis is vir antiquus fuerit,) nominis zeiae mentionem unquam fecerit; quod ſi tiphas a nonnullis putabat appellari zeias, id ipſum ſignificaſſe oportuit. Verum ſatius forte fuerit ipſorum verba aſcripſiſſe. Diocles ergo in primo libro de ſanitate tuenda ad Pliſtarchum (in quo ciborum facultates explicat) ſic ſcribit:

Ed. Chart. VI. [319.] Ed. Baſ. IV. (312.)

δυνάμεις· μετὰ δὲ τὰς κριθὰς καὶ τοὺς πυροὺς ἑπόμενα ταῖς ἀρεταῖς ἐστι μάλιστα τῶν ἄλλων ὄλυραι, τίφαι, ζειαὶ, μέλινος, κέγχρος. ἔν τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων οὐδ' ὅλως αἱ ζειαὶ φέρονται, καὶ μέντοι καὶ τὸ ταῖς ἀρεταῖς ἔν τισιν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ χρείαις γέγραπται κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον· μετὰ δὲ τὰς κριθὰς καὶ τοὺς πυροὺς ἑπόμενα ταῖς χρείαις ἐστὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὄλυραι, τίφαι, μέλινος, κέγχρος, ὡς ἄλλου μέν τινος σπέρματος τῆς ὀλύρας οὔσης, ἄλλου δὲ τῆς τίφης. ὁ δὲ Μνησίθεος ἐφ' ἑνὶ σπέρματι δύο φησὶν ὀνόματα κεῖσθαι γράφων οὕτως· τῶν δὲ σπερμάτων εὐφυέστατα μέν ἐστιν εἰς τροφὴν πυροὶ καὶ κριθαί. πρὸς δὲ τούτοις ἐχόμενον λέγεται μὲν διττῶς, ἔστι δὲ ταὐτόν· οἱ μὲν γὰρ τίφας, οἱ δὲ ὀλύρας καλοῦσιν. τούτοις δ' ἐφεξῆς τόδε γράφει· μετὰ δὲ ταῦτα ζειαὶ, καὶ κέγχροι, καὶ μέλιναι. Διοκλεῖ μὲν οὖν ἤρκεσεν ἐκεῖνα μόνα περί τε τιφῶν καὶ ὀλυρῶν εἰπεῖν, ὅσα παρεθέμην ἀρτίως. Μνησίθεος δὲ καὶ τὸν κατὰ μέρος ὑπὲρ αὐτῶν λόγον ἐφεξῆς διῆλθεν, πρῶτον μὲν γράψας περὶ πυρῶν τε καὶ κριθῶν, ἐφεξῆς δὲ περὶ τῶν

Poſt hordeum autem ac triticum facultatibus ſequuntur omnium maxime olyrae, tiphae, zeiae, panicum, milium. In quibusdam autem exemplaribus zeiae nomen omnino non eſt, quin et in quibusdam non facultatibus, ſed utilitatibus ſcriptum eſt hoc modo: *Poſt hordeum ac triticum utilitatibus ſequuntur omnium maxime olyrae, tiphae, panicum et milium;* perinde ac ſi olyra ſemen eſſet a tipha diverſum. Mneſitheus autem uno ſemine duo nomina ait contineri, ſcribens ad hunc modum: *Ex ſeminibus ad nutritionem ſunt appoſitiſſima triticum et hordeum; quod autem haec deinceps ſequitur, duplici quidem nomine nuncupatur, eadem tamen res eſt, alii enim tiphan, alii olyram nominant.* Deinceps iſta adjungit: *Poſt haec autem ſunt zeia, milium et panicum.* Diocli certe ea de tipha et olyra ſcribere, quae modo aſcripſi, ſatis viſum fuit; Mneſitheus vero particulatim quoque de iis poſtea tractavit, primum quidem de tritico et hordeo,

Ed. Chart. VI. [319.] Ed. Baſ. IV. (312.)

τιφῶν ᾠδέ πως αὐτοῖς ὀνόμασι. τῶν δ' ἄλλων σπερμάτων βέλτιστον μὲν ἡ τίφη, καὶ γὰρ ἱκανῶς τρέφει, καὶ οὐ μετὰ πολλοῦ πέττεται πόνου, τὸν δὲ τῶν ζειῶν ἄρτον ἄδην μὲν ἐσθίων οὐδεὶς ἂν ὑγιαίνοι, τῶν δ' ἀσυνήθων τῆς ἕδωδῆς ταύτης, οὐδ' εἰ παντάπασιν ὀλίγον· ἔστι γὰρ βαρὺ καὶ δύσπεπτον. οἱ δὲ δυσχείμερον ἔχοντες χώραν ἀναγκάζονται τρέφεσθαι τούτῳ, καὶ σπείρειν αὐτό, διὰ τὸ μάλιστα ἀντέχειν τοῖς ψύχεσιν. αὐτοὶ δὲ πρῶτον μὲν ὀλίγον ἐθίζονται προσφέρεσθαι, καὶ διὰ τὸ μὴ εὐῶδες εἶναι τὸ βρῶμα, καὶ διὰ τὴν σπάνιν τῆς εὐκαρπίας ἐν ταῖς τοιαύταις χώραις. εἶτα δὲ διὰ τὸ σύνηθες εἶναι τὸ βρῶμα ποιεῖ ῥᾷστα τοῖς σώμασι τὴν κατεργασίαν. καθόλου δὲ βαρὺ μὲν καὶ δύσπεπτον, ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὑμενῶδες τὴν ζειὰν εἶναι λεκτέον. ἐν τούτοις ὁ Μνησίθεος σαφέστατα δεδήλωκεν, ὁποῖόν τι σπέρμα βούλεται καλεῖσθαι ζειὰν ἐν ψυχραῖς χώραις γεωργουμένην. ἐγὼ δὲ οὔτε αὐτὸς εἶδον πάσας δυσχειμέρους χώρας, οὔτε παρ' ἄλλου τινὸς ἤκουσα τῶν ἑωρακότων αὐτὰς

mox de tiphis, ſcribens his verbis: *Reliquorum vero ſeminum tipha quidem eſt optima, nam et nutrit admodum, neque magno negotio conficitur. Panem autem ex zeia nemo affatim citra ſanitatis dispendium mandit; quod ſi quis ei pani non aſſueverit, etiamſi minimum ſumpſerit, aegrotabit; eſt enim gravis et concoctu difficilis. Qui vero regionem colunt vehementer frigidam, eo ſemine coguntur nutriri, ipſumque ſerere, quod frigoribus perſtrenue reſiſtat. Atque hi principio quidem paulatim edere aſſueſcunt, tum quia ingrati odoris eſt cibus, tum quia rarus eſt in ejusmodi regionibus frugum proventus; poſt autem, quod familiare ſit edulium, accidit, ut facillime in corporibus conficiatur. In ſumma autem ſtatuere oportet, zeiam gravem eſſe, ac concoctu difficilem, firmam, ac membranoſam.* Ex his Mneſitheus apertiſſime indicavit, cujusmodi ſemen vocare velit zeiam, quae in frigidis regionibus colitur. Equidem nec ipſe regiones omnes hybernas peragravi, nec ab aliis audivi, qui eas perluſtraſſent, ſemen aliquod

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 516 sur 889

Ed. Chart. VI. [319. 320.] Ed. Baſ. IV. (312.)

ὀνομαζόμενόν τινα σιτηρὸν καρπὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ζειὰν ἢ ζέαν. [320] ἑκατέρως γὰρ εὑρίσκεται γεγραμμένον, ἔν τισι μὲν εἰς ε΄ καὶ ι΄ τῆς προτέρας συλλαβῆς τελευτώσης, ἔν τισι δὲ μόνον εἰς ε΄. ἐννοῆσαι δὲ τοὺς μὲν Ἕλληνας δυνατὸν εἶναι οὕτως ὀνομάζειν τὸ σπέρμα τοῦτο, τοὺς δὲ βαρβάρους ἰδίαν ἐπ᾽ αὐτῷ τίθεσθαι προσηγορίαν. ἰδὼν δ᾽ ἐν Θράκῃ καὶ Μακεδονίᾳ πολλὰς ἀρούρας ὁμοιότατον ἐχούσας οὐ μόνον τὸν στάχυν, ἀλλὰ καὶ τὸ φυτὸν ὅλον τῇ παρ᾽ ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ τίφῃ, τὴν προσηγορίαν ἠρόμην ἥν τινα ἔχει παρ᾽ ἐκείνοις τοῖς ἀνθρώποις, καί μοι πάντες ἔφασαν, αὐτό τε τὸ φυτὸν ὅλον καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ καλεῖσθαι βρίζαν, τῆς μὲν προτέρας συλλαβῆς διὰ τριῶν γραμμάτων γραφομένης, τοῦ β΄ καὶ ρ΄ καὶ ι΄, τῆς δ᾽ ἐφεξῆς αὐτῇ διὰ τοῦ ζ΄ καὶ α΄ κατά γε τὴν ὀρθὴν πτῶσιν, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς μετὰ τοῦ ν΄ δηλονότι. γίνεται δὲ ἄρτος ἐκ τοῦ σπέρματος τούτου δυσώδης τε καὶ μέλας, ὑμενωδεστέραν ἔχοντος, ὡς Μνησίθεος ἔγραψεν, τὴν οὐσίαν. εἰ δὲ καὶ μέλανα γίγνεσθαι τὸν ἄρτον ἐξ αὐτοῦ προσεγεγράφει, μᾶλλον ἂν ἐπίστευον αὐτῷ, τοῦτ᾽ εἶναι τὸ καλούμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ ζειάν. ἔν γε μὴν τοῖς

esse frumentaceum, quod incolae zeiam aut zeam appellarent; utroque enim modo scriptum invenitur, in aliis priore syllaba in ε et ι, in aliis autem in ε tantum desinente. Credere tamen possum, fieri potuisse, ut Graeci semen id sic appellarint, barbari autem proprium ipsi nomen indiderint. Conspicatus autem in multis Thraciae et Macedoniae agris non aristam modo, sed et plantam totam nostrae tiphae in Asia simillimam, interrogavi, quodnam apud illos homines haberet nomen; qui mihi omnes responderunt, plantam totam et ejus semen βρίζαν appellari, priori syllaba tribus his literis scripta, β ρ ι, sequente ζ et α, in recto saltem casu, in accusativo autem cum litera ν. Ex hoc porro semine panis fit gravis odoris et ater, membranosam (ut Mnesitheus scripsit) substantiam habens; quod si nigrum quoque panem, qui ex zeia fit, esse ascripsisset, facilius crederem, id esse semen, quod ab eo zeia nominatur. Est item in frigidissi-

Ed. Chart. VI. [320.] Ed. Bal. IV. (312.)

χειμεριωτάτοις τῆς Βιθυνίας χωρίοις ὀνομάζεταί τι σπέρμα ζεόπυρον, οὐκ ἐχούσης τῆς πρώτης συλλαβῆς τὸ ι, καθάπερ ἔχει παρ' Ὁμήρῳ·

Πυροί τε ζειαί τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.

ἐξ αὐτοῦ δ' ἄρτος γίνεται πολὺ βελτίων τοῦ κατὰ τὴν Μακεδονίαν τε καὶ Θράκην. καὶ σχεδὸν, ὥσπερ τοὔνομα τὸ ζεόπυρον ἐξ ἀμφοτέρων σύγκειται τῶν ὀνομάτων, τουτέστι τῆς ζέας καὶ τοῦ πυροῦ, καὶ ἡ οὐσία μέση τίς ἐστιν ἀμφοῖν, ὥσπερ οἷον αὐτῶν κεκραμένη. τοσοῦτον γοῦν ἐστι τοῦ πυροῦ χεῖρον, ὅσον τῆς Θρᾳκίας βρίζης ἄμεινον. ὀνόματα δὲ ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς γίγνεται τὸ σπέρμα τοῦτο, Νίκαια, καὶ Προῦσα, καὶ Κράσσου καὶ Κλαυδίου πόλεις τε καὶ Ἡλιούπολις, ἀλλὰ καὶ Δορύλαι, ἥ ἐστι μὲν ἐσχάτη τῆς Ἀσιανῆς Φρυγίας πόλις. ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Φρυγία τοιοῦτον σπέρμα γεννώμενον ἐν τῇ χώρᾳ, καθάπερ καὶ ἄλλαι τινὲς ὅμοροι πόλεις αὐτῇ. θεάσασθαι δ' ἔστιν τὸν γιγνόμενον ἄρτον ἐκ τοῦ σπέρματος τούτου τοσοῦτον βελτίονα τοῦ κατὰ Θρᾴκην τε καὶ Μακεδονίαν ἐκ τῆς βρίζης, ὅσον τοῦ πυρίνου

mis Bithyniae locis ſemen quoddam, quod zeopyrum nominatur, prima ſyllaba ι non habente, ut apud Homerum habet, quum ait:

Et zeia et triticum cum foecundo hordeo et albo.

Ex eo autem panis fit praeſtantior, quam qui in Macedonia aut Thracia ex briza conficitur. Ac fere, quemadmodum nomen ipſum zeopyrum ex utroque nomine, zea ſcilicet et pyro, id eſt tritico, componitur, ſic ſubſtantia ejus inter utrumque media quodammodo eſt, ut ſi ex utroque eſſet commiſta: proinde quanto tritico eſt deterius, tanto Thracia briza eſt praeſtantius. Porro urbium nomina, in quibus ſemen id provenit, ſunt Nicaea, Pruſa, Craſſopolis, Claudiopolis, Heliopolis et Doryle, quod quidem extremum eſt Phrygiae Aſiaticae oppidum; habet autem et Phrygia ipſa ſemen ejusmodi in agro proveniens, quemadmodum et aliae quaedam urbes finitimae. Videre autem eſt panem, qui ex hoc ſemine conficitur, tanto eo, qui ex briza in Thracia et Macedonia fit,

Ed. Chart. VI. [320.] Ed. Baſ. IV. (312.)

χείρονα. μέμνηται δὲ καὶ ζειᾶς καὶ ὁ Θεόφραστος ἐν ἑβδόμῳ περὶ φυτῶν ὧδέ πως λέγων· τῶν δὲ ὁμοίων κριθῶν καὶ ὁμοίων πυρῶν, οἷον ζειᾶς, τίφης, ὀλύρας, βρόμου, αἰγίλωπος, ἰσχυρότατον καὶ μάλιστα καρπιζόμενον ἡ ζειά, καὶ βαθύῤῥιζον, καὶ πολύῤῥιζον, καὶ πολυκάλαμον, καὶ παχυκάλαμον. ὁ δὲ καρπὸς κουφότατος, καὶ προσφιλὴς πᾶσι τοῖς ζώοις. καὶ πάλιν ἐφεξῆς· ἡ δὲ τίφη πάντων κουφοτάτη, καὶ γὰρ μονοκάλαμον, καὶ λεπτοκάλαμον, διὸ καὶ χώραν ζητεῖ λεπτὴν, οὐχ ὥσπερ ἡ ζειὰ λιπαρὰν καὶ ἀγαθήν. εἶτα τούτοις ἐφεξῆς συνάπτων τάδε γράφει· ἔστι δὲ ταῦτα δύο καὶ ὁμοιότατα τοῖς πυροῖς, ἥ τε ζειὰ καὶ ἡ τίφη. Θεόφραστος μὲν οὖν ταῦτα περὶ ζειᾶς ἔγραψεν. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν· ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθῶν πολλοὶ ζώουσιν. Αἰγυπτίων δὲ τῶν ποιουμένων ἀπὸ τούτων τὴν ζωὴν ὄνειδος μέγιστόν ἐστιν, ἀλλ' ἀπ' ὀλυρῶν ποιοῦνται τὰ σιτία, ἃς ζειὰς μετεξέτεροι καλοῦσιν. Διοσκουρίδης δὲ ἐν δευτέρῳ περὶ ὕλης ταῦτα γράφει· ζειὰ

esſe meliorem, quanto triticeo eſt deterior. Meminit zeiae et Theophraſtus libro ſeptimo de plantis, ſic ſcribens: *Inter ea, quae tritico hordeoque ſunt ſimilia, ut zeia, olyra, tipha, avena et aegilops, zeia eſt firmiſſima, copioſiſſimeque fructificat, multiplicem altamque radicem effundit, culmo multiplici et craſſo aſſurgens, fructus autem eſt leviſſimus, et cunctis animalibus admodum jucundus.* Deinde ſubdit: *Tipha autem omnium eſt leviſſima, nam calamum unicum, eumque tenuem habet: quare ſolum gracilius, nec, uti zeia, pingue ac fertile expoſcit.* Poſt haec ſubjungit: *Sunt autem haec duo, zeia ſcilicet et tipha, tritico ſimillima.* Haec quidem de zeia Theophraſtus. Herodotus autem libro ſecundo ad verbum haec ſcribit. *Tritico hordeoque plerique victitant, apud Aegyptios vero his in victu uti ſummum dedecus putatur, utuntur autem olyris, quas alii zeias cum z nominant.* Dioscorides quoque in ſecundo De medica materia haec ſcribit. *Zeiae duplex eſt genus, quo-*

Ed. Chart. VI. [320. 321.] Ed. Baſ. IV. (312. 313.)

διφσὴ, ἡ μὲν γὰρ ἁπλῆ, ἡ δὲ δί(313)κοκκος καλεῖται, ἐν δυσὶν ἐλύτροις συνεζευγμένον ἔχουσα τὸ σπέρμα. ἔστι δὲ τροφιμωτέρα μὲν κριθῆς καὶ εὐστόμαχος, ἀτροφωτέρα δὲ πυρῶν ἀρτοποιουμένη. κρίμνον δὲ ἁδρότερόν ἐστι τῇ κατεργασίᾳ τοῦ ἀλεύρου, γιγνόμενον ἐκ τῆς ζειᾶς καὶ πυροῦ, ἐξ οὗ καὶ ὁ πολτὸς γίνεται. ἔστι δὲ ἱκανῶς τρόφιμον καὶ εὐκατέργαστον, σταλτικώτερον δὲ κοιλίας τὸ ἀπὸ τῆς ζειᾶς, μάλιστα μὲν προφρυγείσης. [321] καὶ ὄλυρα δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζειᾶς, ἀτροφωτέρα δὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἐκείνης. ἀρτοποιεῖται δὲ καὶ αὕτη, καὶ κρίμνον ἐξ αὐτῆς ὡσαύτως γίνεται, ἀθάρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὰ ζειᾶς σκευάζεται. ἔστι δὲ ῥόφημα ὥσπερ πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόζον, ποιεῖ δὲ καὶ εἰς κατάπλασμα. ὁ δὲ τράγος τὸ σπέρμα μὲν παραπλήσιον χόνδρῳ, ἀτροφώτερος δὲ πολὺ ζειᾶς, διὰ τὸ πολὺ ἔχειν τὸ ἀχυρῶδες. διὸ καὶ δυσκατέργαστός ἐστι, καὶ κοιλίας μαλακτικώτερος. περὶ μὲν οὖν τῶν ζειῶν ἱκανὰ καὶ ταῦτα. θαυμάσαιτο δ' ἄν τις τοῦ Μνησιθέου μὴ γινώσκοντος, ὅπῃ διαφέρουσιν αἱ ὄλυραι τιφῶν. ἔστι γὰρ ἑκάτε-

rum alterum ſimplex, alterum δίκοκκον nominatur, quod ſemen duabus membranis concluſum gerat; nutrit autem hordeo valentius, tum ſtomachum juvat; panis ex ea fit, qui minus tritico nutrit. Crimnon autem, quod ex zeia et tritico fit, eſtque in tritura craſſior farinae pars, ex qua fit puls, nutrit abunde, et facile conficitur; quod vero ex zeia fit, ventrem magis cohibet, potiſſimum ſi torrefacta prius fuerit. Praetereа olyra ejusdem cum zeia eſt generis, ſed minus aliquanto nutrit: panis quoque ex hac fit et crimnon. Athara autem fit ex zeia trita tenuiter ſub mola; ſorbetur autem non ſecus, ac liquida pulticula, puerisque eſt accommoda; in cataplasmatisque ea utimur. Tragi ſemen alicae eſt quidem ſimile, nutrit autem multo minus, quam zeia, quod multum aceris habeat; ob id et concoctu eſt difficilior, et alvum magis mollit. De zeia igitur haec ſufficiant. Mneſitheum profecto jure quis demiretur, quod discrimen inter olyram ac tipham non noverit; utrumque enim

Ed. Chart. VI. [321.] Ed. Baſ. IV. (313.)

ρον ἐν Ἀσίᾳ πολὺ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ὑπερκειμένην Περγάμου χώραν, ὡς τοὺς ἀγροίκους ἀεὶ χρῆσθαι τοῖς ἐξ αὐτῶν ἄρτοις διὰ τὸ τοὺς πυροὺς εἰς τὰς πόλεις κατακομίζεσθαι. οἱ μὲν οὖν ὀλύρινοι κάλλιστοι, μετὰ γὰρ τοὺς πυρίνους εἰσὶν, ὅταν γε εὐγενεῖς ὦσιν αἱ ὄλυραι· δεύτεροι δὲ αὐτῶν οἱ τίφινοι. μοχθηρῶν δὲ οὐσῶν τῶν ὀλυρῶν, οὐδὲν ἐκείνων ἀπολείπονται, βελτίστων δὲ τῶν τιφῶν οὐσῶν, οἱ θερμοὶ τίφινοι πολὺ κρείττους εἰσὶν τῶν ὀλυρίνων. ἑωλισθέντες δὲ χείρους αὐτῶν γίνονται. ὀλκιμώτερον γὰρ ἔχοντες τὸ σταῖς πυκνοῦνται πάνυ σφόδρα, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀμελῶς σκευασθῶσιν. ὥστε καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἢ δύο, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν ταῖς ἑφεξῆς ὁ φαγὼν τὸν ἄρτον τοῦτον οἴεται πηλὸν ἐγκεῖσθαι τῇ κοιλίᾳ. θερμὸς δὲ ὢν ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τῶν πόλεων σπουδάζεται μετὰ τυροῦ τινος προσφερόμενος. ἐπιχωρίως δὲ ὀνομάζουσιν αὐτὸν ὀξυγαλάκτινον. εἶναι δὲ χρὴ καὶ τοῦτον ἁπαλὸν, καὶ τὸν ἄρτον ἔτι διαφυλάττοντα τὴν ἐκ τοῦ κλιβάνου θερμασίαν. ὁ μὲν οὖν οὕτως ὠπτημένος

in Aſia eſt frequens, et potiſſimum in regione, quae eſt ſupra Pergamum, adeo ut ruſtici ipſi panibus ex ipſis factis ſemper utantur, propterea quod triticum omne in oppida comportent. Olyrini ſane, ſi modo ex bona olyra fiant, poſt triticeos ſaltem ſunt praeſtantiſſimi; ſecundi autem ab his ſunt tiphini; quod ſi olyrini ex vitioſo ſemine ſint facti, tiphini non erunt eis inferiores. Calidi vero panes ex laudatiſſima tipha facti olyrinis longe ſunt praeſtantiores, aſſervati vero deteriores ſeipſis evadunt; quum enim maſſa illorum ſit tenax ac ductilis, denſatur majorem in modum, et maxime quum negligenter parati fuerint, adeo ut, qui panem hujuscemodi poſt unum aut duos dies, ac multo magis ſequentes aliquot comederit, putaturus ſit lutum ventriculo ſuo ineſſe; at calidus adhuc quum eſt, ab ipſis etiam urbanis expetitur, ipſumque cum caſeo quodam mandunt, quem vernaculo nomine oxygalactinon appellant. Porro hunc quoque tenerum eſſe oportet, et ipſum panem calorem clibani adhuc re-

Ed. Chart. VI. [321.] Ed. Baſ. IV. (515.)

οὐ μόνον τοῖς κατ' ἀγρὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι περισπούδαστός ἐστιν. ὁ δὲ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν καὶ τοῖς ἀγροίκοις αὐτοῖς ἀηδέστερος μὲν ἤδη βρωθῆναι, δυσχερέστερος δὲ πεφθῆναι, βραδυπορώτερος δὲ κατὰ γαστέρα, τοῦ θερμοῦ μηδὲ τοῦτ' ἔχοντος τὸ σύμπτωμα. πολὺ μὲν γὰρ ἀπολείπεται διαχωρήσεως ἕνεκα τοῦ κριθίνου, μεμπτὸς δ' οὐκ ἔστιν ὁμοίως τῷ κεγχρίνῳ, καὶ μέντοι καὶ τρέφει τὸ σῶμα θερμὸς ὢν ἱκανῶς, ὡς μὴ ἀπολείπεσθαι πολὺ τοῦ πυρίνου συγκομίστου. τὸ δὲ σπέρμα τὸ τῆς τίφης ἔχει μὲν ἔξωθεν λέμμα, καθάπερ καὶ ὀλύρα καὶ κριθή, πτισθὲν δὲ ἀρτοποιεῖται, καὶ ὅλως εἰς χρῆσιν ἄγεται. καὶ γὰρ ἐξ ὕδατος ἑψηθὲν ἐσθίεται κατὰ τὸν ὑπὸ τῶν ἀγροίκων ὀνομαζόμενον ἀπόθερμον, ἐμβαλλομένου τοῦ πρὸς ἡμῶν μὲν ἕψήματος, ὑπ' ἐνίων δὲ σιραίου καλουμένου. καί ποτε καὶ μεθ' ἁλῶν ἐσθίεται, καθάπερ ἔφην ἐδηδοκέναι τοὺς πυροὺς αὐτοὺς ἐγώ. τὴν δὲ εὐγενεστάτην ὀλύραν ὅταν, ὡς χρὴ, πτίσσωσιν, τὸν ὀνομαζόμενον τράγον ποιοῦσιν, ᾧ πολλαὶ

tinere. Qui certe in hunc modum eſt aſſatus, non ruſticis modo, ſed urbanis quoque hominibus in deliciis habetur; qui vero trium quatuorve dierum eſt, vel ipſis ruſticis manditur inſuavius; praeterea concoctu eſt difficilior, ac tardius per alvum ſubducitur, quae calido minime accidunt; qui tametſi hordeaceo, quod ad dejectionem pertinet, multum relinquitur, non tamen in eo adeo, ut miliaceus, eſt vituperandus; quin etiam corpus admodum, dum calidus eſt, nutrit, ut pene triticeo ſynconiſto par ſit. Habet autem tiphae ſemen extrinſecus corticem, veluti olyra et hordeum, verum decorticatum in panes congeritur, omninoque uſui accommodatur; nam et ex aqua manditur elixum haud aliter, ac vocatus a ruſticis apothermus, ſapa (quam alii σίραιον, nos ἕψημα vocamus) injecta; nonnunquam etiam cum ſale eſitatur, quomodo me triticum ipſum retuli comediſſe. Ex nobiliſſima autem olyra, quum, ut decet, fuerit decorticata, nominatum tragum conficiunt, quo plerique

Ed. Chart. VI. [321. 322.] Ed. Baſ. IV. (313.)

χρῶνται δι' ὕδατος ἕψοντες, εἶτα τὸ μὲν ὕδωρ ἀποχέοντες, ἐπιχέοντες δὲ σίραιον, ἢ οἶνον γλυκὺν, ἢ οἰνόμελι, παρεμβάλλουσι δὲ καὶ κώνους ἐν ὕδατι διαβεβρεγμένους, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐξῳδηκέναι. τινὲς δὲ ὁμογενὲς μὲν, οὐχ ὁμοειδὲς δὲ τὸ σπέρμα τοῦτο ταῖς ὀλύραις εἶναί φασι. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σπέρματα παραπλήσια μὲν, οὐκ ἀκριβῶς δὲ ταὐτὸν εἶδος ἔχοντα τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ, τὰ μὲν ἐν τῷ μεταξὺ κριθῆς τε καὶ τίφης, τὰ δὲ ὀλύρας τε καὶ τίφης, ἢ μεταξὺ πυροῦ τε καὶ τῆς ὀλύρας. ἔνια δ' ἐγγυτάτω τῆς φύσεώς ἐστι, τὰ μὲν ὀλύρας, τὰ δὲ κριθῆς, ἢ τίφης, ἢ πυροῦ, καθάπερ ἄλλα, τὰ μὲν ἐλύμου, τὰ δὲ κέγχρου προσηγορίας ἔχοντα, τινὰ μὲν ἁπλᾶς, ὥσπερ ἐν Ἰταλίᾳ ἐξ οὗ τὸν χόνδρον ποιοῦσιν, ἔνια δὲ συνθέτους, [322] ὡς ἐν Καππαδοκίᾳ μὲν τὸ καλούμενον γυμνόκριθον, κατὰ δὲ τὴν Βιθυνίαν τὸ ζεόπυρον. ἄμεινον δ' ἐστὶ ἀποστάντα τῆς τοιαύτης ἱστορίας οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων, ἕνα τινὰ κοινὸν ὑπὲρ ἁπάντων λόγον διελθεῖν. ὅσα μὲν ἐν ὄγκῳ βραχεῖ πλείστην οὐσίαν ἔχει, καὶ ταύτην πα-

utuntur primum in aqua decoquentes, deinde, ea effuſa, ſapam, aut vinum dulce, aut mulſum infundentes, ſuperinjiciunt et pineas nuces aqua praemaceratas, donec plurimum intumuerint. Quidam autem ſemen hoc genere quidem, non tamen ſpecie, cum olyris idem eſſe affirmant. Sunt autem et alia permulta ſemina praedictis quidem aſſimilia, non tamen eadem penitus ſpecie, quae partim in hordei ac tiphae, partim in tiphae olyraeque, aut olyrae et tritici medio ſunt loco; quaedam vero ad olyrae, alia ad hordei aut tiphae, alia ad tritici, ceu alia ad panici, alia ad milii naturam, proxime accedunt: quae nomina habent, alia ſimplicia, ut in Italia ex quo alicam faciunt, alia compoſita, ut in Cappadocia quod vocatur gymnocrithon, id eſt hordeum nudum ac corticis expers, in Bithynia autem zeopyron. Verum ſatius fuerit, ejusmodi nominum ac ſeminum disquiſitione omiſſa, de omnibus communi quodam ſermone tractare. Quae igitur parva mole plurimam habent ſubſtantiam eamque

Ed. Chart. VI. [322.] Ed. Baſ. IV. (313.)

χεῖαν καὶ γλίσχραν, εὐχυμότατά τε καὶ τροφιμώτατα ταῦτ' ἔστιν, οὐ μὴν ὑποχωρεῖ γε ῥᾳδίως· ὅσα δ' ἔμπαλιν τοῖσδε χαύνην μὲν ἔχει καὶ μαλακὴν οὐσίαν, τὰ μόρια δὲ αὐτῶν πιτυρώδη, διαχωρεῖται μὲν ἄμεινον, ἧττον δὲ τρέφει. τούτων δὲ αὐτῶν ὅσα δυσώδη τέ ἐστι καὶ ἀηδίαν τινὰ ἔχοντα κατὰ τὴν γεῦσιν, εὔδηλον ὡς κακόχυμά τε καὶ δύσπεπτα πάντ' ἐστί. τοῦ δὲ ἐν ὄγκῳ μικρῷ πλείστην οὐσίαν εἶναι τό τε βάρος ἱσταμένων αὐτῶν ἐπὶ ζυγοῦ σημεῖον ἔστω σοι, καὶ τὸ τῶν ἀλεύρων πλῆθος· ἐξ ὀλίγου γὰρ ὄγκου πολὺ γίνεται τοῖς πεπιλημένην ἔχουσιν τὴν οὐσίαν σπέρμασιν. ἡ δὲ κατὰ θερμότητά τε καὶ ψυχρότητα διαφορὰ πρὸ μὲν τοῦ προσενέγκασθαί τε καὶ λαβεῖν ἔσω τοῦ σώματος ἔκ τε τῆς χροιᾶς ἐπιλογιζέσθω σοι καὶ τῆς γεύσεως καὶ τῆς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων αὐτῶν χρήσεως· ἐπὶ δὲ τῷ προσενέγκασθαι καὶ λαβεῖν ἔσω τοῦ σώματος διάγνωσις ἀκριβὴς καὶ συναίσθησις αὐτοῖς τοῖς φαγοῦσι γίνεται κατὰ τὴν γαστέρα τοῦ θερμαίνειν τὸ ληφθὲν, ἢ ψύχειν, ἢ μηδέτερον ἐπιφα-

craſſam ac viſcidam, optimi ſunt ſucci ac multi alimenti, non tamen facile per alvum ſecedunt; quae vero his ſunt contraria, mollem quidem ac laxam habent ſubſtantiam, partes autem ipſorum furfureae citius quidem ſubducuntur, ſed alunt minus. In his ipſis quae graveolentia ſunt, et guſtum quendam habent injucundum, perſpicuum eſt, quod omnia et pravi ſucci ſunt, et coctu difficilia. Quod autem exiguae moli permultum inſit ſubſtantiae, tum ex pondere, cum in ſtatera appenduntur, tum ex farinae copia cognoſces; ea namque copioſa in iis ſeminibus, quae compacta denſaque ſunt ſubſtantia, ab exigua mole redditur. Porro caliditatis et frigiditatis diſcrimen ante quidem, quam edantur atque intro in corpus ſumantur, quum ex colore et guſtu facile tibi erit colligere, tum etiam ex uſu, quem foris applicata afferunt; poſtea autem quam eſitata atque intro in corpus ſumpta fuerint, exactam ſui dignotionem ac ſenſum, dum in ventre ſunt, iis, qui ſumpſerint, afferunt, quod calefaciant, aut refrigerent, aut neutrum horum manifeſte

Ed. Chart. VI. [322.] Ed. Baſ. IV. (313.)

νῶς ἐργάζεσθαι. χροιὰ δὲ κατὰ φύσιν ἐν μὲν κριθαῖς καὶ ὀλύραις ἡ λευκὴ, τῶν πυρῶν δὲ ἡ ὑπόξανθος. αἱ τίφαι δὲ καὶ τῶν πυρῶν εἰσι ξανθότεραι. καὶ μέντοι καὶ πεπίληται τὸ σῶμα αὐτῶν εἰς πυκνότητα, καὶ ἴσως καὶ τοῦτο συντελεῖ τι πρὸς τὴν σμικρότητα τοῦ σπέρματος· ἀπολείπονται γὰρ οὐκ ὀλίγῳ κατὰ τὸ μέγεθος τῶν πυρῶν. ἔνιοι δὲ ἐν τῷ τῶν πυρῶν γένει καὶ τοῦτο τίθενται τὸ σπέρμα. καὶ τό γε παρ' Ὁμήρῳ λεγόμενον ἐπὶ τῶν ἵππων, ἔνθα φησὶν ὁ Ἕκτωρ πρὸς αὐτούς,

Ὑμῖν μὲν προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκα,

ἐπὶ τοῦ τῆς τίφης σπέρματος εἰρῆσθαι λέγουσι· μικρὸν γὰρ εἶναι πυρὸν αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἵππους ταύτας μὲν ἀβλαβῶς ἐσθίειν, τοὺς δὲ ὄντως πυροὺς οὐκ ἀβλαβῶς. οὐκ ἀπιθάνως δ' ἄν τις ὀνομάζοι πυρὸν μικρὸν τὴν τίφην, καὶ τῇ χροιᾷ, καὶ τῇ πυκνότητι, καὶ τῇ θερμότητι τῆς δυνάμεως ἐοικυῖαν αὐτοῖς.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ βρόμου.] Τοῦτο τὸ σπέρμα πλεῖστόν ἐστιν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ὑπερκειμένην Περγάμου Μυσίαν, ἔνθα καὶ τίφαι καὶ ὄλυραι πάμπολλαι γίγνονται. τροφὴ δ' ἐστὶν

efficiant. Quod vero ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem et olyris eſt albus, in triticis autem ſubflavus; tiphae autem vel triticis ſunt flaviores. Quin et harum corpus coactum eſt ac denſum, quod fortaſſis ad ſeminis parvitatem nonnihil adfert momenti, eſt enim id tritico longe exilius, quamquam non deſint, qui ipſum quoque in tritici numero ponant, et quod apud Homerum de equis dicitur, ubi illos Hector ita affatur,

Triticum enim vobis primum praedulce ferebam,

de tiphae ſemine dictum eſſe aiunt; eſſe enim illam equis parvum triticum, eamque ipſos ſine noxa mandere, verum autem triticum non ſine noxa. Nec abſurde certe tiphan quis triticum exile vocaverit, quum ei et colore et denſitate et caliditate ſit adſimilis.

Cap. XIV. [De bromo.] Hoc ſemen in Aſia eſt frequentiſſimum, et potiſſimum in Myſia, quae eſt ſupra Pergamum, ubi et tiphae et olyrae uberrimus eſt proventus. Ju-

Ed. Chart. VI. [322. 323.] Ed. Baf. IV. (313. 314.)

ὑποζυγίων, οὐκ ἀνθρώπων, εἰ μή ποτε ἄρα λιμώττοντες ἐσχάτως ἀναγκασθεῖεν ἐκ τούτου τοῦ σπέρματος ἀρτοποιεῖσθαι. χωρὶς δὲ λιμοῦ δι' ὕδατος ἑψηθὲν ἐσθίεται μετ' οἴνου γλυκέος, ἢ ἕψήματος, ἢ οἰνομέλιτος ὁμοίως τῇ τίφῃ. θερμότητος δὲ ἱκανῶς μετέχει παραπλησίως ἐκείνῃ, καίτοι οὐχ ὁμοίως αὐτῇ σκληρὸν ὑπάρχον. διὸ καὶ τροφὴν ἐλάττονα παρέχει τῷ σώματι. καὶ ἄλλως δέ ἐστιν ἀηδὴς ὁ ἐξ αὐτοῦ γενόμε(314)νος ἄρτος, οὐ μὴν ἐπισχετικὸς γαστρὸς, ἢ προτρεπτικὸς, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ κατά γε τοῦτο τεταγμένος.

Κεφ. ιέ. [323] [Περὶ κέγχρου καὶ ἐλύμου, ὃν καὶ μελίνην ὀνομάζουσι.] Γίνεται μὲν ἄρτος ποτὲ κἀκ τούτων, ὅταν ἀπορία καταλάβῃ τῶν προγεγραμμένων σιτηρῶν ἐδεσμάτων. ὀλιγότροφος δ' ἐστὶ καὶ ψυχρὸς, καὶ δῆλον ὅτι κραῦρός ἐστι καὶ ψαθυρὸς, ὡς ἂν μηδὲν ἔχων ἐν αὑτῷ μήτε λιπαρὸν μήτε γλίσχρον. εἰκότως οὖν ὑγραινομένην γαστέρα ξηραίνει. τὸ δὲ ἄλευρον ἕψοντες αὐτῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς, εἶτα πιμελὴν χοιρείαν ἢ ἔλαιον ἀναμιγνύντες ἐσθίουσι. κρείττων δ' ἐστὶν ἐλύμου κέγχρος εἰς πάντα, καὶ ἡδίων ἐς

mentorum autem eſt alimentum, non hominum, niſi utique aliquando extrema fame ad panes ex eo quoque ſemine conficiendos compellantur: citra famem autem coctum ex aqua manditur cum vino dulci, aut ſapa, aut mulſo, non aliter quam tipha. Calidum autem eſt admodum, non ſecus ac illa, quanquam non aeque eſt durum; ex quo minus quoque corpus nutrit; et panis, qui ex eo fit, alioqui eſt inſuavis, non tamen alvum aut ſiſtit, aut proritat, ſed, quod ad id ſaltem pertinet, medium locum obtinet.

Cap. XV. [De milio et panico, quod melinen vocant.] His item in pane nonnunquam utuntur, urgente dictarum frugum penuria. Panis tamen, qui ex eis ſit, exigui eſt alimenti ac frigidus, perſpicuumque eſt, quod praearidus eſt ac friabilis, nihil enim in ſe habet neque lentoris, neque pinguedinis, jure ergo alvum humentem deſiccat. Agricolae autem horum farinam coquentes, deinde adipem ſuillam aut oleum miſcentes eſitant. Porro milium ad omnia panico eſt praeſtantius, ſuaviusque

Ed. Chart. VI. [323.] Ed. Baſ. IV. (314.)

ἐδωδὴν, καὶ εὔπεπτός ἐστι, καὶ ἧττον ἐπέχει γαστέρα, καὶ μᾶλλον τρέφει. καὶ μετὰ γάλακτος δ' ἐνίοτε τὸ ἄλευρον αὐτοῦ ἐψήσαντες ἐσθίουσιν, ὥσπερ τὸ τῶν πυρῶν, οἱ ἄγροικοι. καὶ δῆλον ὅτι τὸ ἔδεσμα τοῦτο τοσούτῳ κρεῖττόν ἐστι καταμόνας αὐτὸ ἐσθιόμενον, ὅσῳ καὶ τὸ γάλα τῆς ἀμφοτέρων φύσεως εἰς εὐχυμίαν τε καὶ τἄλλα πάντα διενήνοχε. λέγω δὲ τἄλλα πάντα πέψιν τε καὶ ὑπαγωγὴν γαστρὸς, ἀνάδοσίν τε καὶ τὴν ἐν τῷ προσφέρεσθαι γλυκύτητα καὶ ἡδονήν. οὐδὲν γὰρ ἡδὺ τοῖς σπέρμασι τούτοις ὑπάρχει, καὶ μάλιστα τῷ ἕλύμῳ κατά γε τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν· ἐν ἄλλοις γὰρ ἔθνεσιν, ὥσπερ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, πολὺ βελτίων τυγχάνει.

Κεφ. ις'. [Περὶ ὀσπρίων.] Ὄσπρια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν Δημητρίων σπερμάτων, ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισσοὺς, ἐρεβίνθους, φακοὺς, θέρμους, ὄρυζαν, ὀρόβους, λαθύρους, ἀράκους, ὤχρους, φασήλους, τῆλιν, ἀφάκην, εἴτε τι τοιοῦτον. περὶ πάντων οὖν ἑξῆς ἐρῶ τῆς δυνάμεως, ὡς ἂν γιγνώσκωτις ἀβλαβέστερον αὐτοῖς χρῷτο.

editur, facile concoquitur, ventrem minus ſiſtit, magis nutrit. Nonnunquam autem ruſtici farinam ipſorum lacti incoctam mandunt, non aliter quam tritici; et liquet, quod id edulium, ipſum per ſe ſumptum, tanto eſt praeſtantius, quanto lac utriusque ſeminis naturam ad boni ſucci procreationem aliaque omnia excellit; dico autem alia omnia concoctionem, ventris ſubductionem, diſtributionem et ipſam in edendo dulcedinem ac voluptatem. Nihil enim ſuavitatis ſeminibus ineſt, praeſertim panico, quod in noſtra Aſia naſcitur; nam apud alias gentes, ut in Italia, multo melius provenit.

Cap. XVI. [De leguminibus.] Legumina appellant ea Cerealia ſemina, ex quibus panis non fit, ut puta fabas, piſa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, ervum, ciceres, aracos, ervilias, phaſelos, foenum Graecum, aphacen, et ſi qua ſunt ſimilia. De quorum omnium facultate deinceps tractabimus, ut, quum ea nota fuerint, uſus ipſorum minus ſit noxius.

Ed. Chart. VI. [323. 324.] Ed. Baſ. IV. (314.)

Κεφ. ιζ'. [Περὶ ὀρύζης.] Τῷ σπέρματι πάντες εἰς ἐπίσχεσιν γαστρὸς χρῶνται, τὴν ἕψησιν αὐτοῦ παραπλησίαν ποιοῦντες χόνδρῳ. δυσπεπτότερον δέ ἐστιν χόνδρου, καὶ τρέφει ἧττον, ὥσπερ γε καὶ εἰς ἐδωδῆς ἡδονὴν ἀπολειπόμενον αὐτοῦ πάμπολυ.

Κεφ. ιή. [Περὶ φακῶν.] Οὐδ' ἐκ τούτων ἀρτοποιεῖταί τις, ἀλιπεῖς γάρ εἰσιν καὶ ψαθυροὶ, στυπτικὸν ἔχοντες τὸ λέμμα, τὴν δ' οἷον σάρκα παχύχυμόν τε καὶ γεώδη, καὶ βραχύ τι ἔχουσαν αὐστηρᾶς ποιότητος, ἧς τὸ λέμμα πολλῆς μετέχει. χυμὸς δ' ἐν αὐτοῖς ἐστιν, ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον, ἐναντίος τῷ στυπτικῷ. διὸ κἂν ἕψήσας τις αὐτοὺς ἐν ὕδατι προσενέγκηται τὸ ὕδωρ, ἡδύνας ἅλσὶν, ἢ γάρῳ, καὶ μετ' αὐτῶν ἐλαίῳ, διαχωρητικὸν γίνεται πόμα. δὶς δ' ἑψηθέντων, ὥσπερ εἴρηται, τῶν φακῶν, ἡ ἐξ αὐτῶν σκευαζομένη φακῆ καὶ τὴν ἐναντίαν ἔχει δύναμιν τῷ χυλῷ, ξηραίνουσα τὰ κατὰ γαστέρα ῥεύματα, καὶ τόνον ἐντιθεῖσα τῷ στομάχῳ, καὶ τοῖς ἐντέροις, καὶ συμπάσῃ τῇ γαστρί. διὰ τοῦτο οὖν οἰκεῖόν ἐστιν ἔδεσμα κοιλιακῶν τε καὶ δυσεντερικῶν. [324] ἡ δὲ ἀφῃρη-

Cap. XVII. [De oryza.] Semine hoc omnes in ſiſtenda alvo utuntur, ipſum eodem modo, quo alicam, coquentes; difficilius tamen, quam alica, conficitur, et minus alit, ceu utique et in edendi ſuavitate ab ea quam plurimum relinquitur.

Cap. XVIII. [De lentibus.] Neque ex his panem quis facit, aridae enim ſunt ac friabiles, corticemque habent adſtringentem, et quae ipſorum eſt velut caro, craſſi eſt ſucci ac terrei, auſteram qualitatem habens exiguam, cujus cortex multae eſt particeps. Succus porro in ipſis eſt, ut ante retulimus, adſtringenti contrarius. Quocirca ſi quis in aqua ipſas coxerit, et deinde aquam ſale, aut garo, et cum ipſis oleo condiens ſumpſerit, potus is alvum dejicit. At ex bis decoctis lentibus ad eum modum, quem retulimus, lens apparata facultatem habet ſucco contrariam, ut quae ventris fluxus ſiccet, ſtomachum, inteſtina et totum denique ventrem corroboret; quamobrem coeliacis et dyſentericis cibus eſt accommodus. Lens vero de-

Ed. Chart. VI. [324.] Ed. Baſ. IV. (314.)

μένη τὸ λέμμα φακῆ τὸ μὲν ἰσχυρὸν τῆς στύψεως ἀπόλλυσι, καὶ τὰ αὐτῇ συνεπόμενα δηλονότι, τροφιμωτέρα δὲ γίνεται τῆς ἀπτίστου, παχύχυμός τε οὖσα καὶ κακόχυμος καὶ βραδύπορος, οὐ μὴν ξηραντική γε τῶν κατὰ τὴν γαστέρα ῥευμάτων, ὥσπερ ἡ ἄπτιστος. εἰκότως οὖν οἱ πλεονάζοντες ἐν τούτῳ τῷ ἐδέσματι τούς τε καλουμένους ἐλέφαντας ἔχουσι καὶ τοὺς καρκίνους· ἐπιτήδειον γάρ ἐστι τὸ παχὺ καὶ ξηρὸν ἔδεσμα μελαγχολικὸς γενέσθαι χυμός. οἷς οὖν ἐστιν ὑδατώδης ἐν ταῖς σαρξὶ καχεξία, τούτοις μόνον ὠφέλιμον ἔδεσμα φακῆ, καθάπερ τοῖς ξηροῖς καὶ αὐχμώδεσι βλαβερώτατον. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ὄψιν ἀμβλύνει μὲν τὴν ὑγιεινῶς διακειμένην ὑπερξηραίνουσα, τὴν δὲ ἐναντίως ἔχουσαν ὀνίνησιν. οὐκ ἐπιτήδειός ἐστιν οὐδ' εἰς τὰς ἐμμήνους καθάρσεις, παχὺ καὶ δύσρουν ἐργαζομένη τὸ αἷμα, τῷ δὲ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ χρησιμωτάτη. τὴν δ' ἐναντίαν αὐτῇ κατά γε τοῦτο δύναμιν ἐχούσης τῆς πτισάνης, ἐξ ἀμφοτέρων μιχθέντων ἔδεσμα γίγνεται κάλλιστον, ὃ καλοῦσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρω-

corticata; ut illam adſtringendi vehementiam et ea, quae ipſam conſequuntur, amittit, ita magis nutrit, quam quae cortice ſpoliata non eſt, ſuccum craſſum pravumque gignit, tardeque commeat, non tamen alvi fluxus deſiccat, uti ea, cui cortex non eſt ademptus. Jure igitur, qui largius hoc edulio utuntur, elephantiaſim quam vocant et cancros incurrunt, ſi quidem craſſa ſiccaque cibaria ſucco melancholico generando ſunt idonea. Quare iis dumtaxat, quibus aquea in carnibus eſt cachexia, lens utilis eſt cibus, ſicuti aridis et ſquallentibus admodum noxius. Eandem ob cauſam viſum integrum et inculpatum hebetat, ipſum immoderate exiccans, ei vero, qui contrario modo ſe habet, confert. Menſtruis autem purgationibus non eſt accommoda, craſſum enim et tardifluum ſanguinem reddit, at muliebri nuncupato profluvio eſt utiliſſima. Quum autem ptiſana in eo ſaltem contrariam ipſi habeat facultatem, ex amborum mixtione praeſtantiſſimum edulium componitur, quod homines noſtrates phacoptiſa-

Ed. Chart. VI. [524.] Ed. Baſ. IV. (514.)

ποι φακοπτισάνην, οὐκ ἴσον τῷ μέτρῳ μιγνύντες, ἀλλ' ἔλαττον ἐμβαλόντες τῆς πτισάνης, ὡς ἂν χυλουμένης τε καὶ εἰς ὄγκον αἰρομένης μέγαν. οἱ φακοὶ δ' ἕψημένοι βραχύ τι προσανοιδίσκουσιν. ἥ γε μὴν ἄρτυσις ἡ αὐτὴ καὶ τούτῳ τῷ ἐδέσματι τῇ κατὰ τὴν πτισάνην ἐστὶ, πλὴν ὅτι θύμβρας ἢ γλήχωνος ἐπεμβαλλομένης ἡδεῖά τε ἅμα καὶ εὐπεπτοτέρα γίνεται, τῆς πτισάνης οὐ χαιρούσης τούτοις, ἀλλ' ἀρκουμένης ἀνήθῳ καὶ πράσῳ μόνῳ. μοχθηροτάτη δ' ἐστὶν σκευασία φακῆς ἡ διὰ τοῦ σιραίου τοῖς πλουσίοις παρασκευαζομένη ὑπὸ τῶν μαγείρων. δεῖται γὰρ οὐ παχυνόντων μίξεως, ἀλλ' ὑγρῶν καὶ τεμνόντων τὸ πάχος αὐτῆς μᾶλλον. ἡ δὲ τῷ σιραίῳ μιχθεῖσα τὰς καθ' ἧπαρ ἐμφράξεις ἐργάζεσθαι πέφυκεν. αὐξάνει δὲ καὶ τὰς φλεγμονὰς ἔν τε τούτῳ τῷ σπλάγχνῳ καὶ σπληνὶ, εἰ μὴ μέλιτός τι προσλάβοι βελτίων γιγνομένη. πρόδηλον δὲ, ὅτι καὶ τὰς σκιῤῥώδεις διαθέσεις ἀμφοτέρων τῶν σπλάγχνων παροξύνει. κρέας δὲ χοίρειον εἰ βούλει συνέψειν, τῇ μὲν πτισάνῃ τὸ πρόσφατον, τῇ δὲ φακῇ τὸ ταριχηρὸν ἁρμόττον εὑρήσεις, ὥσπερ γε τὸ

nam nuncupant, utrumque haud aequali portione miſcentes, ſed ptiſanae minus injicientes, ut quae in ſuccum vertatur, et in molem magnam attollatur, lens autem cocta exiguum quendam tumorem aſciſcat. Hoc tamen edulium eodem, quo ptiſana, modo paratur, praeterquam quod ſatureia aut pulegium adjicitur; quo fit, ut ſuavius ſimul et concoctu facilius reddatur, cum ptiſana illis minime gaudeat, ſed ſolo anetho porroque ſit contenta. Peſſime autem coqui divitibus lentem ſapa apparant, quandoquidem lens haudquaquam incraſſantium mixtionem poſtulat, ſed humidorum potius, et quae ſuam ipſius craſſitiem incidant; cui vero ſapa commiſcetur, jecoris obſtructiones ſolet gignere, viſcerisque hujus ac lienis inflammationes inauget, niſi melle addito melior fiat: perſpicuum autem eſt, quod et ſcirrhoſos viſceris utriusque affectus exacerbat. Quod ſi ſuillam ſimul libeat coquere, ptiſanae quidem recentem, lenti autem ſale jamdiu conditam reperies accommodam, veluti ſane, quae inter eas eſt media,

Ed. Chart. VI. [324.] Ed. Baſ. IV. (314.)

μεταξὺ τούτων, ὃ νεαλὲς ὀνομάζουσι, τῇ φακοπτισάνῃ χρήσιμον εἰς ἡδονήν τε καὶ πέψιν ἐστίν. ἥ γε μὴν εἰς τοὺς παχεῖς χυμοὺς ἐπίδοσις τῇ φακῇ μετὰ τῶν ταριχηρῶν κρεῶν ἐσθιομένῃ μᾶλλον γίνεται, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα παχύτερόν τε καὶ μελαγχολικώτερον αἷμα γεννᾷ. διόπερ οὐ χρὴ πλεονάζειν οὐδ' ἐν τούτοις, καὶ μάλιστα ὅταν ἤτοι μελαγχολικὸν, ἢ λίαν παχύχυμον, ἢ ὅλως κακόχυμον ᾖ τινι τὸ σῶμα. τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῶν χωρῶν, ὡρῶν τε καὶ καταστάσεων ἐπινοεῖν σε χρὴ καθ' ἕκαστον ἔδεσμα, φειδόμενον μὲν ἐν φθινοπώρῳ τῶν μελαγχολικῶν καὶ ξηραινόντων ἐδεσμάτων, ἐν χειμῶνι δὲ χρώμενον, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὸ θέρος τοῖς ὑγραίνουσι καὶ ψύχουσιν· ἐν ἦρι δὲ, μέσης ὄντι κράσεως, τὰ μέσα ταῖς δυνάμεσιν σιτία προσενεγκτέον. ἔστι δέ τι τῶν μέσων οὐχ ἓν εἶδος. ἔνια μὲν γὰρ τῷ μηδ' ὅλως μετέχειν τῶν ἄκρων ἐστὶ τοιαῦτα, τινὰ δὲ ἐκ τῆς ἀμφοῖν ἰσοκρατουσῶν μίξεως ἐπικτᾶται τὴν μεσότητα, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὅταν τῇ πτισάνῃ μίξῃ τις τὴν φακῆν.

quam nuper ſalſam appellant, phacoptiſanae eſt accommoda, tum ſi ſuavitatem, tum etiam ſi coctionem ſpectes. Magis tamen lens cum ſalſis carnibus eſitata craſſos humores augebit; nam hae quoque ſanguinem craſſiorem et melancholicum magis generant. Quapropter non eſt his copioſius utendum, et maxime ſi cui corpus ſit aut melancholicum, aut craſſo, aut (ut omnia complectar) pravo ſucco abundet. Haec eadem et de regionibus, anni temporibus et aëris conſtitutionibus in quoque edulio intelligere oportet, ac autumno quidem melancholicis cibis ac ſiccantibus abſtinere, hyeme vero eis uti, quemadmodum ſane aeſtate humectantibus et refrigerantibus, vere autem, quod medii ſit temperamenti, mediae facultatis cibos edere. Eſt porro mediorum non una ſpecies, quaedam enim ſunt hujusmodi, quod extremorum omnino ſint expertia, quaedam autem ex amborum aeque pollentium mixtione mediocritatem ſunt adepta, quod paulo ante dixi, quum quis ptiſanae lentem commiſcuerit. Sic et

Ed. Chart. VI. [324. 325.] Ed. Baſ. IV. (314. 315.)

οὕτω δὲ καὶ τὴν τευτλοφακῆν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης οὐ μόνον ὑγιαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ νοσοῦσιν ἐδίδοτο. μέσον γάρ καὶ τοῦτ' ἔστιν ἐξ ἐναντίων συγκείμενον ἔδεσμα, διὸ τεῦτλον μὲν ἧττον ὑπέρχεται, φακῆ δὲ διαχωρεῖται μᾶλλον. εὔδηλον δὲ, ὅτι καὶ ὁ ἀναδιδόμενος ἐξ αὐτῆς χυμὸς εἰς τὸ σῶμα μικτὸς ἐκ τῆς ἀμφοτέρων ἐστὶ δυνάμεως, τῆς τε φακῆς καὶ τοῦ τεύτλου.

Κεφ. ιθ'. [325] [Περὶ κυάμων.] Πολλὴ καὶ τούτων ἐστὶν ἡ χρῆσις, ἕτνους ἐξ αὐτῶν ἐσκευασμένου, τοῦ τε ἐν ταῖς χύτραις ὑγροῦ καὶ τοῦ παχέος ἐν ταῖς (315) λοπάσι. καὶ τρίτη δ' ἐστί τις ἐξ αὐτοῦ σκευασία, μετὰ πτισάνης γιγνομένη. καὶ πλείστῳ γε τούτῳ τῷ ἐδέσματι καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ παρ' ἡμῖν μονομάχοι χρῶνται, σαρκοῦντες τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, οὐκ ἐσφιγμένῃ τε καὶ πυκνῇ σαρκὶ, καθάπερ τὸ χοίρειον κρέας, ἀλλὰ χαυνοτέρᾳ πως μᾶλλον. φυσῶδες δ' ἐστὶν ἔδεσμα, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἑψηθῇ καὶ ὁπωσοῦν σκευασθῇ, τῆς πτισάνης ἀποτιθεμένης πᾶν τὸ φυσῶδες ἐν τῷ τῆς ἑψήσεως χρόνῳ. τοῖς δὲ προσέχουσι τὸν νοῦν καὶ παρακολουθοῦσι

ex beta et lente mixtam compoſitionem Heraclides Tarentinus non ſanis modo, verum etiam aegrotantibus exhibebat; eſt enim id edulium medium ex pugnantibus compoſitum, quod beta quidem minus ſubſideat, lens autem magis ſubducatur. Perſpicuum autem eſt, quod ſuccus teutlophaces, qui in corpus diſtribuitur, ex amborum facultate, lentis videlicet ac betae, eſt mixtus.

Cap. XIX. [De fabis.] Fabarum quoque uſus eſt multiplex, quippe ex iis conficitur puls, tum liquida in ollis, tum ſpiſſa in patinis. Tertius praeterea ipſam praeparandi eſt modus, qui fit cum ptiſana: et plurimo ſane hoc edulio gladiatores quotidie apud nos utuntur, corporis habitum carne non denſa nec conſtricta (cujusmodi eſt ſuilla) implentes, ſed quodam modo fungoſiore. Flatulentus autem eſt is cibus, etiam ſi elixatus diutiſſime fuerit ac quovis modo paratus, quum tamen ptiſana tempore, quo coquitur, flatum omnem deponat. Qui autem animum attendunt,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 532 sur 889

Ed. Chart. VI. [325.] Ed. Baſ. IV. (315.)

ταῖς ἑπομέναις ἑκάστῳ τῶν ἐδεσμάτων διαθέσεσιν αἴσθησις γίνεται καθ' ὅλον τὸ σῶμα τάσεώς τινος ὑπὸ πνεύματος φυσώδους, καὶ μάλιστα ὅταν ἀήθης τις ᾖ τοῦδε τοῦ βρώματος, ἢ μὴ καλῶς ἐψόμενον προσενέγκηται. τὴν δ' οὐσίαν οὐ πυκνὴν καὶ βαρεῖαν, ἀλλὰ χαύνην τε καὶ κούφην ἔχουσιν οἱ κύαμοι καί τι ῥυπτικὸν ἔχουσαν ὁμοίως τῇ πτισάνῃ. φαίνεται γὰρ ἐναργῶς τὰ ἐξ αὐτῶν ἄλευρα τὸν ῥύπον ἀποσμῶντα τοῦ δέρματος, ὃ κατανοήσαντες οἵ τ' ἀνδροκάπηλοι καὶ γυναῖκες ὁσημέραι χρῶνται τῷ τῶν κυάμων ἀλεύρῳ λουόμεναι, καθάπερ ἄλλοι νίτρῳ τε καὶ ἀφρονίτρῳ, καὶ ὅλως τοῖς ῥυπτικοῖς. ἐπιχρίουσι δὲ καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ παραπλησίως τῇ πτισάνῃ. καὶ γὰρ τοὺς ἐπιπολῆς φακοὺς αἴρει, καὶ τὴν ὀνομαζομένην ἔφηλιν. διὰ ταύτην οὖν τὴν δύναμιν οὐδὲν τῇ κατὰ γαστέρα διεξόδῳ βραδύνει, καθάπερ ὅσα παχύχυμα, καὶ γλίσχρα, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα δύναμιν ῥυπτικήν, ὁποῖα ἔφαμεν εἶναι χόνδρον, καὶ τράγον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ ἄμυλον. ὄντος δὲ τοῦ τῶν κυάμων ἔτους φυσώδους, ἔτι καὶ μᾶλλον, ὅταν ὁλοκλήρους τις

eosque affectus, qui cibos ſingulos manent, animo aſſequuntur, ſentiunt in toto corpore velut a ſpiritu flatulento tenſionem quandam, potiſſimum ſi quis huic cibo non eſt aſſuetus, aut ipſum non belle percoctum ſumpſerit. Habent autem fabae ſubſtantiam non denſam, nec gravem, ſed fungoſam ac levem, quae vim quandam, quo modo ptiſana, habet detergendi; apparet enim perſpicue ipſarum farinam ſordes a cute detergere, quod mangones ac mulieres intelligentes in balneis quotidie fabarum farina utuntur, quemadmodum alii nitro, atque aphronitro, et in ſumma detergentibus; hac praeterea et faciem inungunt, quemadmodum ptiſana, tollit enim lentes, quae in ſumma cute apparent, et quam vocant ephelin. Ob hanc ſane facultatem ventrem non cunctanter permeat, ut quae craſſi ſunt ſucci ac lenti, quaeque nullam detergendi habent facultatem, cujusmodi eſſe diximus alicam, tragum, ſimilaginem et amylum. Quum autem fabarum puls ſit flatulenta, multo adhuc magis erunt flatulentae, ſi quis in-

Ed. Chart. VI. [325.] Ed. Baſ. IV. (315.)

αὐτοὺς ἕψήσας χρῆται, φυσώδεις γίνονται. φρυγέντες μέντοι, καὶ γὰρ καὶ οὕτως αὐτοὺς ἐσθίουσιν ἐν χώρᾳ τραγημάτων ἔνιοι, τὸ μὲν φυσῶδες ἀποτίθενται, δυσπεπτότατοι δὲ καὶ βραδύποροι γίγνονται, καὶ παχὺν χυμὸν εἰς τροφὴν ἀναδιδόασι τῷ σώματι. χλωροὶ δὲ ἐσθιόμενοι, πρὶν πεπανθῆναι καὶ ξηρανθῆναι, τὸ κοινὸν ἁπάντων ἔχουσι τῶν καρπῶν, ὅσους πρὸ τοῦ τελειωθῆναι προσφερόμεθα, τροφὴν ὑγροτέραν διδόντες τῷ σώματι, καὶ διὰ τοῦτο περιττωματικωτέραν, οὐ κατ' ἔντερον μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλην τὴν ἕξιν. εἰκότως οὖν οἱ τοιοῦτοι τρέφουσι μὲν ἧττον, ὑποχωροῦσι δὲ μᾶλλον. οὐ μόνον δὲ ὠμοὺς ἐσθίουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς χλωροὺς κυάμους, ἀλλὰ καὶ μετὰ κρεῶν χοιρείων ἕψοντες, ὥσπερ τὰ λάχανα, κατὰ δὲ τοὺς ἀγροὺς καὶ μετ' αἰγείων τε καὶ προβατείων. ἡσθημένοι δ' αὐτῶν τοῦ φυσώδους οἱ ἄλλοι μιγνύουσιν κρομμύων, ὅταν ἐν λοπάδι κατασκευάσωσιν αὐτῶν ἔτνος. ἔνιοι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ συνεψήματος ὠμὰ τὰ κρόμμυα προσφέρονται μετ' αὐτοῦ.

tegris ipſis coctis utatur. Si tamen frixae fuerint, (quidam enim hoc modo tragematum vice utuntur,) flatum quidem deponunt, ſed concoctu ſunt difficillimae, tardeque praetereunt, et craſſi ſucci alimentum corpori exhibent. Quod ſi virides, priusquam maturae ſint atque exiccatae, edantur, idem eis accidet, quod fructibus omnibus, quos ante perfectam maturitatem mandimus: humidius ſcilicet alimentum corpori praebebunt, ob idque excrementoſius non in inteſtinis modo, ſed in toto etiam habitu; merito igitur fabae hujusmodi minus quidem nutriunt, ſed promptius dejiciuntur. Plerique autem hominum non crudas modo fabas virides comedunt, verum etiam cum ſuilla eas elixant veluti olera, ruri vero cum caprina et ovilla. Alii fabas inflare ſentientes caepas admiſcent, quum pultem in patinis ex ipſis ſtruunt. Sunt qui caepas crudas nec ſimul elixas cum ipſa mandant;

Ed. Chart. VI. [325. 326.] Ed. Baſ. IV. (315.)

τὸ γάρ τοι φυσῶδες ἐν ἅπασι τοῖς ἐδέσμασιν ὑπὸ τῶν θερμαινόντων τε καὶ λεπτυνόντων ἐπανορθοῦται.

Κεφ. κ'. [*Περὶ κυάμου Αἰγυπτίου.*] *Αἰγύπτιος κύαμος, ὥσπερ τῷ μεγέθει διενήνοχε πολὺ τοῦ παρ' ἡμῖν, οὕτω καὶ τὴν φύσιν ὑγροτέραν καὶ περιττωματικωτέραν ἔχει. εἴπερ οὖν μέμνησαι τὰ περὶ τῶν ὁμογενῶν μὲν, ὑγροτέρων δὲ τῇ κράσει καὶ διὰ τοῦτο περιττωματικωτέρων* [326] *τῶν εἰρημένων κατά τε τὴν πέψιν καὶ διαχώρησιν καὶ ἀνάδοσιν καὶ θρέψιν, οὐκ ἔτι δέῃ περὶ τούτου τοῦ κυάμου νῦν ἀκούειν, ἐξ ὧν ἐπὶ τοῦ παρ' ἡμῖν ἀκήκοας ἐπ' ἐκεῖνον μεταβαίνειν δυνάμενος.*

Κεφ. κά. [*Περὶ πισσῶν.*] *Παραπλήσιόν τι κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν ἔχουσι κυάμοις, ἐσθιόμενοί τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς τρόπους αὐτοῖς ἐν δυοῖν τοῖνδε παραλλάττουσιν, ὅτι τε φυσώδεις ὁμοίως οὐκ εἰσὶν τοῖς κυάμοις, ὅτι τε τὴν ῥυπτικὴν δύναμιν οὐκ ἔχουσι. καὶ διὰ τοῦτο βραδυπορώτεροι τῶν κυάμων κατὰ γαστέρα εἰσίν.*

Κεφ. κβ'. [*Περὶ ἐρεβίνθων.*] *Ἔτι μὲν οὐ πάνυ τι δι' ἔθους ἐστὶ τοῖς κατὰ τὰς πόλεις ἀνθρώποις ἐξ ἐρεβίνθων ποιεῖσθαι,*

quicquid enim omnibus cibariis ineſt flatulentum, id per calfacientia et tenuantia corrigitur.

Cap. XX. [De faba Aegyptia.] Faba Aegyptia, ſienti noſtram magnitudine longe ſuperat, ita et naturam habet humidiorem magisque excrementitiam. Quod ſi memoria tenes, quae de ejusdem quidem generis leguminibus, verum temperamento humidioribus et ob id magis, quam praedicta, in coctione, excretione, diſtributione et nutritione excrementoſis dicta ſunt, non eſt, quod plura nunc de hac faba audire deſideres, quum poſſis ex iis, quae de ea, quae apud nos eſt, didiciſti, ad illam tranſire.

Cap. XXI. [De piſis.] Piſa tota ſubſtantia cum fabis quandam habent ſimilitudinem, eodemque cum fabis modo ſumuntur. His duabus tamen rebus ab eis diſcrepant, tum quod non aeque, ac fabae, ſunt flatulenta, tum etiam quod detergendi facultatem non habent, ideoque ſegnius, quam illae, per alvum ſecedunt.

Cap. XXII. [De ciceribus.] Non admodum conſuetum eſt urbanis hominibus ex ciceribus pultem conficere; aruſti-

Ed. Chart. VI. [326.] Ed. Baſ. IV. (315.)

κατὰ τοὺς ἀγροὺς δὲ καὶ τοῦτ' εἶδον ἐνίοτε γιγνόμενον, ὥσπερ καὶ μετὰ γάλακτος ἑψόμενον αὐτῶν τὸ ἄλευρον. οὐδὲ γὰρ ἐπιδέχονται τὴν αὐτὴν τοῖς κυάμοις τε καὶ πισσοῖς θραῦσιν, ὡς τὸν καλούμενον ἐρειγμὸν ἐξ αὐτῶν γενέσθαι. εἰθισμένοι δέ εἰσιν ἐν πολλοῖς ἔθνεσιν ἑψηθέντας ἐν ὕδατι τοὺς ἐρεβίνθους ἐσθίειν, ἔνιοι μὲν αὐτοὺς μόνους ψιλοὺς, ἔνιοι δὲ ἁλσὶ μετρίως ἡδύνοντες. οἱ παρ' ἡμῖν δὲ παραπλήσιον ἁλεύρῳ τι ποιοῦντες ἐκ τῶν ξηρῶν τυρῶν ἐκείνῳ περιπάττουσιν αὐτούς. ἔστι δ' οὐχ ἧττον κυάμων ἑδεσμα φυσῶδες ἐρέβινθος, ἰσχυρότερον δὲ ἐκείνων τρέφων, ἐπεγείρει δὲ καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς, πεπιστευμένος ἅμα τῷδε καὶ σπέρματος εἶναι γεννητικός· ὥστε καὶ τοῖς ὀχευταῖς ἵπποις ἐσθίειν αὐτοὺς ἕνεκα τούτου διδόασιν. ὑπάρχει δὲ καὶ ῥυπτικὴ δύναμις αὐτοῖς ἐπὶ πλέον, ἢ τοῖς κυάμοις. ὥστε τινὲς ἐξ αὐτῶν καὶ τοὺς ἐν νεφροῖς συνισταμένους λίθους ἐναργῶς θρύπτουσιν. μέλανες δ' εἰσὶν οὗτοι καὶ μικροὶ κατὰ Βιθυνίαν μάλιστα γεννώμενοι, καὶ καλούμενοι κριοί. βέλτιον δὲ τὸν χυλὸν αὐτῶν μόνον πίνειν ἕψοντας ἐν ὕδατι. χρῶνται δὲ καὶ ἐρεβίνθοις οἱ ἄνθρωποι καὶ πρὸ

cis vero nonnunquam vidi parari, quemadmodum et ipſorum farinam cum lacte elixari; non enim, ut fabae et piſa, poſſunt comminui, ut ex ipſo fracto pulmentum, quod ἐρειγμὸς dicitur, fiat. Apud multas autem gentes mos eſt cicera in aqua elixa mandere; nonnulli vero nuda ipſa ſola, alii ſale modico condientes eſitant; noſtrates vero ex ſiccis caſeis quiddam farinae ſimile facientes id ipſis aſpergunt. Eſt autem cicer edulium non minus, quam faba, flatulentum, ſed valentius nutrit, quam illa, ad venerem autem incitat, creditumque etiam eſt ſemen generare; unde quidam equis admiſſariis ipſum exhibent. Ineſt praeterea ciceribus facultas abſtergendi major, quam fabis, adeo ut quaedam ex ipſis calculos in renibus haerentes manifeſte comminuant; nigra autem ſunt ea atque exigua, in Bithynia maxime provenientia, arietinaque ipſa nuncupant. Satius autem eſt ſuccum ipſorum in aqua coctum bibere. Utuntur autem homines et ciceribus

Ed. Chart. VI. [326. 327.] Ed. Baſ. IV. (315.)

τοῦ πεπανθῆναι χλωροῖς ἔτι, καθάπερ καὶ τοῖς κυάμοις. εἴρηται δ' ἀρτίως ὁ κοινὸς λόγος πάντων τῶν ἀτελῶν καρπῶν, ἔνθα περὶ τῶν κυάμων ὁ λόγος ἦν. ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν φρυγομένων ἐρεβίνθων ἀκηκοέναι νόμιζε σὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τῶν κυάμων. ἅπαντα γὰρ τὰ φρυγόμενα τὸ μὲν φυσῶδες ἀποτίθεται, δυσπεπτότερα δὲ καὶ σταλτικώτερα γίνεται, καὶ τροφὴν παχυτέραν δίδωσι τῷ σώματι.

Κεφ. κγ'. [Περὶ θέρμων.] Ἴσμεν δήπου καὶ τοῦτο τὸ σπέρμα πολύχρηστον εἶναι κατὰ θάτερον σημαινόμενον τῆς πολυχρήστου φωνῆς. ὀνομάζεται γὰρ οὕτως τό τε πολλαῖς τοῦ σώματος ἁρμόττον διαθέσεσιν, τό τε πᾶσιν ἀνθρώποις ἢ τοῖς πλείστοις χρήσιμον, εἰ καὶ πρὸς μίαν ἰδέαν χρείας ἅπαντες αὐτοῦ δέοιντο. κατὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ὁ θέρμος ἐστὶ πολύχρηστον ὄσπριον. ἑψόμενος γάρ, εἶτα βρεχόμενος ἐν ὕδατι γλυκεῖ, μέχρις ἂν ἀπόθηται πᾶσαν εἰς αὐτὸ τὴν σύμφυτον ἀηδίαν, οὕτως ἐσθίεται διὰ γάρου τε καὶ ὀξυγάρου, καὶ χωρὶς τούτων [327] ἁλσὶ μετρίοις ἡδυνό-

adhuc virentibus, antequam ſint matura, quo modo et fabis: nuper autem, cum de fabis ageremus, ſermonem fecimus omnibus immaturis fructibus communem. Eadem porro et de frixis ciceribus audiviſſe exiſtima, quae de fabis frixis diximus, quandoquidem frixa omnia flatum quidem deponunt, verum difficilius coquuntur, et ventrem magis ſiſtunt, craſſiorisque ſucci alimentum corpori exhibent.

aqua optima nullam habet. Haec igitur omnia, et iis multo magis quae ante exactam maturitatem mandimus, flatulenta quidem ſunt, verum ſubducuntur celerius, quemadmodum etiam quae ſuccum habent tenuem citius diſtribuuntur. Sunt autem omnia haec pravi ſucci; ſolusque is utiliter ipſis utetur, qui aeſtu vehementiore et longiore itinere ſeſe confecerit, tunc enim juvant corporis ſquallorem humectantia et, ſi frigida ſumantur, moderate refrigerantia. Ac humectandi quidem ſemper habent facultatem, refrigerandi vero haudquaquam habebunt, ſi calida ſic, ut dixi, affectis fuerint eſitata; non enim proprio temperamento adeo ſunt frigida, ut, etiamſi calida ſumpta fuerint, ventriculum refrigerent; quare adſcititia egent refrigeratione, quae partium, quae tum ad ventriculum, tum ad hepar pertinent (quibus primis occurrunt), calori adverſetur. His itaque de omnibus ejusmodi eduliis prius in univerſum conſtitutis, nunc ad proprias cujusque facultates tranſibimus.

Ed. Chart. VI. [336. 337.] Ed. Baſ. IV. (320.)

Κεφ. γ'. [Περὶ κολοκύνθης.] Ὠμὴ μὲν ἀηδής ἐστι, καὶ κακοστόμαχος, καὶ ἄπεπτος ἐσχάτως· ὥστε καὶ εἰ βιάσαιτό τις αὐτὴν, ἀπορῶν ἑτέρου σιτίου, προσενέγκασθαι κολοκύνθην, ὥσπερ ἤδη τις ἐτόλμησεν, βάρους ἐγκειμένου ψυχροῦ κατὰ τὴν κοιλίαν αἰσθήσεται, τόν τε στόμαχον ἀνατραπήσεται, καὶ πρὸς ἔμετον ὁρμήσει, τὸν μόνον αὐτὸν ἐλευθερῶσαι δυνάμενον τῶν κατεχόντων συμπτωμάτων. καὶ ταύτην γ' οὖν καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὡραίων ἅπαντες ἄνθρωποι μετὰ τὴν ἕψησιν ἤτοι γ' εὐθέως, ἢ τηγανίσαντες, ἢ ὀπτήσαντες, εἰώθασι προσφέρεσθαι. καί σοι οὗτος ἐν τῇ μνήμῃ φυλαττέσθω ὁ λόγος, κοινὸς ἐπὶ πᾶσιν τοῖς δεομένοις ἀλλοιώσεως τυχεῖν τῆς διὰ πυρός. ἡ δὲ κολοκύνθη, περὶ ἧς ὁ λόγος ἦν, ἑψηθεῖσα σαφῆ ποιότητα χυμῶν οὐδεμίαν ἔχει, πλὴν εἴ τις λέγει τινὰ καὶ τοῦτον εἶναι χυμὸν, ὃς οὔτε δριμύς, οὔτε ἁλυκός ἐστι χυμὸς, οὔτε στρυφνὸς, οὔτε πικρὸς, [337] οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον σαφῶς ἐμφαίνων οὐδέν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὕδωρ. ἀλλὰ τά γε τοιαῦτα καλεῖν εἰσιν εἰθισμένοι κοινῇ πάντες ἄποια, καὶ ἡμῖν οὕτως καλείσθω σαφοῦς ἕνεκα

Cap. III. [De cucurbita.] Cruda quidem inſuavis eſt ſtomachumque laedit et concoctu eſt difficillima, adeo ut, ſi quis alterius cibi inopia cucurbitam mandere coactus fuerit, ut quidam jam eſt auſus, pondus frigidum ventriculo incumbere ſentiat, ſtomachumque habeat everſum, atque ad vomitum provocetur, quo ſolo a prementibus ſymptomatibus poterit vindicari. Hanc igitur et alia fugacium pleraque, aut poſtquam elixa fuerint, aut ſtatim certe, aut in ſartagine frixa, aut aſſa, omnes homines edere conſueverunt. Atque ſermonem hunc perpetuo memoria teneto: eſt enim omnibus communis, quae per ignem alterare eſt neceſſe. Cucurbita autem (de qua dicere inſtitueram) elixa nullam evidentem ſaporis habet qualitatem, niſi quis dicat, quendam etiam hunc eſſe ſaporem, qui neque acris eſt, neque ſalſus, neque acerbus, neque amarus, neque aliud quidquam ejusmodi manifeſte repraeſentat, veluti nec ipſa aqua. Verum hujusmodi omnia communi nomine vocare conſueverunt qualitatis expertia, vocenturque nobis ſic

Ed. Chart. VI. [337.] Ed. Baſ. IV. (320.)

διδασκαλίας. τοιαύτη γ' οὖν οὖσα καὶ ἡ κολοκύνθη πολλοὺς εἰκότως ἐπιδέχεται τρόπους σκευασίας, ὡς ἂν ἐν τῷ μέσῳ καθεστῶσα πασῶν τῶν ὑπερβολῶν, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοτίμως τε καὶ ἐξ ἴσου πρὸς αὐτὰς ἄγεσθαι δυναμένη. τῶν γὰρ ἐχόντων ἡντιναοῦν ὑπερβολὴν σύμφυτον οὐδὲν εἰς τὴν ἐναντίαν αὐτῇ ῥᾳδίως ἄγεται κατασκευασίαν. αὕτη μὲν οὖν ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ὑγρὰν καὶ ψυχράν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ βραχεῖαν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται περὶ πάντων, ὅσα τοὺς χυμοὺς ὑδατώδεις τε καὶ λεπτοὺς ἔχει. ῥᾳδίως δὲ ὑπέρχεται κατὰ τὴν γαστέρα τῷ τ' ὀλισθηρῷ τῆς οὐσίας καὶ τῷ κοινῷ λόγῳ πάντων τῶν ὑγρῶν σιτίων, ὅσα δηλονότι χωρὶς στύψεώς ἐστι τοιαῦτα. πέττεται δὲ οὐ κακῶς, ὅταν γε μὴ φθάσῃ διαφθαρῆναι. πάσχει δὲ τοῦτο διά τε μοχθηρὰν σκευασίαν, κἂν πειδὰν ἐν τῇ γαστρὶ μοχθηρὸς ἠθροισμένος ᾖ χυμός, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ διὰ τὸ βραδῦναι κατ' αὐτὴν, ὅπερ κἂν τοῖς ἄλλοις ὡραίοις ἐδέσμασιν ἅπασιν, ὅσα ταῖς κράσεσιν ὑγρά, συμβαίνειν φιλεῖ· διαφθείρεται γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ μὴ φθάσαντα ταχέως ὑπελ-

clarioris doctrinae gratia. Quum ergo talis ſit cucurbita, non immerito multos apparandi modos admittit, ut quae in medio ſit omnis exceſſus, ob idque ad quemvis exceſſum ex aequo duci queat; quandoquidem nihil eorum, quae congenitum quempiam habent exceſſum, in contrariam exceſſui parandi rationem facile ducitur. Proinde cucurbita, quantum in ſe eſt, humidum frigidumque, et ob id exiguum corpori praebet alimentum, ut paulo ante de iis omnibus, quae ſuccum habent aqueum ac tenuem, praecepimus. Facile autem ſubſidet cum ob ſuae ſubſtantiae lubricitatem, tum ob communem omnium ciborum humidorum rationem, qui ſcilicet citra aſtrictionem ſunt humidi. Ad haec coquitur non aegre, ſi modo prius corrupta non fuerit; id vero illi accidit, quum parata vitioſe fuerit, aut ſuccus pravus in ventriculo fuerit acervatus, interdum autem quod in ipſo tardaverit, quod aliis quoque omnibus fugacibus, quae humido ſunt temperamento, ſolet accidere, corrumpuntur enim in ventriculo, ni

Ed. Chart. VI. [337.] Ed. Baſ. IV. (320.)

θεῖν. ὥσπερ οὖν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, τὸν εἰς τροφὴν ἀναδιδόμενον ὅλῳ τῷ σώματι χυμὸν ἄποιον ἔχει πρὸς αἴσθησιν ἢ κολοκύνθη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὰν μιχθῇ τινὶ τῶν ἰσχυρὰν ἐχόντων δύναμιν, ὁμοιοῦται ῥᾳδίως αὐτῷ, μετὰ ῥάπυος μὲν εἰ ληφθείη, δριμέα ἐργαζομένη τὸν ἐξ ἀμφοῖν ἀναδιδόμενον χυμὸν ἅμα σαφεῖ θερμότητι, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, εἰ καὶ μετά τινος ἁλυκοῦ προσενεχθείη, καθάπερ ἐν λοπάδι μετὰ ταρίχου αὐτὴν ἔνιοι σκευάζουσιν, ἁλυκὸν ἐν τῷ σώματι γεννήσει χυμόν. ἥδιστον δ' ἐστὶν ἔδεσμα τὸ οὕτω σκευασθὲν, εἰ τὸ τάριχον εἴη τῶν Ποντικῶν ἐκείνων, ἃ καλοῦσι μῆλα. ἅμα δὲ μήλοις κυδωνίοις ἑψηθεῖσα καὶ προσηκόντως ἀρτυθεῖσα τὸν αὐστηρὸν ἕξει χυμὸν ἐπικρατοῦντα κατὰ τὴν ἀνάδοσιν. ἡ δ' ὀπτηθεῖσα καὶ τηγανισθεῖσα τῆς μὲν οἰκείας ὑγρότητος ἀποτίθεται πάμπολυ, τὸ δ' ὑπόλοιπον αὐτῆς οὐδεμίαν ἰσχυρὰν ἐπικτᾶται δύναμιν, ὥσπερ οὐδ' ὅταν ἐν ἁπλῷ ζωμῷ σκευασθῇ. χαίρει δ' εἰκότως ὀριγάνῳ διὰ τὴν ὑδατώδη ποιότητα σύμφυτον ὑπάρχον-

celeriter occupent ſubſidere. Quemadmodum igitur cucurbita, quantum in ſe ipſa eſt, ſuccum, qui in totum corpus alendi gratia diſtribuitur, habet qualitatis ad ſenſum expertem, ita, quum alicui eorum, quae vehementem habent facultatem, mixta fuerit, facile illi aſſimilatur; ut, ſi cum ſinapi ſumpta fuerit, ſuccus, qui ex utroque in corpus diſtribuetur, acris cum manifeſta caliditate erit: eadem ratione, ſi cum ſalſo quopiam manſa fuerit, (ut quidam in patinis cum ſalſamento ſtruunt,) ſuccum in corpore ſalſum generabit; eſt autem ſic apparata cibus ſuaviſſimus, ſi ſalſamentum ex Ponticis illis fuerit, quae mala appellant. Quod ſi cum malis cydoniis elixa conditaque, ut decet, fuerit, ſuccum auſterum in diſtributione habebit praepollentem. Aſſa autem vel frixa in ſartagine quam plurimum quidem de propria humiditate deponit, reliquum autem ipſius nullam inſignem obtinet facultatem, uti nec cum in jure ſimplici parata fuerit. Caeterum ob aqueam qualitatem ſibi innatam merito gaudet origano;

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 566 sur 889

Ed. Chart. VI. [337. 338.] Ed. Baſ. IV. (320.)

σαν αὐτῇ· πάντα γὰρ ὅσα τοιαῦτα δριμέσιν ἢ ὀξέσιν, ἢ αὐστηροῖς, ἢ ἁλυκοῖς ἀναμίγνυσθαι δεῖται χυμοῖς, εἰ μέλλει μήτ' ἀηδῶς ληφθήσεσθαι, μήτε ναυτιώδεις ἐργάζεσθαι τοὺς λαμβάνοντας.

Κεφ. δ'. [Περὶ πεπόνων.] Ἡ μὲν ὅλη φύσις αὐτῶν ἐστι ψυχροτέρα σὺν ὑγρότητι δαψιλεῖ· ῥυπτικὸν δὲ ἔχουσί τι, διὸ καὶ κινοῦσιν οὖρα, καὶ διεξέρχεται κάτω τῶν τε κολοκυνθῶν καὶ μηλοπεπόνων μᾶλλον. ὅτι δὲ ῥύπτουσιν, ἔνεστί σοι μαθεῖν ἀνατρίψαντι ῥυπαρὸν χρῶτα. διὸ κἂν ἔφηλίν τις σχῇ, κἂν φακοὺς ἐν τῷ προσώπῳ, κἂν ἀλφοὺς ἐπιπολῆς, ἀποῤῥύπτουσι καὶ τούτους. τῆς δ' οἷον σαρκὸς αὐτῶν τὸ σπέρμα ῥύπτει μᾶλλον, ὥστε καὶ πρὸς τοὺς λιθιῶντας ἁρμόττειν νεφροὺς, μοχθηρὸν δ' ἐργάζεται χυμὸν ἐν τῷ σώματι, καὶ μᾶλλον ὅταν μὴ καλῶς πεφθῇ. τηνικαῦτα δὲ καὶ χολερικοὺς ἀποτελεῖν εἴωθεν. καὶ γὰρ καὶ πρὶν διαφθαρῆναι, [338] πρὸς ἔμετον ἐπιτήδειός ἐστι, καὶ πλέον γε βρωθεὶς, ἐὰν μή τις αὐτῷ τι τῶν εὐχύμων ἐπιφάγῃ

omnia enim ejusmodi ſuccis acribus, vel acidis, vel auſteris, vel ſalſis admiſceri poſtulant, ſi modo in cibo ſuavia ſunt futura, et iis, qui uſi fuerint, nauſeam non ſunt paritura.

Cap. IV. [De peponibus.] Univerſa peponum natura frigidior eſt cum humiditate copioſa; habent autem facultatem quandam abſtergendi, cujus beneficio urinam cient, et deorſum expeditius quam cucurbita melopeponesque permeant. Quod porro abſtergeant, intelliges, ſi ſordidam cutem ipſis fricueris. Quamobrem ſi quis ephelin aut lentes in facie habeat, aut alphos extimos et in ſuperficie, hos quoque detergent, ſemen tamen potentius quam ipſorum velut caro deterget, adeo ut vel adverſus renes calculo infeſtatos conveniat. Succum autem in corpore gignit vitioſum, idque potiſſimum, quum probe concoctus non fuerit, quo caſu cholerae morbo obnoxios efficere conſuevit; nam et priusquam corruptus fuerit, ad vomitum quoque eſt idoneus, largiusque ſumptus (niſi quis poſt

Ed. Chart. VI. [338.] Ed. Baſ. IV. (320.)

ἐδεσμάτων, κινήσει πάντως ἔμετον. πρόδηλον δ' ὅτι κἀπὶ τούτου τοῦ καρποῦ τὴν προσηγορίαν οἱ ἄνθρωποι πεποίηνται, καθάπερ ἐπὶ τοῦ γραφικοῦ μέλανος. ἡ γάρ τοι πέπων φωνὴ τὸ οἷον πέπανον ἐνδείκνυται, τουτέστι τὸ πεπεμμένον, ὅπερ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα πεπαίνεται. καὶ γὰρ ὁ βότρυς δύναται λέγεσθαι πέπων, ὅταν ἀκριβῶς γένηται πέπειρος, ὥσπερ γε καὶ ὁ μηδέπω τοιοῦτος οὐ πέπων ἂν ὀνομάζοιτο, ὠμός τε καὶ ἄωρος ὤν, αἵ τε ὀπῶραι πᾶσαι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οἵ τε ἄπιοι καὶ κολοκύνθαι καλοῦνται συνήθως πέπειροι, καθάπερ ὁ μηλοπέπων ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν τὸν πέπονα ἔχει. ὅθεν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν οὐδὲ ἁπλῶς ἠξίωσαν ὀνομάζειν τοὺς πέπονας, ἀλλ' ὅλον τοῦτό φασιν χρῆναι λέγεσθαι σικυοπέπων. ἡμεῖς δ' ἐν τῷ παρόντι λόγῳ τῶν τοιούτων οὐ φροντίζομεν, ὡς ἂν οὐδὲν εἰς ἰατρικὴν συντελούντων. ἄμεινον γὰρ μακρῷ τὸ σαφῶς ἑρμηνεύειν ἐστὶ τοῦ μετὰ περιεργίας τοιαύτης ἀσαφῆ τὴν διδασκαλίαν

ipſum aliquid eorum, quae probi ſunt ſucci, ſupermandat) omnino vomitum excitabit. Illud porro perſpicuum eſt, homines in hoc quoque fructu appellationem feciſſe, quomodo in atramento, quo ſcribitur, quod *μέλαν* appellant; nam vox haec *πέπων* velut *τὸ πέπανον*, hoc eſt maturum, ſignificat, quod aliis quoque, quae matureſcunt, convenit. Nam et racemus, quum exacte eſt maturus, dici poteſt *πέπων*, quemadmodum certe et quum nondum maturuit non poteſt nominari *πέπων*, nimirum qui crudus eſt et immaturus. Ad eundem modum et fructus omnes autumnales, et pira, et cucurbitae *πέπειρα*, i. e. matura, vocari conſueverunt, quemadmodum et melopepon, qui in ſe ipſo *πέπονα*, i. e. maturum, continet; unde medici quidam non ſimpliciter nominare voluerunt peponas, ſed totum id *σικυοπέπονα*, i. e. cucumerem maturum, aut peponem cucumeralem nominari oportere contenderunt. Nos vero in praeſenti ſermone de ejusmodi non laboramus, ut quae ad medicinam nihil conferant; multo enim ſatius eſt rem dilucide interpretari, quam hujusmodi anxia disquiſitione doctrinam obſcurare. Tum por-

Ed. Chart. VI. [338.] Ed. Baſ. IV. (320. 321.)

ἐργάζεσθαι· σαφηνείας δὲ μάλιστα τυχεῖν ἔστι τὰ συνηθέστατα τοῖς πολλοῖς ὀνόματα ἐκλέγοντα μετὰ τοῦ φυλάττειν αὐτοῖς τὰ σημαινόμενα.

Κεφ. ε'. [Περὶ μηλοπεπόνων.] Οἱ μηλοπέπονες ἧττόν τε τῶν πεπόνων εἰσὶν ὑγροὶ, καὶ ἧττον κακόχυμοι, καὶ ἧττον οὐρητικοὶ, καὶ ἧττον ὑπέρχονται κάτω. τὸ δ' εἰς ἔμετον ἔξορμᾶν ὁμοίως τοῖς πέποσιν οὐκ ἔχουσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ διαφθείρεσθαι ταχέως ἐν τῇ (321) κοιλίᾳ παραπλησίως τοῖς πέποσιν, ὅταν ἐν αὐτῇ ᾖ τις χυμὸς ἠθροισμένος μοχθηρὸς, ἢ καί τις ἄλλη διαφθορᾶς αἰτία καταλάβῃ. πολὺ δὲ ἀπολειπόμενοι τῶν εὐστομάχων ὀπωρῶν οὐκ ἔχουσι τὸ τῶν πεπόνων κακοστόμαχον· οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰς ἔμετον ὁρμῶσιν ὡσαύτως ἐκείνοις. τῶν δὲ πεπόνων οὐκ ἐσθίοντες οἱ ἄνθρωποι τὸ τῆς σαρκὸς ἔνδον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὸ τῶν μηλοπεπόνων ἐσθίουσι, καὶ τοῦτ' αὐτοῖς συντελεῖ πρὸς διαχώρησιν. οἱ δὲ τὴν οἷον σάρκα μόνον ἐσθίοντες αὐτῶν ἧττον τῶν πεπόνων διαχωροῦσιν αὐτήν.

ro clariſſime explicabimus, quum vocabula vulgo maxime uſitata eligentes ipſorum ſignificationes ſervaverimus.

Cap. V. [De melopeponibus.] Melopepones minus, quam pepones, ſunt humidi, nec adeo pravi ſunt ſucci, minus item urinas movent, tardiusque deorſum deſcendunt. Ad vomitum praeterea excitandum non tantum quantum pepones habent momenti, ſicut nec celeriter adeo, ut illi, in ventriculo corrumpuntur, quum pravus humor in eo collectus fuerit, aut alia quaepiam corruptionis cauſa ipſum prehenderit. Caeterum tametſi in juvando ſtomacho autumnalibus fructibus longe ſunt inferiores, haudquaquam tamen ei, ut pepones, ſunt noxii, neque enim vomitum, ut illi, excitant. Huc accedit, quod in peponibus homines a carne intima, in qua ſemen habetur, abſtinent, in melopeponibus autem mandunt, idque ipſis ad dejectionem conſert. Qui vero eorum quaſi carne tantum veſcuntur, non tam cito eam, ac peponum, excernunt.

Ed. Chart. VI. [338. 339.] Ed. Baſ. IV. (321.)

Κεφ. ς'. [Περὶ σικύων.] Οὐρητικὸν μὲν ἔχουσίν τι καὶ αὐτοὶ, καθάπερ οἱ πέπονες, ἀλλ' ἧττον ἐκείνων, τῷ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἧττον ὑγρὰν εἶναι. διὰ τοῦτο οὐδὲ διαφθείρονται ῥᾳδίως ἐν τῇ γαστρὶ παραπλησίως τοῖς πέπουσι. πέττουσι δ' αὐτοὺς ἔνιοι, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πολλοῖς ἀπεπτουμένων, οἰκειότητι τῆς πρὸς αὐτῶν φύσεως, ἣν ἔν τε τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασι καὶ μάλιστ' ἔτι κατὰ τὴν περὶ τῶν φαρμάκων, δεικνύντες ὅλαις τῶν οὐσιῶν ταῖς ἰδιότησιν οἰκείας εἶναι τροφὰς ἑκάστῳ γένει τῶν ζώων, ὄνοις μὲν καὶ ἵπποις ἄχυρον, καὶ χόρτον, καὶ κριθὰς, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, λέοντι δὲ σάρκας ζώων ὠμὰς, ἀνθρώπῳ δ' ἐφθάς τε ταύτας πάσας, καὶ ἄρτους ἐκ τῶν σιτηρῶν σπερμάτων κατειργασμένους, ὥσπερ εἴρηται. καὶ μὴν καὶ τὸν ἑλλέβορον οἱ ὄρτυγες, ὥσπερ καὶ οἱ ψᾶρες τὸ κώνειον, ἐσθίοντες [339] οὐδὲν βλάπτονται, καθάπερ οὐδὲ τοὺς ὀρόβους οἱ βόες. τὰς μὲν οὖν εὐπέπτους καὶ δυσπέπτους ἑκάστῳ τροφὰς ἤτοι κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς οὐσίας, ἢ

Cap. VI. [De cucumeribus.] Urinam quidem et ipſi quomodo pepones cient, ſed minus quam illi, quod ipſorum ſubſtantia minus ſit humida, ideoque non facile, ut illi, in ventriculo corrumpantur. Invenias autem qui ipſos (ceu alia multa, quae homines plerique coquere nequeunt) concoquant, ob naturae ſcilicet cum eis familiaritatem, quam nos tum in commentariis de temperamentis, tum autem in libris de medicamentorum facultatibus copioſiſſime expoſuimus, demonſtrantes a totius ſubſtantiae proprietate ſuum cuique animantium generi cibum eſſe familiarem: aſinis quidem et equis paleam, foenum, hordeum, ac id genus alia; leoni autem crudas animalium carnes; homini tum has omnes coctas, tum panes ex frumentaceis ſeminibus, ut diximus, confectos. Atqui et helleboro coturnices, et cicuta ſturni citra noxam veſcuntur, ceu utique ervo boves. Quae igitur cuique coctu facilia aut difficilia ſint alimenta, aut ex ſubſtantiae proprietate, aut aliquo ſymptomate per experien-

Ed. Chart. VI. [339.] Ed. Baſ. IV. (321.)

κατά τι σύμπτωμα τῇ πείρᾳ κριτέον. ὁποῖον δέ τι λέγω τὸ κατά τι σύμπτωμα, διὰ τοῦ πρώτου βιβλίου δεδήλωται. τοῖς γὰρ ἤτοι χολώδη χυμὸν ἔχουσιν, ἢ ὅλως περίττωμα μοχθηρὸν ὁτιοῦν ἀθροίζουσι πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ διαφθείρεται ταχέως, ὅσα τὴν φύσιν εὔπεπτον ἔχει, καθάπερ ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι τὸ σύμφυτον θερμὸν οὔθ' ὑγρὸν, οὔτ' εὔκρατον, ἀλλ' αὐχμῶδές τε καὶ πυρῶδες ἔχουσι. καὶ γὰρ καὶ τούτοις διαφθείρεται ῥᾳδίως ἀλλοιούμενα τὰ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἄλλων εὔπεπτα, καὶ γίγνεται τούτοις ἡ ἐρυγὴ κνισσώδης τοὐπίπαν. ἀλλ' ἐκείνου μέμνησο διὰ παντὸς, ὡς, κἂν πέττῃ τις ὁτιοῦν τῶν δυσπέπτων τοῖς πολλοῖς, ὅ γε ἐξ αὐτοῦ χυμὸς ἀναδιδόμενος εἰς τὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν ἐκ τοῦ πέπονος χυμὸν παχὺν καὶ γεώδη γενέσθαι, κἂν κάλλιστα πεφθῇ, καθάπερ οὐδὲ τὸν ἐκ τῆς φακῆς ἢ τῶν βοείων κρεῶν ὑδατώδη τε καὶ ὑγρὸν, ὃν περ καὶ λεπτὸν τῇ συστάσει καλοῦσιν. ἐν τούτῳ δ' ἐστὶν μάλιστα τὸ χρήσιμον εἰς ὑγείας τε φυλακὴν

tiam ſunt diſcernenda. Quid autem ſibi velit, quod dico, ex aliquo ſymptomate, primo libro id expoſui; quandoquidem, quibus bilioſus humor, aut omnino pravum excrementum quodvis in ventriculo ſaepe congeritur, in iis, quae natura coctu ſunt facilia, celeriter corrumpuntur, veluti hominibus quibusdam, qui calorem nativum habent non humidum, neque bene temperatum, ſed ſquallidum atque igneum; hi enim, quae alii facillime concoquunt, facile alterata ea corrumpunt, ructusque eis accidunt omnino nidorulenti. Caeterum illud perpetuo memoria teneto, quod, etiamſi quis eorum quidvis, quae aliis concoctu ſunt difficilia, coxerit, ſuccus tamen, qui ex eo in corpus diſtribuitur, eandem retinet naturam. Nam fieri non poteſt, ut ſuccus, qui ex pepone diſtribuitur, craſſus ac terreus fiat, etiamſi is coctus pulcherrime fuerit, quemadmodum nec qui ex lente aut bubula diſtribuitur, evadat unquam aquoſus ac humidus, quem ſane et conſiſtentia tenuem appellant. Id autem plurimum habet momenti non modo ad ſanitatis cuſtodiam, ſed etiam

Ed. Chart. VI. [339.] Ed. Baſ. IV. (321.)

καὶ νόσων τήρησιν, ὡς ἑτέρωθί τε δέδεικται καὶ νῦν εἰρήσεται πάλιν ἐν κεφαλαίοις βραχέσι, προϊόντος τοῦ λόγου. τοῖς οὖν τοὺς σικύους καλῶς πέττουσι, ὅταν αὐτῷ τούτῳ θαρσήσαντες ἄδην αὐτῶν ἐμφορήσωνται, χρόνῳ πολλῷ ψυχρὸν καὶ μετρίως παχὺν ἀθροίζεσθαι συμβαίνει κατὰ τὰς φλέβας χυμὸν, οὐκ εὐπετῶς ἔτι δέξασθαι δυνάμενον τὴν εἰς αἷμα χρηστὸν ἀλλοίωσιν ἐν τῇ κατὰ τὰς φλέβας πέψει. πάντων δὴ διὰ τοῦτο ἀπέχεσθαι συμβουλεύω τῶν κακοχύμων ἐδεσμάτων, κἂν εὐπεπτά τισιν ᾖ. λανθάνει γὰρ ἐν χρόνῳ πλείονι μοχθηρὸς ἐν ταῖς φλεψὶ χυμὸς ἐξ αὐτῶν ἀθροιζόμενος, ὃς, ἐπειδὰν ἀφορμῆς ὀλίγης εἰς σῆψιν ἐπιλάβηται, πυρετοὺς κακοήθεις ἐργάζεται.

Κεφ. ζ'. [Περὶ τῶν ἀπὸ δένδρων καρπῶν.] Ἄπιοι δηλονότι, καὶ μῆλα, καὶ σῦκα, καὶ περσικά τε καὶ ῥοιαὶ, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, καρποὶ δένδρων ὄντα, χρήσιμα τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἐδωδήν ἐστιν, ὄντων καὶ ἄλλων καρπῶν, οὓς οὐκ ἐσθίουσιν ἄνθρωποι, περὶ ὧν οὐ πρόκειται λέγειν ἐν

ad morbi declinationem, ut alibi demonſtratum nobis eſt, et nunc rurſus ſummatim procedente ſermone repetemus. Ergo qui cucumeres belle concoquunt, quum eo ipſo fiſi affatim iis ſe impleverint, iis tandem longo temporis tractu accidit, ut ſuccus frigidus ac mediocriter craſſus in venis coacervetur, qui in ea coctione, quae fit in venis, haud facile mutationem in probum ſanguinem recipiat. Ob eam igitur cauſam omnibus pravi ſucci eduliis cenſeo abſtinendum, etiamſi ea quibusdam concoctu ſint facilia; nobis enim non advertentibus pravus ſuccus ex ipſis poſt longum tempus in venis colligitur, qui poſtea exiguam ad putredinem occaſionem nactus febres malignas accendit.

Cap. VII. [De fructibus, qui ex arboribus colliguntur.] Pira ſane et poma, et ficus, Perſica, Punica, et id genus alia, fructus ſunt arborum, quibus homines utiliter veſcuntur, quum et alii praeter hos ſint, quibus homines non veſcuntur, de quibus in praeſentia

Ed. Chart. VI. [339. 340.] Ed. Baſ. IV. (321.)

τῷ παρόντι. καθόλου δή σε περὶ τῶν ἐδωδίμων ἀνθρώποις καρπῶν ἐπίστασθαι χρὴ λόγῳ κοινῷ, τοὺς μὲν ὑγροὺς καὶ λεπτὴν καὶ ὑγρὰν ἐργάζεσθαι τὴν ἐξ αὐτῶν διδομένην τῷ σώματι τροφήν, ᾧ πάντως ἕπεται, πόριμόν τε καὶ διεξερχομένην ἅπαν τὸ σῶμα ταχέως, ἐκκενουμένην τε καὶ δι' οὔρων καὶ κατὰ τὸ δέρμα τὴν τοιαύτην εἶναι. κατὰ τοῦτ' οὖν ὀλιγότροφα πάντα τὰ τοιαῦτα ἐδέσματα λέγεται προσηκόντως ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ἔμπαλιν δὲ τῶν στερεῶν ταῖς συστάσεσι καρπῶν ἥ τ' εἰς τὸ σῶμα πρόσθεσις ἐν τροφῆς χρείᾳ πλείων ἐστὶν, αἵ τε διέξοδοι βραδύτεραι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἔχωσιν χυμὸν ἐν ἑαυτοῖς ἢ παχὺν, ἢ γλίσχρον, ἢ στυπτικόν.

Κεφ. η'. [340] [Περὶ σύκων.] Τὸ μὲν κοινὸν οὐ μόνον ὀπώραις ἁπάσαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὡραίοις ὀνομαζομένοις καρποῖς, ἔχει καὶ τὰ σῦκα, φυγεῖν οὐ δυνηθέντα τὴν κακοχυμίαν οὐδ' αὐτά, καίτοι τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡραίων ἧττον αὐτῆς μετέχοντα. πρόσεστι δ' αὐτοῖς ἀγαθὰ τό τε κατὰ γαστέρα πορίμοις εἶναι καὶ τὸ διεξέρχεσθαι ῥᾳδίως ὅλον τὸ

dicere non eſt inſtitutum. In univerſum autem ac communi ratione de fructibus, quibus homines veſcuntur, ſcire oportet, humidos quidem tenue humidumque ex ſe diſtributum alimentum corpori praebere; quam rem omnino conſequitur, ut ejusmodi alimentum celeriter corpus totum permeet ac pervadat, excernaturque tum per cutim, tum per urinas. Proinde omnia ejusmodi cibaria medici rite affirmant pauci eſſe alimenti. Contra autem habet in ſolidis fructibus conſiſtentia; ex ipſis enim alimentum copioſius corpori apponitur, tardiusque permeat, maxime quum ſuccum in ſe ipſis habent craſſum, aut lentum, aut adſtringentem.

Cap. VIII. [De ficubus.] Quod omnibus quidem non modo autumnalibus fructibus, ſed et iis, quos fugaces appellant, eſt commune, id ficus quoque habent; non enim potuerunt ſucci pravitatem effugere, tametſi minus, quam caeteri fugaces omnes, ipſius ſunt participes. Verum haec ipſis inſunt bona, quod ventrem prompte permeant, et

Ed. Chart. VI. [340.] Ed. Baſ. IV. (321.)

σῶμα. καὶ γάρ τοι καὶ ῥυπτικὸν ἀξιόλογον ἔχει, καθ' ὃ καὶ ψαμμώδη πολλὰ τοῖς νεφριτικοῖς ἐπὶ ταῖς ἐδωδαῖς αὐτῶν ἐκκρίνεται. τροφὴν δὲ ἁπασῶν τῶν ὀπωρῶν ὀλίγην τῷ σώματι διδουσῶν, ἧττον ἁπασῶν τοῦτο τὰ σῦκα πέπονθεν, οὐ μὴν ἐσφιγμένην γε καὶ ἰσχυρὰν ἐργάζεται τὴν σάρκα, καθάπερ ἄρτος τε καὶ κρέας χοίρειον, ἀλλ' ὑπόσομφον, ὥσπερ κύαμος. ἐμπίπλησί γε μὴν φύσης καὶ ταῦτα τὴν γαστέρα, καὶ ἦν ἂν ἱκανῶς ταύτη λυπηρά, μὴ προσλαβόντα τὸ διαχωρεῖσθαι ταχέως, ἐπικτησάμενα δὲ τοῦτο τῷ τάχει τῆς διεξόδου τὴν φύσαν ὀλιγοχρόνιον ἐργάζονται, καὶ κατὰ τοῦτο τῆς ἄλλης ὀπώρας ἧττον εἴωθεν βλάπτειν. οὐ σμικρὰ δὲ ὑπεροχὴ τῶν πεπείρων ἐστὶ πρὸς τὰ μὴ τοιαῦτα, καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους μὲν ἅπαντας ἐμφαινομένη καρποὺς, οὐ μὴν τοσοῦτόν γε διαφέρουσι. τὸ γάρ τοι πέπειρον ἀκριβῶς σῦκον ἐγγὺς τοῦ μηδ' ὅλως βλάπτειν ἥκει, παραπλήσιον ἤδη ταῖς ἰσχάσιν, πολλὰ μὲν ἐχούσαις τὰ χρήσιμα, μοχθηρὸν δ' ἐστὶ τοῖς πλεονάζουσιν ἐν αὐτοῖς. οὐ πάνυ γὰρ αἷμα γεν-

quod facile totum corpus pervadunt; nam abſtergendi quoque inſignem habent facultatem, quo fit, ut poſt ipſarum eſum nephritici multas arenulas excernant. Praeterea quum omnes autumnales fructus exiguum corpori praebeant alimentum, id omnium minimum ficubus uſu venit; carnem tamen non compactam neque firmam generant, ceu panis et ſuilla, ſed ſublaxam ac ſubinanem, ut fabae. Flatibus hae quoque ventrem implent, eſſentque eo nomine admodum dolorificae, ni etiam celerem deſcenſum eſſent adeptae, cujus beneficio celeriter pervadentibus, flatus, quem excitant, non diu manet; atque in eo minus caeteris fructibus autumnalibus laedere conſueverunt. Caeterum maturae ficus immaturas non mediocriter antecellunt, quod et in aliis quidem omnibus fructibus cernitur, non tantum tamen in eis eſt diſcrimen; nam quae ficus prorſus ſunt maturae, nihil propemodum omnino laedunt, quomodo nec caricae, quae multiplicem quidem habent utilitatem, ſi quis tamen largius eſitaverit,

Ed. Chart. VI. [340.] Ed. Baſ. IV. (321. 322.)

νῶσι χρηστὸν, ὅθεν αὐταῖς καὶ τὸ τῶν φθειρῶν πλῆθος ἕπεται. δύναμιν δ' ἔχει λεπτυντικήν τε καὶ τμητικὴν, δι' ἣν καὶ τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν ἐξορμῶσιν, καὶ νεφροὺς ἐκκαθαίρουσιν. ἥπατι δὲ καὶ σπληνὶ φλεγμαίνουσι μέν εἰσι βλαβεραὶ, καθάπερ καὶ τὰ σῦκα, τῷ κοινῷ λόγῳ τῶν γλυκέων ἁπάντων ἐδεσμάτων καὶ πομάτων, οὐ κατ' ἰδίαν τινὰ δύναμιν ἐξαίρετον· ἐμπεφραγμένοις δὲ καὶ σκιῤῥουμένοις αὗται μὲν καθ' ἑαυτὰς οὐδὲν οὔτ' εἰς ὄφελος, οὔτ' εἰς βλάβην ἐργάζονται, μεμιγμέναι δὲ τοῖς τέμνουσι καὶ λεπτύνουσι καὶ ῥύπτουσι φαρμάκοις οὐ σμικρὸν ὄφελός ἐστιν. καὶ διὰ τοῦτο ταύτας διδόασι μετὰ θύμων, ἢ πεπέρεως, ἢ ζιγγιβέρεως, ἢ γλήχωνος, ἢ θύμβρας, ἢ καλαμίνθης, ἢ ὀριγάνου, ἢ (322) ὑσσώπου, πρὸ πολλοῦ γε τῆς τροφῆς, ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἐν ἥπατι καὶ σπληνὶ διαθέσεων. ὡσαύτως δὲ κἂν μετά τινος τῶν ἄλλων, ὅσα δριμεῖαν ἢ ὅλως λεπτυντικήν τε καὶ τμητικὴν ἔχει δύναμιν, ἡ προσφορὰ γίνηται τῶν ἰσχάδων, ὠφέλιμός ἐστιν οὐ μόνον

ab eis offendetur, quandoquidem ſanguinem non admodum probum gignunt; quo fit, ut ex ipſarum uſu pediculorum multitudo proveniat. Habent etiam tenuandi facultatem et incidendi, qua ventrem quoque ad excretionem irritant renesque expurgant. Iecori autem lienique inflammatione obſeſſis ſunt noxiae, quemadmodum et ficus, non peculiari quadam et eximia facultate, ſed communi ratione dulcium omnium ciborum ac potuum; obſtructis autem illis aut ſcirrho affectis, ipſae ex ſeſe non magnopere commodant, aut officiunt, ſed medicamentis incidentibus ac extenuantibus et abſtergentibus mixtae non mediocriter juvant. Proinde nonnulli medicorum in dictis lienis et hepatis affectibus exhibent ipſas longe ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut ſatureia, aut calaminthe, aut origano, aut hyſſopo. Ad eundem autem modum, ſi caricae cum alio quopiam eorum, quae facultatem habent acrem aut omnino incidendi ac extenuandi, aſſumantur, juvabunt non

Ed. Chart. VI. [340. 341.] Ed. Baſ. IV. (322.)

τοῖς οὕτω πάσχουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν· ἀνεῳγμένας γὰρ εἶναι τὰς καθ' ἧπαρ διεξόδους τῆς τροφῆς οὐ τοῖς κάμνουσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀσφαλέστατον. οὕτως οὖν καὶ τὰ σῦκα μετά τε τῶν λεπτυνόντων ἁλῶν σκευάζοντες καὶ ὄξους καὶ γάρου προσφέρονται πολλοί, τῇ πείρᾳ τὸ χρήσιμον εὑρηκότες. εἰκὸς δὲ καὶ τῶν ἰατρῶν τινος ὑποτιθεμένου, προσάγειν οὕτως ἐνίους αὐτῶν, καὶ εἰς πολλοὺς ἐκταθῆναι τὴν γνῶσιν. ὅσοι δὲ μετά τινος τῶν παχυνόντων ἐδεσμάτων ἐσθίουσι τὰ σῦκα καὶ τὰς ἰσχάδας, οὐ σμικρὰ βλάπτονται.

Κεφ. θ'. [341] [Περὶ σταφυλῶν.] Σῦκα καὶ σταφυλαὶ τῆς ὀπώρας ὥσπερ κεφάλαιόν εἰσι, καὶ τρέφουσι μᾶλλον ἁπάντων τῶν ὡραίων ταῦτα, καὶ ἥκιστα κακόχυμα, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀκριβῶς ᾖ πέπειρα. τοῦ μὲν οὖν τρέφειν αὐτὰ μέγιστον σημεῖον οἱ φυλάττοντες τὸν καρπὸν τῶν ἀμπέλων, ἐσθίοντες μὲν ἐν δύο μησὶν οἷς φυλάττουσιν μόνα διαπαντὸς τὰ σῦκα μετὰ τῶν σταφυλῶν, ἤ που καὶ βραχύ τι

ſolum ſic affectos, ſed etiam ſanos, ſiquidem jecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos eſſe, non aegrotis modo, ſed ſanis etiam eſt tutiſſimum. Ad eum igitur modum vulgo ficubus cum ſale attenuante, aceto et garo praeparatis veſcuntur, quod ipſas utiles eſſe experientia didicerint. Veriſimile autem eſt ipſorum nonnullos, medici cujusdam conſilio impulſos, ad hoc modo edendas ipſas acceſſiſſe, deinde eam notitiam ad vulgus emanaſſe. Qui vero cum cibo aliquo craſſi ſucci caricas ficusve mandunt, non mediocriter offenduntur.

Cap. IX. [De uvis.] Ficus et uvae, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumque pravi ſucci habent, praeſertim quum exactam maturitatem fuerint adeptae. Porro quod ipſae nutriant, maximo argumento ſunt ii, qui vinearum fructus cuſtodiunt, qui quum duos menſes ſolis uvis ac ficubus, quarum cuſtodiae praeſunt, veſcantur, (niſi forte panis quidpiam illis addant,) cor-

Ed. Chart. VI. [541.] Ed. Baſ. IV. (322.)

παρεντιθέντες ἄρτου, πιαινόμενοι δὲ ἱκανῶς. οὐ μὴν ἰσχυρά γε καὶ πυκνὴ ἡ σάρξ ἐστιν ἡ ἐξ αὐτῶν γινομένη, καθάπερ ἡ ἐκ τῶν κρεῶν, ἀλλὰ καὶ χαύνη καὶ πλαδαρά, διὸ καὶ ταχέως προστέλλεται, παυσαμένης τῆς ἐδωδῆς. ἧττον δὲ τῶν σύκων αἱ σταφυλαὶ τρέφουσιν, καὶ μέγιστον ἀγαθὸν αὐταῖς ὑπάρχει τὸ ταχέως ὑπέρχεσθαι. διὸ κἂν ἐπισχεθῶσί ποτε, βλάπτουσιν ἱκανῶς, οὐκ ἐχόντων τοῦτο τῶν πεπείρων σύκων. εἰ γὰρ καὶ μὴ διαχωροῦσιν ἀξιολόγως, πεφθείη δ' ἐν τῇ γαστρὶ καλῶς, ἀβλαβῆ δίδωσι τροφὴν τῷ σώματι. ταῖς σταφυλαῖς δὲ οὐδέτερον ὑπάρχει τούτων, οὔτε γὰρ πέττονται καλῶς, ὅταν ἐπισχεθῶσιν, καὶ κατὰ τὴν εἰς ἧπάρ τε καὶ φλέβας ἀνάδοσιν ὠμὸν γεννῶσι χυμὸν, οὐ ῥᾳδίως εἰς αἷμα μεταβαλλόμενον. ἡ γάρ τοι τῶν ῥαγῶν οὐσία σύνθετός ἐστιν ἔκ τε τῆς οἷον σαρκὸς αὐτῶν καὶ τῆς παρεσπαρμένης κατ' αὐτὴν ὑγρότητος, ἐξ ἧς ὁ οἶνος γίγνεται, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι γιγάρτων τε καὶ τοῦ ταῦτα πάντα περιέχοντος ἔξωθεν ὑμενώδους σκεπάσματος. ἀλλ' ἡ μὲν τῶν γιγάρτων

pulenti tamen admodum fiunt: at caro, quae ipſis gignitur, haudquaquam eſt firma ac denſa, quemadmodum ea, quae ex carnibus fit, ſed laxa eſt ac flaccida; ob id celeriter etiam, quum veſci ipſis deſierint, conſtringitur ac conſidet. Verum uvae minus alunt, quam ficus, maximumque id ipſis ineſt commodum, quod velociter ſubſideant. Quocirca, ſi quando haeſerint, graviter laedunt, quum id maturis ficubus non inſit; hae enim, etiamſi non perbelle excernantur, modo probe in ventriculo coctae fuerint, alimentum corpori dant innoxium. Quorum neutrum uvis adeſt; neque enim retentae belle coquuntur, et dum in jecur ac venas diſtribuuntur, ſuccum crudum generant, qui non facile in probum ſanguinem mutetur, nam acinorum ſubſtantia compoſita eſt ex ipſarum velut carne et humore, qui per carnem eſt diſperſus, ex quo fit vinum, praeterea ex ſeminibus, atque ex membranoſa tegumento, quod omnia haec extrinſecus circumambit. Caeterum ſeminum quidem ſubſtantia ſicca eſt et quo-

Ed. Chart. VI. [341.] Ed. Baſ. IV. (322.)

οὐσία ξηρὰ καὶ στύφουσά πώς ἐστι, διεξέρχεταί τε τὰ ἔντερα πάντα κατὰ μηδὲν ἑαυτῆς αἰσθητῶς ἀλλοιουμένη, παραπλησίως ταῖς ἐν τοῖς σύκοις κεγχραμίσιν. ἀνάλογον γὰρ ἑκάτερον ἑκατέρῳ τῶν καρπῶν ἐστι, σπέρμα μὲν ὑπάρχον ὅλου τοῦ φυτοῦ, διεξιὸν δὲ ἀναλλοίωτόν τε καὶ ἀχύλωτον καὶ ἀμετάβλητον. ἀναλογία δ' ἐστὶ καὶ τοῖς περιέχουσιν ἑκάτερον τὸν καρπὸν σκεπάσμασι, τοιαύτην χρείαν παρεχομένοις αὐτοῖς, οἵαν τοῖς ζώοις τὸ δέρμα. βραχεῖα δὲ καὶ ἡ τοῦδε μεταβολὴ γίνεται κατὰ τὴν γαστέρα, καί τινες ὡς ἄχρηστον ἀποπτύουσιν μυζήσαντες αὐτὸ καὶ ἅπαν τὸ ἔνδον ἅμα τοῖς γιγάρτοις. ἔνιοι δὲ καὶ ταῦτ' ἐκπτύειν πειρῶνται, καὶ μάλισθ' ὅταν αἱ ῥᾶγες ὦσι μεγάλαι· δύσκολον γὰρ ἐν ταῖς μικραῖς αὐτὸ πράττειν. εὔδηλον δὲ ὅτι μᾶλλον ἡ γαστὴρ ὑπέρχεται, μόνης τῆς σαρκὸς τῶν ῥαγῶν ἅμα τῷ χυλῷ καταποθείσης ἄνευ τῶν γιγάρτων καὶ τοῦ περικειμένου χιτῶνος ἔξωθεν, ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν αὐτὸς μόνος ὁ χυλὸς ἐκθλιβεὶς καταποθῇ, (καλοῦσι δ' αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι γλεῦκος,) ἐμπιπλῶν τι φύσης

dammodo adſtringens, omniaque inteſtina pervadit, nihil quod ſenſu deprehendi queat a ſeſe mutata, non ſecus ac in ſicubus grana; haec enim in utroque fructu proportione inter ſe reſpondent, quum utrumque totius plantae ſit ſemen, permeetque non alteratum, non in chylum verſum, nulla denique in re mutatum. Eſt et proportio quaedam in tegumentis utrumque fructum continentibus, quae ipſis eum uſum praeſtant, quem cutis animalibus. Exiguam autem tegumentum id recipit in ventriculo mutationem, quo fit, ut quidam, quum ipſum et omne id quod intus habetur ſuxerint, una cum ſeminibus expuant; quae et ipſa nonnulli conantur expuere, potiſſimum quum acini grandes fuerint, nam in exilibus id factu eſt difficile. Liquet porro, quod alvus magis laxetur, ſi ſola acinorum caro cum ſucco fuerit deglutita ſine ſeminibus ac membrana extrinſecus ambiente; laxatur autem impenſius, quum ſolus ipſe ſuccus expreſſus (muſtum vulgo appellant) fuerit deglutitus; qui ventrem ni veloci-

Ed. Chart. VI. [341. 342.] Ed. Baſ. IV. (522.)

τὴν κοιλίαν, εἰ μὴ διεξέλθοι ταχέως. γίνεται μὲν οὖν τις καὶκ τούτου τροφὴ τῷ σώματι, πλείων δὲ ἐκ τῆς σαρκώδους οὐσίας, καὶ διὰ τοῦτό τινες μὲν σταφυλῶν τρέφουσι μᾶλλον ἢ διαχωροῦνται, τινὲς δὲ διαχωροῦνται μᾶλλον, ἢ τρέφουσιν. ὧν μὲν ἂν οὖν ὁ χυλὸς ὀλίγος ᾖ, τρέφουσι μᾶλλον, ὧν δὲ πλείων, ἧττον μὲν τρέφουσιν, ὑπέρχονται δὲ μᾶλλον. ὀνομάζουσι δὲ εὐγενεῖς τὰς τοιαύτας σταφυλὰς, ἐν αἷς αἱ ῥᾶγες ὀλίγην μὲν ἔχουσι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, οὐκ ὀλίγην δὲ τὴν στερεωτέραν, ἣν ὥσπερ σάρκα τῆς ῥαγὸς ἔφην εἶναι. καὶ χρῶνταί γε κατὰ τὸν τῆς ὀπώρας καιρὸν ἀποτιθέμενοι πολυειδῶς. καὶ γὰρ εἰς γλεῦκος ἐμβάλλουσιν αὐτὰς, καὶ χύτρας καινὰς πληροῦντες ἐναποτίθενται τοῖς στεμφύλοις. [342] καλῶ δὲ στέμφυλα τὰ στερεὰ λείψανα τῆς σταφυλῆς, ἐπειδὰν ἐν τοῖς ληνοῖς ἐκθλιβῇ πᾶς ὁ χυλὸς αὐτῶν. ἃ καὶ αὐτὰ συντιθέασιν ἐν πίθοις οἱ ἄνθρωποι, σφίγγοντές τε καὶ πιλοῦντες ἰσχυρῶς, ὀνομάζοντές τε τρύγα αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ ἐγὼ στέμφυλον ἐκάλεσα. τὴν δὲ τοῦ στεμφύλου προσηγορίαν ἐπιφέρουσιν αὖ τῷ τῶν κλημάτων ἐκπεφυκότι ῥιζώματι τῶν

ter pertranſeat, flatibus nonnihil implet. Ex hoc ſane alimenti nonnihil corpori accedit, copioſius tamen ex carnea ſubſtantia, eoque accidit uvas quasdam nutrire magis, quam dejici, contra alias promptius dejici, quam nutrire. Ergo quibus exiguus eſt ſuccus, magis nutriunt, quibus vero eſt uberior, minus quidem nutriunt, ſed promptius ſubſident. Vocant autem uvas ejusmodi generoſas, in quibus acini humidam quidem ſubſtantiam habent exiguam, ſolidiorem autem non paucam, quam ceu carnem acini eſſe diximus. Atque iis utuntur eas variis modis autumno reponentes; etenim in muſtum ipſas conjiciunt, impletasque iis novas ollas in vinaceis recondunt. Voco autem vinaceos ſolidas uvae reliquias, quum in torculari ſuccus ipſius omnis prorſus expreſſus fuerit; quas etiam homines in doliis componunt, ſtipantes ipſas valide ac conſtringentes: appellantque id ipſum faecem, quod ego vinaceos appellavi; nomine autem vinaceorum uvarum radicem, quae ex palmite enaſcitur, appellant,

Ed. Chart. VI. [342.] Ed. Baſ. IV. (322.)

ῥαγῶν. τοῦτον ἡμεῖς βότρυχον καλοῦμεν, ὅθεν ἐξήρτηνται αἱ ῥαγάδες. εἰς ταύτην οὖν τὴν τρύγα τὰς καινὰς χύτρας πλήρεις τῶν σταφυλῶν ἐντιθέασι, πώμασι στεγνοῦντες ἀκριβῶς, ὡς μηδαμόθι παραπνεῖσθαι, καὶ καθ' ὃ συμβάλλει γε τὸ πῶμα τῇ χύτρᾳ, πίτταν ἐπαναλείφουσιν, ἁπάσας τὰς διαπνοὰς ἐμφράττοντες. εἶναι δὲ χρὴ καὶ τὴν χύτραν αὐτὴν ἐξ εὐώδους τε πηλοῦ καὶ τελέως ὠπτημένου. τονωτικὴ μὲν οὖν ἐκλύτου γαστρὸς ἡ τοιαύτη σταφυλή, καὶ τοὺς ἀνορέκτους ἐπεγείρει πρὸς ἐδωδὴν σιτίων, οὐ μὴν ὑπέρχεταί γε κατὰ γαστέρα, καὶ, εἰ πλείων βρωθείη, κεφαλῆς ἅπτεται. ταύτης δ' ἔτι μᾶλλόν ἐστι κεφαλαλγὴς, ἣν ἀποτίθενται κατὰ τοῦ γλεύκους. ἡ μέντοι κρεμασθεῖσα κεφαλὴν οὐδ' ὅλως βλάπτει, γαστέρα δὲ οὔτ' ἐπέχειν, οὔτ' ἐπιτρέπειν εἰς διαχώρησιν πέφυκεν. ὡσαύτως δ' ἔχει καὶ πρὸς τὴν ὄρεξιν, οὔτ' ἐπεγείρουσα τὴν ἄῤῥωστον, οὔτ' ἐκλύουσα τὴν εὔρωστον. εὐπεπτοτέρα δ' ἐστὶ τῶν ἄλλων σταφυλῶν, ἣν ἐν γλεύκει καὶ στεμφύλοις ἔφην ἀποτίθεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὅλον τὸν ἑξῆς ἐνιαυτὸν ἄχρι τοῦ δευτέρου τρυγητοῦ. αἱ κρεμασθεῖσαι δ' αὐτῶν, ὅταν ξηρανθῶσιν, ἄχρη-

quam nos pediculum nominamus, unde acini ipſi pendent; in hanc igitur faecem ollas novas uvis refertas condunt, operculis exacte obturantes, ne alicunde diffleantur, et qua operculum cum olla committitur, pice illinunt, perſpiratus omnes obſtruentes. Ipſam autem ollam eſſe oportet ex luto ſuaveolente et perfecte aſſato. Hujuscemodi certe uva ventriculum diſſolutum roborans, hominibus cibum faſtidientibus appetentiam excitat, non tamen per alvum ſubſidet; et ſi ſumpta largius fuerit, caput ferit. Quae in muſto conditur, magis adhuc, quam haec, caput infeſtat, penſilis vero nihil prorſus caput laedit, ventrem autem nec ſiſtit, nec ad dejectionem irritat; eodem autem modo ſe habet et ad appetentiam, ut quae nec imbecillam excitat, nec fortem diſſolvit. Porro aliarum uvarum ea concoctu eſt facillima, quam dixi homines in muſto et vinaceis in totum ſequentem annum usque ad ſecundam vindemiam reponere. Quae autem ex ipſis ſuſpenduntur, quum inaruerint, ſunt inutiles, aliae

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 580 sur 889

Ed. Chart. VI. [542.] Ed. Baſ. IV. (322. 323.)

στοι γίνονται, τινὲς μὲν κατὰ τὸ ἔαρ εὐθέως, ἐν γοῦν τῷ θέρει πάντως. οὐ σμικρὰ δὲ διαφορὰ τῶν σταφυλῶν ἐστι καὶ κατὰ τὸ γλυκείας, ἢ ὀξείας, ἢ αὐστηρὰς εἶναι, ἢ μηδεμίαν ἐχούσας σφοδρὰν ποιότητα· καλοῦσι δ' αὐτὰς οἰνώδεις. αἱ μὲν οὖν γλυκεῖαι θερμότερον ἔχουσι τὸν χυλὸν, διὸ καὶ διψώδεις εἰσὶν, αἱ δ' αὐστηραὶ καὶ ὀξεῖαι ψυχρότερον, αἱ δ' οἰνώδεις ἐν τῷ μέσῳ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. γαστέρα δ' ὑπάγουσιν αἱ γλυκεῖαι, καὶ μάλισθ' ὅταν ὦσιν ὑγραί· μόχθηραὶ δ' οὐκ εἰς τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἐν γαστρὶ πέψιν ἐνάδοσίν τε καὶ θρέψιν αἵ τ' ὀξεῖαι καὶ αὐστηραὶ σταφυλαί. αἱ μὲν οὖν ὀξεῖαι, κἂν ἀκριβῶς ἐπὶ τῆς ἀμπέλου πεπανθεῖσαι κρεμασθῶσιν, οὐδ' οὕτως γίγνονται γλυκεῖαι, τῶν δ' αὐστηρῶν ἔνιαι μεταβάλλουσιν εἰς τὸ γλυκύτερον ἐπὶ πλέον κρεμασθεῖσαι. ταῖς στρυφναῖς δὲ, καθάπερ καὶ ταῖς ὀξείαις, οὐδ' ἂν ἐπὶ πλεῖον κρεμασθῶσιν, τὴν εἰς γλυκύτητα μεταβολὴν οἷόν τε ἔχειν· διο καὶ φυλάττε(323)σθαι τὴν ἐδωδὴν αὐτῶν ἀεὶ προσήκει. πασῶν μὲν οὖν ἀσφαλεστάτη χρῆσις

quidem ſtatim ipſo vere; aliae vero omnino ſaltem aeſtate. Non parva autem eſt inter uvas differentia, quod aliae ſint dulces, aliae acidae, aliae auſterae, aliae denique, quae nullam vehementem habeant qualitatem; vocant autem ipſas vinoſas. Caeterum quae dulces ſunt, ſuccum habent calidiorem, et ob id ſitim excitant, auſterae vero et acidae frigidiorem, vinoſae autem locum inter calidum ac frigidum medium obtinent. Dulces item alvum ſubducunt, et maxime ſi ſint humidae; acidae auſteraeque non huic modo rei, verum etiam coctioni in ventriculo, diſtributioni ac nutritioni ſunt noxiae. Acidae certe, etiamſi exactam in ipſa vite maturitatem adeptae ſuſpendantur, ne ſic quidem dulceſcunt; auſterarum autem quaedam, ſi ſuſpenſae diutius fuerint, dulciores reddunturur; acerbae vero, ut acidae, etiamſi ſuſpenſae fuerint diutius, mutationem in dulcius nunquam poterunt aſſequi; quocirca ipſarum eſus perpetuo eſt cavendus. Omnium quidem certe uſus (ſi quis moderate ſumat) eſt

Ed. Chart. VI. [342. 343.] Ed. Baſ. IV. (323.)

ἐστιν, ὅταν σαρκώδεις ὦσιν αἱ σταφυλαὶ φύσει πέπειραί τε, τῶν δ' αὐτῶν τις ἐσθίῃ συμμέτρως, εἴτ' οὖν ἐπὶ τῶν ἀμπέλων ἐπὶ πλεῖστον πεπανθεισῶν, εἴτε καὶ τὸ λεῖπον ἐκ τοῦ κρέμασθαι προσλαβουσῶν. ἐφεξῆς δὲ τῶν κρεμασθεισῶν τὰς ἄνευ ποιότητος αὐστηρᾶς ἢ ὀξείας ἕνεκεν ὑπαγωγῆς γαστρὸς ἐγχωρεῖ δαψιλῶς ἐσθίειν. ἔνιοι δὲ καὶ γλεῦκος πίνουσι τῆς αὐτῆς χρείας ἕνεκα, καὶ μάλιστα τὸ γλυκύτατον· ὑπακτικώτατον γὰρ τοῦτο, τὸ δ' ἐξ αὐστηρῶν ἢ ὀξειῶν σταφυλῶν φαυλότατον εἰς πάντα. ἐγὼ μὲν οὖν τοῖς ὀνόμασιν οὕτως ἐχρησάμην, ὡς οἱ νῦν ἄνθρωποι χρῶνται, βέλτιον ἡγούμενος εἶναι διδάξαι σαφῶς τὰ πράγματα τοῦ παλαιῶς Ἀττικίζειν. οἷς δὲ τοῦτο τιμιώτερόν ἐστι τῆς σαφοῦς διδασκαλίας, βρύτια μὲν ὀνομάζουσι τὰ τῶν στερεῶν σταφυλῶν στερεὰ μόρια, τοῦ γλεύκους ἐκθλιβέντος, στέμφυλα δὲ τὰ τῶν ἐλαιῶν, ὅταν ἐκθλιβῇ τοὔλαιον· τὸ γε μὴν ὑφιστάμενον τοῖς οἴνοις παχὺ οἱ πολλοὶ τῶν Ἀττικιζόντων ὀνομάζουσι τρύγα. [343] ὥστ' οὐδ' ὁμωνυμία τίς ἐστιν παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ὅσοι καὶ τὰ βρύτια τρύγα καλοῦσι. καὶ μὴν

tutiſſimus; quum uvae natura fuerint carnoſae ac maturae, ſive in vite ſummam maturitatem obtinuerunt, ſive, quod maturitati deerat, ex conſequenti ſuſpenſione ſint adeptae; poſt penſiles autem eas, quae nullam auſteram vel acidam qualitatem prae ſe ferunt, affatim ventris dejiciendi gratia licet ingerere. Quidam autem in eundem uſum muſtum quoque idque dulciſſimum bibunt; id enim maxime ſubducit quod vero ab uvis auſteris aut acidis eſt expreſſum, ad omnia eſt peſſimum. Equidem nominibus ſic ſum uſus, quemadmodum homines hujus ſaeculi utuntur, ſatius eſſe ratus, res dilucide docere, quam vetere lingua Atticorum uti. Quibus vero antiquius id doctrinae perſpicuitate fuerit, uvarum partes ſolidas, quae muſto expreſſo ſuperſunt, *βρύτια* appellant, *στέμφυλα* autem olivarum, quum oleum fuerit expreſſum; quod vero craſſum in uvis ſubſidet, vulgus Atticorum *τρύγα* nominat. Proinde nulla apud eos in vocibus eſt homonymia, ut apud alios homines, qui *βρύτια* etiam *τρύγα* nuncu-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 582 sur 889

Ed. Chart. VI. [343.] Ed. Baſ. IV. (323.)

καὶ τρίτον τι σημαινόμενόν ἐστι τοῦ τῆς τρυγὸς ὀνόματος ἐν ἔθει τοῖς νῦν Ἕλλησι. τὸ γάρ τοι τῶν βρυτίων ἀπόβρεγμα τρύγα καλοῦσιν, ὅπερ αὖ πάλιν οἱ Ἀττικίζοντες ὀνομάζουσι δευτερίαν. στεμφυλίτης οὗτος παρ' ἡμῖν καλεῖται. ἐμβάλλοντες γὰρ εἰς πιθάκνας μικρὰς τὰ βρύτια, προσεπιχέουσιν ὕδωρ, ὡς διαβρόχους ἅπάσας γενέσθαι, κἄπειδὰν ἱκανῶς τοῦτο πεπρᾶχθαι δοκῇ, τὸ παρὰ τὸν πυθμένα τρῆμα τῆς πιθάκνης ἀνοιγνύουσιν, ὡς ἐκρυῆναι τὸ ἀπόβρεγμα, καὶ πίνουσιν ἀντὶ οἴνου τοῦτο. πρόδηλον δὲ, ὅτι κατὰ τὴν τῶν βρυτίων ποσότητα καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιχέουσιν ἐξ ἐμπειρίας, ὡς μήθ' ὑδαρῆ πάνυ, μήτε ἄκρατον γενέσθαι τὴν δευτερίαν. εἶτα πάλιν ἕτερον ὕδωρ ἐπιχέουσι τοῖς βρυτίοις, ἔλαττον τοῦ προτέρου, ὥστε καὶ τοῦτο γενέσθαι σύμμετρον εἰς πόσιν, ὅπερ ἀξιοῦσιν ἔνιοι τῶν Ἀττικιζόντων ὀνομάζεσθαι δευτερίαν ἰδίως, οὐχ ὡς τὸ πρότερον. ἔστι δὲ κεφαλαλγὲς μὲν ἑκάτερον, εἰ μή τις ὑδατωδέστερον αὐτὸ πίνοι, μᾶλλον δὲ τὸ πρότερον ἅπτεται τῆς κεφαλῆς. ἀγαθὸν δ' ἐνυπάρχει τῷ τοιούτῳ πόματι τὸ ταχέως οὐρεῖσθαι, διαφορᾶς οὐκ ὀλίγης ἐν αὐτῷ γινομένης

pant. Quin et tertia quaedam hujus nominis τρυγὸς eſt ſignificatio Graecis hujus ſaeculi uſitata; nam vinaceorum dilutum τρύγα vocitant, quod rurſus ab Atticis δευτερίας, a noſtratibus στεμφυλίτης (lora) appellatur. Conjectis namque in parva dolia vinaceis tantum aquae ſuperaffundunt, quoad omnia permadeant; quod ubi ſatis factum videtur, in dolii fundo foramen aperiunt, ut dilutum effluat, idque pro vino bibunt. Perſpicuum autem eſt, quod pro vinaceorum copia aquam experientia docti affundunt, quo videlicet lora neque aquoſior ſit, neque meracior; deinde rurſum aliam aquam, parciorem tamen priori, vinaceis affundunt ita, ut id quoque in potu ſit tolerabile; quod quidam Attici proprie, non ut prius, δευτερίαν nominari volunt. Utraque lora capiti dolorem affert, niſi quis dilutiores ipſas bibat, ſed prior magis caput ferit. Commodum autem huic potui id ineſt, quod ocius per urinas reddatur; qua in re magnum eſt pro varia uvarum (ex quibus ſunt vinacei) ſpecie discrimen.

Ed. Chart. VI. [343.] Ed. Baſ. IV. (323.)

παρὰ τὸ τῶν σταφυλῶν εἶδος, ἐξ ὧν ἐστι τὰ βρύτια. γλυκειῶν μὲν γὰρ οὐσῶν αὐτῶν ἡδιόν τε πολλῷ γίνεται τὸ πόμα καὶ θᾶττον οὐρεῖται, στρυφνῶν δὲ καὶ ὀξειῶν ἀηδέστερόν τε μακρῷ καὶ ἧττον οὐρητικόν. ἰσχυρότερον δὲ τὸ ἀπόβρεγμα τοῦτο γίνεται καὶ μᾶλλον οἰνῶδες, ὅταν εἰς τὸ ἔαρ ἢ καὶ τὸ θέρος ἡ τρὺξ φυλαχθῇ· κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα χρωμένων, ὥσπερ ἧττον ἄπτεται κεφαλῆς, ὡσαύτως καὶ ἧττον οὐρεῖται.

Κεφ. ί. [Περὶ σταφίδων.] Τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν αἱ σταφίδες πρὸς τὰς σταφυλὰς, οἷον αἱ ἰσχάδες πρὸς τὰ σῦκα. γίγνονται μὲν γὰρ γλυκεῖαι πολλαὶ, στρυφναὶ δὲ παντάπασιν ὀλίγαι, μικταὶ δὲ ἔκ τε αὐστηρᾶς καὶ γλυκείας ποιότητος αἱ πλεῖσται. μέτεστί γε μὴν καὶ ταῖς γλυκείαις ἀμυδρᾶς ποιότητος αὐστηρᾶς, καὶ ταῖς αὐστηραῖς τῆς γλυκείας. αἱ μὲν οὖν αὐστηραὶ ψυχρότεραι τὴν κρᾶσίν εἰσιν, ὥσπερ αἱ γλυκεῖαι θερμότεραι. καὶ τὸν μὲν στόμαχον ῥωννύουσι καὶ τὴν γαστέρα στεγνοῦσιν αἱ αὐστηραὶ, καὶ δηλονότι μᾶλλον αὐτῶν αἱ στρυφναὶ, μέσην δέ πως κατάστασιν ἐν αὐταῖς αἱ γλυκεῖαι ποιοῦσιν, μήτ' ἐκλύουσαι σαφῶς τὸν στόμαχον, μήθ'

Quandoquidem, ſi dulces fuerint, potus multo erit ſuavior, citiusque per urinas reddetur; ſin vero acerbae aut acidae fuerint, infuavior longe ac minus ciens urinas. Id autem dilutum valentius fit ac multo vinoſius, quum vinaceus ad ver aut aeſtatem fuerit aſſervatus. Hyeme vero ſi quis utatur, ut caput minus ferit, ſic et per urinas minus ſecedit.

Cap. X. [De uvis paſſis.] Uvae paſſae cum aliis uvis eandem habent rationem, quam caricae cum ficubus; multae enim fiunt dulces, acerbae autem omnino paucae; plurimae vero ex dulci et auſtera qualitate ſunt mixtae; quanquam dulces nonnihil quoque auſterae qualitatis habent, et auſterae dulcedinis. Caeterum ut dulces temperamento ſunt calidiore, ita auſterae frigidiore. Ad hoc auſterae ſtomachum roborant et ventrem conſtipant, et his multo magis acerbae; mediam autem quodammodo inter ipſas conſtitutionem dulces obtinent, ut quae nec ſtomachum diſſolvant, nec alvum ſubducant. Dulcibus ta-

Ed. Chart. VI. [343. 344.] Ed. Baſ. IV. (323.)

ὑπάγουσαι τὴν γαστέρα. τό γε μὴν ἐπικεραστικὸν ὑπάρχει ταῖς γλυκείαις ἀεὶ, καθάπερ καὶ τὸ μετρίως ῥυπτικὸν, ὥστ' ἐξ ἀμφοτέρων τῶν δυνάμεων τὰς μικρὰς κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, ὅνπερ καὶ στόμαχον ὀνομάζομεν, ἀμβλύνουσιν δήξεις· ὡς αἵ γε μείζους τῶν δήξεων εὔδηλον ὅτι γενναιοτέρων χρῄζουσι βοηθημάτων. ἀμείνους δ' ἐν ταῖς σταφίσιν αἱ λιπαραί τε καὶ τὸν οἷον φλοιὸν ἔχουσαι λεπτόν. ἔνιοι δὲ καλῶς ποιοῦντες ἐκ τῶν γλυκειῶν τῶν μεγάλων, οἷαί πέρ εἰσιν αἱ Σκυβελίτιδες, πρὶν ἐσθίειν, ἐξαιροῦσι τὰ γίγαρτα. χρονισθεῖσαι γοῦν καὶ αὗται σκληρὸν ἔχουσι καὶ παχὺ τὸ δέρμα, καὶ χρὴ προδιαβρέχειν αὐτὰς ἐν ὕδατι· καὶ γάρ τοι καὶ τὸ γίγαρτον ἑτοιμότερον οὕτως ἐξαιρεῖται. ἔμπαλιν δὲ ταύταις ἕτεραί τινές εἰσιν στερεαὶ καὶ παχεῖαι, γίγαρτον ὅλως οὐδὲν ἔχουσαι. γεννῶνται δ' αὗται μὲν ἐν Κιλικίᾳ, τὴν χροιὰν ὑπόξανθοι, κατὰ δὲ τὴν Παμφυλίαν αἵ τε Σκυβελίτιδες καὶ αἱ μέλαιναι τὸ χρῶμα. μέγισται μὲν οὖν, ὡς ἔφην, αὗται, μικρόταται δὲ αἱ πυῤῥαὶ ἐν [344] Κιλικίᾳ, γινομένων γε καὶ ἄλλων ἐν Κιλικίᾳ μελαινῶν σταφίδων μέσων τὸ μέγεθος,

men ut vis quaedam ſemper ineſt contemperandi, ita et mediocriter detergendi; quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quae os ventriculi infeſtant (quod et ſtomachum appellamus), obtundunt. Perſpicuum enim eſt, quod mordicationes majores valentiora poſtulant remedia. Inter paſſas autem praeſtantiores ſunt, quae tum pingues ſunt, tum corticem habent tenuem. Nonnulli autem et recte ſane e dulcibus grandibusque (quales ſunt Scybelitides), priusquam mandant, ſemina eximunt; quae et ipſae inveteratae cutim duram craſſamque habent, easque prius in aqua coguntur macerare, et ſemen ipſum facilius ſic eximitur. Aliae quaedam ſunt his contrariae, ſolidae et craſſae, quae nullum prorſus ſemen habent: creſcunt hae in Cilicia, colore ſubflavo. In Pamphylia autem Scybeliticae et colore nigrae, quae, ut dixi, ſunt maximae; minimae autem in Cilicia fulvae proveniunt. Aliae praeter has in Cilicia naſcuntur, colore nigro, magnitu-

Ed. Chart. VI. [344.] Ed. Baſ. IV. (325.)

ὥσπερ κατ᾽ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Λιβύῃ. κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ποικίλον εἶδος ἀσταφίδων μέσων τὸ μέγεθος γεννᾶται· καὶ γὰρ ὑπόξανθοι καὶ μέλαιναι καὶ γλυκεῖαι καὶ ὑπαύστηροι φαίνονται. κατὰ μέντοι τὰς ψυχρὰς χώρας οὐδὲ σταφυλαὶ τελέως πεπαίνονται, μήτι γε τῶν ἀσταφίδων τινὲς, ὅθεν ἐπεμβάλλουσι τοῖς οἴνοις ῥητίνην, ὅπως μὴ ταχέως ὀξυνθῶσιν. ἡ μὲν οὖν κατὰ χροιὰν διαφορὰ τῶν σταφίδων ὡς πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῶν οὐδὲν συντελεῖ, καθάπερ οὐδὲ ἡ κατὰ μέγεθος· ἡ δὲ κατὰ τὴν γευστὴν ποιότητα τὸ σύμπαν δύναται, καὶ ταύτῃ μόνῃ προσέχων τὸν νοῦν, ἐπὶ τίνων δεῖ χρῆσθαι καὶ καθ᾽ ὅντινα καιρὸν, εὑρήσεις, ὡς προείρηται. τροφὴ δ᾽ ἐκ τῶν ἀσταφίδων ἀναδίδοται τῷ σώματι παραπλησία κατὰ τὴν ποιότητα ταῖς ἀσταφίσιν αὐταῖς· γλυκεῖα μὲν οὖν ἐκ τῶν γλυκειῶν, αὐστηρὰ δ᾽ ἐκ τῶν αὐστηρῶν, μικτὴ δ᾽ ἐκ τῶν ἀμφοτέρας ἐχουσῶν τὰς ποιότητας· τῇ δὲ ποσότητι πλείων μὲν ἐκ τῶν λιπαρῶν τε καὶ γλυκειῶν, ἐλάττων δ᾽ ἐκ τῶν αὐστηρῶν τε καὶ ἀλιπῶν. εἰ δὲ τὸν ἴσον ὄγκον ἀσταφίδος λιπαρᾶς γλυκείας ἐκγεγιγαρτισμένης πα-

dine mediae, quemadmodum et apud alias plerasque gentes, potiſſimum in Libya. In Aſia autem variae paſſarum ſpecies mediocri magnitudine proveniunt; etenim quaedam ſubflavae, aliae nigrae, aliae dulces, et aliae ſubauſterae cernuntur. Porro in frigidis regionibus ne uvae quidem ipſae maturari exquiſite queunt, nedum paſſarum quaepiam; quapropter reſinam vinis immittunt, ne celeriter aceſcant. Porro quemadmodum paſſarum differentia, quae a colore ſumitur, nihil ad paſſarum facultatem confert, ita nec magnitudo; ſola autem qualitatis, quae guſtui ineſt, differentia poteſt omnia; cui ſoli intentus invenies, ut ante diximus, et in quibus, et quo tempore uti conveniat. Alimentum ex paſſis tale qualitate in corpus diſtribuitur, qualis ipſarum natura fuerit, dulce ex dulcibus, auſterum ex auſteris, mixtum ex iis, quae utriusque qualitatis ſunt participes; quantitate vero copioſius ex pinguibus ac dulcibus, parcius ex auſteris et macris. Quod ſi paſſarum pinguium ac dulcium, a quibus ſemi-

Ed. Chart. VI. [544.] Ed. Baſ. IV. (323.)

ραβάλλοις ὄγκῳ ῥαγῶν ἴσῳ, μᾶλλον τροφιμωτέρας εὑρήσεις τὰς σταφίδας. ἧττον μὲν οὖν ἰσχάδων αἱ τοιαῦται τὸ ὑπακτικὸν ἔχουσι καὶ τὸ ῥυπτικὸν, εὐστομαχώτεραι δ' εἰσὶν τῶν ἰσχάδων.

Κεφ. ια'. [Περὶ συκαμίνων, ἃ καὶ μόρα καλοῦσι.] Οὐ τοῖς Ἀττικίζειν ἐν τῇ φωνῇ προῃρημένοις γράφεται ταῦτα, (τάχα γὰρ οὐδὲ ἀναγνῶναί τις αὐτὰ βουλήσεται καταφρονῶν ὑγιείας σώματος, ὥσπερ καὶ ψυχῆς,) ἀλλ' ἰατροῖς μὲν μάλιστα, μὴ πάνυ τι φροντίζουσιν Ἀττικισμοῦ, ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι ζῶσιν, ὡς λογικὰ ζῶα, πρὸ τῆς τιμῆς καὶ δόξης καὶ πλούτου καὶ δυνάμεως πολιτικῆς ἐπιμελεῖσθαι προῃρημένοι σώματος καὶ ψυχῆς. οὗτοι γὰρ οἶδ' ὅτι τὴν μὲν Ἀθηναίων φωνὴν οὐδὲν ἡγοῦνται τιμιωτέραν τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὑγείαν δὲ σώματος ἀξιολογώτερόν τι εἶναι νομίζουσι πρᾶγμα τῷ κατὰ φύσιν βιοῦν ἐσπουδακότι. τούτοις οὖν εἰδὼς ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι τὸν λόγον τὸν ἀσφαλέστερον, ἃ γιγνώσκουσιν ὀνόματα γράψω, κἂν μὴ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν ἧ συνήθη. τὸ μὲν οὖν τῶν

na fuerint exempta, parem molem cum pari uvarum mole contuleris, paſſas valentius nutrire deprehendes. Hujusmodi ſane ut minus, quam caricae, ſubducant abſtergantque, magis tamen, quam illae, ſtomachum juvant.

Cap. XI. [De ſycaminis, quae et mora appellant.] Non haec Attici ſermonis affectatoribus ſcribimus, (fortaſſe enim ne legere quidem ipſa dignarentur, corporis ſimul et animi ſanitatem pro nihilo ducentes,) ſed medicis quidem, qui de Atticismo non magnopere laborant, tum autem et aliis, qui ut animalia ratione praedita viventes honorem, gloriam, divitias et auctoritatem inter cives corporis et animi valetudini poſtponunt. Certo enim ſcio, hos linguam Atticorum nihilo pluris quam caeterorum hominum aeſtimare, corporis vero ſanitatem praeſtantius quiddam ducere ac dignius ei homini, qui vivere ſecundum naturam ſtuduerit. Quum igitur intelligam, ſermonem ſimpliciorem iis eſſe utiliorem, nominibus utar, quae ipſi intelligant, etiamſi vetuſtis Graecis non

Ed. Chart. VI. [344.] Ed. Baſ. IV. (323. 324.)

μόρων ὄνομα γνώριμόν πώς ἐστι τοῖς πολλοῖς, εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ γοῦν διὰ τὸ (324) στοματικὸν φάρμακον, ὃ διὰ μόρων ὀνομάζεται, χυλὸν ἔχον αὐτῶν· ἐνίας δὲ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων ὀπωρῶν ἀγνοοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅπως ὠνόμαζον οἱ πρὸ ἑξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναῖοι. τοὺς μὲν γὰρ νῦν ὁρῶσιν οὐδέν τι διαφορώτερον τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἕκαστον τῶν καρπῶν ὀνομάζοντας, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρα συκάμινα καλοῦντας οὐδὲν ἧττον, ἢ τὰ μόρα καὶ τὰ περσικὰ καὶ τὰ κάρυα καὶ τὰ πρεκόκκια καὶ τὰ ἄλλα ἁπλῶς, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν. οὐδὲ γὰρ βλαβήσονταί τι τὰς παλαιοτάτας προσηγορίας ἀγνοοῦντες, ἂν γιγνώσκωσι τὰς δυνάμεις αὐτῶν. ἄμεινον γάρ ἐστιν ἐπίστασθαι, τῶν ἐπὶ τὴν διαχώρησιν ὁρμώντων ἐδεσμάτων ὕστερα μὲν χρῆναι τὰ βραδύπορα λαμβάνειν, ἁπάντων δὲ πρῶτα τὰ διεξερχόμενα μὲν ταχέως, διαφθειρόμενα δὲ, εἰ χρονίσειεν ἐν τῇ γαστρὶ, τοῦ τὰς προσηγορίας αὐτῶν ἐγνωκέναι, οὐ μὴν

ſint conſueta. Mororum igitur nomen vulgo eſt cognitum, ſi non alia de cauſa, ſaltem ob medicamentum ad oris affectus utile, quod διὰ μόρων appellatur, quod eorum ſuccum recipiat. Quosdam autem ex fructibus autumnalibus, quos deinceps recenſebimus, plerique homines ignorant, quo nomine ante annos ſexcentos ab Athenienſibus fuerint appellati; animadvertunt enim, hujus tempeſtatis Athenienſes fructus omnes non alio nomine appellare, quam quo reliqui Graeci appellant, ſed et mora ipſa ſycamina nihilominus quam mora nominare, item perſica, nuces, praecocia, ac in ſumma reliqua omnia pro aliorum Graecorum conſuetudine: neque enim detrimenti quicquam ipſis ex vetuſtarum appellationum ignoratione accidet, ſi facultates ipſorum exploratas habuerint. Satius enim fuerit ſcire, ex iis cibis, qui ad excretionem incitant, poſteriores quidem ſumendos, qui tarde permeant, omnium autem primos, qui celeriter quidem pervadunt, corrumpuntur tamen, ſi in ventriculo morentur diutius, quam ipſorum nomenclaturas noſſe. Non

Ed. Chart. VI. [344. 345.] Ed. Baſ. IV. (324.)

ρὐδ' ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσι παντάπασιν οἱ ἄνθρωποι τὴν τάξιν τῶν ἐσθιομένων [345] αὐτοῖς, θεώμεθα γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τῶν πλείστων ἐδεσμάτων φυλάττοντας αὐτήν. προλαμβάνουσι μέντοι γε ῥαφανίδας ἐλαίας τε καὶ τῆλιν ἐκ γάρου, καὶ μετὰ ταῦτα μαλάχας τε καὶ τεῦτλα καὶ ἄλλα τοιαῦτα λάχανα μετ' ἐλαίου τε καὶ γάρου. τῶν μὲν γὰρ ὁσημέραι παρασκευαζομένων αὐτοῖς εἰς ἐδωδὴν ἡ μακρὰ πεῖρα διδάσκαλος γίγνεται τῆς δυνάμεως, εἰ καὶ μικρὸν ἔχοιεν φρενῶν· ὅσα δὲ διὰ χρόνου πολλοῦ εἰς πεῖραν ἔρχεται, μόνοις τοῖς ἐπιμελέσιν παραφυλάττεται καὶ μνημονεύεται. τὰ τοίνυν συκάμινα καθαρὰ μὲν ἐμπεσόντα τῇ γαστρὶ καὶ πρῶτα ληφθέντα διεξέρχεται τάχιστα, καὶ τοῖς ἄλλοις σιτίοις ὑφηγεῖται· δεύτερα δὲ ἐφ' ἑτέροις ἢ καὶ χυμὸν εὑρόντα μοχθηρὸν ἐν αὐτῇ συνδιαφθείρεται τάχιστα καὶ τοῖς ἄλλοις σιτίοις, διαφθορὰν ἀλλόκοτόν τινα καὶ οὐ ῥητὴν ἔχοντα ταῖς κολοκύνθαις ὁμοίως. ἀβλαβέστερα γὰρ πάντα ταῦτα τῶν ὡραίων ἐδεσμάτων, ὅταν μὴ διαφθαρέντα ταχέως ὑποχωρήσῃ· ἢν δὲ μή, μοχθηρὰν ἴσχει

tamen omnino ignorare homines mihi videntur, qui ordo in iis, quae mandunt, ſibi ſit ſervandus, quandoquidem ipſos videas in plurimis cibariis eum ſervare. Prius enim ſumunt radiculas, olivas et foenum Graecum ex garo; poſt haec malvas, betam et alia id genus olera cum oleo et garo. Etenim ſi vel tantillum mentis habeant, diuturna experientia docet eos facultates eorum, quae quotidie ad eſcam ſibi praeparant; quorum vero multo intervallo uſus atque experientia incidit, ea ſoli homines ſolertes obſervant ac memoriae mandant. Sycamina igitur celerrime pertranſeunt, cibisque aliis praeeunt, ſi in ventriculum purum inciderint, et ſumpta primis epulis fuerint: quod ſi ſumpta poſt alios cibos fuerint, aut etiam pravum ſuccum in ventriculo offenderint, celerrime una cum aliis cibis corrumpuntur novo quodam corruptionis genere, et quod verbis explicari nequeat, ut in cucurbitis accidit. Omnia enim haec, ſi modo celeriter incorrupta ſubſederint, cibis fugacibus minus ſunt noxia; ſin minus, corrumpuntur non aliter, quam pepones, quamquam hi

Ed. Chart. VI. [345.] Ed. Baſ. IV. (324.)

διαφθορὰν ὁμοίως τοῖς πέποσι, καίτοι κἀκεῖνοι ταχέως ὑπελθόντες οὐδὲν μέγα βλάπτουσιν. καιρὸς δὲ τῆς χρήσεως, ὥσπερ τοῖς πέποσιν, οὕτω καὶ τοῖς μόροις, ὅταν αὐχμηρὸν καὶ θερμὸν γένηται τὸ τῆς γαστρὸς σῶμα· τοιοῦτον γάρ πως ἀναγκαῖόν ἐστι τηνικαῦτα καὶ τὸ ἧπαρ εἶναι. τῇ μὲν οὖν κολοκύνθῃ καὶ τῷ σικύῳ τῷ ἤδη πέπονι καὶ πρὶν πεπανθῆναι, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ μηλοπέπονι στυφούσης οὐ μέτεστι ποιότητος· ἐν δὲ τοῖς συκαμίνοις, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ μὴ πάνυ πέπειρα, σαφὴς ἐστὶν ἡ τοιαύτη ποιότης, ἀωροτέροις δὲ οὖσιν καὶ ἡ ὀξεῖα. καί τινες αὐτὰ καθαιροῦντες ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ ξηραίνοντες ἀποτίθενται φάρμακον ἐσόμενον αὐτοῖς ἀγαθὸν εἰς δυσεντερίας τε καὶ διαῤῥοίας χρονίας ἴασιν. ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἡμῖν περὶ δυνάμεως φαρμάκων διεξέρχεσθαι. πάλιν οὖν ὅσα τοῖς συκαμίνοις ὡς τροφῇ δρᾷν ὑπάρχει λέγωμεν. ὅτι μὲν ὑπέρχεται ῥᾳδίως, εἴρηται, τάχα μὲν τῷ τῆς οὐσίας ὑγρῷ τε καὶ ὀλισθηρῷ μόνῳ, τάχα δὲ καί τινος ἐπιμιξίᾳ ποιότητος δριμυτέρας, ἐρεθίζειν εἰς ἔκκρισιν

quoque, ſi celeriter ſubducantur, nullam magnam noxam afferunt. Tempus autem utendi, ut peponibus, ita et moris eſt, quum corpus ventriculi ſquállore aeſtuat, quo tempore neceſſe quodammodo eſt hepati quoque idem accidere. Cucurbitae quidem et cucumeri tum maturo tum ante maturitatem, ad haec et melopeponi nulla adſtringens qualitas ineſt, ſycaminis vero, et potiſſimum quum nondum admodum maturuerint, qualitas ejusmodi conſpicue ineſt, immaturioribus autem ineſt ſimul et acida. Proinde nonnulli ab arbore ipſa detrahentes ac ſiccantes reponunt, medicamentum ad dyſenteriae ac diuturnae diarrhoeae curationem utile ſibi futurum. At nunc nobis non eſt propoſitum medicamentorum facultates exponere. Rurſus igitur ea repetamus, quae ſycamina ipſa, ut alimentum, poſſunt agere. Quod quidem celeriter ſubducantur, dictum nobis prius fuit; quod eis accidit forte propter ſolam ſubſtantiae humiditatem ac lubricitatem, forte etiam propter admixtam qualitatem quandam acriorem, quae dejectioni excitandae ſatis eſſe poſſit, quando-

Ed. Chart. VI. [345.] Ed. Baſ. IV. (324.)

ἱκανῆς, ὡς ἥ γε στύφουσα ποιότης οὐ μόνον οὐδὲν ὀνίνησιν εἰς ὑποχώρησιν, ἀλλὰ καὶ στεγνοῦν πέφυκεν. ὅτι δὲ ἐναντίων δυνάμεων οὐκ ὀλίγα μετέσχηκεν σώματα, μεμάθηκας ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ὑπομνήμασι. τεκμαίρομαι τοίνυν, τὰ μόρα δύναμιν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τοιαύτην βραχεῖαν, ὁποία τοῖς καθαρτικοῖς μεγάλη ὑπάρχει, δι' ἣν οὐ μόνον ὑποχωρεῖ ῥᾳδίως, ἀλλὰ καὶ διαφθείρεται χρονίσαντα κατὰ τὴν γαστέρα. καὶ μὴ διαφθαρέντα, ὡς ἔφην, ὑγραίνει μὲν πάντως, ψύχει δὲ οὐ πάντως, εἰ μὴ ψυχρὰ ληφθείη. τροφὴν δ' ἐλαχίστην δίδωσι τῷ σώματι, παραπλησίως τοῖς πέπονσιν, οὐ μὴν ἐμετικόν γέ τι πρόσεστιν αὐτοῖς οὐδὲ κακοστόμαχον, ὡς ἐκείνοις.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ κερασίων.] Τῶν κερασίων ἔνια μὲν ἔοικε τοῖς μόροις, ἐλαχίστην ἔχοντα στύψιν, ἔνια δὲ τοῖς βατίνοις, σαφέστερον στύφοντα, τινὰ δὲ καὶ τούτων ἐστὶ στυπτικώτερα. ὥστε καὶ περὶ τῆς δυνάμεως ἑκάστου τῶν εἰρημέ-

quidem qnalitas adſtringens non modo ad ſubductionem nihil confert, verum etiam ſuapte natura ventrem conſtipat. Didiciſti autem ex commentariis de ſimplicium medicamentorum facultatibus, pleraque eſſe corpora, quae facultates habeant contrarias. Conjector igitur, mora exiguam in ſe ipſis habere facultatem ejusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus ineſt, cujus cauſa non modo facile ſecedunt, ſed corrumpuntur etiam, ſi diu in ventre manſerint. Quod ſi corrupta (ut dixi) non fuerint, omnino quidem humectant, non tamen omnino refrigerant, niſi ſumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori praebent minimum, quomodo pepones, non tamen ut ii vomitum excitant, neque ſtomachum laedunt.

Cap. XII. [De ceraſiis.] Ex ceraſiis quaedam ſunt, quae moris ſunt ſimilia, cujusmodi ſunt ea, quae minimam habent adſtrictionem, alia ruborum fructui, ut ea, quae evidentius adſtringunt, quaedam autem ſunt, quae vel valentius iis adſtringant. Proinde memoratae cujus-

Ed. Chart. VI. [345. 346.] Ed. Baſ. IV. (324.)

νων εἰδῶν ἐκ τῶν λεγομένων ἐπὶ συκαμίνοις τε καὶ βατίνοις ἔνεστί σοι τεκμήρασθαι.

Κεφ. ιγ'. [346] [Περὶ τῶν τοῦ βάτου καρπῶν.] Τὸν τῶν βάτων καρπὸν ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι βάτινον, καθάπερ μόρα τε καὶ συκάμινα· καλοῦσι γὰρ ἑκατέρως αὐτά. ἔστι δὲ στυπτικώτερα τὰ βάτινα τῶν μόρων, κἂν πολλά τις αὐτὰ προσενέγκηται, κεφαλαλγήσει· τινὲς δὲ καὶ στόμαχον ἀνιῶνται. διὸ χρὴ καλῶς ἐκπλύνειν, πρὶν ἐπιχειρεῖν προσφέρεσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον, ὅπερ οὐχ ἥκιστα κἀπὶ τῶν συκαμίνων ἐστὶ ποιητέον. οὐ μὴν ὑπάγει γε τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέχει, κἂν ἀωρότερά τις αὐτὰ ξηράνας ἀπόθηται, πολὺ μᾶλλον ἐφεκτικὰ γίνονται. πάντα γε μὴν ὅσα διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν μόρων σκευάζεται φάρμακα καὶ διὰ τούτων γενόμενα δραστικωτέραν ἔχει τὴν δύναμιν.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ τῶν τοῦ κυνοσβάτου καρπῶν.] Ὁ τῶν κυνοσβάτων καρπὸς μακρῷ στυπτικώτερός ἐστι τοῦ τῶν βάτων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς γαστρός ἐστιν ἐφεκτικώτερος.

que ſpeciei facultatem ex iis, quae de ſycaminis et rubi fructibus diximus, potes colligere.

Cap. XIII. [De rubi fructibus.] Ruborum fructum homines apud nos batinum appellant, quemadmodum mora et ſycamina; utroque enim modo ipſa nominant. Sunt autem batina, quam mora, magis adſtringentia, et ſi quis largius iis veſcatur, capitis dolorem ſentiet; alii vero et ſtomacho anguntur. Proinde fructum hunc abluamus oportet, priusquam mandere ipſum aggrediamur; quod maxime in ſycaminis quoque eſt faciendum. Non tamen ventrem ſubducunt, ſed potius cohibent, et ſi quis immatura ipſa prius ſiccata repoſuerit, multo etiam magis cohibebunt. Omnia tamen medicamenta, quae ex mororum ſucco parantur, ſi facta ex iis quoque fuerint, facultatem habebunt efficaciorem.

Cap. XIV. [De fructibus canirubi.] Fructus canirubi multo magis, quam ruborum, adſtringit, ob eamque cauſam ventrem magis cohibet. Veſcuntur autem ipſo

Ed. Chart. VI. [346.] Ed. Baſ. IV. (324.)

ἐσθίουσι δ' οὖν αὐτὸν οἱ ἄγροικοι πολλάκις ὀλίγην τροφὴν διδόντα τῷ σώματι καὶ καλοῦσι κυνόσβατον.

Κεφ. ιέ. [Περὶ τῶν τῆς ἀρκεύθου καρπῶν.] Τὸν τῆς ἀρκεύθου καρπὸν ἀρκευθίδας ὀνομάζουσι, δριμέα ἱκανῶς ὄντα μετὰ βραχείας γλυκύτητος, ἔτι τε βραχυτέρας στύψεως· ἔχει δέ τι καὶ ἀρωματίζον. εὔδηλον οὖν, ὅτι θερμαίνει μὲν καὶ διὰ τὴν δριμύτητα, (πᾶν γὰρ ἐδείχθη τὸ δριμὺ θερμαῖνον,) οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὴν ὀσμὴν καὶ γεῦσιν ἀρωματιζούσας, πᾶν γὰρ ἄρωμα θερμόν. ἐκκαθαίρει δὲ καὶ τὰ καθ' ἧπαρ τε καὶ νεφροὺς, καὶ δηλονότι λεπτύνει τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμούς· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑγιεινοῖς φαρμάκοις μίγνυται. τροφὴ δὲ ἐξ αὐτοῦ βραχεῖα τῷ τῶν ἀνθρώπων σώματι προστίθεται. πολλὰς δὲ εἴ τις αὐτὰς προσενέγκαιτο, δάκνουσί τε τὸν στόμαχον καὶ τὴν κεφαλὴν θερμαίνουσι, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ πληροῦσιν ἐνίοτε καὶ ὀδυνώδη ποιοῦσι. διαχώρησιν δὲ κατὰ τὴν κοιλίαν οὔτ' ἐπέχουσιν, οὔτε προτρέπουσιν, οὖρα μέντοι κινοῦσι μετρίως.

frequenter ruſtici, exiguum alimentum corpori ſuggerente, vocantque canirubum.

Cap. XV. [De fructibus juniperi.] Fructus juniperi, qui ἀρκευθὶς dicitur, acris eſt admodum cum exigua dulcedine, et minori praeterea adſtrictione, habet autem et aromaticum quiddam. Perſpicuum igitur eſt, quod calefacit quidem tum propter acrimoniam, (demonſtratum enim eſt, acria omnia calefacere,) tum autem maxime propter odorem ac guſtum aromatibus aſſimiles, omnia enim aromata calida. Hepar autem et renes purgat, et ſuccos craſſos ac lentos videlicet tenuat, unde medicamentis ſalubribus admiſceetur. Alimentum autem ex ipſo exiguum corpori hominum accedit. Quod ſi quis ipſum largius ſumpſerit, ſtomachum mordet, et caput calefacit, ob idque ipſum nonnunquam replet doloribusque infeſtat. Ventris dejectionem nec proritat, nec cohibet, urinas tamen mediocriter ciet.

Ed. Chart. VI. [346. 347.] Ed. Baſ. IV. (324. 325)

Κεφ. ισ΄. [Περὶ τῶν τοῦ κέδρου καρπῶν.] Κεδρίδας ὀνομάζουσι τὸν τοῦ κέδρου καρπὸν, ὁμοίας μὲν οὔσας ταῖς ἀρκευθίσιν κατά τε χρόαν καὶ σχῆμα, (καὶ γὰρ ὑπόξανθοι καὶ στρογγύλαι,) διαφέρουσι δὲ τῇ δριμύτητι. κινδυνεύει γὰρ ἤδη τοῦ γένους τῶν φαρμάκων ὁ (325) καρπὸς οὗτος ὑπάρχειν, οὐδεμίαν τροφὴν τῷ σώματι διδοὺς, πλὴν εἴ τις αὐτὰς ἀποβρέξει ἐν ὕδατι. κοινὸν γὰρ τοῦτο πάντων τῶν δριμέων, ὥστε βραχεῖαν τροφὴν διδόναι τῷ σώματι, τῆς δριμύτητος αὐτῶν ἐκλυθείσης. καὶ μέντοι καὶ σκληρότερός τε καὶ ξηρότερός ἐστιν ὁ τῶν κέδρων καρπὸς τοῦ τῶν ἀρκεύθων, ὥσπερ ἀμέλει καὶ μικρότερος, οὐδὲν τὸ ἀρωματίζον ὁμοίως ἔχων. εὔδηλον οὖν, ὅτι δακνώδης τέ ἐστιν ἱκανῶς τοῦ στομάχου, καὶ κεφαλαλγὴς, εἰ μὴ πάνυ τις ὀλίγον αὐτὸν προσενέγκαιτο.

Κεφ. ιζ΄. [347] [Περὶ τοῦ τῶν κώνων καρποῦ.] Εὔχυμος καὶ παχύχυμος καὶ τρόφιμός ἐστιν ὁ τοῦ κώνου καρπὸς, οὐ μὴν εὔπεπτος. καλοῦσι δὲ οἱ νῦν Ἕλληνες οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς.

Cap. XVI. [De fructibus cedri.] Fructus cedri, qui κεδρὶς dicitur, colore quidem et figura fructui juniperi eſt ſimilis, (ſubflavus enim eſt ac rotundus,) diſſidet autem ab eo acrimonia. Nec multum abeſt, quin fructus hic ex genere ſit medicamentorum, quum nullum praebeat corpori alimentum, niſi quis aqua ipſum macerarit. Omnibus enim acribus id eſt commune, ut, ſoluta ipſorum acrimonia, exiguum alimentum corpori praebeant. Quin etiam cedrorum fructus, ut fructu juniperi durior eſt ac ſiccior, ita profecto exilior, nihil ut ille habens aromaticum. Perſpicuum autem eſt, quod et ſtomachum valde mordicat, et capiti dolorem infert, niſi quis ipſum parciſſime ſumpſerit.

Cap. XVII. [De nuce pinea.] Nux pinea boni ac craſſi eſt ſucci, multumque nutrit, non tamen facile coquitur. Appellant autem nunc Graeci ipſam non κῶνον, ſed στρόβιλον.

Ed. Chart. VI. [547.] Ed. Baſ. IV. (325.)

Κεφ. ιή. [Περὶ τοῦ τῶν μυρρίνων καρποῦ.] Μύρτα καλοῦσι τὸν καρπὸν τοῦτον οἱ Ἕλληνες, ὁμοίως μὲν ἄτροφον ὄντα τῷ τῶν ἀρκεύθων, ἐναντίαν δὲ δύναμιν ἔχοντα. στύφει γὰρ ἱκανῶς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν κοιλίαν ἐπέχει. οὐ μὴν ἀνάλογόν γε τῇ στύψει ψυχρός ἐστι τὴν δύναμιν, ὅτι μηδὲ μόνην ἔχει τὴν στύψιν, ἀλλά τι καὶ δριμύτητος αὐτῇ μέμικται. κοινὸν δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐδέσμασιν, ὅσα φαρμακώδη ἔχει τινὰ ποιότητα σφοδρὰν, ὅταν ἀπόθηται ταύτην ἑψήσεσιν, ἢ ὀπτήσεσιν, ἢ τέγξεσιν, ὀλίγην τροφὴν διδόναι τῷ σώματι, πρότερον οὐδ' ὅλως διδόντα· ταὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ κρομμύοις καὶ πράσοις συμβέβηκεν.

Κεφ. ιθ'. [Περὶ περσικῶν.] Εἴτε μῆλα καλεῖν ἐθέλεις περσικὰ τὸν καρπὸν τοῦτον, εἴθ' ἁπλῶς περσικὰ τοῖς νῦν Ἕλλησιν ὡσαύτως, εἴτ' ἄλλο τι βούλει παλαιὸν ὄνομα ζητεῖν ἐπ' αὐτοῖς, ἔξεστί σοι τοῦτο πράττειν μετὰ πολλῆς σχολῆς. ἤδη δὲ ἴσθι τὸ τῶν ὀνομάτων χρησιμώτερον, ὡς καὶ τούτων ὁ χυλός τε καὶ οἷον σὰρξ εὔφθαρτός τέ ἐστι καὶ

Cap. XVIII. [De fructu myrti.] Graeci fructum hunc μύρτα nominant, nutritque tenuiter aeque, ac fructus juniperi, facultatem tamen habet contrariam, quandoquidem valenter adſtringit, et ob id ipſum alvum ſiſtit, non tamen pro ratione adſtrictionis frigidus facultate eſt, propterea quod adſtrictionem habet non ſolam, ſed acrimonia etiam quadam permixtam. Porro cibis omnibus, qui qualitatem medicamentoſam habent vehementem, eſt commune, ut, quum eam qualitatem elixatione, aut aſſatione, aut maceratione depoſuerint, exiguum corpori dent alimentum, prius autem prorſus non nutriant: id enim ipſum et caepis et porris accidit.

Cap. XIX. [De perſicis.] Fructum hunc ſive mala perſica, ſive (ut Graecis nunc mos eſt) ſimpliciter perſica appellare velis, ſive aliud quoddam vetus nomen praeter haec veſtigare, potes id per magnum otium facere. Nunc autem diſcas, quod nominibus ipſis erit utilius, quod ſcilicet ipſorum ſuccus et veluti caro facile corrumpitur,

Ed. Chart. VI. [347.] Ed. Baſ. IV. (325.)

πάντη μοχθηρά. ὥστε οὐ χρὴ, καθάπερ ἔνιοι, τελευταῖα τῆς ἄλλης τροφῆς αὐτὰ προσφέρεσθαι· διαφθείρεται γὰρ ἐπιπολάζοντα. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ τοῦδε, κοινοῦ πάντων ὄντος· ὅσα κακόχυμα μὲν, ὑγρὰ δὲ καὶ ὀλισθηρὰ, καὶ ῥᾳδίως ὑπιέναι δυνάμενα, διὰ τοῦτο ἐσθίειν αὐτὰ πρότερον τῶν ἄλλων· οὕτω γὰρ αὐτὰ ταχέως ὑπέρχεται κἀκείνοις ποδηγεῖ· τὰ ὕστατα ληφθέντα συνδιαφθείρει καὶ τὰ ἄλλα.

Κεφ. κ'. [Περὶ Ἀρμενιακῶν καὶ πρεκοκκίων.] Ἐν τῷ περσικῶν γένει καὶ ταῦτ' ἐστὶ διαφοράν τινα αὐτῶν ἔχοντα πρὸς τὸ βέλτιον· οὔτε γὰρ ὁμοίως διαφθείρεται κατὰ τὴν κοιλίαν, οὔτ' ὀξύνεται. φαίνεται δὲ τοῖς πολλοῖς ἡδίω, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εὐστομαχώτερα· τούτοις γὰρ τἆλλα ὁμοίως. ἡδέσι δὲ τοῦθ' ὑπάρχει πᾶσιν, ὥσπερ τοῖς ἀηδέσιν ὑπτιάζειν τε καὶ ἀνατρέπειν τὴν γαστέρα καὶ πρὸς ἔμετον ἐρεθίζειν, ὀρεγομένην ὅτι τάχιστα τὸ λυποῦν ἀπορρίψαι. καὶ τοίνυν καὶ ποιεῖ τοῦτο κατὰ τὴν ῥοπὴν τῶν λυπούντων. ὅσα μὲν γὰρ κάτω ῥέπει, ταύτῃ διωθεῖ, τὰ δ' ἐπιπολάζοντα δι' ἐμέ-

pravaque omnino eſt. Quocirca (quod quidam facere ſolent) non ſunt poſt alios cibos mandenda, corrumpuntur enim in ſuperficie natantia. Sed in omnibus, quae pravi quidem ſunt ſucci, verum humida ſunt ac lubrica, et quae ſubduci facile queant, id communiter tenendum, ea ob id ipſum ante alios cibos eſſe ſumenda; ita enim fiet, ut citius ſubducantur, et aliis cibis viam muniant; quae ſi ſumpta poſtrema fuerint, una ſecum alia quoque corrumpent.

Cap. XX. [De Armeniacis ac praecocibus.] Haec quoque ex genere ſunt perſicorum, bonitate nonnihil illa ſuperantia; neque enim in ventriculo, ut illa, corrumpuntur, neque aceſcunt, vulgo autem ſuaviora apparent; unde etiam ſtomacho ſunt gratiora; caetera enim illis ſunt ſimilia. Suavibus autem omnibus id ineſt, quemadmodum inſuavibus, ut ventriculum reſupinent ac ſubvertant, et ad vomendum incitent, cupientem quam celerrime, quod infeſtat, abjicere, id quod facit pro momento eorum, quae infeſtant; quae enim vergunt deorſum, ea ipſa expellit; quae vero ſupernatant, per vomitus ejicit; idem facit,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 596 sur 889

Ed. Chart. VI. [347. 348.] Ed. Baſ. IV. (325.)

των ἐκβάλλει, ταὐτὸ τοῦτο κἀπὶ τῶν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν καταῤῥεόντων μοχθηρῶν χυμῶν ἐργαζομένη. καὶ γὰρ καὶ τούτων ὅσοι μὲν εἰς τὴν ἄνω κοιλίαν συῤῥέουσιν, ἐκκενοῦνται δι' ἐμέτων, ὅσοι δ' [348] εἰς τὴν κάτω, διάῤῥοιαν ἐργάζονται. τροφὴ δὲ ὅτι βραχεῖα ταῖς ὀπώραις ἁπάσαις ὑπάρχει, λέλεκται πρόσθεν. ἔστι μὲν οὖν ἀμείνω τὰ πρεκόκκια καλούμενα τῶν Ἀρμενιακῶν. ὅσοι δὲ φεύγουσι τὴν τῶν πρεκοκκίων προσηγορίαν, Ἀρμενιακὰ μῆλα καλοῦσιν ἀμφότερα· τινὲς δὲ Ἀρμένια διὰ τεσσάρων συλλαβῶν, οὐ διὰ πέντε.

Κεφ. κά. [Περὶ μήλων.] Ἔστι μὲν οὐχ ἓν αὐτῶν γένος, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀπίων τε καὶ ῥοιῶν. ἔνια μὲν γὰρ αὐστηρὸν ἔχει χυμὸν, ἔνια δ' ὀξὺν ἢ γλυκὺν, ἔστι δ' ἃ καὶ μικτὸν ἐκ τούτων, ὡς ἅμα τε γλυκέα φαίνεται καὶ στύφοντα, καί τινα ἕτερα μετὰ γλυκύτητος ὀξέα σαφῶς γίνεται, καὶ πρὸς τούτοις ἄλλα στρυφνὰ μετ' ὀξύτητος. εὕροις δ' ἄν ποτε καὶ τῶν τριῶν χυμῶν ἔνια μετέχοντα σαφῶς, ὡς ὀξέα τε φαίνεσθαι καὶ γλυκέα καί τι καὶ στρυφνότητος ἔχειν. ὅτι δὲ μίαν

et quum ſucci pravi ex toto corpore in ipſum decumbunt; etenim qui ex iis in partem ventriculi ſuperiorem confluunt, vomitu vacuantur, qui vero in inferiorem, pariunt diarrhoeam. Porro quod fructus omnes autumnales exigui ſint alimenti, dictum id nobis prius fuit. Praecocia tamen, quae vocant, Armeniacis ſunt praeſtantiora; qui tamen praecocium nomen fugitant, utraque mala Armeniaca appellant, alii vero Armenia per quatuor ſyllabas, non quinque.

Cap. XXI. [De malis.] Genus horum non eſt ſimplex, quomodo neque pirorum, neque punicorum; quaedam enim ſunt, quae ſaporem habent auſterum, alia acidum aut dulcem, nonnulla etiam ex iis mixtum, apparentque et dulcia ſimul et aſtringentia. Praeterea alia quaedam cum dulcedine manifeſtum habent acorem; ad haec alia cum acore acerbitatem. Invenias autem interdum et quae hos tres ſapores ſimul habeant evidentes adeo, ut acida appareant et dulcia, acerbitatisque habeant nonnihil. Perſpicuum autem eſt, quod adſtringens,

Fd. Chart. VI. [348.] Ed. Baſ. IV. (325.)

ἑρμηνεύει ποιότητα τὰ τρία ταῦτα ὀνόματα χυμοῦ, τὸ στύφον καὶ αὐστηρὸν καὶ στρυφνὸν, πρόδηλον· ὅτι δὲ τὰ μὲν στρυφνὰ τῷ μᾶλλον στύφειν διαφέρει τῶν αὐστηρῶν, κοινὸν δ' αὐτῶν γένος ἐστὶ τὸ στύφον, ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἔμαθες, ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν χυμῶν οὐσίας τε καὶ δυνάμεως ὁ λόγος ἐστίν. ἀναμνησθεὶς οὖν ἐκείνων, ὅσα μὲν στύφει μῆλα, ψυχρὸν ἴσθι ἔχειν καὶ γεώδη χυμόν· ὅσα δ' ὀξέα φαίνεται, ψυχρὸν μὲν, ἀλλὰ λεπτομερῆ· μέσης δ' εἶναι κράσεως τὰ γλυκέα, πρὸς τὸ θερμότερον ῥέποντα, καθάπερ τὰ τελέως ἄποια καὶ οἷον ὑδατώδη πρὸς τὸ ψυχρότερον ἐγκεκλιμένα. χρήσῃ τοιγαροῦν κατὰ τὰς τῶν ἐπικρατούντων δυνάμεις χυμῶν τοῖς μὲν αὐστηροῖς μήλοις, ὅταν ἤτοι διὰ δυσκρασίαν θερμὴν ἢ ὑγρότητα πολλὴν ἄτονος ἡ γαστὴρ ὑπάρχῃ, τοῖς στρυφνοῖς δὲ, ὅταν ἱκανῶς αὐξηθῇ ταῦτα, τοῖς δ' ὀξέσιν, ὅταν ὑπολάβῃς ἐν αὐτῇ παχὺν ἠθροῖσθαι χυμὸν, οὐ πάνυ τι ψυχρόν. ὡς ὅ γε ψυχρὸς οὐ τῶν ὀξέων, ἀλλὰ τῶν δριμέων δεῖται· τέμνει μὲν γὰρ ἄμφω πάχος χυμῶν,

auſterum et acerbum, tria haec nomina, ſaporis qualitatem unicam ſignificant. Quod vero acerba quidem in eo ab auſteris differant, quod valentius aſtringant, (commune autem ipſorum genus eſt aſtringens,) ex quarto libro de ſimplicium medicamentorum facultate didiciſti, in quo de ſaporum ſubſtantia ac facultate tractavimus. Memor igitur illorum ſcito, mala quidem, quae aſtringunt, ſuccum habere frigidum ac terreum, quae vero acida apparent, frigidum quidem, verum tenuium eſſe partium, mediae autem temperiei eſſe dulcia, quae tamen ad calidius vergunt, quemadmodum, quae omnis qualitatis ſunt expertia ac veluti aquoſa, ad frigidius inclinant. His igitur uteris pro vincente in ſaporibus facultate; auſteris quidem pomis, quum ventriculus vel propter calidam intemperiem vel multam humiditatem fuerit imbecillus; acerbis autem, quum duo haec aucta admodum fuerint; acidis, quando ſuccum craſſum non magnopere frigidum ſuſpicaberis in ipſo eſſe collectum, quandoquidem ſuccus frigidus non acida ſed acria poſtulat. Utraque certe et acida et acria

Ed. Chart. VI. [348.] Ed. Baſ. IV. (325.)

τά τ' ὀξέα καὶ τὰ δριμέα, διαφέρει δὲ τῷ τὰ μὲν μετὰ ψύξεως, τὰ δὲ μετὰ θερμασίας τοῦτο δρᾶν. εὔδηλον δὲ ἐκ τῶν ἤδη πολλάκις εἰρημένων, ὡς τὰ μὲν στύφοντα τὰς κάτω διαχωρήσεις ἐπέχει διαπαντὸς, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, τὰ δ' ὀξέα, χυμὸν μὲν εὑρόντα παχὺν ἐν τῇ γαστρὶ, τέμνει τε τοῦτον, ὑπάγει τε κάτω καὶ διὰ τοῦτο ὑγραίνει τὰ διαχωρήματα, καθαρὰν δ' εὑρόντα τὴν κοιλίαν, ἐπέχει μᾶλλον αὐτήν. ὁ δὲ γλυκὺς ἄνευ δριμύτητός τε καὶ πάχους, τουτέστιν ἐὰν ἀκριβῶς ᾖ μόνος, ἀναδίδοται μᾶλλον, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, δριμύτητα δ' ἔχων ἢ πάχος ὑπέρχεται μᾶλλον. ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο χυμοῦ γένος, οὐκ ἐν μήλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὃ καλοῦσιν ὑδατῶδές τε καὶ ἄποιον, ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον, ἥκιστα μὲν εὐστόμαχον, ἐν τῷ μέσῳ δέ ὄν ὧν διῆλθον δυνάμεων, ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτό. κακία δ' ἐστὶν ἐν μήλῳ τὸ τοιοῦτον, τῶν ἐπὶ τὴν ἐδωδὴν αὐτοῦ παραγινομένων ἢ δι' ἡδονὴν τοῦτο πραττόντων, ἢ δι' ὠφέλειαν. ὅταν οὖν μήθ' ἡδέα φαγεῖν ἢ τοιαῦτα, μήτε ῥώμην ἐντιθῇ γαστέρι, καθάπερ τὰ στύφοντα, μήτ' ἰσχὺν ῥευ-

ſuccos craſſos incidunt, in eo tamen differunt, quod haec quidem cum calefactione, illa autem cum refrigeratione id praeſtent. Perſpicuum porro ex iis, quae ſaepe jam diximus, eſt, quod adſtringentia quidem, quantum in ipſis eſt, alvi dejectiones ſemper cohibent, acida vero, quum ſuccum craſſum in ventre invenerint, ipſum incidunt ac deorſum ſubducunt, ob idque dejectiones humectant; quod ſi ventrem purum invenerint, ipſum magis ſiſtunt. Porro ſuccus dulcis, quum ſine acrimonia et craſſitie, id eſt, quum ſolus plane fuerit, aptius, quantum in ipſo eſt, diſtribuitur; quod ſi acrimoniam aut craſſitiem habuerit, facilius ſubducitur. Eſt autem et aliud ſucci genus non in pomis modo, verum etiam in aliis omnibus, quod aqueum et qualitatis expers appellant, ut antea quoque diximus, quod ſtomachum quidem minime juvat, in medio autem eſt memoratarum facultatum, quemadmodum et aqua ipſa. Ineſt autem pomo ejusmodi id vitium, quod, quum ad mandendum ipſum aut voluptate aut utilitate adducantur, quando neque guſtu jucundum ipſum, neque, quemadmodum adſtringentia, robur ventri in-

Ed. Chart. VI. [348. 349.] Ed. Baſ. IV. (325. 326.)

μένην, εἰκότως ἀτιμάζεται, καθάπερ καὶ παρ' ἡμῖν γε [349] τῆς Ἀσίας πολλαχόθι τοῖς ὗσὶν αὐτὰ ῥίπτομεν, πλατανίστινα καλοῦντες, ἐπειδὴ παραπλήσιά πώς ἐστι γευόμενα (326) τοῖς ἁπαλοῖς φύλλοις τῶν πλατάνων. φυλάττεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ κάλλιστα τῷ γένει μῆλα, πρὶν ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθῆναι· δύσπεπτα γάρ ἐστι καὶ ψυχρὰ καὶ βραδύπορα καὶ κακόχυμα μετὰ τοῦ καὶ ψυχρὸν καὶ παχὺν ἀτρέμα τὸν χυμὸν ἔχειν. ὅσα δὲ καλῶς πεπανθέντα φυλάττουσιν εἴς τε τὸν χειμῶνα καὶ τὸ μετ' αὐτὸν ἔαρ, ὠφελιμώτατα γίνονται πολλάκις ἐν νόσοις, ἤτοι περιπλασθέντα σταιτὶ, ἢ καὶ κατὰ θερμὴν σποδιὰν ὀπτηθέντα συμμέτρως, ἢ ἐφ' ὕδατος ζέοντος ἀτμῷ καλῶς ἑψηθέντα. διδόναι δ' αὐτὰ χρὴ μετὰ τὴν τροφὴν εὐθέως, ἐνίοτε δὲ καὶ μετ' ἄρτου, ῥώμης τε γαστρὸς ἕνεκα καὶ στομάχου τοῖς ἀνορέκτοις τε καὶ βραδυπεπτοῦσιν, ἐμετικοῖς τε καὶ διαῤῥοϊζομένοις καὶ δυσεντερικοῖς. ἐπιτήδεια δὲ εἰς τοιάνδε χρείαν ἐστὶ τὰ στρυφνά· συμμετρίαν γὰρ ἴσχει τῆς στύψεως, ὡς εἶπον ἄρτι παρασκευασθέντα, τῶν μετρίως αὐστηρῶν ἅπασαν

ducere, neque fluentem ipſum ſiſtere comperiunt, merito contemnunt, quemadmodum et apud nos quidem in multis Aſiae locis ſuibus ipſum projicimus, πλατανίστινον appellantes, quod tenera platanorum folia guſtu quodammodo repraeſentet. Caeterum ab optimis etiam in toto genere malis, priusquam in arboribus maturuerint, cavendum eſt; concoctu enim ſunt difficilia et frigida tardeque permeant, et pravi ſunt ſucci, ut interim omittam, quod ſuccum etiam habent frigidum ac leviter craſſum. Quae vero belle matura in hyemem et ver proximum aſſervant, ea ſaepe in morbis maximum afferunt praeſidium, aut cataplasmatis modo cum farina admota, aut in calidis cineribus mediocriter aſſata, aut pulchre in aquae bullientis vaporibus percocta. Caeterum poſt cibum ſtatim dare ipſa conveniet, nonnunquam autem et cum pane ad ventriculum et ſtomachum roborandum iis, qui dejecta ſunt appetentia tardeque concoquunt, quique vomitu, diarrhoea ac dyſenteria infeſtantur. In hunc uſum acerba ſunt apta; parata enim, ut jamjam praecepi, mediocrem retinent aſtrictionem, quum, ſi

Ed. Chart. VI. [349.] Ed. Baſ. IV. (326.)

ἀποτιθεμένων τὴν στύψιν ἐν τῇ τοιαύτῃ παρασκευῇ, καὶ διὰ τοῦτο παραπλησίων γιγνομένων τοῖς ἐξ ἀρχῆς ὑδατώδεσιν.

Κεφ. κβ'. Ἐπειδὴ δέ τινων ἤκουσα λεγόντων, ὑπέρχεσθαι τὴν κοιλίαν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ τῶν στυφόντων ἐδωδῇ, βέλτιον ἐνόμισα καὶ περὶ τούτου διελθεῖν ἐπὶ πλέον ἅπαξ ἐν τῷδε τά τε διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς πείρας ἡμῖν ἐγνωσμένα πολλάκις, ἐπειδή τινος Πρώτα ῥήτορος, ἡμετέρου πολίτου, λέγοντος, ἐπὶ τῇ τῶν αὐστηρῶν ἀπίων τε καὶ μήλων ἐδωδῇ λαπάττεσθαι τὴν κοιλίαν, ἐνόησα τὸ γενόμενον, ἐπαγαγών τε τὴν ἐκ τῆς πείρας βάσανον αὐτῷ, μετὰ ταῦτ' ἤδη θαῤῥαλεώτερον ἐπ' ἄλλων ἐπὶ τὴν αὐτὴν πεῖραν ἦκον. ἠξίωσα γὰρ ὁμοδίαιτόν μοι γενέσθαι τὸν ἄνδρα κἂν μιᾶς ἡμέρας, ὅπως ἴδοιμι, πηλίκα τε καὶ πόσα προσφέρεται τὰ στύφοντα. καὶ κατά γε τὴν πρώτην εὐθέως, ὡς εἴθιστο, διαιτηθῆναι παρεκάλουν αὐτὸν, ὑπαλλάξαντα μηδὲν ὅλως τῶν κατὰ τὴν δίαιταν. ὁ δὲ μετὰ τὸ λουτρὸν, ὕδατος οὐ πολλοῦ προπιών, εἶτα τῆλίν τε καὶ ῥαφανῖδα καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῖς πλείστοις εἴθισται προσ-

mediocriter auſtera fuiſſent, in ejusmodi apparatu aſtrictionem omnem depoſuiſſent, ob idque ſimilia iis evadunt, quae ab initio ſunt aquea.

Cap. XXII. Quum autem quosdam audiviſſem, qui dicerent, ventrem ſibi ab eſu aſtringentium ſubduci, ſatius eſſe putavi, quae de eo ratione atque experientia ſaepe cognoviſſem, hoc loco ſemel fuſius explicare. Quum Protas rhetor quidam, civis noſter, narraret, ventrem ſibi poſt eſum pomorum ac pirorum auſterorum dejici, re intellecta, atque in ipſo per experientiam comprobata, audacius poſtea in aliis id ipſum ſum expertus. Rogavi enim hominem, ut mecum vel unum diem viveret, ut ſcirem, quo tempore et quam multis veſceretur aſtringentibus; ac primum hominem ſtatim ſum hortatus, ut more ſuo viveret, neve ulla in re conſuetam ſibi victus rationem immutaret. Ipſe autem quum poſt balneum, paucula aqua praebibita, foenum Graecum, radiculam et id genus alia, quae ante cibos omnes fere ſumere

Ed. Chart. VI. [349.] Ed. Baſ. IV. (326.)

φέρεσθαι, πρὶν ἄλλου τινος γεύσασθαι, καὶ αὐτὸς ὁμοίως προσενεγκάμενος, ἐπιπιὼν δὲ σύμμετρον οἴνου γλυκέος, ἐφεξῆς ἔφαγεν δι' ἐλαίου καὶ γάρου μαλάχας, μικρὸν ἐχούσας οἶνον, καὶ μετὰ ταῦτα ἰχθύος τι καὶ χοιρείου κρέατος καὶ ὄρνιθος, εἶτα πιών που καὶ δεύτερον, ὀλίγον δὲ διαλιπὼν ἐπέφαγεν ἀπίους τε αὐστηρούς. κἄπειτα προελθόντων ἡμῶν ἐπὶ τὸ περιπατεῖν, ὀλίγα τε περιπατησάντων, ὑπῆλθεν ἀξιολόγως ἡ γαστὴρ αὐτῷ. θεασάμενος οὖν ταῦτα ἐγὼ συνεθέμην τῷ φίλῳ, κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἐμοὶ πάλιν ἐπιτρέψαι τὰ κατὰ τὴν δίαιταν. ἑτοίμως δὲ πεισθέντι πρώτους ἁπάντων ἔδωκα μετὰ βαλανεῖον ἀπίους φαγεῖν, εἶτα τἄλλα ἐφεξῆς, ὡς εἰώθει. καὶ τούτων οὕτω γεγενημένων, οὐχ ὅπως ἀξιολόγως, ἀλλ' οὐδὲ μετρίως ἀπέκρινεν ἡ γαστήρ. ἐθαύμαζεν οὖν εἰκότως τὸ γιγνόμενον, ἤρετό τ' ἐμὲ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ· κἀγὼ διῆλθον αὐτῷ ταῦτα τὰ νῦν εἰρησόμενα. τοῦ γάρου γὰρ, ἔφην, σὺν τοῖς ἅμ' αὐτῷ ληφθεῖσιν ὑπάγειν πεφυκότος τὴν γαστέρα καὶ τοῦτ' ἤδη προειργασμένου, τὰ στύφοντα, τελευταῖα ληφθέντα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀτόνοις τὸν στόμαχον, αἴτια γίγνονται τῆς

conſueverunt, ſimiliter et ipſe ſumpſiſſet, vinumque dulce quantitate mediocri adbibiſſet, comedit deinceps malvas cum oleo et garo et pauco vino, et poſt illa piſcis quidpiam, ſuillae et avis; deinde, quum ſecundo bibiſſet, pauco tempore intermiſſo ſumpſit pira auſtera; poſtea ad deambulandum progreſſi, non multum deambulavimus, quum venter illi majorem in modum eſt ſolutus. Quae quum eſſem conſpicatus, pactus ſum amico, ut poſtridie, quae ad ſuam victus rationem pertinerent, mihi committeret. Qui quum mihi prompte eſſet aſſenſus, prima omnium poſt balneum pira exhibui, deinde alia deinceps, ut conſueverat; quibus peractis, non modo non vehementer, ſed ne mediocriter quidem alvum dejecit. Mirabatur ſane (ut par eſt) rei eventum, cauſamque ejus a me ſciſcitabatur; cui ego haec, quae nunc referam, expoſui. Nam quum garum, inquam, una cum iis, quae cum eo ſumpſeras, alvum ſuapte natura ſubducat, idque jam ante feceris, aſtringentia poſtremo loco ſumpta iis potiſſimum, qui ſtomachum habent imbecillum,

Ed. Chart. VI. [349. 350.] Ed. Baſ. IV. (326.)

ὑπαγωγῆς, ῥωννύντα τε τὴν γαστέρα [350] καὶ προτρέποντα διωθεῖσθαι κάτω τὰ περιεχόμενα κατ' αὐτήν. μᾶλλον δ' ἄν, ἔφην, πεισθείης τοῦτο, λαβὼν ἐπὶ τῆς ὑστεραίας ἁπάντων μὲν πρῶτα τὰ στύφοντα, δεύτερα δ' ἐπ' αὐτοῖς τὰ κρεώδη, καὶ πάντων τελευταῖα τὰ δι' ἐλαίου τε καὶ γάρου προσφερόμενα. μηδαμῶς, εἶπεν, ἐμέσαιμι γὰρ ἂν αὐτίκα, μαλάχας ὑστάτας ἐπιφαγὼν μετ' ἐλαίου καὶ γάρου. κάλλιστα, ἔφην, εἶπες, ἀνατρέπει γὰρ ταῦτα τὴν γαστέρα καὶ μάλιστα αὐτῆς τὸ στόμα, τὸ πρὸς ἁπάντων ἤδη συνήθως στόμαχος ὀνομαζόμενον, ἐπιῤῥώννυσι δὲ καὶ τονοῖ τὰ στύφοντα. διὸ κἂν ἄλλος τις χυμὸς αὐτὴν ἀνατρέψῃ, καθάπερ εἴωθεν ἐνίοις ὠχρὰ χολὴ πλεῖον ἀθροισθεῖσα τοῦτο ποιεῖν, γευσάμενός τινος τῶν στυφόντων ὁ οὕτως διακείμενος εὐθέως ἐκκρινεῖ κάτω τὸν ἀνιῶντα χυμόν. εἶτα ἔδειξά τινα τῶν νεανίσκων αὐτῷ πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων εἰληφότα μὲν ἕνεκα τοῦ καθαρθῆναι σκαμμωνίας ὀπὸν, ἤδη δὲ ὡρῶν γεγονυιῶν ἐπὶ τῇ προσφορᾷ πέντε, καὶ μηδεμιᾶς ἐκκρίσεως ἠκολουθηκυίας, θλίβεσθαι μὲν λέγοντα τὸν στόμαχον, ἐπάρθαι δὲ καὶ βαρύνεσθαι τὴν γαστέρα,

dejectionis ſunt cauſa, ventriculum roborantia et ad expellendum deorſum, quae in ſeſe continet, incitantia; quod magis (inquam) fatebere, ſi cras prima omnium aſtringentia ſumpſeris, ſecunda autem poſt illa carnoſa, omnium poſtrema, quae cum oleo et garo manduntur. Minime, inquit, repente enim vomerem, ſi malvas ultimas cum oleo et garo manderem. Optime, inquam, reſpondiſti; illa enim ventriculum ſubvertunt, et potiſſimum os ipſius, quod jam omnes ſtomachum vocare conſueverunt; aſtringentia vero roborant ac firmant; quo fit, ut, ſi quis alius ſuccus ventriculum ſubverterit, (quod ſolet bilis pallida efficere, in quibus copioſior eſt acervata,) qui ſic eſt affectus, ſi quod aſtringentium guſtarit, ſuccum infeſtantem repente deorſum excernet. Deinde oſtendi ei juvenem quendam, qui narrabat, quum paucis diebus ante purgandi gratia ſuccum ſcammonii ſumpſiſſet, et horis quinque poſt ſumptum medicamentum jam praeterlapſis nulla ſecuta eſſet excretio, ſtomachum quidem ſibi premi, ventriculum autem intumeſcere

Ed. Chart. VI. [350.] Ed. Baſ. IV. (326.)

καὶ διὰ τοῦτο ὠχριᾷν τε καὶ ἀπορεῖσθαι, καί μοι κοινώσασθαι τὰ κατέχοντα συμπτώματα αὐτόν. ὅπως οὖν ἰασάμην τὸν ἄνθρωπον, ἄκουσον, ἔφην, αὐτὸν τὸν νεανίσκον. καὶ δὴ καὶ παρέσχον αὐτῷ παρόντα τε καὶ διηγούμενον, ὡς ἐγὼ μὲν ἐκέλευσα μήλου στύφοντος, ἢ ῥοᾶς, ἢ ἀπίου βραχύ τι φαγεῖν, ὁ δ' ἅμα τῷ καταπιεῖν εὐθέως ἀπηλλάγη τῶν ὀχληρῶν, ἐκκρινάσης ἀθρόως αὐτοῦ πάμπολλα τῆς γαστρός. ἴσθι τοίνυν, ἔφην τῷ ῥήτορι, καὶ σοὶ τοῦτο συμβαῖνον, ὅταν ἐπιφάγῃς τὰ στύφοντα, διὰ τὴν ἀτονίαν τῆς γαστρὸς ὅλης καὶ τοῦ στομάχου. ὁ δὲ, καὶ μᾶλλον, εἶπε, τοῦτο ἀληθὲς εἶπες. ἔστι τε γάρ μοι φύσει τοιοῦτος ὁ στόμαχος, ἀνατρέπεταί τε ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἐγώ τε τότε μᾶλλον προσφέρομαι τῶν αὐστηρῶν τι μετὰ τὴν τροφὴν, ὅταν αἴσθωμαί ποθ' ὕπτιον ἱκανῶς αὐτὸν γεγονότα, ἤδη πλησίον ἔχοντα ναυτίας. αὕτη σοι ἡ κατὰ τὸν ῥήτορα διήγησις αὐτάρκης εἰς γνῶσιν ἔστω τοῦ λαπάττεσθαι τὴν γαστέρα τοῖς ἄτονον ἔχουσι τὸν στόμαχον, ὅταν ἐπιφάγωσί τι τῶν στυφόντων.

ac gravari coepiſſe, quas ob res pallidum ſe attonitumque atque animi incertum ſymptomata, quibus infeſtabatur, mihi communicaſſe. Quonam igitur modo hominem ſanaverim, audi, inquam, juvenem ipſum. Tum protinus praeſentem ei exhibui ac narrantem, ut ego imperarim ſibi, exiguum quiddam mali aſtringentis, aut punici, aut piri manderet; ipſe autem, ſimul atque comediſſet, malis ſtatim fuerit liberatus, copioſiſſima ac conferta ex ipſius ventre facta excretione. Scito igitur, dixi rhetori, tibi quoque idem contingere, quum propter ventriculi totius ac ſtomachi imbecillitatem aſtringentia poſtremo loco ſumpſeris. Tum ille, veriſſimum, inquit, eſt quod dixiſti; talis enim mihi natura eſt ſtomachus, facileque a quibusvis ſubvertitur; ego vero poſt cibum ſtudioſius auſterum quidpiam eſito, tunc quum ipſum ſupinum admodum eſſe ſentio, adeo ut prope jam nauſeet. Ex hac de rhetore narratione ſatis intelligere poteris, iis, qui ſtomachum habent imbecillum, ventrem dejici, quum poſtremis epulis aſtringentium quidquam ſumpſerint.

Ed. Chart. VI. [350.] Ed. Baſ. IV. (326.)

Κεφ. κγ'. [Περὶ κυδωνίων καὶ στρουθιομήλων.] Ἐξαίρετόν τι παρὰ τὰ ἄλλα μῆλα τούτοις ὑπάρχει; στύψιν τε πλείονα κεκτημένοις καὶ τὸν χυλὸν ἔχουσι μόνιμον, εἴ τις ἑψήσας αὐτὸν σὺν μέλιτι φυλάττειν ἐθέλοι· τῶν δ' ἄλλων μήλων ὁ χυλὸς ὀξύνεται κείμενος, ὑγρότητα πολλὴν ἔχων ψυχράν. ἡμεῖς δὲ καὶ τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν στρουθομήλων φάρμακον ἐπιτηδειότατον τοῖς ἀνορέκτοις, οὐκ ἐν φανερῷ κατὰ τύχην κείμενον, ὕστερόν ποθ' εὕρομεν ἐτῶν ἑπτὰ μεταξὺ γεγονότων, οὐδεμίαν ἐσχηκότος μεταλλαγὴν τῆς ποιότητος. ἐπεποιήκει δὲ κατὰ τὸ στόμα τοῦ ἀγγείου πυκνὸν ἐπίπαγον, οἷον καὶ μέλιτι πολλάκις ἐπιπήγνυται καὶ ἄλλοις τισί· καὶ χρὴ φυλάττειν αὐτὸν ἐπικείμενον, ὅταν ἐθέλῃς ἀμετάβλητον ἐπὶ πλεῖστον διαμεῖναι τὸ φάρμακον ἢ τὸ μέλι. τοῦτο μὲν οὖν εἰρήσθω μοι κατὰ τὸ πάρεργον· οὗ δ' ἕνεκα ἐμνημόνευσα τοῦ μὴ διαφθαρέντος ἐν χρόνῳ πλείονι φαρμάκου, πάλιν ἀναλήψομαι. μόνιμος ὁ τῶν στρουθίων μήλων χυλός ἐστιν, ὅταν καλῶς σκευασθῇ, καθάπερ καὶ ὁ τῶν κυ-

Cap. XXIII. [De cydoniis et ſtruthiomelis.] His pomis exiguum quiddam, quod in aliis non invenitur, ineſt. Nam praeterquam quod aſtrictionem habent copioſiorem, ſuccus etiam eorum diu durat ac permanet, ſi quis ipſum cum melle coctum aſſervare velit, quum aliorum pomorum ſuccus, ſi reponatur, aceſcat, propterea quod multam habet humiditatem frigidam. Nos autem et medicamentum, quod ex ſucco ſtruthiomelorum conficitur, quodque iis, qui dejectam habent appetentiam, eſt accommodatiſſimum, quum forte in loco conſpicuo non eſſet poſitum, tandem poſt annos ſeptem invenimus, nihil in qualitate immutatum; cruſtam enim in ore vaſculi denſam fecerat, cujusmodi in melle ſaepenumero et aliis quibusdam accreſcit, quam ſervare incumbentem conveniet, ſi velis pharmacum aut mel diutiſſime citra mutationem ſervare. Atque id mihi obiter ſit dictum; cujus autem rei gratia medicamenti, quod longiore tempore manſit incorruptum, memini, denuo id reſumam. Permanens eſt ſtruthiorum malorum ſuccus, quando paratus

Ed. Chart. VI. [350. 351.] Ed. Baſ. IV. (326. 327.)

δωνίων, [351] ἀλλ' ἧττον οὗτος ἡδὺς ὑπάρχει, καὶ μάλιστα στύφων· ὥστε εἴη ἄν ποτε καὶ τούτου χρεία πρὸς ῥῶσιν ἱκανῶς ἐκλύτου γαστρός. ἐν Ἰβηρίᾳ δὲ τὸν καλούμενον μηλοπλακοῦντα συντιθέασιν, ἔδεσμα μόνιμον οὕτως, ὡς εἰς Ῥώμην κομίζεσθαι μεστὰς αὐτοῦ λοπάδας καινάς. σύγκειται δὲ ἐκ μέλιτός τε καὶ σαρκὸς λελειωμένης ἑφθῆς ἅμα τῷ μέλιτι. τὸ δ' ἡμέτερον φάρμακον τὸ τοῖς ἀνορέκτοις σκευαζό(327)μενον οὐκ ἐκ μόνου μέλιτος καὶ χυλοῦ μήλων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πεπέρεως ἔχει τι λευκοῦ καὶ ζιγγιβέρεως καὶ ὄξους. οὐ μὴν νῦν γε καιρὸς αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἐστὶν, ἑτέρωθι τελέως εἰρημένης.

Κεφ. κδ'. [Περὶ ἀπίων καὶ ῥοιῶν.] Ἃ περὶ μήλων εἶπον, ἅπαντα μεταφέρων ἐπὶ τὰς ἀπίους τε καὶ ῥοιὰς οὐδενὸς ἔτι νεωτέρου περὶ αὐτῶν ἑτέρου δεήσῃ λόγου. καὶ γὰρ ἐν ταύταις ἔνιαι μὲν αὐστηραὶ μόνον ἢ στρυφναὶ φαίνονται, καθάπερ γε τίνες μὲν ὀξεῖαι, τινὲς δὲ γλυκεῖαι, τινὲς δὲ ἐκ τῆς τούτων μίξεως συγκείμεναι, καὶ τινὲς ὅλως οὐδεμίαν ἔχου-

recte fuerit, quemadmodum et cydoniorum; verum hic minus eſt ſuavis et maxime aſtringens; quocirca ad ventriculi admodum exoluti robur uti eo aliquando poſſimus. In Iberia autem edulium componunt, quod *μηλοπλακοῦντα* appellant, quod adeo durat, ut patinae recentes ipſo refertae Romam afferantur. Componitur autem ex melle et carne laevigata cocta cum melle; noſtrum vero medicamentum, quod iis, qui dejectam habent appetentiam, comparatur, non ex melle ſolo et malorum ſucco, ſed piperis albi habet quidpiam et zingiberis et aceti. Non tamen jam plura de eo verba facere convenit, quum alibi de eo abſolute tractaverimus.

Cap. XXIV. [De piris et punicis.] Quae de malis diximus, ſi ad pira et punica tranſtuleris, nihil erit, quod nos de ipſis novum dicere oporteat. Etenim in his quoque alia ſunt auſtera tantum vel acerba, alia acida, alia dulcia, alia ex horum mixtione compoſita, et alia, quae nullam penitus hujuscemodi qualitatem habent exuperantem; quo

Ed. Chart. VI. [351.] Ed. Baſ. IV. (327.)

σαι τοιαύτην ἐπικρατοῦσαν ποιότητα, καὶ διὰ τοῦτο ὑδατώδεις τε καὶ ἀμβλεῖαι οὖσαι, ῥωστικὸν οὐδὲν ἔχουσι. τῶν μὲν οὖν ἀπίων ἡ χρῆσις ὁμοία κατὰ πᾶν ἐστι τῇ τῶν μήλων· αἱ ῥοιαὶ δὲ τὰ μὲν ἄλλα παράπλησίως, οὐδέποτε δ' οὐδ' ὀπτῶνται μετὰ σταιτὸς, οὐδ' ἕψονται δι' ὕδατος ἢ ἐν ἀτμῷ. χυλὸν δὲ ἔχουσι πλείονα μήλων τε καὶ ἀπίων, ἔτι δὲ πρὸς τούτῳ τὴν γεῦσιν ἡδὺν ὄντα μᾶλλον τοῦ κατ' ἐκεῖνα χυλοῦ. γίνονται δέ ποτε χρησιμώτεραι τῶν καρπῶν ἐκείνων εἰς ἄλλα τέ τινα καὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον ἐν Ἐπιδημιῶν δευτέρῳ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. γυνὴ ἐκαρδιάλγει, καὶ οὐδὲν παθίστη, πρὶν ἐς ῥοιᾶς χυλὸν ἄλφιτον ἐπιπάσσουσα καὶ μονοσιτίῃ ἤρκεσε καὶ οὐκ ἀνήμεεν οἷα τὰ Χαρίωνος. εὔδηλον οὖν, ὅτι, μοχθηρῶν χυμῶν τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὃ δὴ καὶ καρδίαν ὀνομάζουσι, διαβρεξάντων, ἡ γυνὴ ναυτιώδης τε καὶ καρδιαλγὴς ἦν· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλο τι τὸ καρδιώσσειν ὄνομα σημαίνει τοῦ γινομένου συμπτώματος ἐπὶ τῷ στομάχῳ δακνομένῳ. τοῦτον οὖν τὸν χυμὸν ἐξήρανε μὲν τὸ ἄλφι-

fit, ut, quum aquea ſint ac hebetia, omnis facultatis roborandi ſint expertia. Pirorum igitur uſus pomorum uſui omnino eſt ſimilis. Punica vero caetera quidem ſunt ſimilia, in eo tamen diſcrepant, quod nunquam cum farina macerata aſſentur, neque in aqua aut vapore elixentur. Succum autem habent piris et pomis copioſiorem, et praeterea guſtu ſuaviorem eo qui eſt in illis ſucco. Sunt autem interdum praedictis duobus fructibus utiliora tum ad alios affectus, tum ad eum, cujus Hippocrates libro ſecundo de morbis vulgaribus meminit his verbis. *Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malum eſt ſedatum, quam polenta ſucco punici aſperſa ſemel in die uteretur, reliquis cibis abſtinens; neque amplius vomitu rejiciebat, qualia Cheron Charitonis filius.* Perſpicuum certe eſt, quod, vitioſo humore partes ad os ventriculi (quod certe cor etiam appellant) attinentes imbuente, mulier erat nauſeabunda cardialgiaque torquebatur. Nam verbum καρδιώσσειν nil aliud ſignificat, quam ſymptoma, quod mordicationi ſtomachi ſuccedit. Hunc certe humorem polenta quidem exiccavit, ſuc-

Ed. Chart. VI. [351.] Ed. Baſ. IV. (327.)

τον, ὁ δὲ τῆς ῥοιᾶς χυλὸς ἅμ' αὐτῷ λαμβανόμενος ἐῤῥώννυε τὴν κοιλίαν, ὡς ἀποτρίψασθαι δύνασθαι τὸν ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτῆς περιεχόμενον χυμόν. τροφὴν δὲ τῷ σώματι παρέχουσιν αἱ μὲν ῥοιαὶ παντάπασιν ἐλαχίστην, ὡς οὐδέποτ' αὐτῶν ὡς τροφῆς χρήζομεν, ἀλλ' ἐν φαρμάκου μοίρᾳ μόνον. αἱ δ' ἄπιοι καὶ μάλισθ' αἱ μεγάλαι (καλοῦσι δ' αὐτὰς μενάτας οἱ παρ' ἡμῖν) ἔχουσί τι καὶ τρόφιμον, ὥστε καὶ τέμνοντές τε αὐτὰς εἰς κυκλίσκους λεπτοὺς καὶ ξηραίνοντες ἀποτίθενται, προσφέρονται δὲ κατὰ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ ἕψοντες, ὅταν ᾖ λιμὸς, ἐν χρείᾳ σιτίων ὀλιγοτρόφων. οἱ δ' Ἀττικοὶ μὲν ἄνευ τοῦ ἰῶτα τὴν πρώτην τῶν ῥοιῶν ἔχουσι συλλαβὴν μᾶλλον, οἱ Ἴωνες δὲ μετὰ τοῦ ἰῶτα. χρήσιμον δὲ οὐδὲν ἔχει τῷ βίῳ τἄν ἀνθρώπων, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῶν οὖων, ἃ νῦν μὲν οὕτως ὀνομάζουσι πάντες Ἕλληνες, οὐ συγχωροῦσι δὲ οἱ Ἀττικίζοντες μετὰ τοῦ υ λέγειν αὐτά. καταλιπὼν οὖν ἐκείνους ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων σκοπεῖσθαι περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ καρποῦ διαλέξομαι.

cus autem punici cum ea ſumptus ventriculum roboravit adeo, ut humorem in tunicis ipſis contentum expellere potuerit. Punica quidem quam minimum corpori praebent alimentum, ut ipſis nunquam ceu alimento, ſed tantum ut medicamento egeamus. Pira vero et potiſſimum quae magna ſunt (vocant autem ipſa apud nos foeminino genere μενάτας) aliquantulum nutriunt. Proinde in tenues orbes ipſa ſecantes et poſtea exiccantes reponunt, quae elixa vice ciborum parum nutrientium hyeme et vere, quum fames eſt, mandunt. Attici quidem priorem ſyllabam ῥοιῶν ſcribunt ſine jota, Iones vero cum jota; verum id nihil ad hominum vitam affert commodi, quemadmodum neque in οὖων (ſorbis), quae Graeci quidem omnes hujus noſtrae memoriae ſic nominant, Attici autem cum υ pronunciare ipſa non permittunt. Speculationem igitur de nominibus illis relinquentes, de facultate ipſius fructus diſputabimus.

Ed. Chart. VI. [352.] Ed. Baſ. IV. (327.)

Κεφ. κέ. [352] [Περὶ μεσπίλων καὶ οὔων.] Καὶ τούτων ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶ τῷ προειρημένῳ, στύφει μὲν γὰρ ἄμφω, πολὺ δὲ μᾶλλον οὔων τὰ μέσπιλα· διὸ καὶ συμφορώτατον ἔδεσμά ἐστι ῥεούσῃ γαστρί. ἡδίω δὲ αὐτῶν πρὸς ἐδωδὴν τὰ οὖα· τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδέν τι στρυφνὸν ἔχει τοῖς μεσπίλοις ὁμοίως, ἀλλ' ἔστιν ὁ κατ' αὐτὰς χυμὸς αὐστηρὸς ἄνευ τοῦ στρυφνὸς εἶναι. πρόδηλον δ', ὅτι τῶν τοιούτων ἁπάντων ὀλίγον ἐσθίειν προσήκει, οὐχ, ὡς σύκων ἢ σταφυλῶν, δαψιλῶς· οὐδὲν γὰρ ὡς τροφῆς αὐτῶν, ἀλλ' ὡς φαρμάκων μᾶλλον δεόμεθα. ταῦτά σοι χρησιμώτερα τοῦ γνῶναι, τὴν προτέραν συλλαβὴν τοῦ τῶν οὔων ὀνόματος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων διὰ μόνου τοῦ ο γράμματος γράφεσθαί τε καὶ λέγεσθαι.

Κεφ. κστ'. [Περὶ τοῦ τῶν φοινίκων καρποῦ.] Εἴτε βαλάνους φοινίκων ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸν καρπὸν αὐτῶν, εἴθ' ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ δένδρῳ φοίνικας, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἤδη πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐδὲν οὔτε βλαβήσῃ κατ' οὐδέτερον οὔτ' ὠφεληθήσῃ πρὸς τὴν τῆς δυνάμεως γνῶσιν. ἔστι δ' ἐν

Cap. XXV. [De meſpilis et ſorbis.] Quae de praedictis diximus, eadem de his quoque ſunt dicenda. Ambo enim aſtringunt; verum meſpila multo valentius, quam ſorba; proinde ventri fluenti cibus eſt utiliſſimus. Sorba tamen in cibo ipſis ſuaviora; omnino enim nihil habent aſtringens aeque, ac meſpila, ſed ipſorum ſuccus eſt auſterus ſine ulla acerbitate. Liquet autem, quod omnibus hujuscemodi parce eſt veſcendum, non autem affatim, ut uvis ac ficubus; nullo enim ipſorum, ut alimento, ſed ut medicamento potius indigemus. Haec tibi ſunt utiliora, quam ſcire, priorem ſyllabam nominis *οὖων* a veteribus Athenienſibus per literam o tantum ſcribi et pronunciari.

Cap. XXVI. [De fructu palmae.] Fructum palmae ſive glandes appellare velis, ſive palmas eodem cum tota arbore nomine, (ut jam Graecis omnibus mos eſt,) neutro modo aut nocueris aut profueris ad facultatis ipſius cognitionem. Non parva autem in ipſis eſt differentia: quaedam

Ed. Chart. VI. [352.] Ed. Baſ. IV. (327.)

αὐτοῖς οὐ μικρὰ διαφορά· τινὲς μὲν γὰρ ξηροί τέ εἰσι καὶ στύφοντες, ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι, τινὲς δὲ μαλακοὶ καὶ ὑγροὶ καὶ γλυκεῖς, ὥσπερ οἱ καρυωτοὶ καλούμενοι, κάλλιστοι δ' οὗτοι γεννῶνται κατὰ τὴν Παλαιστίνην Συρίαν ἐν Ἱεριχοῦντι· μεταξὺ δὲ ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων γενῶν οἱ ἄλλοι πάντες εἰσὶ φοίνικες. δύσπεπτοι δέ εἰσι καὶ κεφαλαλγεῖς, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον, ὄντες ὑγροί τε καὶ γλυκεῖς καὶ ξηροὶ καὶ στύφοντες. ἀλλὰ τῶν ἄκρων ἀφορισθέντων, εὐφορώτατον ἤδη σοι τὸ μέσον ἔσται πᾶν. οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν ἐστιν, ὃς οὐ γλυκύτητά τινα καὶ στύψιν ἔχει· καὶ γὰρ τῷ καρυωτῷ μέτεστι βραχείας στύψεως καὶ τῷ Θηβαϊκῷ γλυκύτητος ἀμυδρᾶς. ἀλλ' ὁ μὲν γλυκὺς χυμὸς ἐδείχθη τρόφιμος, ὁ δ' αὐστηρὸς εὐστόμαχός τε καὶ γαστρὸς ἐφεκτικός. ἅπαντες δὲ οἱ φοίνικες δύσπεπτοί τέ εἰσι καὶ κεφαλαλγεῖς πλείονες βρωθέντες. ἔνιοι δὲ καὶ δήξεώς τινος αἴσθησιν ἐμποιοῦσι τῷ στόματι τῆς κοιλίας, ὃ στόμαχον ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροί. ὁ δ' ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸ σῶμα ἀναδιδόμενος χυμὸς παχὺς μὲν πάντως ἐστὶν,

enim ſunt ſiccae et adſtringentes, ut Aegyptiae; aliae molles et humidae et dulces, ut quae caryotae appellantur; praeſtantiſſimae autem hae in Syria Palaeſtina naſcuntur in Hierichonte. Reliquae omnes palmae inter dicta duo genera ſunt mediae. Difficiles autem ſunt concoctu, capitique dolorem inferunt; quarum aliae quidem magis, aliae minus ſunt humidae, ac dulces, ſiccae, atque aſtringentes. Verum conſtitutis extremis, jam omne, quod in medio eſt, facillime deprehendes. Nulla certe ex ipſis eſt, quae non dulcedinem quandam et aſtrictionem habeat; ſiquidem caryotae exiguae aſtrictionis, Thebaicae obſcurae dulcedinis ſunt participes. At ſuccum quidem dulcem nutrire, auſterum autem gratum eſſe ſtomacho et ventrem ſiſtere oſtendimus. Palmae autem, ſi largius ſumantur, omnes concoctu ſunt difficiles, et capiti dolorem afferunt, quaedam autem et morſus cujusdam ſenſum ori ventriculi incutiunt, quod medici ſtomachum appellant. Succus autem, qui ab ipſis in corpus diſtribuitur, craſſus quidem omnino eſt, ha-

Ed. Chart. VI. [352. 353.] Ed. Baſ. IV. (327.)

ἔχει δέ τι καὶ γλίσχρον, ὅταν ᾖ ὁ φοῖνιξ λιπαρὸς, ὥσπερ ὁ καρυωτός. ὅταν δὲ τῷ τοιούτῳ χυμῷ γλυκύτης μιχθῇ, τάχιστα μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ ἧπαρ ἐμφράττεται, βλάπτεται δὲ καὶ φλεγμαῖνον καὶ σκιῤῥούμενον ἐσχάτως ὑπὸ τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν. ἐφεξῆς δὲ τῷ ἥπατι καὶ ὁ σπλὴν ἐμφράττεται καὶ βλάπτεται. πολὺ δὲ δὴ μάλιστα βλάπτουσιν οἱ χλωροὶ φοίνικες εἰς ἅπαντα, βραχὺ πλέονες ἐδεσθέντες. εὔδηλον δ᾽, ὅτι θερμότερον μὲν ἔχουσι τὸν χυμὸν οἱ γλυκεῖς, ψυχρότερον δὲ οἱ στύφοντες. ἀλλὰ καὶ φύσης ἐμπιπλᾶσιν οἱ χλωροὶ φοίνικες, ὥσπερ καὶ τὰ σῦκα· τὴν αὐτὴν γὰρ ἀναλογίαν ἔχει τὰ σῦκα πρὸς τὰς ἰσχάδας, ἣν οἱ χλωροὶ φοίνικες πρὸς τοὺς ἄλλους. ἐν δὲ τοῖς μὴ πάνυ θερμοῖς χωρίοις οὐ πεπαίνονται τελέως οἱ φοίνικες, ὡς εἰς ἀπόθεσιν γίνεσθαι χρήσιμοι, καὶ διὰ τοῦτο χλωροὺς ἀναγκαζόμενοι δαπανᾶν αὐτοὺς ὠμῶν τε χυμῶν ἐμπίπλανται καὶ ῥίγεσι δυσεκθερμάντοις ἁλίσκονται καὶ καθ᾽ ἧπαρ ἐμφράξεις ἔχουσι.

Κεφ. κζ΄. [353] [Περὶ ἐλαιῶν.] Ὀλίγην μὲν πάνυ καὶ αὗται τροφὴν διδόασι τῷ σώματι καὶ μάλιστα αἱ δρυοπε-

bet autem et lentoris quidpiam, quum palma ipſa pinguis fuerit, ſicuti caryotae. Quum autem dulcedo tali ſucco mixta fuerit, celerrime quidem hepar ab ipſa obſtruitur, laeditur autem maxime ab ipſorum eſu, quando aut inflammatione, aut ſcirrho obſidetur; poſt hepar autem et lien obſtruitur ac laeditur. Multo autem maxime palmae virides, ſi paulo largius ſumantur, ad omnia ſunt noxiae. Perſpicuum porro eſt, quod dulces quidem ſuccum habent calidiorem, aſtringentes autem frigidiorem; quin et palmae virides, quemadmodum et ficus, flatus gignunt; nam palmae virides eandem habent ad alias palmas proportionem, quam ficus habent ad caricas. In regionibus autem non admodum calidis palmae non perfecte matureſcunt adeo, ut reponi queant; quo fit, ut, quum homines cogantur ipſis viridibus veſci, crudis ſuccis impleantur, rigoribusque, qui aegre calefiant, et hepatis obſtructionibus prehendantur.

Cap. XXVII. [De olivis.] Perexiguum quidem et ipſae corpori praebent alimentum, et poliſſimum caducae,

Ed. Chart. VI. [353.] Ed. Baſ. IV. (327. 328.)

τεῖς. ἐσθίουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι ταύτας μὲν σὺν ἄρτῳ μᾶλλον, ἄνευ δὲ ἄρτου τὰς ἁλμάδας τε καὶ κολυμβάδας ὀνομαζομένας, ἕνεκα γαστρὸς ὑπαγωγῆς, μετὰ γάρου πρὸ τῶν σιτίων. ὥσπερ δὲ αἱ δρυοπετεῖς πλεῖστον λιπαρὸν, οὕτως αὗται τὸν στύφοντα χυμὸν ἔχουσι. διὸ καὶ ῥωννύουσί τε τὸν στόμαχον, ἐπεγείρουσί τε τὴν ὄρεξιν. ἐπιτήδειοι δέ εἰσιν εἰς τοῦτο αἱ μετ' ὄξους ἀποτιθέμεναι. πολυειδῶς δ' αὐτὰς σκευάζουσιν οἱ τὴν ὀψαρτυτικὴν ἐμπειρίαν ἀσκήσαντες, ἧς οὐδ' αὐτῆς παντάπασιν ἀμαθῶς ἔχειν ἀξιῶ τὸν ἰατρόν· ἄμεινον γὰρ εἰς τὴν πέψιν ἐστὶ τῶν ἴσως ὑγιεινῶν τὸ ἥδιον. ἀλλ' οὐ νῦν καιρὸς οὔτε τῆς ἐμπειρίας τῆς κατὰ τὴν ὀψαρτυτικὴν θεωρίαν, οὔτε τῆς τέχνης ἐστίν· ἴδιος γὰρ λόγος ἀνάκειται αὐταῖς.

Κεφ. κή. (328) [Περὶ καρύων.] Βασιλικά τινες ὀνομάζουσι κάρυα ταῦτα τὰ νῦν ὑπὸ πάντων ὀνομαζόμενα κάρυα· καλεῖται δὲ καὶ ἄλλα τινὰ λεπτοκάρυα, πολλῷ μικρότερα τούτων, ἃ προσαγορεύουσιν ἔνιοι Ποντικά. πολλὴ δὲ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσίς ἐστιν, οὐ πολλὴν τροφὴν διδόντων τῷ σώματι. πλείων δ' ὅμως ἐστὶν ἐν τῷ Ποντικῷ λεγομένῳ

quas vulgo fere cum pane, ſine pane autem mandunt cum garo ante alios cibos, ventris ſubducendi gratia, quas ἁλμάδας et κολυμβάδας appellant. Porro quemadmodum caducae pinguedinis habent plurimum, ita hae ſuccum aſtringentem, proinde ſtomachum roborant, et appetentiam excitant. Aptae autem ad hanc rem ſunt, quae cum aceto reponuntur, quas artis obſonatricis periti varie praeparant; cujus artis nolim medicum omnino eſſe ignarum: nam quod ſuavius eſt, facilius iis, quae ex aequo ſunt ſalubria, concoquitur. Verum non eſt nunc dicendi locus neque de opſonatricis ſpeculationis peritia, neque de arte ipſa; alius enim locus ipſis eſt proprius.

Cap. XXVIII. [De nucibus.] Quidam nuces regias appellant eas, quae nunc nuces ab omnibus nominantur. Sunt et aliae quaedam, quae λεπτοκάρυα appellantur, praedictis multo minores, quas nonnulli ponticas ſeu avellanas vocitant. Multus autem ambarum eſt uſus. Alimentum corpori praebent exiguum, copioſius tamen pontica nuncu-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 612 sur 889

Ed. Chart. VI. [353.] Ed. Baſ. IV. (328.)

τῆς ἐν τῷ βασιλικῷ καρύῳ, καὶ γὰρ καὶ πεπίληται μᾶλλον ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ ἧττον ἐλαιώδης ἐστὶν, ἡ δὲ τοῦ καρύου χαυνοτέρα ἐστὶ καὶ πλέον ἔχουσα τὸ λιπαρὸν ἐν ἑαυτῇ. μετέχει δὲ καὶ τῆς στυφούσης ποιότητος οὐκ ὀλίγον, ἥτις ἐν τῷ χρόνῳ προϊόντι μαραίνεται, μεταπιπτούσης ὅλης αὐτοῦ τῆς οὐσίας εἰς τὸν λιπαρὸν χυμὸν, ὥστε καὶ τελείως ἄβρωτον γίνεσθαι, διὰ τὸ παραπλήσιον ἐλαίῳ παλαιῷ τῇ κατ' αὐτὸ λιπαρότητι φαίνεσθαι. τὸ δὲ χλωρὸν ἔτι καὶ ὑγρὸν οὔτε τῆς στυφούσης σαφῶς μετέχει ποιότητος, οὔτε τῆς ἐλαιώδους, ἀλλ' ἔστιν ἄποιόν πως μᾶλλον ὅπερ ὑδατῶδες καλεῖν, ὡς ἔφην, εἰθίσμεθα. πέττεταί γε μὴν μᾶλλον τὸ κάρυον τοῦ λεπτοκαρύου καὶ μᾶλλον εὐστομαχώτερόν ἐστι, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν σὺν ἰσχάσιν ἐσθίηται. γέγραπται δὲ ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, ὡς, ἐὰν ἄμφω ταῦτα πρὸ τῶν ἄλλων σιτίων λαμβάνωνται μετὰ πηγάνου, μηδὲν ὑπὸ τῶν θανασίμων φαρμάκων μέγα βλαβήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον. εὔδηλον δ', ὅτι καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν πρὸς διαχώρησιν ἔτι ἐπιτήδειόν ἐστι, τὸ δὲ ξηρὸν ἧττον ἐπιτήδειον. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ μετὰ γάρου προσλαμβάνουσιν αὐ-

pata, quam nux regia, quod ipſius ſubſtantia ſit coactior ac minus oleoſa, regiae autem laxior eſt, continetque in ſe ipſa plus pinguitudinis. Habet tamen et aſtringentis qualitatis non exiguum, quae tandem procedente tempore marceſcit, tota ipſius ſubſtantia in ſuccum pinguem transmutata, adeo ut cibo prorſus ſit inepta, quod ſua pinguitudine oleo veteri aſſimilis appareat. Caeterum quae viridis adhuc eſt ac humida, neque aſtringentis qualitatis, neque oleoſae conſpicue eſt particeps, ſed magis quodammodo eſt qualitatis expers, quod ſaporis genus aqueum (ut dixi) vocare conſuevimus. Coquitur tamen haec nux facilius quam pontica, ſtomachoque eſt gratior, et multo magis quando cum caricis manditur. Traditum autem a plerisque medicis eſt, hominem a pharmacis lethalibus nihil magnopere laeſum iri, ſi utrasque has ante alios cibos cum ruta ſumpſerit. Liquet praeterea quod humida quidem apta ad dejectionem eſt, ſicca vero minus. Plerique autem ventris ſubducendi gratia

Ed. Chart. VI. [353. 354.] Ed. Baſ. IV. (328.)

τὸ γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἕνεκεν. εἰς τοῦτο δ' ἐπιτήδειόν ἐστι τὸ χλωρὸν, ὡς ἧττον τῆς στυφούσης μετέχον ποιότητος. ἀλλὰ καὶ τῶν ἤδη ξηρῶν προαποβρεχομένων ἐν ὕδατι, καθάπερ ἔνιοι ποιοῦσιν, ἡ δύναμις παραπλησία τοῖς χλωροῖς ἐστι.

Κεφ. κθ'. [Περὶ ἀμυγδάλων.] Οὐδ' ὅλως μετέχει ταῦτα τῆς στυφούσης ποιότητος, ἐπικρατεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ λεπτυντική τε καὶ ῥυπτικὴ μόνη, δι' ἣν ἐκκαθαίρει τὰ σπλάγχνα καὶ τὰς ἐκ πνεύμονός τε καὶ θώρακος ἀναπτύσεις τῶν ὑγρῶν ἐργάζεται. τινὰ δ' αὐτῶν οὕτως ἐπικρατοῦσαν ἔχει τὴν τμητικὴν τῶν παχέων τε καὶ [354] γλίσχρων ὑγρῶν δύναμιν, ὡς μηδὲ βρωθῆναι δύνασθαι διὰ πικρότητα. τῆς γε μὴν ἐλαιώδους τε καὶ λιπαρᾶς μετέχει ποιότητος, ὥσπερ καὶ τὰ κάρυα, δι' ἣν καὶ αὐτὰ τοῦ χρόνου προϊόντος ἐλαιηρὰ γίνεται, καθάπερ ἐκεῖνα. βραχυτέρα δ' αὐτοῖς ἐστιν ἡ ποιότης ἥδε τῆς ἐν τοῖς καρύοις, διὸ καὶ μετὰ χρόνον πλείονα τῶν καρύων ἐλαιηρὰ φαίνεται γινόμενα. δῆλον οὖν ἐκ τούτων ἐστὶν, ὡς οὔτε πρὸς ὑπαγωγὴν γαστρὸς ὑπάρχει χρήσιμα, τροφήν τε τῷ σώματι δίδωσιν ὀλίγην. ὅσα δ' ἐπικρατοῦσαν ἱκανὴν ἔχει

cum garo etiam ipſam praeſumunt, in quem uſum viridis eſt accommodatior, ut quae aſtringentis qualitatis minus ſit particeps. Quin et ſiccarum quoque, ſi prius (quod nonnulli faciunt) in aqua fuerint maceratae, facultas viridibus eſt aſſimilis.

Cap. XXIX. [De amygdalis.] Amygdalae nihil prorſus habent facultatis aſtringentis, ſola enim tenuandi facultas ac detergendi in eis praepollet, qua tum viſcera purgant, tum humores e pulmonibus ac thorace ſputis expectorant; quaedam autem ipſarum facultatem habent ſuccos craſſos ac lentos incidendi adeo exuperantem, ut mandi prae amarore nequeant; oleoſae tamen ac pinguis qualitatis, ut nuces, ſunt participes; cujus cauſa et ipſae procedente tempore fiunt, ut illae, oleoſae; minor tamen eis ineſt haec qualitas, quam in nucibus, quo fit, ut tardius, quam nuces, oleoſae fieri cernantur. Ex his ſane intelligi poteſt, quod neque ventri ſubducendo conferunt, neque corpus multum nutriunt. Quae vero qualitatem amaram habent

Ed. Chart. VI. [354.] Ed. Baſ. IV. (328.)

τὴν πικρὰν ποιότητα, πρὸς τὰς ἐκ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἀναπτύσεις πύου τε καὶ τῶν παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐστι χρησιμώτατα. τῶν δὲ μηδεμίαν μὲν τέχνην ἠσκηκότων τῷ βίῳ χρήσιμον, Ἀττικίζοντας δὲ καλούντων ἑαυτοὺς, ἔνιοι μὲν ἀμυγδάλας θηλυκῶς ἀξιοῦσι λέγεσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον, ἔνιοι δὲ οὐδετέρως ἀμύγδαλα, μηδ' αὐτὸ τοῦτο γινώσκοντες, ὃ σπουδάζουσιν, ὡς ἄμφω τὰ ὀνόματα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἀνδράσι γέγραπται.

Κεφ. λ'. [Περὶ πιστακίων.] Γεννᾶται μὲν κατὰ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν ταῦτα, πολὺ πλείω δ' ἐν Βερρόίᾳ τῆς Συρίας, τροφὴν μὲν ὀλίγην ἔχοντα, χρήσιμα δὲ εἰς ἧπατος εὐρωστίαν ἅμα καὶ κάθαρσιν τῶν ἐμπεφραγμένων κατὰ τὰς διεξόδους αὐτοῦ χυμῶν, μετέχει γὰρ ὑποπίκρου καὶ ὑποστυφούσης ποιότητος ἀρωματιζούσης. ἴσμεν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων ἥπατι χρησιμώτατα, καθάπερ ἐν τῇ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἐδείχθη πραγματείᾳ. στομάχῳ δὲ οὔτε ὠφέλειαν οὔτε βλάβην ἀξιόλογον ἔξ αὐτῶν ἔχω μαρτυρεῖν, ὥσπερ οὐδὲ ὑπαγωγὴν γαστρὸς ἢ στάσιν.

praepollentem, eae ad pus et ſuccos craſſos ac lentos ex thorace et pulmonibus expuendos plurimum conferunt. Eorum vero, qui nullam artem ad vitam utilem excoluerunt, ſed ſe ipſos appellant Atticos, alii fructum hunc genere foeminino amygdalas enunciari oportere contendunt, alii neutro amygdala, ne id ipſum quidem, de quo tantopere contendunt, intelligentes, utroque nomine apud viros Atticos ſcriptum eſſe.

Cap. XXX. [De piſtaciis.] Haec quidem ad magnam Alexandriam proveniunt, ſed multo uberiora in Berrhoea, urbe Syriae, parum quidem nutrientia, verum ad hepar roborandum et ſuccos in ipſius viis infarctos purgandos utilia; qualitatem enim habent aromaticam, ſubamaram et ſubaſtringentem. Scio autem et alia hujuscemodi pleraque hepati eſſe utiliſſima, quemadmodum in opere de ſimplicibus medicamentis eſt demonſtratum. Porro non auſim affirmare, ullam ex ipſis ſtomacho accedere utilitatem, aut laeſionem inſignem, quemadmodum neque quod alvum dejiciant aut ſiſtant.

Ed. Chart. VI. [354.] Ed. Baſ. IV. (328.)

Κεφ. λά. [Περὶ κοκκυμήλων.] Σπανίως ἂν εὕροις αὐστηρὸν ἢ ὀξὺν ἢ ὅλως τινὰ ἀηδίαν ἔχοντα τὸν καρπὸν τοῦτον, ὅταν ἀκριβῶς πεπανθῇ· πρὶν γὰρ ἐς τοῦτ' ἀφικέσθαι, σχεδὸν ἅπαντες οἱ μὲν ὀξύτητος, οἱ δὲ στρυφνότητος, ἔνιοι δὲ καὶ πικρότητος ἐμφαίνουσι. τροφὴν μὲν οὖν ἐλαχίστην ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου τὸ σῶμα λαμβάνει, χρήσιμος δέ ἐστι τοῖς ὑγρᾶναί τε καὶ ψύξαι τὰ μέτρια τὴν γαστέρα προαιρουμένοις. ὑπάγει δ' αὐτὴν καὶ ταῦτα διά τε τὴν ὑγρότητα καὶ γλισχρότητα, καθάπερ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν προειρημένων. ὑπάρχει δ' αὐτοῖς καὶ ξηρανθεῖσιν εἶναι χρησίμοις, ὥσπερ καὶ τοῖς σύκοις, καὶ δόξαν ἔχει πολλὴν ἄριστα τῶν ἄλλων εἶναι τὰ κατὰ Συρίαν ἐν Δαμασκῷ γινόμενα, δεύτερα δ' ἐπὶ τούτοις τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τε καὶ Ἱσπανίαν ὀνομαζομένην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἐμφαίνει τινὸς στύψεως, τὰ Δαμασκηνὰ δὲ καὶ σφόδρα πολλῆς ἔνια. κάλλιστα δ' αὐτῶν εἰσιν, ὅσα μετρίως στύφοντα μεγάλα τε καὶ χαῦνα· τὰ δὲ σμικρὰ καὶ σκληρὰ καὶ στρυφνὰ μοχθηρά πρός τε τὴν ἐδωδὴν ἐστι καὶ πρὸς τὴν

Cap. XXXI. [De prunis.] Raro invenias hunc fructum auſterum, aut acidum, aut in ſumma inſuavitatem aliquam habere, quum maturus exacte fuerit; prius enim quam pruna eo maturitatis pervenerint, omnia propemodum aut acorem, aut acerbitatem, aut amarorem repraeſentant. Corpori itaque ex hoc fructu minimum alimenti accedit, utilis tamen eſt iis, quibus propoſitum eſt ventrem mediocriter humectare ac refrigerare; ipſum autem non aliter, quam praedictorum quaedam, ſubducit tum humiditate ſua, tum lentore. Siccatus vero et ipſe poteſt eſſe uſui, quemadmodum et ficus. Fama eſt, ea pruna omnium eſſe praeſtantiſſima, quae in Damasco urbe Syriae naſcuntur, ſecunda autem poſt illa eſſe, quae in ea regione, quam Iberiam ac Hiſpaniam nominant, proveniunt; verum haec quidem nihil aſtrictionis prae ſe ferunt, nonnulla vero Damascenorum vel plurimum. Optima autem inter ipſa ſunt, quae cum mediocri aſtrictione magna ſunt et laxa; quae autem exigua ſunt et dura et acerba, prava ſunt, tum ſi

Ed. Chart. VI. [354. 355.] Ed. Baſ. IV. (328.)

τῆς γαστρὸς ὑπαγωγὴν, ἥτις ἀκολουθεῖ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. ἑψόμενα δ' ἐν μελικράτῳ, πλέον ἔχοντι μέλιτος, ἱκανῶς λαπάττει τὴν γαστέρα, κἂν μόνα τις αὐτὰ φάγῃ, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐὰν ἐπιῤῥοφήσῃ τοῦ μελικράτου. πρόδηλον δὲ, ὅτι συντελεῖ γαστρὸς ὑπαγωγῇ μετὰ τὴν προσφορὰν αὐτῶν ἐπιπίνειν τι γλυκέος οἴνου καὶ διαλιπεῖν τινα χρόνον, οὐδ' εὐθέως ἀριστᾶν ἐπ' αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τοῦτο [355] κοινὸν ἁπάντων, ὅσα λαπάττει γαστέρα, μνημονευέσθω σοι, καθάπερ τἄλλα, ὅσα κοινὰ πλειόνων εἰδῶν ἐστι, μὴ δεομένῳ πολλάκις ἀκούειν περὶ αὐτῶν.

Κεφ. λβ'. [Περὶ τῶν καλουμένων σηρικῶν.] Οὐδὲ τούτοις ἔχω τι μαρτυρῆσαι πρὸς ὑγείας φυλακὴν ἢ νόσων ἴασιν· ἔδεσμα γάρ ἐστι γυναικῶν τε καὶ παιδίων ἀκρατούντων, ὀλιγότροφόν τε καὶ δύσπεπτον ὑπάρχον ἅμα τῷ μηδ' εὐστόμαχον εἶναι. τροφὴν δηλονότι [καὶ αὐτὰ δίδωσιν ὀλίγην τῷ σώματι,

esum ſpectes, tum ſi alvi dejectionem, quae maxime ſequitur ea, quae ex Iberia afferuntur. Cocta autem in melicrato, in quo plusculum ſit mellis, alvum admodum dejiciunt, etiamſi quis ſola ipſa ſumpſerit, et multo magis, ſi poſt ipſa melicratum ſorpſerit. Perſpicuum autem eſt, quod ad alvum dejiciendam confert poſt ſumpta ipſa vinum dulce adhibere, temporisque aliquid interponere, non autem ſtatim poſt prandere. Atque etiam id omnibus, quae alvum dejiciunt, commune memoria eſt tenendum, quemadmodum et alia, quae pluribus ſpeciebus ſunt communia, ne de iisdem ſaepe audire poſtules.

Cap. XXXII. [De ſericis ſeu jujubis appellatis.] Ne haec quidem auſim affirmare quicquam ad ſanitatis tutelam aut morborum profligationem pertinere; mulierum enim atque infantium intemperantium eſt edulium, quod exigui eſt alimenti ac concoctu difficile; et praeterquam quod ſtomachum non juvat, parum etiam alimenti corpori exhibet.

Ed. Chart. VI. [555.] Ed. Baſ. IV. (328. 329.)

Κεφ. λγ'. [Περὶ κερατίων.] Τὰ κεράτια, διὰ τοῦ τ γράμματος λεγομένης τε καὶ γραφομένης τῆς τρίτης συλλαβῆς, οὐδὲν ἔοικε τοῖς διὰ τοῦ σίγμα κερασίοις. ἔστι δὲ ἕδεσμα κακόχυμόν τε καὶ ξυλῶδες, ἐξ ἀνάγκης δὲ καὶ δύσπεπτον· οὐδὲν γὰρ ξυλῶδες εὔπεπτον. ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ διαχωρεῖσθαι ταχέως οὐ σμικρὸν αὐτοῖς ὑπάρχει κακόν. ὥστ' ἄμεινον ἦν αὐτὰ μηδὲ κομίζεσθαι πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀνατολικῶν χωρίων, ἐν οἷς γεννᾶται.

Κεφ. λδ'. [Περὶ καππάρεως.] Θαμνῶδές ἐστι φυτὸν ἡ κάππαρις, ἐν Κύπρῳ πλείστη φυομένη. δύναμις δ' αὐτῆς ἐστι λεπτομερὴς ἱκανῶς, καὶ διὰ (329) τοῦτο τροφὴν ἐλαχίστην ἀναδίδωσιν εἰς τὸ τῶν ἐσθιόντων αὐτὴν σῶμα, καθάπερ καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα λεπτομερῆ. χρώμεθα δὲ ὡς φαρμάκῳ μᾶλλον ἢ ὡς τροφῇ τῷ τοῦ φυτοῦ καρπῷ. κομίζεται δὲ πρὸς ἡμᾶς ἁλσὶ διαπασθεῖσα διὰ τὸ σήπεσθαι μόνη ἀποτιθεμένη. εὔδηλον οὖν, ὅτι χλωρὰ μὲν ἔτι, πρὶν ταριχευθῆναι, πλέον ἔχει τροφῆς· ἐκ δὲ τῆς ταριχείας ἀπόλλυσι πάμπολυ

Cap. XXXIII. [De ceratiis.] Ceratia, quorum tertia ſyllaba per litteram t et ſcribitur et pronunciatur, nihil habent cum ceraſiis per s ſcriptis ſimilitudinis. Eſt autem pravi ſucci edulium ac lignoſum; quam rem neceſſario ſequitur, ut concoctu ſit difficile; nihil enim, quod lignoſum eſt, facile coquitur. Quin etiam incommodum id ipſis ineſt handquaquam aſpernandum, quod non celeriter dejiciantur. Proinde ſatius eſſet a regionibus orientalibus, in quibus naſcitur, ad nos non advehi.

Cap. XXXIV. [De cappare.] Capparis planta eſt fruticoſa, plurima in Cypro proveniens. Facultas autem ipſi ineſt tenuium admodum partium; quo fit, ut, quemadmodum et alia omnia, quae tenuium ſunt partium, minimum alimenti in corpus eorum, qui ipſa veſcuntur, diſtribuat. Utimur autem fructu hujus plantae magis ut medicamento, quam ut alimento. Sale etiam conſperſus ad nos defertur, propterea quod putreſcit, ſi ſolus reponatur. Perſpicuum ſane eſt, quod capparis adhuc viridis quidem, priusquam ſaliatur, plus habet alimenti, ex ſalitura autem amittit quam-

Ed. Chart. VI. [355. 356.] Ed. Baſ. IV. (329.)

καὶ γίνεται χωρὶς μὲν τοῦ τοὺς ἅλας ἀποπλυθῆναι παντάπασιν ἄτροφος, ὑπακτικὴ δὲ τῆς γαστρός· ἀποπλυθεῖσα δὲ καὶ διαβραχεῖσα μέχρι τοῦ τελέως ἀποθέσθαι τὴν ἐκ τῶν ἁλῶν δύναμιν, ὡς ἔδεσμα μὲν ὀλιγοτροφώτατόν ἐστιν, ὡς ὄψον δὲ καὶ φάρμακον ἐπιτήδειον ἐπεγεῖραι καταπεπτωκυῖαν ὄρεξιν, ἀπορρύψαι τε καὶ ὑπαγαγεῖν τὸ κατὰ τὴν γαστέρα φλέγμα καὶ τὰς κατὰ σπλῆνα καὶ ἧπαρ ἐμφράξεις ἐκκαθᾶραι. χρῆσθαι δὲ πρὸς ταῦτα προσήκει δὶ ὀξυμέλιτος ἢ ὀξελαίου πρὸ τῶν ἄλλων σιτίων ἁπάντων. τοὺς δ' ἁπαλοὺς ἀκρέμονας καὶ τούτου τοῦ φυτοῦ παραπλησίως ἐσθίουσι τοῖς τῆς τερμίνθου, καὶ χλωροὺς ἔτι συντιθέντες, ὡς ἐκείνους, ἐν ὀξάλμῃ τε καὶ ὄξει.

Κεφ. λέ'. [Περὶ συκομόρων.] Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τοῦ συκομόρου φυτὸν εἶδον ἅμα τῷ καρπῷ, παραπλησίῳ σύκῳ μικρῷ λευκῷ. δριμύτητα [356] δὲ οὐδεμίαν ὁ καρπὸς οὗτος ἔχει, βραχείας μετέχων γλυκύτητος, ὑγρότερός πως καὶ ψυκτικώτερος ὢν κατὰ τὴν δύναμιν, ὥσπερ τὰ μόρα· μᾶλλον δὲ ἐν τῷ μεταξὺ μόρων τε καὶ σύκων αὐτὸν εἰκότως ἄν τις θείη.

plurimum; omnique alimento, niſi ſal eluatur, prorſus quidem deſtituitur, alvum tamen ſubducit; quod ſi abluatur et, quoad facultatem omnem ex ſale depoſuerit, maceretur, minimi quidem alimenti fiet edulium, erit tamen ceu opſonium ac medicamentum ad appetentiam, quae collapſa fuerit, excitandam accommodatum; praeterea ad pituitam, quae in ventre habetur, detergendam ac ſubducendam, expurgandasque lienis et hepatis obſtructiones; uti autem ad eas res oportet ante alios omnes cibos ex oxymelite vel oxelaeo. Hujus etiam plantae teneros ſurculos non aliter, quam terebinthi, mandunt, virides adhuc, ut hujus, in aceto ſimul et muria aut aceto ſolo condentes.

Cap. XXXV. [De ſycomoris.] Plantam ſycomori vidi in Alexandria una cum fructu, parvae ficui albae aſſimilem. Is fructus nullam habet acrimoniam, exiguae tamen dulcedinis eſt particeps, eſtque facultate, ut mora, humidior quodammodo ac frigidior. Quin potius in medio mororum ac ficuum jure quis ipſum collocarit, indeque no-

Ed. Chart. VI. [356.] Ed. Baſ. IV. (329.)

καί μοι δοκεῖ τοὔνομα ἐντεῦθεν αὐτῷ κεῖσθαι. γελοῖοι γὰρ, ὅσοι διὰ τοῦτό φασιν ὠνομάσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον συκόμορα, διότι σύκοις ἐοίκασι καὶ μόροις. ἡ γένεσις δ' αὐτοῦ διαφορωτέρα πώς ἐστι παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς τῶν δένδρων· οὐδὲ γὰρ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων καὶ βλαστημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν κλάδων καὶ τῶν πρέμνων ἐκφύεται.

Κεφ. λστ'. [Περὶ περσίου.] Εἶδον καὶ τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῶν μεγάλων ὂν καὶ αὐτὸ δένδρων. ἱστοροῦσι δὲ τὸν καρπὸν αὐτοῦ μοχθηρὸν οὕτως ὑπάρχειν ἐν Πέρσαις, ὡς ἀναιρεῖν τοὺς φαγόντας, εἰς Αἴγυπτον δὲ κομισθέντα ἐδώδιμόν τε γενέσθαι παραπλησίως ἐσθιόμενον ἀπίοις τε καὶ μήλοις, ὧν καὶ κατὰ τὸ μέγεθός ἐστι.

Κεφ. λζ'. [Περὶ κιτρίου.] Καὶ τοῦτο τὸ Μηδικὸν ὀνομάζουσι μῆλον οἱ μηδένα νοεῖν ἃ φθέγγονται προῤῥημένοι, καίτοι τήν γε σαφήνειαν ἐν ταῖς ἀρεταῖς τοῦ λόγου τιθέμενοι. βέλτιον δ' ἦν τοῦ τὰ τοιαῦτα περιεργάζεσθαι, τίνα δύναμιν ἔχειν τὰ μόρια τοῦ κιτρίου, καὶ τί χρήσιμον ἐξ αὐτοῦ

men ipſi arbitror eſſe poſitum; ridiculi enim ſunt, qui fructum hunc ob id aiunt ſycomora fuiſſe nominatum, quod moris et ficubus ſit aſſimilis. Ipſius autem generatio ab aliis arborum fructibus magis quodammodo eſt diverſa; non enim ex ſurculis ac germinibus, ſed ex ipſis ramis ac ſtipitibus enaſcitur.

Cap. XXXVI. [De perſio.] Hanc etiam plantam vidi in Alexandria, ex magnisque et ipſa eſt arboribus. Narrant autem, fructum hujus apud Perſas adeo eſſe noxium, ut, qui ipſum comederint, eos interimat: qui tamen, ſi in Aegyptum transferatur, ſit eſculentus, manditurque non aliter, quam pira et mala, quibus etiam magnitudine convenit.

Cap. XXXVII. [De citrio.] Id quoque malum Medicum appellant, qui id agunt, ut quae loquuntur nemo intelligat, quamvis inter virtutes orationis perſpicuitatem numerent. Satius autem fuiſſet, quamnam partes citrii habeant facultatem, et quodnam commodum ex ipſo homini-

Ed. Chart. VI. [356.] Ed. Baſ. IV. (329.)

τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἐζητηκέναι. τοῦτο οὖν ἐγὼ πράξω, τρία μὲν εἶναι εἰπὼν τοῦ καρποῦ τούτου τὰ μόρια, τό τε ὀξὺ κατὰ τὸ μέσον αὐτοῦ καὶ τὸ πέριξ τούτου τὴν οἷον σάρκα αὐτοῦ τοῦ καρποῦ καὶ τρίτον ἐπ' αὐτοῖς τὸ περικείμενον σκέπασμα ἔξωθεν. τοῦτο μὲν εὐῶδές τέ ἐστι καὶ ἀρωματίζον, οὐ κατὰ τὴν ὀσμὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. εἰκότως οὖν δύσπεπτόν ἐστιν, ὡς ἂν σκληρόν τε καὶ τετυλωμένον. εἰ δ' ὡς φαρμάκῳ τις αὐτῷ χρῷτο, συντελεῖ τι πρὸς πέψιν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν δριμεῖαν ἐχόντων τὴν ποιότητα. τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ στόμαχον ῥώννυσιν ὀλίγον ληφθὲν, ὥστε καὶ κόπτοντες αὐτὸ καὶ τὸν χυλὸν ἐκθλίβοντες εἰώθασι μιγνύναι τοῖς καταποτίοις φαρμάκοις, ὅσα λαπακτικὰ γαστρός ἐστιν, ἢ καθαρτικὰ τοῦ σώματος ὅλου. τῷ δ' ὀξεῖ καὶ ἀβρώτῳ μέρει τοῦ καρποῦ, καθ' ὃ καὶ τὸ σπέρμα περιέχεται, πρὸς ἄλλα τινὰ χρῶνται καὶ πολλάκις εἰς ὄξος ἐμβάλλουσιν ἀμβλὺ χάριν τοῦ δριμύτερον ἐργάσασθαι. τὸ μέσον δ' ἀμφοῖν, ὃ δὴ καὶ τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν, οὔτ' ὀξεῖαν, οὔτε δριμεῖαν

bus accedat, inveſtigaſſe, quam anxie hujuscemodi inquirere. Id igitur ego moliar, dicamque, hujus fructus tres eſſe partes, acidam, quae in medio ipſius ſita eſt, tum autem fructus ipſius velut carnem, quae medium ipſum ambit, et tertiam, quae eſt tegumentum extrinſecus circumdatum, quod ſuaveolens eſt et aromaticum, non odore modo, verum etiam guſtu. Jure igitur concoctu eſt difficile, ut quod durum eſt ac calloſum. Quod ſi quis ipſo, ut medicamento, utatur, coctioni nonnihil conferet, quo modo et alia omnia, quae acrem habent qualitatem. Eadem autem ratione, ſi ſumptum parce fuerit, ſtomacho robur inducit; proinde ipſum comminuentes, ſuccumque exprimentes, ſolent medicamentis immiſcere, quae per os ſumuntur, quaeque ventrem dejiciunt, aut totum corpus purgant. Parte autem fructus acida et non eſculenta, qua ſemen continetur, quum ad alia quaedam utuntur, tum ſaepe in acetum imbecillum conjiciunt, quo ipſum reddant acrius. Pars autem inter duas jam dictas media, quae ſane corpus etiam nutrit, quaeque neque acidam, neque acrem habet qualitatem, propter

Ed. Chart. VI. [356. 357.] Ed. Baſ. IV. (329.)

ἔχον ποιότητα, δύσπεπτόν ἐστι διὰ σκληρότητα. διὸ καὶ μετ' ὄξους καὶ γάρου προσφέρονται πάντες αὐτὸ τὴν ἀμβλύτητα τῆς γεύσεως ἐπεγεῖραι βουλόμενοι. τάχα δ', ὅτι καὶ πέττεται μᾶλλον οὕτω βρωθὲν, ἐπίστανται, τῇ πείρᾳ διδαχθέντες ἢ παρὰ ἰατρῶν ἀκούσαντες.

Κεφ. λή. [Περὶ τῶν ἐν τοῖς ἀγρίοις φυτοῖς καρπῶν, ἐν οἷς εἰσι καὶ αἱ ἀπὸ τῶν δρυῶν βάλανοι.] Ἄγρια καλεῖν εἰώθασιν πάντες ἄνθρωποι φυτὰ τὰ κατὰ τὴν χώραν φυόμενα, χωρὶς ἐπιμελείας γεωρ[357]γικῆς ἀμέλει, καὶ ἀμπέλους ἀγρίας ὀνομάζουσιν, ὧν οὐδεὶς ἀμπελουργὸς προνοεῖται περισκάπτων ἢ περισκάλλων ἢ βλαστολογῶν ἤ τι τοιοῦτον διαπραττόμενος. ἐκ τούτων τῶν φυτῶν ἐστι καὶ φηγὸς καὶ δρῦς καὶ πρῖνος καὶ κρανία καὶ κόμαρος, ἕτερά τε δένδρα τοιαῦτα, καθάπερ γε καὶ θάμνοι τινὲς, οἷον ὅ τε τῆς βάτου καὶ τῆς κυνοσβάτου, καὶ ὁ τῆς ἀχέρδου τε καὶ ἀχράδος, ὅ τε τῶν ἀγριοκοκκυμήλων, ἃ προῦμνα παρ' ἡμῖν καλοῦσι, καὶ ὁ τοῦ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος. καλεῖται δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὐνέδων ὁ καρπὸς τοῦ θάμνου τούτου, κακοστόμαχός τε καὶ κεφαλαλ-

duritiem concoctu eſt difficilis. Ob eam cauſam omnes ipſam mandunt cum aceto et garo, ut ſaporis hebetudinem acuant, fortaſſe autem quod experientia didicerint, aut a medicis acceperint, ipſam coqui facilius, ſi manſa eo modo fuerit.

Cap. XXXVIII. [De fructibus plantarum agreſtium, inter quos ſunt quercuum glandes.] Omnibus hominibus mos eſt eas plantas vocare agreſtes, quae ſine ulla agricolae induſtria in agro proveniunt, ſiquidem et vites appellant agreſtes, quas nullus vinitor procurat, ipſas ablaqueans, aut circumfodiens, aut pullulantia germina extirpans, aut ejusmodi aliquid perficiens; ex quo plantarum genere eſt fagus, quercus, ilex, cornus, comarus, et aliae id genus arbores, quemadmodum et frutices quidam, ut rubus, canirubus, acherdus, pirus et prunus ſylveſtris, quam προῦμνον apud nos appellant, et qui frutex ἐπιμηλίδας fert. Appellatur autem is fructus in Italia unedo, ſtomachoque nocet, et ca-

Ed. Chart. VI. [357.] Ed. Baſ. IV. (329.)

γῆς ὑπάρχων καὶ στρυφνὸς ἱκανῶς μετά τινος βραχείας γλυκύτητος. τὰ μὲν οὖν κράνα καὶ τὰ βάτινα καὶ τὰς βαλάνους καὶ τὰ μιμαίκυλα, (καλεῖται δὲ οὕτως ὁ τοῦ κομάρου καρπὸς,) ἐσθίουσι συνήθως οἱ κατὰ τοὺς ἀγρούς, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων δένδρων τε καὶ θάμνων οὐ πάνυ τι. λιμοῦ μὴν κατασχόντος ποτὲ τὴν ἡμετέραν χώραν, εὐφορίας δὲ γενομένης τῶν τε βαλάνων καὶ τῶν μεσπίλων, ἐν σειροῖς αὐτὰ οἱ ἄγροικοι θησαυρίσαντες ἀντὶ τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων ἔσχον ἔν τε τῷ χειμῶνι παντὶ καὶ τοῖς πρώτοις τοῦ ἦρος. ἔμπροσθεν δὲ βορὰ συῶν ἦσαν αἱ τοιαῦται βάλανοι, ἀλλὰ τότε ἀποτρεπόμενοι τοῦ διαθρέψαι τούτους ἐν τῷ χειμῶνι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰώθεσαν, ἐν ἀρχῇ μὲν τούτους σφάξαντες, ἐχρήσαντο τούτοις εἰς ἐδωδὴν, ὕστερον δὲ τοὺς σειροὺς ἀνοίξαντες, ἤσθιον τὰς βαλάνους, παρασκευάζοντες ἐπιτηδείους εἰς βρῶσιν ἄλλοτε ἄλλως. ἐν ὕδατι γὰρ ἥψον ἐνίοτε, καὶ κατὰ τὴν θερμὴν σποδιὰν ἐγκρύβοντες ὤπτουν συμμέτρως. αὖθις δ' ἄν ποτε καταπλάσαντες, ἔτνος ἐξ αὐτῶν ἐποίουν, ἐνίοτε μὲν ὕδατι μόνῳ δεύοντες, ἐπεμβάλλοντες δέ τι τῶν ἡδυσμάτων, ἐνίοτε δὲ

piti dolorem affert, acerbusque est admodum cum exigua quadam dulcedine. Cornis quidem, et canirubi fructu, et glandibus, et *μιμαικύλοις* (sic autem comari fructus appellatur) rustici passim vescuntur, reliquarum vero arborum aut fruticum fructibus non admodum utuntur. Quum tamen fames regionem nostram aliquando invasisset, essetque magnus glandium ac mespilorum proventus, rustici in fossis ipsa condentes, hyeme tota et vere primo pro frumentaceis eduliis sunt usi. Prius autem glandes hujuscemodi suibus erant pabulum, tunc vero, quum eos hyeme nutrire, ut ante consueverant, non possent, initio quidem mactantes, ipsis in cibum sunt usi, post autem apertis fossis, glandibus vesci coeperunt, varie ipsas ad esum comparantes; interdum enim in aqua elixabant, et in calidis cineribus celantes mediocriter assabant; post autem nonnunquam imminuentes, pulmentarium ex ipsis conficiebant, alias aqua sola conspergentes, sed condimentum aliquod immit-

Ed. Chart. VI. [357.] Ed. Baſ. IV. (329. 330.)

καὶ μέλιτος ἐπιχέοντες, ἢ μετὰ γάλακτος ἕψοντες. ἡ δ' ἀπ' αὐτῶν τροφὴ δαψιλὴς ἐστιν οὐδὲν ὁμοίως τοῖς εἰρημένοις ἄχρι δεῦρο τοῦ λόγου κατὰ τόδε τὸ γράμμα. πολλοῖς γὰρ τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων ὁμοίως τρέφουσιν αἱ βάλανοι, καὶ τό γε παλαιὸν, ὥς φασιν, ἀπὸ τούτων μόνον διέζων οἱ ἄνθρωποι, Ἀρκάδες δὲ καὶ μέχρι πολλοῦ χρόνου, τῶν ἄλλων ἁπάντων Ἑλλήνων τοῖς Δημητρίοις καρποῖς χρωμένων. ἔστι δὲ βραδύπορος ἡ ἀπ' αὐτῶν τροφὴ καὶ παχύχυμος, οἷς ἀκόλουθόν ἐστι καὶ δύσπεπτον ὑπάρχειν αὐτήν. εἰς ἅπαντα δὲ χείρων ἐστὶν ἡ μιμαίκυλος τῆς ἀπὸ τῶν δρυῶν βαλάνου, καθάπερ αὖτη τῆς τῶν καστανῶν ὀνομαζομένων· ἄριστα γὰρ ἐκεῖναι τῶν βαλάνων εἰσὶν, ἔνιοι δὲ λοπίμους αὐτὰς ὀνομάζουσιν. οὗτοι καὶ μόνοι (330) τῶν ἀγρίων καρπῶν ἀξιόλογον τροφὴν διδόασι τῷ σώματι. κράνια γὰρ καὶ πρίνα καὶ βάτινα καὶ κυνόσβατα καὶ βράβυλα καὶ μιμαίκυλα καὶ ζίζυφα καὶ διόσπυρα καὶ ἁλικάκαβα, καὶ ὁ τῆς τερεμίνθου καὶ ὁ τῆς ἀχέρδου καρπὸς, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, βραχὺ μέν τι τρόφιμον ἔχει,

tentes; alias mel affundentes, aut lacti incoquentes. Ab his autem copioſum eſt nutrimentum, neque quicquam eſt eorum, quae hactenus hoc ſecundo libro expoſui, ei ſimile, quandoquidem glandes aeque nutriunt, ac frumentaceorum eduliorum pleraque. Atque olim quidem (ut aiunt) homines ex ipſis duntaxat vivebant; Arcades autem, quum reliqui Graeci fructibus Cerealibus uterentur, eas diu in cibo retinuerunt. Alimentum autem, quod ex glandibus corpori accidit, tardi eſt tranſitus ac craſſi ſucci; quare conſequitur, ut ipſae concoctu ſint difficiles. Caeterum mimaecylus glande querna ad omnia eſt deterior, quemadmodum haec glande caſtanearum, quas vocant; omnium enim glandium hae ſunt praeſtantiſſimae. Sunt qui hos fructus λοπίμους appellent. Hi namque inter fructus agreſtes et ſoli alimentum corpori dant alicujus momenti; corna enim, et iligna glans, et rubi et canirubi fructus, brabyla, mimaecyla, zizypha, dioſpyra, halicacaba, terebinthi et acherdi fructus, et quae ejusdem ſunt generis, exiguum quidem habent

Ed. Chart. VI. [357. 358.] Ed. Baſ. IV. (330.)

κακόχυμα δὲ πάντ' ἐστὶ καί τινά γ' αὐτῶν καὶ κακοστόμαχα καὶ ἀηδῆ, συῶν ὄντα βρώματα, καὶ τούτων οὐχ ἡμέρων, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι διαιτωμένων· ἀπ' αὐτῶν οὖν ἐκεῖνοι πλείστην ἔχουσι τροφήν.

Κεφ. λθ'. [Περὶ τῆς δι' αὐτῶν τῶν φυτῶν τροφῆς.] Οὐ μόνον σπέρματα καὶ καρποὺς τῶν φυτῶν ἐσθίομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτά, πολλάκις μὲν ὅλα, πολλάκις δὲ ῥίζας μόνον, ἢ ἀκρέμονας, ἢ τὰ νέα βλαστήματα, κατὰ τὴν ἐπείγουσαν ἑκάστοτε χρείαν. ἀποῤῥίπτειν γοῦν εἰωθότες οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι τόν τε καυλὸν καὶ τὰ φύλλα τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας [358] ὀνομάζουσιν, ἐσθίουσιν ἐνίοτε καὶ ταῦτα ἐν ἀπορίᾳ καταστάντες ἀμεινόνων ἐδεσμάτων, οὕτω τε καὶ τὰ τῶν ῥαφανίδων, καὶ τὰ τῶν καλουμένων ἐπιχωρίῳ φωνῇ παρ' ἡμῖν ῥαπιῶν. ἔστι δὲ, ὡς ἄν τις εἴποι, ῥαφανὶς ἀγρία τὸ φυτὸν τοῦτο. καὶ πύρεθρον δὲ καὶ σία, καὶ ἱπποσέλινα, καὶ μάραθρα, σκάνδικα καὶ νιχώρια, καὶ χονδρίλας, καὶ γιγγίδια, καὶ δαύκους, καὶ πλείστων δένδρων τε καὶ θάμνων τὰς ἁπαλὰς βλάστας ἕψοντες ἐσθίουσιν οἱ ἄνθρωποι πολ-

alimentum, verum pravi ſucci ſunt omnia; praeterea nonnulla ex ipſis ſunt, quae et ſtomachum laedunt, et cibo ſunt injucunda; ob id ſuum ſunt pabulum, et eorum quidem non domeſticorum, ſed qui vitam in montibus degunt; his enim nutrimentum ab iis fructibus plurimum accedit.

Cap. XXXIX. [De alimento, quod a plantis ipſis ſumitur.] Non modo plantarum ſemina ac fructus, ſed etiam integras ipſas ſaepenumero mandimus, ſaepe autem, quum interdum urget neceſſitas, radices tantum, aut ſurculos, aut novella germina. Noſtrates certe homines, quamquam raparum (quas et buniadas nominant) folia et caulem abjicere ſunt ſoliti, nonnunquam tamen penuria melioris cibarii ipſa quoque mandunt. Pari modo in radiculis et iis, quae apud nos nomine vernaculo rhapia appellant; eſt autem haec planta (ut ſic dicam) agreſtis radicula. Ad haec pyrethron, ſion, equapium, foeniculum, ſcandicem, cichorium, chondrillam, gingidium, daucum et plurimarum arborum ac fruticum tenera germina cocta homines fame

Ed. Chart. VI. [358.] Ed. Baſ. IV. (330.)

λάκις ὑπὸ λιμοῦ βιαζόμενοι, τινὰ δὲ καὶ χωρὶς λιμοῦ, καθάπερ ἔνιοι τὴν κορυφὴν τοῦ φοίνικος, ἣν ὀνομάζουσιν ἐγκέφαλον αὐτοῦ. τί δεῖ λέγειν ἔτι περὶ τῶν ἁπαλῶν ἀκανθῶν; εἰσὶ γὰρ αὗταί γε καὶ χωρὶς λιμοῦ δι' ὄξους ἐσθιόμεναι καὶ γάρου μέτριον ἔδεσμα. προσεπιβάλλουσι δὲ ἔνιοι καὶ τοὔλαιον αὐταῖς, μάλιστα ὅταν ἐν ὕδατι προαποζεσθῶσι· διττῶς γὰρ αὐταῖς χρῶνται, πολλάκις μὲν ὠμαῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐψημέναις. ἀκανθώδη δὲ λέγω φυτὰ σκολύμους, ἀτρακτυλίδας, ἠρύγγιόν τε καὶ κνίκον καὶ ἀτραγίδα, καὶ τὴν καλουμένην λευκάκανθον, ἔτι τε τὸ ἕτερον εἶδος τοῦ χαμαιλέοντος, ὧν ἔνια τινὲς τῶν κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἐμβαλόντες εἰς ὄξος ἢ ἅλμην, ἀποτίθενται αὐτὰ, καθάπερ καὶ τὰς γογγυλίδας καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ ἀμπελόπρασα καλούμενα καὶ πύρεθρα, ἕτερά τε τοιαῦτα. τούτου δέ πως τοῦ γένους ἐστὶ καὶ κιβώρια καὶ κολοκάσια, καὶ τὸ καλούμενον ἄβατον. πρόδηλον δ', ὅτι πρὸς τῷ βραχεῖαν τροφὴν διδόναι τῷ σώματι κακόχυμα πάντ' ἐστὶ ταῦτα. καί τινά γ' αὐτῶν ἐστι κακοστόμαχα, πλὴν, ὡς ἔφην, τᾶν ἀκανθῶν ἄρτι τῆς γῆς ἀνισχουσῶν. ὅσα δ' αὐτῶν ἐμβάλλον-

adacti ſaepe mandunt; quaedam etiam nulla urgente fame, ut qui palmae verticem mandunt, quem ipſius cerebrum appellant. Quid autem loquar de teneris ſpinis? manduntur enim et ipſae cum aceto et garo, nulla cogente fame, eſtque cibus hic tolerabilis. Sunt qui oleum etiam ipſis adjiciant, praeſertim quum prius in aqua ferbuerint; utuntur enim ipſis biſariam, ſaepe quidem crudis, interdum autem et elixis. Porro ſpinoſas plantas appello ſcolymum, atractylida, eryngium, cnicum, atragida, et quam ſpinam albam nominant, praeterea ſpeciem alteram chamaeleontis; quorum nonnulla ruſtici quidam in acetum muriamve immittentes reponunt eodem modo, quo rapas, caepas, et quae vocant ampelopraſa, pyrethron, et alia ejusmodi. Hujus autem generis ſunt ciboria, colocaſia, et quod abaton nuncupatur. Manifeſtiſſimum autem eſt, quod omnia haec, praeterquam quod exiguum corpori dant alimentum, ſuccum etiam pravum generant. Ad haec quaedam ex ipſis noxam ſtomacho afferunt praeter (ut dixi) ſpinas, quae nunc nuper e terra emerſerint. Quae vero ex ipſis in mu-

Ed. Chart. VI. [358.] Ed. Baſ. IV. (330.)

τες εἰς ἅλμην ἢ ὄξος ἀποτίθενται καὶ φυλάσσουσιν εἰς ὅλον τὸν ἑξῆς ἐνιαυτὸν, ἐπικτᾶταί τι παρὰ τῆς σκευασίας προκλητικὸν εἰς ἐδωδὴν, εἰ μετρίως αὐτῶν τις γεύοιτο, καθάπερ οἵ τε τῆς ἄγνου βλαστοὶ καὶ οἱ τῆς τερμίνθου. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀγρίοις φυτοῖς ἀριθμοῦσι, καὶ κοινῇ περὶ αὐτῶν αὐταρκες ἐγνωκέναι, κακόχυμα πάντ' εἶναι. περὶ δὲ τῶν ἡμέρων, οὐ κατὰ κοινὸν λόγον, ἀλλ' ἰδίᾳ τὴν ἑκάστου δύναμιν ἐπίστασθαι, πολὺ κάλλιστόν ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν συνεχῆ τὴν χρῆσιν ἐσχηκότων, ἃ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο σπουδάζεται τοῖς ἀνθρώποις, ὑπὸ μακρᾶς πείρας βασανισθέντα τῶν ἄλλων εἶναι βελτίω. καὶ τοίνυν ἤδη περὶ αὐτῶν ἐφεξῆς ἐρῶ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν λαχάνων ποιησάμενος.

Κεφ. μ'. [Περὶ θριδακίνης.] Προὔκριναν πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τὸ λάχανον τοῦτο τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὥσπερ τὰ σῦκα τῆς ὀπώρας· εὐχυμότερον γάρ ἐστιν αὐτῶν. ὃ δὲ μέμφονταί τινες αὐτοῦ, μέγιστον ἔπαινον ἔχει· καὶ εἴπερ αὐτῷ ὡς ἀληθὲς ἦν, οὐ μόνον λαχάνων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐχυμοτάτων τε καὶ τροφιμωτάτων ἐδεσμάτων οὐδὲν ἂν ἦν δεύ-

riam acetumve injicientes reponunt, et in totum annum ſequentem aſſervant, ab ipſa praeparatione vim quandam provocandae appetentiae acquirunt, ſi quis ipſis moderate utatur; cujusmodi ſunt viticis turiones et terebinthi. Haec itaque in plantis agreſtibus numerant; de quibus id communiter noſſe ſufficiat, quod omnes pravi ſunt ſucci. Quod vero ad domeſticas attinet, non communiter, ſed privatim cujusque facultatem noſſe longe praeſtantiſſimum fuerit, et earum potiſſimum, quibus aſſidue utimur: quae etiam ob id ipſum a nobis expetuntur, quod ea longa experientia comprobata ſunt caeteris eſſe praeſtantiora. De iis igitur deinceps verba faciemus, ſumpto ab oleribus initio.

Cap. XL. [De lactuca.] Multi medici, quemadmodum fructibus autumnalibus ficus, ita hoc olus aliis omnibus antepoſuerunt; ſucci enim eſt, quam alia omnia, laudabilioris. Quod autem in eo nonnulli reprehendunt, id maxime eſt laudandum; quod ſi revera ei ineſſet, nulli non olerum modo, ſed ne optimi quidem et nutrientiſſimi ſucci

Ed. Chart. VI. [358. 359.] Ed. Baſ. IV. (330.)

τερον, αἷμα γὰρ αὐτὴν φασι γεννᾶν. ἔνιοι δὲ οὐχ ἁπλῶς αἷμα λέγουσιν, ἀλλὰ πολὺ προστιθέασι, πολὺ γεννᾶν αἷμα λέγοντες τὴν θριδακίνην. ἀλλ' οὗτοι, κἂν εἰ φρονιμώτερον ἐγκαλοῦσι, μείζονά γε ψεύδονται τῶν ἑτέρων· καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ πολὺ γεννᾶν αἷμα λεγόμενον οὐκ ἄν τις εὐλόγως μέμψαιτο. δῆλον γὰρ, ὅτι τὸ τοιοῦτον πάντων ἂν εἴη τῶν ἐδεσμάτων εὐχυμότατον, εἴ γε πλεῖστον μὲν αἷμα, τῶν δ' ἄλλων χυμῶν οὐδένα γεννᾶν πέφυκεν. εἰ δὲ πλεῖστον ἀθροίζεσθαι φήσουσιν ἐκ τῆς θριδα[359]κίνης καὶ διὰ τοῦτο μέμφοιντο, ῥᾷστον ἐπανορθώσασθαι τὸ ἔγκλημα, δυναμένων γε τῶν ἐσθιόντων αὐτὰς διαπονεῖσθαι μὲν πλείω, προσφέρεσθαι δὲ ὀλίγας. ταῦτα μὲν οὖν ἀπόχρη λέγεσθαι πρὸς τοὺς ψέγοντας οὐκ ὀρθῶς τὸ λάχανον τοῦτο. γινώσκειν δὲ χρὴ, πάντων τῶν λαχάνων ὀλίγιστόν τε καὶ κακόχυμον αἷμα γεννώντων, ἐκ τῆς θριδακίνης οὐ πολὺ μὲν, οὐδὲ κακόχυμον, οὐ μὴν εὔχυμόν γε τελέως αἷμα γίνεσθαι. ἐσθίουσι δὲ αὐτὴν ὡς τὰ πολλὰ μὲν ὠμήν· ὅταν δὲ εἰς σπέρματος γένεσιν ἐξορμᾷν ὑπάρξη-

eduliorum eſſet ſecundum. Sanguinem enim aiunt lactucam generare. Alii vero non ſimpliciter ſanguinem dicunt, ſed multum adjungunt, lactucam ſanguinem multum generare affirmantes. At hi, etiamſi praedictis prudentius ipſam accuſant, magis tamen mentiuntur; tametſi id ipſum, quod multum ſanguinem generat, nemo poteſt in ea iure reprehendere; perſpicuum enim eſt, quod cibus is ſuccum haberet omnium ciborum praeſtantiſſimum, ſi quidem ſuapte natura ſanguinem quidem plurimum, aliorum autem ſuccorum nullum generaret. Quod ſi dixerint, ex lactuca plurimum ſanguinis acervari, in eoque ipſam accuſent, facillimum erit, quod objiciunt, emendare, quum poſſint, qui lactucis veſcuntur, laborem quidem augere, ipſarum autem eſum minuere. Verum haec dixiſſe ſufficiat adverſus eos, qui olus hoc non recte vituperant. Scire autem convenit, quod, quum olera omnia ſanguinem gignant pauciſſimum ac pravi ſucci, lactuca non multum quidem generat, neque mali ſucci, non tamen omnino laudabilis. Mandunt autem ipſam ut plurimum quidem crudam; quum autem aeſtatis tempore accin-

Ed. Chart. VI. [359.] Ed. Baſ. IV. (330.)

ται θέρους ὥρᾳ, προαφεψήσαντες ἐν ὕδατι γλυκεῖ, προσφέρονται δὶ ἐλαίου καὶ γάρου καὶ ὄξους, ἢ διά τινος τῶν ὑποτριμμάτων, καὶ μάλιστα ὅσα διὰ τυροῦ σκευάζονται. χρῶνται δ' αὐτῇ καὶ πρὶν εἰς καῦλὸν ὁρμῆσαι πολλοὶ δὶ ὕδατος ἕψοντες, ὥσπερ κἀγὼ νῦν ἠρξάμην ἀφ' οὗ τῶν ὀδόντων φαύλως ἔχω. ἰδὼν γάρ τις τῶν ἑταίρων ἐν ἔθει μὲν ὄν μοι ἐκ πολλοῦ τὸ λάχανον, ἐπίπονον δὲ νῦν ἴσχοντα τὴν μάσησιν, εἰσηγήσατο τὴν ἕψησιν. ἐχρώμην δὲ θριδακίναις ἐν νεότητι μὲν ἐκχολουμένης μοι συνεχῶς τῆς ἄνω γαστρὸς ἐμψύξεως ἕνεκεν, ὁπότε δὲ εἰς τὴν καθεστηκυῖαν ἡλικίαν ἦκον, ἄκος ἦν μοι τὸ λάχανον τοῦτο τῆς ἀγρυπνίας, ἔμπαλιν, ἢ ὡς ὅτε μειράκιον ἦν, ἐσπουδακότι περὶ τὸν ὕπνον. εἰθισμένος τε γὰρ ἑκουσίως ἀγρυπνεῖν ἐπὶ νεότητος, ἅμα τε καὶ τῆς τῶν παρακμαζόντων ἡλικίας ἀγρυπνητικῆς οὔσης, ἀκουσίως ἀγρυπνῶν ἐδυσφόρουν, καί μοι μόνον ἀλεξιφάρμακον ἀγρυπνίας ἦν ἑσπέρας ἐσθιομένη θριδακίνη. λέγω δὲ οὐκ ἄλλο τι θριδακίνην, ἢ ὃ πάντες οἱ νῦν ἄνθρωποι καλοῦσιν θρίδακα, ἐπεί τοι

gere ſeſe ad ſemen producendum coeperit, in aqua dulci praecoctam ſumunt cum oleo, garo et aceto, aut cum aliquo ſalſamentorum condimentorumve, et eorum potiſſimum, quae cum caſeo parantur. Plerique autem prius, quam in caulem aſſurgat, ipſa utuntur aquae incoquentes; quod ego nunc, ex quo dentes mihi male habent, coepi facere. Quidam enim meorum ſodalium conſpicatus, olus id jam olim quidem mihi eſſe conſuetum, nunc vero difficilem habere manducationem, auctor mihi fuit, ut ipſum coquerem. Aetate autem juvenili, quum mihi ventriculus bile aſſidue infeſtaretur, lactuca, quo ipſum refrigerarem, utebar; quum vero ad aetatem declinantem perveni, hoc olus fuit mihi adverſus vigilias remedio; tunc enim, contra ac in juventute, ſomnum mihi dedita opera conciliabam, grave enim mihi erat praeter voluntatem vigilare, quod mihi accidebat, partim quod in juventute meapte ſponte vigiliis aſſueveram, partim quod declinantium aetas ad vigilias admodum eſt propenſa. Itaque lactuca veſpere commanſa unicum mihi vigiliarum erat remedium. Caeterum θριδακίνην nihil aliud voco, quam quod nunc homines θρίδακα appellant, quandoquidem

Ed. Chart. VI. [359.] Ed. Baſ. IV. (330.)

παρ' ἡμῖν ἕτερόν τι λάχανον ἄγριον ὀνομάζεται θριδακίνη, παρά τε τὰς ὁδοὺς φυόμενον, ἐπί τε τοῖς ὑψηλοῖς τῶν τάφρων, ἔτι τε κατὰ τὰς καλουμένας λιβάδας καὶ πολλὰς τῶν ἀσπόρων χωρῶν. ἔστι δὲ μικρὸν ἐκεῖνο τὸ λάχανον, οἷόν περ ἡ ἄρτι φυομένη θρίδαξ ἡ κηπευομένη, καί τι καὶ βραχὺ πικρότητος ἐμφαίνει, καὶ μᾶλλον ἔτι κατὰ τὴν αὔξησιν, ἐκκαυλῆσαν δὲ καὶ πάνυ σαφῆ τὸν πικρὸν ἔχει χυμόν. ὅμοιον δέ τι λάχανον τῇ θριδακίνῃ τῇδε καὶ ἣν ὀνομάζουσι χονδρίλην ἐστὶ, καὶ θᾶττον εἰς καυλὸν ἐξορμᾷ, πικρότητα σαφεστέραν ἔχων καί τινα γλίσχρον τε καὶ λευκὸν ὀπὸν, οἷός περ ὁ τῶν τιθυμάλλων ἐστὶν, ἀλλ' οὐ δριμὺς, ὡς ἐκείνοις, ᾧ πρὸς ἀνακόλλησιν ἐνίοτε χρώμεθα τῶν ἐν τοῖς βλεφάροις τριχῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἄγρια καλεῖται λάχανα πρὸς διορισμὸν τῶν κηπαίων, εἴρηται δὲ μικρὸν ἔμπροσθεν περὶ αὐτῶν κοινῇ. περὶ δὲ τῆς κηπευομένης θριδακίνης τῆς ἅπασι συνήθως ἐσθιομένης τε καὶ καλουμένης θρίδακος ἐν κεφαλαίῳ πάλιν ἀναλαβὼν ἐρῶ μνήμης ἕνεκεν, ὡς ὑγρὸν μὲν ἔχει τὸν χυμὸν καὶ ψυχρὸν, οὐ

apud nos aliud quoddam eſt olus agreſte, quod θριδακίνη nuncupatur; quod in viis ipſis naſcitur, et locis foſſarum eminentioribus, et praeterea herboſis aquoſisve (quae λιβάδας appellant) ac plerisque incultis. Exiguum autem eſt id olus, inſtar lactucae hortenſis nunc nuper enatae, amarorisque quidpiam prae ſe fert, et multo adhuc magis, dum adoleſcit; ubi autem caulem jam produxerit, ſaporem amarum habet vel manifeſtiſſimum. Porro huic lactucae aliud praeterea olus eſt ſimile, quam chondrillam appellant, quae citius in caulem aſſurgit, amaritudinemque habet magis perſpicuam et lentum quendam ſuccum albumque, cujusmodi eſt tithymallorum ſuccus, non tamen acer perinde ut ille; utimurque interdum ipſo ad effluvium pilorum, qui in palpebris ſunt, cohibendum. Haec igitur olera, quo ab hortenſibus ſecernantur, agreſtia nuncupantur, de quibus paulo ante communiter tradidimus. De lactuca autem hortenſi, quam omnes mandere et θρίδακα nominare conſueverunt, ſummatim rurſum memoriae cauſa repetens dicam, ipſam ſuccum quidem habere frigidum et humidum, non tamen

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 630 sur 889

Ed. Chart. VI. [359. 360.] Ed. Baſ. IV. (330. 331.)

μήν γε καὶ (331) κακόχυμός ἐστι. διὰ τοῦτο οὖν οὐδ' ἀπεπτεῖται τοῖς ἄλλοις λαχάνοις ὁμοίως, οὐδ' ἐπέχει τὴν γαστέρα, ὥσπερ οὐδὲ προτρέπει. καὶ ταῦτ' εἰκότως αὐτῇ συμβέβηκε, μήτ' αὐστηρόν τι ἐχούσῃ, μήτε στρυφνὸν, ὑφ' ὧν ἴσχεται τοὐπίπαν ἡ γαστὴρ, ὥσπερ ὑπὸ τῶν ἁλυκῶν τε καὶ δριμέων καὶ [ὅλως ῥυπτικὸν ἐχόντων τι προτρέπεται πρὸς ἔκκρισιν, ὧν οὐδ' αὐτῶν ὑπάρχει τι τῇ θριδακίνῃ.

Κεφ. μά. [360] [Περὶ σέρεως.] Εἴτε τοὺς παρὰ Ῥωμαίοις ἰντύβους προσαγορευομένους μόνους ὠνόμαζον οἱ πρόσθεν Ἀθηναῖοι σέρεις, εἴτε τινὰ καὶ ἄλλα τῶν ἀγρίων λαχάνων φυτῶν, οὐκ ἀκριβῶς ἔχω φάναι. οἱ δ' ἴντυβοι ταῖς θρίδαξι παραπλησίαν ἔχουσι τὴν δύναμιν, ἀπολειπόμενοι καθ' ἡδονὴν αὐτῶν καὶ τἆλλα τὰ πρόσθεν εἰρημένα περὶ θριδακίνης.

Κεφ. μβ'. [Περὶ μαλάχης.] Ἔστι καὶ ταύτης ἑτέρα τῆς κηπευομένης ἡ ἀγρία μαλάχη, καθάπερ τῆς θρίδακος ἡ θριδακίνη. διαφέρει δὲ τῶν ὁμοειδῶν φυτῶν ξηρότητι μὲν τὸ ἄγριον, ὑγρότητι δὲ τὸ κηπευόμενον. ἔχει δέ τι καὶ γλίσ-

pravi eſſe ſucci; quo fit, ut neque coctione omnino privetur, quo modo reliqua olera, neque ventrem ſiſtat, quemadmodum etiam non proritat; quae ipſi jure accidunt, quum neque auſteri, neque acerbi quicquam habeat, a quibus in univerſum venter ſiſtitur; quemadmodum a ſalſis et acribus et omnino ab iis, quae vim quandam habent detergendi, ad excretionem incitatur, quorum etiam nihil lactucae ineſt.

Cap. XLI. [De ſeri.] Num, quos ſolos Romani intybos appellant, veteres Athenienſes ſeres duntaxat nominarint, an et alia quaedam olera agreſtia, nequeo certo affirmare. Caeterum intybi facultatem habent lactucis adſimilem, ſuavitate tamen et aliis, quae ſupra de lactucis fuerunt comprehenſa, ab ipſis relinquuntur.

Cap. XLII. [De malva.] Quemadmodum lactuca agreſtis ab hortenſi, ita malva agreſtis a ſativa eſt diverſa; plantae enim congeneres in eo inter ſe diſſident, quod agreſtis quidem ſiccitate, ſativa vero humiditate ſuperat. Por-

Ed. Chart. VI. [360.] Ed. Baſ. IV. (331.)

χρον κατὰ τὸν χυλὸν ἡ μαλάχη, τῆς θρίδακος οὐκ ἐχούσης, ἀποκεχώρηκέ τε σαφῶς τοῦ ψύχειν, ὡς καὶ πρὸ τῆς ἐδώδης ἔνεστι γνῶναι, καταπλάσαντά τι τῶν θερμῶν παθῶν, οἷόν πέρ ἐστι τὸ ἐρυσίπελας, ἀμφοτέροις ἐν μέρει τοῖς λαχάνοις, ὥσπερ καὶ ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, τρίβοντες ἐπιμελῶς τὰ μαλακὰ τῶν φύλλων ἄχρι τοῦ λειότατα γενέσθαι. γνώσεται γὰρ ἐν τῷδε τὴν μὲν θρίδακα ψύχουσαν φανερῶς, μετρίαν δέ τινα καὶ οἷον χλιαρὰν θερμασίαν ἔχουσαν τὴν μαλάχην. ὑπέρχεται δὲ τὸ λάχανον ῥᾳδίως τοῦτο, οὐ διὰ τὴν ὑγρότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν γλισχρότητα, καὶ μάλιστα ὅταν ἐλαίου τε καὶ γάρου δαψιλῶς τις οὕτως συγκαταπίῃ. μετρίως δὲ ἔχει καὶ κατὰ τὴν θρέψιν αὖτη. τῶν τριῶν δὲ λαχάνων τούτων εἰ παραβάλλοις τὸν χυλὸν, ὁ μὲν τοῦ τεύτλου λεπτομερής τε καὶ ῥυπτικός ἐστιν, ὁ δὲ τῆς μαλάχης παχύτερός τε καὶ γλισχρότερος, ὁ δὲ τῆς θριδακίνης μέσος ἀμφοῖν.

Κεφ. μγ'. [Περὶ τεύτλου.] Μαλάχην μὲν ἔφην οὐ μόνον ἥμερον, ἀλλὰ καὶ ἀγρίαν εἶναί τινα, καθάπερ γε καὶ

ro ſucco malvae lentor quidam ineſt, qui lactucae non ineſt, a refrigerandoque abeſt perſpicue; id quod etiam ante, quam edas, intelliges, ſi utrumque olus viciſſim calido cuipiam affectui, ut eryſipelati, cataplasmatis modo applicueris; quod etiam vulgo faciunt, tenera folia diligenter ad exactum laevorem conterentes; ſenties enim in hoc cataplasmate lactucam quidem manifeſte refrigerare, malvam autem calorem quendam habere moderatum ac veluti tepidum. Caeterum hoc olus facile ſubducitur, non modo propter humiditatem, verum etiam propter lentorem, et potiſſimum quando quis cum oleo et garo copioſum ipſum ſumpſerit. Nutrit autem et ipſa mediocriter. Verum ſi trium horum olerum ſuccum compararis, betae quidem tenuium eſt partium, tergendique facultate eſt praeditus, malvae autem craſſus magis eſt et lentus, lactucae inter utrumque eſt medius.

Cap. XLIII. [De beta.] Malvam quidem, ut lactucam, diximus non modo eſſe ſativam, ſed aliam etiam quan-

Ed. Chart. VI. [360, 361.] Ed. Baſ. IV. (331.)

θριδακίνην. ἄγριον δὲ τεῦτλον οὐκ ἔστιν, εἰ μή τις ἄρα τὸ λάπαθον οὕτως ὀνομάζειν βούλοιτο. χυλὸς δ' ἐν τοῖς τεύτλοις εἶναι φαίνεται ῥυπτικὸς, ὃς καὶ τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν ἐπεγείρει, καὶ τὸν στόμαχον ἐνίοτε δάκνει, καὶ μάλιστ' ἐκείνων, ὅσοι περ ἂν εὐαίσθητον αὐτὸν ἔχωσι φύσει, καὶ διὰ τοῦτο κακοστόμαχόν ἐστιν ἔδεσμα πλεῖον βρωθέν. ἡ τροφὴ δὲ ἡ ἀπ' αὐτοῦ βραχεῖα, καθάπερ ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων λαχάνων. ἐπιτηδειότερον δὲ αὖ ἐστι μαλάχης εἰς τὰς κατὰ τὸ ἧπαρ ἐμφράξεις, ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν μετὰ νάπυος ἢ πάντως γε μετ' ὄξους ἐσθίηται. καὶ τοῖς ὑποσπλήνοις δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐσθιόμενον ἀγαθὸν γίνεται φάρμακον· εἰκότως γὰρ ἄν τις αὐτὸ φάρμακον εἴποι μᾶλλον, ἢ τροφὴν, ὅταν οὕτως ἐσθίηται. καὶ τοῖς ἀνθρώποις δὲ ὁρῶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα δίκην ὄψων, οὐ τροφῶν ἐσθιόμενα, καθάπερ ἐνίοτε καὶ πράσον καὶ γλήχωνα καὶ θύμα καὶ ὀρίγανον, ἔτι τε καὶ κρόμμυον καὶ σκόροδον καὶ κάρδαμον, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα.

Κεφ. μδ'. [361] [Περὶ κράμβης.] Καὶ ταύτην οἱ πολλοὶ μὲν ὡς ὄψον ἐσθίουσιν, ἰατροὶ δὲ ὡς φαρμάκῳ ξηραίνοντι

dam eſſe agreſtem; nulla autem beta eſt agreſtis, niſi quis lapathum ita nominare velit. Succus autem betarum tergendi vim habet manifeſtam adeo, ut ventrem ad excernendum excitet, et ſtomachum interdum mordicet, praeſertim qui natura ſenſu exactiore eſt praeditus, ob idque edulium id ſtomacho eſt noxium, ſi largius ſumatur. Corpori autem ab ipſa, ut ab aliis oleribus, paucum alimentum accedit. Verum obſtructum hepar beta magis, quam malva, aperit, et multo magis, ſi cum ſinapi, aut omnino ſaltem cum aceto mandatur. Lienoſis item eodem modo ſumpta utile eſt medicamentum; jure enim quis ipſam ita manſam medicamentum potius quam alimentum dixerit. Videmusque homines fere omnia ejusmodi opſoniorum, non alimentorum, vice eſitare, quemadmodum etiam interdum porrum mandunt, et pulegium, thymum, origanum, caepam, praeterea et allium et cardamum et alia id genus.

Cap. XLIV. [De braſſica.] Hanc quoque plerique, ut opſonium, mandunt, medici autem ut ſiccante medica-

Ed. Chart. VI. [361.] Ed. Baſ. IV. (331.)

χρῶνται, λέλεκται δὲ περὶ αὐτῆς ἤδη μέν τινα κἀν ταῖς τῶν φαρμάκων δυνάμεσι, κἀν τῷ πρὸ τοῦδε συγγράμματι, καὶ νῦν δὲ καὶ ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσεται, τὸν μὲν χυλὸν αὐτῆς ἔχειν τι καθαρτικὸν, αὐτὸ δὲ τὸ σῶμα κατὰ τὸν τοῦ ξηραίνοντος λόγον ἐπέχειν μᾶλλον, ἢ προτρέπειν εἰς ὑποχώρησιν. ὅταν μὲν οὖν ἐκκρίνεσθαι βουλώμεθα τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, πλησίον κειμένης τῆς κακκάβης, ἐν ἧπερ ἂν ἑψημένη τύχῃ μετὰ ὕδατος, ἀνασπῶντας αὐτὴν εὐθέως ἐμβάλλειν χρὴ τοῖς ἀγγείοις, ἐν οἷσπερ ἐσκεύασται τοὔλαιον ἅμα τῷ γάρῳ. διαφέρει δ' οὐδὲν, εἰ ἁλῶν ἀντὶ γάρου λαμβάνοιτο. ξηρᾶναι δὲ ὑγρὰν γαστέρα βουληθέντες, ὅταν ἤδη μετρίως ἑψῆσθαι δοκῇ, τὸ πρότερον ὕδωρ ἀποχέοντες ἐμβάλλομεν εὐθέως ἕτερῳ θερμῷ, κἄπειτα πάλιν ἐκείνῳ καθεψήσομεν, ὡς τακερὰν γενέσθαι, μὴ καθέψοντες, ὅταν ὑπαγωγῆς ἕνεκα λαμβάνηται. βουλόμεθα γὰρ οὐκ ἀποθέσθαι πάντα τὸν ἴδιον αὐτῆς χυλὸν ἐπὶ τῆς τοιαύτης χρείας, ἀλλὰ φυλάττειν ὅσον οἷόν τε μάλιστα. τελέως μὲν οὖν φυλάττειν τὸν ἴδιον χυλὸν οὐδὲν ἑψόμενον δύναται, μᾶλλον δὲ ἀποβάλλει τὰ μέχρι πλείονος ἑψη-

mento utuntur. Dicta autem jam quaedam de hac fuerunt in libris de medicamentorum facultatibus, tum etiam libro ſuperiore. Nunc autem ſummatim dicemus, ipſius quidem ſuccum facultatem habere purgatricem, corpus autem ipſum communi ſiccantium ratione ſiſtere magis, quam ad dejiciendum incitare. Quum igitur, quae in ventre continentur, excernere voluerimus, e propinquo cacabo, in quo cocta cum aqua fuerit, extractam ipſam protinus in vaſa, in quibus oleum cum garo paratum fuerit, conjicere conveniet. Nihil autem retulerit, ſi ſalem loco gari ſumpſeris. Quod ſi humentem alvum ſiccare voluerimus, priorem aquam, ubi braſſica mediocriter cocta videbitur, effundentes aliam calidam mox injiciemus, ac deinde rurſum braſſicam, quoad contabuerit, ei incoquemus; quod non facimus, quum ventris dejiciendi gratia ſumitur; volumus enim hoc caſu proprium ipſius ſuccum omnem non deponere, ſed quoad fieri maxime licet, retinere. Porro nihil, quod coquitur, proprium ſuccum ſervare omnino poteſt, quin potius omnem

Ed. Chart. VI. [361.] Ed. Baſ. IV. (331.)

θέντα. καὶ μέντοι καὶ φακῆν ἔφαμεν ὁμοίως κράμβῃ χρῆναι σκευάζειν, ἀμφότερα καὶ αὐτὴν ἐργάζεσθαι δυναμένην, ὑπαγωγήν τε καὶ στάσιν γαστρός. ὀνομάζεται δὲ ἡ οὕτως σκευασθεῖσα δίσεφθος καὶ κράμβη καὶ φακῆ. καὶ κρόμμυον δὲ καὶ πράσον καὶ πολὺ μᾶλλον ἀμπελόπρασόν τε καὶ σκόροδον, ὅ τι τ' ἂν ἄλλο βουληθῇς ἐπὶ τοὐναντίον ἀποστῆσαι τῆς ἀρχαίας φύσεως, οὕτως σκεύαζε, μεμνημένος ἐκείνου πρὸ πάντων, ὡς οὐ χρὴ ψαύειν οὔτ' ἀέρος οὔθ' ὕδατος ψυχροῦ τόδε ἑψόμενον, οὐκέτι γὰρ ἀκριβῶς γίνεται τακερὸν, οὐδ' ἂν ἐπὶ πλεῖστον ἕψῃς, ἀλλὰ χρὴ, καθάπερ εἶπον ἀρτίως, ἕτοιμον ἔχοντας ὕδωρ θερμὸν, ἀνελκύσαντας ἐκ τοῦ προτέρου, μεταβάλλειν εὐθέως εἰς ἐκεῖνο. ξηραίνει μὲν οὖν ἀλλήλοις παραπλησίως φακῆ τε καὶ κράμβη, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὄψιν ἀμβλύνει, πλὴν εἰ τύχοι ποθ' ὑγρότερος ὢν παρὰ φύσιν σύμπας ὁ ὀφθαλμός. ἀλλ' ἡ μὲν φακῆ τροφὴν οὐκ ὀλίγην δίδωσι τῷ σώματι, καὶ ταύτην παχεῖάν τε καὶ μελαγχολικὴν, ἡ δὲ κράμβη βραχεῖαν τὴν τροφὴν ἔχει, καὶ ταύτην ὑγροτέραν τῆς φακῆς, ὡς ἂν εἰ στερεὸν οὐκ οὖσα σιτίον, ἀλλὰ χαῦνον.

abjiciet, ſi coctum diutius fuerit. Quin et lenticulam diximus eodem, quo braſſicam, modo oportere parare, ut quae utrumque poſſit efficere, ventris ſubductionem ſcilicet et cohibitionem. Vocatur autem, quae ſic paratur, bis cocta, et lens, et braſſica, et caepa, et porrum, et multo magis ampelopraſum et allium. Quod ſi quid aliud a veteri natura ad contrariam velis reducere, ſic parabis, hujus ante omnia memor, id, quod bis coquitur, neque aërem, neque aquam frigidam contingere; non enim poterit amplius, etiamſi diutiſſime coxeris, plane tabeſcere; ſed oportet, ut paulo ante diximus, aquam calidam habere paratam, ut, quum ex priore extraxeris, in illam protinus conjicias. Lens itaque et braſſica aequali inter ſe menſura ſiccant, ob idque viſum hebetant, niſi forte totus oculus humidior fuerit, quam naturalis habitus poſtulet. At lens quidem non exiguum corpori dat alimentum, idque craſſum ac melancholicum, braſſica vero paucum habet alimentum, idque quam lens humidius, ut quae edulium eſt non firmum, ſed laxum:

Ed. Chart. VI. [361. 362.] Ed. Baſ. IV. (351. 352.)

οὐ μὴν εὔχυμόν ἐστιν ἔδεσμα κράμβη, καθάπερ ἡ θριδακίνη, ἀλλὰ καὶ μοχθηρὸν ἔχει καὶ δυσώδη τὸν χυλόν. ἐπιφανὲς δ' εἰς οὔρησιν οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακὸν ἔξ αὐτῆς ἀποβαῖνον εἰπεῖν ἔχω. τοῦτο τὸ λάχανον οἱ τὴν ἐπίτριπτον ψευδοπαιδείαν ἀσκοῦντες ὀνομάζειν ἀξιοῦσι ῥάφανον, ὥσπερ τοῖς πρὸ ἑξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναίοις διαλεγομένων ἡμῶν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν Ἕλλησιν, οἷς ἅπασιν ἔθος ἐστὶν οὐκ ἐπ' ἄλλου φυτοῦ τὸ τῆς κράμβης ὄνομα φέρειν.

Κεφ. μέ. [362] [Περὶ ἀτραφάξυος καὶ βλίτου.] Ὑδατωδέστερα λαχάνων ἐστὶ ταῦτα καὶ, ὡς ἄν εἴποι τις, ἄποια, τῆς κολοκύνθης ἤτοι μᾶλλον, ἢ πάντως οὐχ ἧττον, ὅταν ἑψηθέντα τύχῃ δηλονότι· μόνη γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ θρίδαξ ἑκατέρως ἐσθίεται. κατανοήσας δέ τις (332) ἀτραφάξυός τε καὶ βλίτου τὴν διὰ τῆς γεύσεως ποιότητα, κἄπειτα ἀναμνησθεὶς κράμβης, ἐν τῷ μέσῳ συγχωρήσει τὴν θρίδακα τῶν λαχάνων τούτων εἶναι καὶ τῆς κράμβης, ἐπειδὴ ξηραίνει μὲν ἱκανῶς ἐκείνη, ταῦτα δὲ ὑδατώδη τελέως ἐστί. καὶ διὰ τοῦτο ἐμβάλλοντες ὄξος, οὐκ ἐκ μόνων ἐλαίου τε καὶ γάρου

ſuccum tamen non habet probum, ut lactuca, ſed pravum et graveolentem. Quod vero ad urinas attinet, ipſas (quod ſciam) inſigniter neque provocant, neque morantur. Qui perditiſſimam ac falſam doctrinam conſectantur, olus hoc ῥάφανον contendunt appellari, perinde ac ſi jam cum iis Athenienſibus, qui ante ſexcentos annos fuerunt, nobis eſſet ſermo, non cum Graecis, qui nunc ſunt, quibus omnibus mos eſt in nulla alia planta braſſicae nomine uti.

Cap. XLV. [De atriplice et blito.] Haec ſunt aliis oleribus aquoſiora et, ut ſic dicam, qualitatis expertia, magis quam cucurbita, aut ſaltem non minus, quum cocta videlicet fuerint; ſola enim inter ejusmodi olera lactuca utroque modo manditur. Quod ſi quis atriplicis et bliti qualitatem guſtu aſſecutus braſſicae deinde recordetur, fatebitur, lactucam eſſe in medio horum olerum et braſſicae, quando haec quidem ſiccat admodum, illa autem omnino ſunt aquea: quo fit, ut non ex ſolo oleo et garo ipſa mandant, ſed acetum etiam injiciant; alioquin enim ſtomacho

Ed. Chart. VI. [362.] Ed. Baſ. IV. (332.)

προσφέρονται μᾶλλον αὐτὰ, κακοστόμαχα γὰρ ἄλλως λαμβανόμενα. λέλεκται δὲ, ὡς τὰ τοιαῦτα λάχανα ῥέπει μέν πως ἐπὶ τὸ ῥᾳδίως ὑπιέναι, καὶ μάλιστ' ἂν ἔχῃ μετὰ τῆς ὑγρότητος ὀλισθηρὸν, οὐ μὴν ἰσχυράν γε τὴν κάτω ῥοπὴν, ἀλλὰ βραχεῖαν ἔχει, διὰ τὸ μηδεμίαν ὑπάρχειν αὐτοῖς ἢ δριμεῖαν ἢ νιτρώδη ποιότητα, πρὸς ἔκκρισιν ἐπεγείρουσαν τὴν γαστέρα. πρόδηλον δ', ὅτι καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτῶν τροφὴν ἐλαχίστην δίδωσι τῷ σώματι.

Κεφ. μστ'. [Περὶ ἀνδράχνης.] Ὡς ἐδέσματι μὲν χρῶνταί τινες, ὀλίγην δὲ τροφὴν ἔχει, καὶ ταύτην ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν καὶ γλισχραν, ὡς φάρμακον δ' αἱμωδίαν ἰᾶται διὰ τὴν ἄδηκτον γλισχρότητα, περὶ ἧς ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων πραγματείᾳ λέγεται.

Κεφ. μζ'. [Περὶ λαπάθου.] Δύναταί τις, ὡς πρόσθεν ἔφην, ἄγριον εἶναι φάναι τεῦτλον αὐτὸ, παραπλήσιον ὑπάρχον οὐ τῇ γεύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει, τῷ κηπευομένῳ τεύτλῳ. ἐπεὶ δὲ τὸ τεῦτλον ἥδιόν ἐστι τοῦ λαπάθου, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐσθίουσιν αὐτὸ πάντες οἱ ἄνθρωποι.

sunt noxia. Dictum autem nobis fuit, quod olera hujuscemodi ad facilem dejectionem quodammodo sunt propensa, et potissimum, si cum humiditate lubricum quiddam habeant; propensionem tamen ac momentum ad inferiorem excretionem habent non magnum, sed exiguum, propterea quod nulla qualitas ipsis inest acris aut nitrosa, quae ventrem ad excernendum excitet. Manifestum porro est, quod alimentum a se ipsis corpori praebent exiguum.

Cap. XLVI. [De portulaca.] Quidam portulaca utuntur ut cibo: nutrimentum autem habet exile, idque humidum, frigidum et lentum; ut medicamentum autem stuporem dentium sanat suo lentore morsus experte: de quo susius in opere de medicamentis paratu facilibus tradimus.

Cap. XLVII. [De lapatho.] Licet cuivis, ut ante diximus, lapathum appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo, sed viribus etiam betae hortensi est assimile. Verum quum beta lapatho sit suavior, idcirco nemo est, qui non ipsa libentius vescatur. Proinde nihil est, quod ego

Ed. Chart. VI. [362. 363.] Ed. Baſ. IV. (332.)

διὰ τοῦτο οὖν οὐδὲ ἐγὼ δεήσομαι λόγου τινὸς περὶ λαπάθου, περὶ τοῦ τευτλου πάνθ' ὅσα προσήκει εἰρηκώς.

Κεφ. μή. [Περὶ ὀξυλαπάθου.] Καὶ τοὔνομα ἐμφαίνει τοῦ φυτοῦ τοῦδε τὴν ποιότητα καὶ τὴν δύναμιν, ἔστι γὰρ λάπαθον ὀξύ. τὸ μὲν οὖν λάπαθον οὐκ ἄν τις ὠμὸν φάγοι, καθάπερ οὐδὲ τὸ τεῦτλον, ὀξυλάπαθον δὲ ἐσθίουσιν ὠμὸν ἐπὶ τῆς ἀγροικίας αἱ κιττῶσαι γυναῖκες, ἐνίοτε δὲ καί τινα τῶν περιέργων παιδίων. εὔδηλον δ', ὅτι καὶ τοῦτο τῶν ἀτρόφων λαχάνων ἐστὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ λάπαθον.

Κεφ. μθ'. [363] [Περὶ στρύχνου.] Τῶν ἐσθιομένων λαχάνων οὐδὲν οἶδα τοσαύτην ἔχοντα στύψιν, ὅσην ὁ στρύχνος. εἰκότως οὖν ὡς τροφῇ μὲν αὐτῷ σπανιάκις, ὡς φαρμάκῳ δὲ συνεχῶς χρώμεθα. δραστήριον μὲν γάρ ἐστιν, εἰς ὅσα ψύξεως στυφούσης ἐστὶ χρεία, τροφὴν δ' ἐλαχίστην ἔχει.

Κεφ. ν'. [Περὶ ἀκανθωδῶν φυτῶν.] Ἀνίσχοντα τῆς γῆς ἄρτι τὰ τοιαῦτα φυτὰ, πρὶν εἰς ἀκάνθας αὐτῶν τε-

plura de lapatho commemorem, quum omnia, quae opus erant, in beta expoſuerim.

Cap. XLVIII. [De oxylapatho.] Vel nomen ipſum plantae hujus qualitatem ac vires indicat; eſt enim lapathum acidum. Quod autem ad lapathum attinet, nemo eſt, qui crudum ipſum mandat, quemadmodum neque betam: oxylapathum tamen mulieres ruſticae pica laborantes, interdum et pueri quidem guloſi crudum manducant. Perſpicuum autem eſt, quod olus hoc ex eorum eſt genere, quae non nutriunt, multo magis, quam lapathum.

Cap. XLIX. [De ſolano.] Inter ea olera, quibus veſcimur, nullum novi, quod tantam habeat adſtrictionem, quantam ſolanum; merito igitur raro quidem ipſo utimur ut alimento, ut medicamento autem aſſidue; efficax enim eſt in iis, in quibus refrigerationis adſtringentis uſus incidit. Minimi autem eſt alimenti.

Cap. L. [De plantis ſpinoſis.] Plerique ruſticorum plantis hujuscemodi e terra nunc nuper emerſis, priusquam

Ed. Chart. VI. [363.] Ed. Baſ. IV. (332.)

λευτῆσαι τὰ φύλλα, πολλοὶ τῶν ἀγροίκων ἐσθίουσιν οὐκ ὠμὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὕδατος ἕψοντες, ἐναποβάπτοντες δὲ τὰ μὲν ὠμὰ γάρῳ καὶ ὄξει, τὰ δὲ ἑφθὰ τούτοις αὐτοῖς ἐπιχέοντες ἔλαιον. ὅτι δὲ ἐλαχίστην τροφὴν ἔχει πάντα τὰ λάχανα, καὶ ταύτην ὑδατώδη καὶ λεπτὴν, ἔμπροσθεν εἴρηται. τὰ δ' οὖν ἀκανθώδη μετρίως ἐστὶν εὐστόμαχα. τούτων τῶν φυτῶν καὶ σκόλυμός ἐστι καὶ ἀτρακτυλὶς, καὶ ἡ καλουμένη λευκάκανθα, δίψακός τε καὶ κνίκος, καὶ τραγάκανθα καὶ ἀτραγὶς, ἥ τε τετιμημένη μειζόνως ἢ προσήκει κινάρα.

Κεφ. να'. [Περὶ κινάρας.] Καλοῦσι δ' αὐτὴν πάντες οἱ φεύγοντες τὸ συνήθες, οὐ διὰ τοῦ κ καὶ τοῦ ι τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀνομάζοντες, ἀλλὰ διὰ τοῦ κ καὶ υ. κακόχυμον δέ ἐστιν ἔδεσμα, καὶ μάλισθ' ὅταν ἤδη σκληροτέρα γένηται, καὶ γὰρ τὸν χολώδη χυμὸν ἐν ἑαυτῇ πλείονα τηνικαῦτα ἴσχει, καὶ τὴν ὅλην οὐσίαν σκληρωδεστέραν, ὥστ' ἐκ μὲν ταύτης μελαγχολικὸν γεννᾶσθαι χυμὸν, ἐκ δὲ τοῦ χυλοῦ τοῦ κατ' αὐτὴν λεπτὸν καὶ πικράχολον, ἄμεινον οὖν ἀφέψοντας αὐτὴν οὕτως ἐσθίειν, εἰ μὲν δι' ἐλαίου καὶ γάρου καὶ

ipſarum folia in ſpinas deſinant, veſcuntur, non crudis modo, ſed in aqua etiam elixis, crudas quidem aceto et garo intingentes, coctis vero praeter haec oleum affundentes. Quod autem olera omnia nutrimentum habeant pauciſſimum, et ipſum quidem tenue et aquoſum, dictum ſupra a nobis fuit; ſpinoſa vero ſtomachum mediocriter juvant. Inter has plantas ſunt ſcolymus, atractylis, et quam ſpinam albam appellant, dipſacus, cnicus, tragacantha, atragis, et quam pluris, quam conveniat, aeſtimant, cinara.

Cap. LI. [De cinara.] Omnes, qui vulgarem conſuetudinem fugiunt, plantam hanc κυνάραν appellant, non per κ et ι, ſed per κ et υ primam ſyllabam pronunciantes. Pravi autem ſucci eſt edulium, et maxime quum pluſculum jam obduruerit; etenim tunc ſuccum bilioſum in ſe ipſa continet copioſiorem, totamque ſubſtantiam habet lignoſiorem, adeo ut ex ea quidem humor melancholicus, ex ipſo autem ſucco tenuis ac bilioſus gignatur. Satius igitur fuerit ipſam elixam mandere, ſic ut, ſi quis cum oleo, garo et

Ed. Chart. VI. [363. 364.] Ed. Baſ. IV. (332.)

οἴνου προσφέροιτό τις, ἐπεμβάλλοντα κορίανον, εἰ δὲ ἐν λοπάδι σκευάζων ἢ ταγηνίζων, ἄνευ τούτων· πολλοὶ γὰρ οὕτως ἐσθίουσι τὰς οἷον κεφαλὰς αὐτῶν, ἃς ὀνομάζουσι σπονδύλους.

Κεφ. νβ'. [Περὶ σελίνων καὶ ἱπποσελίνων καὶ σίων καὶ σμυρνίου.] Πάντα ταῦτά ἐστιν οὐρητικά. συνηθέστατα δ' αὐτῶν ἔτι καὶ ἡδίω καὶ εὐστομαχώτερα τὰ σέλινα· τὸ δ' ἱπποσέλινον καὶ σίον ἀηθέστερα. τὸ μὲν οὖν σμύρνιον οὐκ ἄηθες· ἐν γοῦν τῇ Ῥώμῃ πάμπολυ πιπράσκεται· δριμύτερον δ' ἐστὶ καὶ θερμότερον πολλῷ τοῦ σελίνου, καί τι καὶ ἀρωματῶδες ἔχει. μᾶλλόν τε οὖν οὐρητικόν ἐστι σελίνου καὶ ἱπποσελίνου καὶ σίου, καὶ γυναιξὶ κινεῖ τὰ καταμήνια. ποιεῖ δὲ καὶ καυλὸν ἧρος ὥρᾳ δυνάμενον ὠμὸν ἐσθίεσθαι παραπλησίως τοῖς φύλλοις, ἃ διὰ τοῦ χειμῶνος ἦν μόνα τῷ φυτῷ, μηδέπω καυλὸν ἔχοντι, καθάπερ οὐδὲ τὸ σέλινον. ὕστερον δὲ προγενομένου τοῦ καυλοῦ, τὸ σύμπαν ἥδιον γίνεται, κἂν ὠμὸν ἐσθίῃ τις αὐτό, κἂν ἑφθόν, [364] εἴτ' ἐξ ἐλαίου καὶ γάρου τύχοι βουληθείς, εἴτ' οἴνου προσεπεμβάλλων, εἴτε ὄξους.

vino ipſam ſumat, coriandrum injiciat, ſin vero in patina paret, aut frigat in ſartagine, haec ſemoveat; multi enim eo modo ipſarum veluti capita, quae ſpondylos nominant, mandunt.

Cap. LII. [De apio, equapio, ſio et ſmyrnio.] Haec omnia urinas cient; inter quae apium eſt uſitatiſſimum, et ſuavius, et ſtomacho gratius, equapium autem et ſion minus in uſu. Smyrnium vero non eſt inuſitatum, ſiquidem Romae maxima copia venditur, acriusque multo eſt quam apium et calidius, praeterea aromaticum etiam habet quidpiam. Proinde urinas provocat valentius, quam apium, equapium et ſion, menſesque mulieribus movet. Vere autem caulem producit, qui crudus eſculentus eſt, non aliter, quam folia, quae hyeme ſola plantae inerant caulem nondum habenti, ut neque tum apium habet. Poſtea vero accedente caule, tota planta jucundior redditur, ſive quis crudam ipſam, ſive elixam mandat, ſive cum oleo et garo, ſive vinum velit adjicere, ſive acetum. Sunt qui cum aceto

Ed. Chart. VI. [364.] Ed. Baſ. IV. (352.)

ἔνιοι δὲ καὶ δι' ὄξους καὶ γάρου μόνον ἐσθίουσι, καθάπερ τὰ σέλινα· τινὲς δὲ τούτοις ἐπεμβάλλουσιν ἐλαίου βραχύ. τὸ δὲ ἱπποσέλινόν τε καὶ σίον ἕψοντες ἐσθίουσιν, ὠμὸν γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἀηδὲς φαίνεται. τά γε μὴν σέλινα καὶ τὰ σμύρνια καὶ τῆς θρίδακος φύλλοις μιγνύντες προσφέρονταί τινες· ἄποιον γὰρ οὖσα λάχανον ἡ θρίδαξ, ἔτι τε ψυχρὸν ἔχουσα χυμὸν, ἡδίων τε ἅμα καὶ ὠφελιμωτέρα γίνεται τῶν δριμέων τι προσλαμβάνουσα. κατὰ τοῦτο γοῦν ἔνιοι καὶ τὰ τῶν εὐζώμων καὶ τὰ τῶν πράσων φύλλα μιγνύουσιν αὐτῇ· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τῶν ὠκίμων. ὀνομάζουσι δ' ἐν Ῥώμῃ συνήθως ἤδη πάντες οὐ σμύρνιον, ἀλλ' ὁλούσατρον τὸ λάχανον τοῦτο. καί τις ἴσως αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἀριθμεῖν ἐν ταῖς τροφαῖς ἀξιώσει, καθάπερ οὐδὲ τὸ σίον, οὐδὲ τὸ ἱπποσέλινον· εἶναι γὰρ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα τῶν σιτίων ὄψα, καθάπερ καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα, πράσά τε καὶ ἀμπελόπρασα, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ δριμέα. τούτου δὲ τοῦ γένους ἐστὶ καὶ πήγανον καὶ ὕσσωπον, ὀρίγανόν τε καὶ μάραθρον καὶ κορίανον, περὶ ὧν ἐν τοῖς ὀψαρτυτικοῖς συγγράμμασι λέγεται, κοινοῖς

ſolo et garo mandant, quo modo et apium; alii autem olei nonnihil iis adjiciunt. Caeterum equapium et ſion cocta manducant; utrumque enim ipſorum crudum eſt inſuave. Sunt qui apium et ſmyrnium foliis lactucae mixta manducent: nam quum lactuca olus ſit inſipidum, ſuccumque praeterea habeat frigidum, non modo ſuavior, ſed utilior etiam redditur, ſi acrium olerum quoddam aſſumpſerit; ob eam certe cauſam nonnulli erucae ac porri folia, alii ocimi ipſi admiſcent. Romae autem vulgo jam omnes homines olus id non ſmyrnium, ſed olus atrum nominant: quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neque ſion, neque equapium, ſed omnia hujuscemodi ſtatuet ciborum eſſe opſonia, quemadmodum et caepas, et allia, et porra, et ampelopraſa, et (ut in ſumma dicam) omnia acria. Hujus autem generis eſt ruta, hyſſopus, origanum, feniculus, coriandrum, de quibus in commentariis de opſoniis diſputatur, qui me-

Ed. Chart. VI. [364.] Ed. Baſ. IV. (332. 333.)

μέν πως οὗσιν ἰατροῖς τε καὶ μαγείροις, ἔχουσι δὲ τέλος καὶ σκοπὸν ἴδιον. ὠφελείας γὰρ ἡμεῖς στοχαζόμεθα τῆς τῶν ἐδεσμάτων; οὐχ ἡδονῆς. ἐπὶ δ' ἐνίων ἡ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἀηδία μέ(333)γα μέρος εἰς ἀπεψίαν συμβάλλεται· κατὰ τοῦτ' οὖν μετρίως ἡδύνειν αὐτὰ βέλτιόν ἐστιν. ἡ δὲ τῶν μαγείρων ἡδονὴ μοχθηροῖς οὕτως ἀρτύμασιν ὡς τὸ πολὺ χρῆται συνήθως, ὡς ἀπεψίαν μᾶλλον ἢ εὐπεψίαν αὐτοῖς ἕπεσθαι.

Κεφ. νγ'. [Περὶ εὐζώμου.] Θερμαίνει σαφῶς πάνυ τοῦτο τὸ λάχανον, ὥστε οὐδὲ μόνον ἐσθίειν αὐτὸ ῥᾴδιον ἄνευ τοῦ μίξαι τοῖς φύλλοις τῆς θριδακίνης. ἀλλὰ καὶ σπέρμα γεννᾷν πεπίστευται, καὶ τὰς πρὸς τὴν συνουσίαν ὁρμὰς ἐπεγείρειν. κεφαλαλγὲς δ' ἐστὶ, καὶ μᾶλλον ἐάν τις αὐτὸ μόνον ἐσθίῃ.

Κεφ. νδ'. [Περὶ ἀκαλήφης, ἣν καὶ κνίδην ὀνομάζουσι.] Τῶν ἀγρίων βοτανῶν ἕν τι καὶ τοῦτό ἐστι, λεπτομερῆ δύναμιν ἔχον. εἰκότως οὖν ὡς τροφῇ μὲν οὐδεὶς αὐτῷ χρῆται χωρὶς τοῦ μεγίστῳ πιεσθῆναι λιμῷ. χρήσιμον δ' ἐστὶν ὡς ὄψον τε καὶ φάρμακον ὑπακτικὸν γαστρός.

dicis quidem et coquis quodammodo ſunt communes, finis tamen utrisque ac ſcopus eſt peculiaris, quandoquidem nos utilitatem, quae ex cibis provenit, ſpectamus, non voluptatem. Quibusdam tamen cibi inſuavitas magna ex parte cauſa eſt, quo minus ipſum conficiant; ob eam igitur cauſam ſatius fuerit cibos mediocriter condire. Coquorum autem ſuavitas condimentis ut plurimum uti conſuevit adeo pravis, ut ipſa coctioni plus noceant, quam commodent.

Cap. LIII. [De eruca.] Hoc olus manifeſtiſſime calefacit: proinde ſolum ipſum mandere, niſi lactucae foliis miſceatur, non eſt facile. Semen autem generare creditur, et coëundi appetitum excitare. Capiti etiam dolorem infert, praeſertim ſi quis ipſo ſolo veſcatur.

Cap. LIV. [De urtica, quam et cniden nominant.] Herbarum agreſtium una haec eſt, tenuiumque eſt partium ac virium, unde nemo ipſa, ut alimento, jure utitur, niſi fame maxima prematur. Utilis autem eſt ut opſonium ac medicamentum, quod alvum dejicit.

Ed. Chart. VI. [364. 365.] Ed. Baſ. IV. (333.)

Κεφ. νέ. [Περὶ γιγγιδίου καὶ σκάνδικος.] Πλεῖστον ἐν Συρίᾳ τὸ γιγγίδιον φύεται καὶ βιβρώσκεται παραπλήσιον τῷ παρ' ἡμῖν σκάνδικι. πάνυ δ' ἐστὶν εὐστόμαχον, ἐάν τε ὠμὸν, ἐάν τε καὶ ζέσας αὐτὸ βούλῃ προσφέρεσθαι. μακροτέρας δ' ἐψήσεως οὐκ ἀνίσχονται. προσφέρονται δ' αὐτό τινες δὶ ἐλαίου καὶ γάρου, τινὲς δὲ καὶ οἶνον ἢ ὄξος ἐπεμβάλλοντες· καὶ πολύ γε μᾶλλον εὐστόμαχόν τ' ἐστὶ καὶ τοὺς ἀποσίτους προτρέπει μετ' ὄξους ἐσθιόμενον. ἐὔδηλον δ', ὅτι καὶ τοῦτο τὸ βοτάνιον φάρμακόν ἐστι μᾶλλον, ἢ τροφὴ, καὶ γάρ τοι καὶ στύψεως καὶ πικρότητος σαφοῦς οὐκ ὀλίγης μετέχει.

Κεφ. νστ'. [365] [Περὶ ὠκίμου.] Ὄψῳ μὲν καὶ τούτῳ χρῶνται πολλοὶ, δὶ ἐλαίου καὶ γάρου προσφερόμενοι, κακοχυμότερον δέ ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο προσεπιψεύδονταί τινες αὐτοῦ, φάσκοντες, εἰ τριφθὲν ἐμβληθείη χύτρᾳ καινῇ, τάχιστα γεννᾶν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις σκορπίους, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐν ἡλίῳ τις ἑκάστης ἡμέρας θερμαίνῃ τὴν χύτραν. ἀλλὰ τοῦτο

Cap. LV. [De gingidio et ſcandice.] Gingidii maximus eſt in Syria proventus, manditurque non aliter, quam ſcandix apud nos, ſtomachumque admodum juvat, ſive crudum, ſive elixum ipſum mandere velis, elixationem autem diuturniorem non tolerat. Sunt qui ipſum mandant cum oleo et garo, alii autem vinum etiam vel acetum injiciunt, multoque magis ita ſtomachum juvat, collapſamque appetentiam, ſi cum aceto ſumatur, excitat. Perſpicuum porro eſt, quod haec herba medicamentum potius eſt quam alimentum; habet enim perſpicue adſtrictionem et amarorem non mediocrem.

Cap. LVI. [De ocimo.] Plerique hoc quoque utuntur ut opſonio, cum oleo et garo ipſum mandentes, pravioris autem eſt ſucci; quae res impulit quosdam, ut falſa de eo prodiderint, affirmantes ipſum celerrime paucis diebus ſcorpiones generare, ſi tritum in ollam novam immitteretur, et potiſſimum, ſi quis quotidie ollam ad ſolem calefecerit. Verum id quidem falſum eſt; vere autem ipſum dixeris

Ed. Chart. VI. [365.] Ed. Baſ. IV. (333.)

μὲν ψεῦδός ἐστι, κακόχυμον δὲ καὶ κακοστόμαχον καὶ δύσπεπτον εἶναι λάχανον ἀληθῶς ἂν εἴποις αὐτό.

Κεφ. νζ'. [Περὶ μαράθρου.] Καὶ αὐτόματον μὲν ἐνίοτε φύεται τοῦτο, καθάπερ καὶ τὸ ἄνηθον, ἀλλὰ καὶ σπείρουσιν αὐτὸ κατὰ τοὺς κήπους, καὶ χρῶνται συνεχέστατα μὲν εἰς τὰς ἀρτύσεις ἀνήθῳ, μαράθρῳ δὲ ὡς ὄψῳ. καὶ γὰρ ἀποτίθενται παρ' ἡμῖν αὐτὸ, παραπλησίως πυρέθρῳ καὶ τερμίνθῳ συντιθέντες, ὡς εἰς ὅλον εἶναι ἐνιαυτὸν χρήσιμον, ὥσπερ καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰς γογγυλίδας καὶ ἕτερά τε τοιαῦτα, τὰ μὲν δὶ ὄξους μόνου, τὰ δὲ δὶ ὀξάλμης συντιθέμενοι.

Κεφ. νη'. [Περὶ ἀσπαράγων.] Εἴτε διὰ τοῦ φ λέγειν ἐθέλοις, εἴτε διὰ τοῦ π τὴν δευτέραν συλλαβὴν τῶν ἀσπαράγων, καθάπερ ἅπαντες, οὐ νῦν πρόκειται σκοπεῖν, οὐδὲ γὰρ τοῖς Ἀττικίζειν τῇ φωνῇ σπουδάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὑγιαίνειν ἐθέλουσι γράφεται ταῦτα, κἄν, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Πλάτωνος, μήτε γράμματα, μήτε νοῦν ἐπίστανται. καλούντων οὖν τῶν Ἑλλήνων σχεδὸν ἁπάντων τοὺς ἁπαλοὺς καυλοὺς,

olus ſtomacho eſſe noxium, pravique ſucci et concoctu difficile.

Cap. LVII. [De foeniculo.] Quemadmodum anethum, ita foeniculus interdum ſua ſponte naſcitur; ferunt tamen et ipſum in hortis, utunturque aſſidue anetho quidem in condimentis, foeniculo autem etiam ut opſonio; nam apud nos reponunt ipſum eodem modo, quo pyrethrum et terebinthum, componentes adeo, ut in totum annum ſit utilis, quemadmodum cepas componunt et rapas et alia id genus, quorum alia quidem cum aceto ſolo, alia cum aceto et muria ſimul componunt.

Cap. LVIII. [De aſparagis.] Utrum ſyllaba ſecunda nominis aſparagi per ph ſit pronuncianda, an per p, ut omnes nunc proferunt, diſquirere nunc non eſt propoſitum; haec enim ſcribimus iis, quibus ſanitatem tueri eſt propoſitum, non ſermonis Attici affectatoribus, qui ſane in eo videntur neque Platonis ſcripta, neque ipſius mentem intelligere. Quum igitur Graeci propemodum omnes teneros

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 644 sur 889

Ed. Chart. VI. [365.] Ed. Baſ. IV. (333.)

ὅταν αὐξάνωνται πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ τε καὶ σπέρματος ἐκβολὴν, ἀσπαράγους διὰ τοῦ π, τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐροῦμεν, ἐπιτρέψοντες ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλωσιν οἷς χρώμενοι. πολλὰ μὲν οὖν τῶν λαχάνων τε καὶ ὅλως τῶν φυτῶν γεννᾷν πέφυκεν ἐκβλαστήματα τοιαῦτα, πάντα δὲ οὐκ ἐσθίουσιν αὐτά. καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν συνηθεστέρων ὁ λόγος ἡμῖν ἔσται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐποιήσαμεν. ὁ μὲν οὖν τῆς κράμβης, ὃ καὶ κῦμα καλοῦσιν ἔνιοι, κατὰ συναίρεσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοῖ διὰ τριῶν συλλαβῶν ὀνόματος λεγομένου τοῦ κυήματος, τῆς κράμβης αὐτῆς ἧττον ξηραίνει· καίτοι τῶν ἄλλων λαχάνων ξηρότερος τὴν κρᾶσιν ὁ καυλὸς τῶν φύλλων ἐστὶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐγγὺς ἥκῃ τοῦ τὸν καρπὸν ἀποχεῖν. λέγω δὲ ἄλλα λάχανα τοιαῦτα εἶναι, θριδακίνην, ἀτράφαξυν, βλίτον, τεῦτλον, μαλάχην. ἔμπαλιν τὸν ῥαφανίδος τε καὶ ἀσπαράγου καὶ γογγυλίδος καὶ νάπυος καὶ καρδάμου καὶ πυρέθρου καὶ πάντων σχεδὸν, ὅσα δριμέα καὶ θερμὰ, ὑγρότερον εἶναι συμβέβηκε. ποιεῖ δὲ καὶ βολβὸς καὶ σέλινον καὶ σίον, εὔζωμόν τε καὶ ὤκιμον, ὀξυλάπαθόν τε καὶ λάπαθον,

caules; quo tempore ad fructus ac ſeminis productionem augeſcunt, aſparagos per p appellent, ipſorum facultatem exponemus, iis, qui ipſis utuntur, quo lubet nomine, appellare permittentes. Multa ſane olera et in ſumma plantae multae ſuapte natura hujuscemodi germina producunt quidem, non omnia tamen manduntur. Ob eam cauſam (ut in aliis antea fecimus) de uſitatioribus verba faciemus. Braſſicae igitur germen (quod nonnulli κῦμα etiam nominant, arbitror, per contractionem nominis triſyllabi κυήματος) minus quam braſſica ipſa ſiccat, tametſi aliorum olerum caulis temperamento eſt ut plurimum, quam folia, ſicciore, potiſſimum quam jam prope fructus decidit: dico autem alia olera eſſe haec, lactucam, atriplicem, blitum, betam, malvam. Contra vero accidit, ut radiculae, aſparagi, et rapae, ſinapi, cardami, pyrethri, et omnium propemodum acrium et calidorum ſit humidior. Bulbus autem et apium, ſion, eruca, ocimum, oxylapathum, lapathum et omnes

Ed. Chart. VI. [365. 366.] Ed. Baſ. IV. (333.)

ἅπασαί τε λαχανώδεις πόαι τοιοῦτόν τινα, πρὶν ἐκκαρπεῖν, καυλόν· ἐκκαρπησάντων δὲ, ξηραίνεταί τε καὶ ἄχρηστος εἰς ἐδωδὴν ἀνθρώπων γίνεται. πάντα δὲ [366] τὰ τοιαῦτα δὶ' ὕδατος ἑψηθέντα μετ' ἐλαίου καὶ γάρου προσφέρονται, βραχέος ὄξους ἐπεμβάλλοντες· ἡδύτερα γὰρ οὕτως καὶ εὐστομαχώτερα γίνονται, τροφὴν μέντοι τῷ σώματι δίδωσιν ὀλίγην τε καὶ οὐκ εὔχυμον.

Κεφ. νθ'. [Περὶ ἑτέρου γένους ἀσπαράγων.] Ἕτερον δὲ γένος ἀσπαράγων, ἐπὶ τοῖς θαμνώδεσι φυτοῖς γιγνόμενον, ὀξυμυρσίνη τε καὶ χαμαιδάφνη καὶ ὀξυάκανθα. καὶ τούτων ἕτεροί τινες, ὁ μὲν βασιλικὸς, ὁ δὲ ἕλειος ὀνομαζόμενος, ὥσπερ γε καὶ ὁ τῆς βρυωνίας ἕτερος τῶνδε. πάντες δέ εἰσιν εὐστόμαχοί τε καὶ διουρητικοὶ καὶ βραχὺ τὸ τρόφιμον ἔχοντες. εἰ μέντοι πεφθεῖεν καλῶς οἱ τοιοῦτοι, τροφιμώτεροι τῶν ἐπὶ τοῖς λαχάνοις ἀσπαράγων εἰσὶν, ὅσῳ καὶ ξηρότεροι. ὁμοιότης δέ τίς ἐστι τοῖς τε τῶν θάμνων καὶ τοῖς τῶν δένδρων βλαστήμασιν, οὐκ ἀκριβὴς ταυτότης. καὶ γὰρ ξυλω-

oleracei generis herbae, antequam ſemen effundant, ejusmodi caulem quendam producunt, qui poſt ſemen effuſum ſiccatur, ſitque ad cibum hominibus inutilis. Haec autem omnia aquae incocta mandunt cum oleo, garo, pauco aceto adjecto, ita enim jucundiora ſunt, ſtomachumque magis juvant. Alimentum tamen paucum dant corpori, et id non boni ſucci.

Cap. LIX. [De alio genere aſparagorum.] Aliud autem aſparagorum eſt genus, quod in plantis fruticoſis provenit, oxymyrſine, chamaedaphne et oxyacantha. Ab his praeterea alii ſunt diverſi, quorum alius regius, alius paluſtris nominatur, quemadmodum et alius eſt bryoniae, ab his diverſus. Omnes autem ſtomachum juvant, urinasque cient, et parum nutriunt. Si tamen ii belle conficiantur, tanto firmius alunt, quam olerum aſparagi, quo ipſi ſunt ſicciores. Porro arborum ac fruticum germina inter ſe quodammodo ſunt ſimilia, non tamen omnino eadem; arbo-

Ed. Chart. VI. [366.] Ed. Baſ. IV. (333.)

δέστερα τὰ τῶν δένδρων, διὸ καὶ ῥητέον ἐφεξῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἰδίᾳ.

Κεφ. ξ'. [Περὶ βλαστῶν.] Οἱ βλαστοὶ τῶν δένδρων τε καὶ θάμνων ἀναλογίαν ἔχουσι τοῖς ἐπὶ τῶν λαχάνων ἀσπαράγοις· ἐκβλαστήματα γάρ εἰσι κἀκεῖνοι πρὸς καρποῦ γένεσιν ἐξορμῶντος τοῦ φυτοῦ. διαφέρουσι δὲ τῷ τῶν δένδρων μὲν τὸ στέλεχος ἀεὶ διαμένειν, ἀνάλογον ὑπάρχον τῷ κατὰ τὰ λαχανώδη τε καὶ ποώδη καυλῷ, τὸν δ' ἐπὶ τούτων καυλὸν ἐπέτειον εἶναι. πάντες οὖν οἱ βλαστοὶ τῶν δένδρων τε καὶ θάμνων, ἑψηθέντες ἐν ὕδατι, βιβρώσκεσθαι δύνανται, πλὴν εἴ τινες ἤτοι ἀηδεῖς, ἢ φαρμακώδεις εἰσίν· οὐ μὴν ἐσθίουσιν αὐτοὺς οἱ ἄνθρωποι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων, ὅσα βελτίω τούτων, ἀφθονίαν. ἐν λιμῷ δὲ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐπὶ τὴν ἐδωδὴν αὐτῶν ἔρχονται· τρέφουσι γάρ πως, ἐὰν καὶ αὐτοὶ καλῶς πεφθῶσι. καλλίους δ' αὐτῶν εἰσιν οἱ τῆς τερμίνθου τε καὶ ἄγνου καὶ ἀμπέλου καὶ σχοίνου καὶ βάτου καὶ κυνοσβάτου. παρ' ἡμῖν δὲ καὶ συντιθέντες εἰς ὄξος ἢ ὀξάλμην τοὺς τῆς τερμίνθου βλαστοὺς ἀποτίθενται.

rum enim germina ſunt lignoſiora; proinde de ipſis quoque ſeorſum nobis deinceps eſt dicendum.

Cap. LX. [De germinibus.] Arborum ac fruticum germina olerum aſparagis proportione reſpondent. Sunt enim haec quoque productiones quaedam, quum planta ipſa fructum parat producere; eo tamen differunt, quod arborum quidem ſtipes (qui cauli oleraceorum et herbaceorum proportione reſpondet) perpetuo manet, in illis autem caulis eſt annuus. Omnia igitur arborum ac fruticum germina aquae incocta mandi poſſunt praeter inſuavia quaedam ac medicamentoſa; quum tamen vulgo aliis cibis praeſtantioribus affluunt, illis abſtinent; veſcuntur tamen urgente fame, nam nutriunt et ipſa aliquantum, ſi confecta probe fuerint. Omnium autem praeſtantiſſima ſunt terebinthi, et viticis, vitis, junci, rubi, et canirubi germina. Noſtrates autem terebinthi germina in aceto vel muria condentes reponunt.

Ed. Chart. VI. [366. 367.] Ed. Baſ. IV. (334.)

Κεφ. ξά. (334) [Περὶ τῆς ἐν τοῖς μέρεσι τῶν ἐσθιομένων φυτῶν διαφορᾶς.] Ἐβουλόμην ἂν ἀληθῆ τὸν Μνησιθέου λόγον ὑπάρχειν, ὃν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐδεσμάτων ἔγραφεν. οἱ γὰρ καθόλου λόγοι διὰ βραχείας λέξεως πολλὰ διδάσκουσιν, ὅταν γε ἀληθεῖς ὦσιν, ὥσπερ γε μεγάλα βλάπτουσιν οὐκ ἀληθεύοντες. ἔστι δὲ, ἃ λέγει καθόλου περὶ τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς μορίων ὁ Μνησίθεος, ταῦτα. Πρῶτον μὲν οὖν αἱ ῥίζαι πᾶσαι δύσπεπτοί τέ εἰσι καὶ ταρακτικαὶ, λέγω δὲ οἷον ῥαφανίδες, σκόροδα, κρόμμυα, γογγυλίδες, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος. ὅσων γὰρ ἡ ῥίζα καὶ τὸ κατὰ τῆς γῆς πεφυκὸς ἐδώδιμόν ἐστι, πάντα τὰ τοιαῦτα εἰς τὴν δύσπεπτον ἰδέαν καταχωρίζεται. συμβαίνει γὰρ τὰς τροφὰς ἐκ τῶν ῥιζῶν ἅπασι τοῖς μέρεσι τῶν φυομένων ἀναπέμπεσθαι. συνάγουσιν οὖν εἰς αὐτὰς ὑγρότητα πολλὴν αἱ ῥίζαι, καὶ ταύτην δύσπεπτον ἔχουσι τὴν πλείστην· οὐδὲ γὰρ [367] ἐνδέχεται πεπεμμένην αὐτὴν εἶναι πᾶσαν. τὸ γὰρ πεπεμμένον δοκεῖ τετελειῶσθαι, τὸ δ' ἐν ταῖς ῥίζαις ὑγρὸν ἑτέρωθεν δεῖ λαβεῖν τὸ τέλος τῆς πέψεως, διαδοθὲν ἐπὶ τὰ μόρια τοῦ φυο-

Cap. LXI. [De diſcrimine, quod partibus plantarum eſculentarum ineſt.] Optarem vera eſſe, quae Mneſitheus in opere de alimentis conſcripſit. Univerſalia enim praecepta, ſi vera ſunt, multa paucis verbis docent, quemadmodum, ſi falſa ſunt, multum ſunt nocua. Quae igitur Mneſitheus de partibus plantarum in univerſum praecipit, haec ſunt: *Primum igitur radices omnes concoctu ſunt difficiles, turbationemque inferunt, verbi gratia radiculae, allia, cepae, rapa, et reliqua ejusdem generis. Quorum enim radix, ſeu quod intra terram provenit, eſt eſculentum, omnia haec inter ea, quae concoctu ſunt difficilia, numerantur. Nam quum radices ſurſum omnibus plantarum partibus mittant alimentum, accidit, ut humorem multum in ſe ipſis colligant, eumque crudum habeant plurimum; neque enim fieri poteſt, ut ipſe totus ſit concoctus, quandoquidem, quod coctum eſt, id perfectum eſſe videtur; atqui humor, qui radicibus ineſt, alibi in partes plantae diſtributus coctionem perfectam acquirat neceſſe*

Ed. Chart. VI. [367.] Ed. Baf. IV. (334.)

μένου· πάντα γὰρ ἀπὸ τῆς ῥίζης τρέφεται. διόπερ ἀναγκαῖον ἀπέπτους αὐτόθι τὰς ὑγρότητας εἶναι· συνειλεγμέναι γὰρ ἐνταῦθα, προσμένουσι τὸ τέλος τῆς ἄνω πέψεως. ὥστ' ἐν ταῖς ῥίζαις εὔλογον ἀκατεργάστους εἶναι τὰς πλείστας ὑγρότητας, εἰκότως οὖν καὶ τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἀπὸ τούτων τὴν τροφὴν ὑγρὰν καταλείπεσθαι καὶ ταραχώδη. αὕτη σοι καὶ ἡ τοῦ Μνησιθέου ῥῆσις, ἄχρι μὲν τοῦ λόγου πιθανὴ, τῇ πείρᾳ δὲ κρινομένη ψευδής. αἱ γοῦν ῥαφανίδες τὴν ῥίζαν ἔχουσι πολὺ δριμυτέραν τοῦ τε καυλοῦ καὶ τῶν φύλλων· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ κρόμμυον, ἀμπελόπρασόν τε καὶ πράσον καὶ σκόροδον. εἰ δὲ καὶ τεύτλου καὶ μαλάχης καὶ γογγυλίδος ἐθέλοις παραβάλλειν τὴν ῥίζαν τοῖς φύλλοις, ἰσχυροτέραν εὑρήσεις τὴν δύναμιν, ὥσπερ γε καὶ τῆς ἀλθαίας, ἥπερ ἀγρία τις εἶναι δοκεῖ μαλάχη. δηλοῖ γοῦν καὶ αὐτῆς ἡ ῥίζα τὴν δύναμιν, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ τεύτλου, διαφοροῦσα πολλοὺς τῶν φλεγμονωδῶν ὄγκων, οὐ μήν γε τὰ φύλλα αὐτῶν ἱκανὰ δρᾶσαι τοῦτο. καὶ μέντοι καὶ τῶν φαρμακωδῶν φυτῶν ὅσα τὰς ῥίζας ὁμοίας τοῖς εἰρημένοις ἔχει, καὶ τούτων ἀσθενέστερα τὰ φύλ-

eſt; partes enim omnes a radicibus alimentum recipiunt. Neceſſe igitur eſt ibidem humores crudos acervari; quo loco collecti, coctionem abſolutam, quae fit in partibus ſupernis, expectant. Non abs re igitur in radicibus plurimum humoris inconfecti continetur. Merito ſane et corporibus noſtris alimentum ab iis relinquitur humidum ac turbationis plenum. Haec tibi Mneſithei eſt ſententia, quae verbis quidem videtur probabilis, experientia autem falſa eſſe convincitur. Siquidem radiculae radicem habent caule ipſo ac foliis multo acriorem: ſimiliter et cepa, ampeloprafum, porrum, et allium: quod ſi betae quoque et malvae et rapae radicem comparare ad folia volueris, plus virium in ea invenies, quemadmodum et in althaeae, quae agreſtis quaedam malva eſſe videtur; nam radix ipſius, ut et betae, quum tumores multos inflammatos diſcutiat, facultatem ſuam indicat, id quod ipſorum folia nequeunt efficere. Quin et plantarum medicamentoſarum, quibus radices praedictis ſunt ſimiles, folia ſunt imbecilliora, ut cyclamini, ſcillae,

Ed. Chart. VI. [367.] Ed. Baſ. IV. (334.)

λα, κυκλαμίνου καὶ σκίλλης καὶ ἄρου καὶ δρακοντίου καὶ ἄλλων πάνυ πολλῶν. ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἄλλων φυτῶν τὸ πλεῖστον τῆς οὐσίας ἔν τε τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς στελέχεσιν, οὕτως ἐπὶ τούτων ἐν τῇ ῥίζῃ, καὶ ταύτην ἡ φύσις αὐτῶν μάλιστα αὐξάνει τε καὶ τρέφει, καὶ τὸ μὴ καλῶς ἐν αὐταῖς κατεργασθὲν εἴς τε τὰ φύλλα καὶ τοὺς καυλοὺς ἀποκρίνει. τὴν μὲν οὖν ῥίζαν ἔχει ταῦτα καὶ διὰ τοῦ χειμῶνος μεγάλην, τὸν καυλὸν δὲ φύει κατὰ τὸ ἔαρ, ἡνίκα πρὸς τὸν καρπὸν ἔξορμᾷ. φαίνεται δὲ κἀπὶ τῶν ζώων ἡ φύσις ἐνίοτε τὸ περίττωμα τῆς ὅλης οὐσίας τοῦ ζώου, καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, εἴς τινων μορίων οὐκ ἀναγκαίων καταχρῆσθαι γένεσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἐλάφων μὲν εἰς τὰ κέρατα, κατ' ἄλλα δὲ τῶν ζώων εἰς πλῆθος καὶ μέγεθος ἀκανθῶν ἢ τριχῶν. ἐπισκοπεῖσθαι τοίνυν ἀσφαλέστερόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς μορίων αὐτὸ καθ' αὑτό, γευόμενον μὲν καὶ ὀσμώμενον πρότερον, εἶτα καὶ διὰ τῆς ἐδωδῆς πειρώμενον. ἡ μὲν γὰρ ὄσφρησίς τε καὶ ἡ γεῦσις, ὁποῖόν τινα τὸν χυμόν τε καὶ τὸν ἀτμὸν ἔχει τὸ μόριον τοῦ φυτοῦ, διδάσκουσαι συνενδείκνυνται τούτοις εὐθέως καὶ τὴν ὅλην κρᾶσιν αὐτοῦ. διὰ δὲ τῆς πείρας,

ari, dracontii, ac complurium aliarum. Ut enim in aliis plantis ſubſtantiae pars maxima in caule eſt ac ſtipite, ita in his in radice, quam radicem ipſarum natura auget maxime ac nutrit, et quod in ea probe confectum non fuerit, in folia et caulem excernit. Haec igitur hyeme radicem habent magnam, vere autem, quum ſemen parant producere, caulem proferunt. Videtur autem natura in animalibus quoque interdum totius ſubſtantiae animalis excrementis (quemadmodum et Ariſtoteles prodidit) ad partium quarundam non neceſſariarum procreationem abuti: ut in cervis quidem ad cornua, in aliis autem animalibus ad pilos ac ſpinas multas et magnas producendas. Tutius itaque eſt guſtantem prius atque olfacientem ſingulas plantarum partes ipſas per ſe explorare, poſt autem mandentem experiri; quandoquidem olfactus ac guſtus, cujusmodi ſaporem ac odorem pars plantae habeat, edocentes eum iis etiam temperamentum omne ſtatim oſtendunt. Expe-

Ed. Chart. VI. [367. 368.] Ed. Baſ. IV. (334.)

ἐάν γέ τις αὐτὴν ποιῆται μετὰ τῶν οἰκείων διορισμῶν, ἀκριβῶς ἡ δύναμις εὑρίσκεται, συνενδεικνυμένης αὐτοῖς ἐνίοτε καὶ τῆς συστάσεως τοῦ φυτοῦ μετὰ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸ χυλοῦ. τινὰ μὲν γὰρ ὑγρὸν καὶ ὑδατώδη, τινὰ δὲ παχὺν ἢ γλίσχρον ἔχει τὸν χυμὸν, ὧν καὶ αὐτῶν ἰδίᾳ πάλιν γεύεσθαι προσήκει. ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι δριμεῖς, ἢ ὀξεῖς, ἢ πικροὶ, ἔνιοι δὲ ἁλυκοί τε καὶ ἁλμυροὶ, καθάπερ γε τινὲς μὲν αὐτῶν αὐστηροὶ, τινὲς δὲ στρυφνοὶ, τινὲς δὲ ὑδατώδεις, ἢ γλυκεῖς. οὐκ οὖν χρὴ πεισθέντας τῷ Μνησιθέῳ πιστεύειν ὡς ὑγιεῖ καθόλου τῷ λόγῳ, πειρᾶσθαι δὲ μᾶλλον ἑκάστου τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς μορίων αὐτοῦ καθ' ἑαυτό.

Κεφ. ξβ'. [Περὶ γογγυλίδων.] Εἴτε γογγυλίδα καλεῖν, εἴτε βουνιάδα βούλοιο τὸ φυτὸν τοῦτο, λαχανῶδες μὲν αὐτοῦ τὸ τῆς γῆς ἔξέχον, ἡ δ' ἐν [368] αὐτῇ περιεχομένη ῥίζα, πρὶν μὲν ἑψηθῆναι, σκληρὰ καὶ ἄβρωτος ὑπάρχει, δὶ ὕδατος δ' ἑψηθεῖσα θαυμάσαιμ' ἄν εἴ τινος τῶν ὁμογενῶν φυτῶν ἧττον τρέφοι. πολυειδῶς δὲ καὶ ταύτην σκευάζουσιν ἄν-

rientia autem, ſi modo quis ipſam cum propriis diſtinctionibus fecerit, facultas ipſa plane invenitur. Interdum etiam cum iis ipſius plantae conſiſtentia cum ſucco, qui ipſi ineſt, indicat: quaedam enim ſuccum habent humidum quendam et aqueum, aliae craſſum vel lentum; quos etiam ſuccos privatim rurſum guſtare conveniet: quidam enim ex ipſis ſunt acres, aut acidi, aut amari, alii ſalſi, quemadmodum et quidam ipſorum ſunt auſteri, alii acerbi, alii aquei, aut dulces. Non eſt igitur audiendus Mneſitheus, tanquam verum in univerſum dicat, ſed potius ſingulae plantarum partes ipſae per ſe experientia examinandae.

Cap. LXII. [De rapis.] Hujus plantae (quam *γογγυλίδα* aut *βουνιάδα* appelles licet) oleraceum quidem eſt quod terra extat, radix autem, quae terra continetur, dura quidem eſt, niſi coquatur, et non eſculenta, aquae autem incocta miraberis quod nullâ plantarum congenerum minus nutriat. Hanc quoque varie vulgo apparant, adeo, ut in mu-

Ed. Chart. VI. [368.] Ed. Baſ. IV. (334.)

ϑρωποι ἄχρι τοῦ συντιθέναι δι' ἅλμης ἢ ὄξους, ὡς ἔχειν εἰς ὅλον ἐνιαυτὸν χρῆσθαι. χυμὸν δ' ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα παχύτερον τοῦ συμμέτρου, διὸ κἂν καὶ πλεονάσῃ τις ἐπὶ τῆς ἐδωδῆς αὐτοῦ, καὶ μάλιστα ἐάν τις ἐνδεῶς ἐν τῇ γαστρὶ πέττῃ αὐτὴν, ἀθροίσει τὸν καλούμενον ὠμὸν χυμόν. εἰς ὑποχώρησιν δὲ γαστρὸς οὔτ' ἐναντιοῦσθαι ἄν αὐτήν τις οὔτε συντελεῖν φαίη, καὶ μάλισθ' ὅταν ἕψηθῇ καλῶς. χρήζει γὰρ αὐτὴ πλείονος ἑψήσεως, καὶ γίνεται καλλίστη δὶς ἑψηθεῖσα, καθότι λέλεκται πρόσθεν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης σκευασίας. εἰ δ' ὠμοτέρα ληφθείη, δυσπεπτότερός ἐστι καὶ φυσώδης καὶ κακοστόμαχος, ἐνίοτε δὲ καὶ δῆξιν ἐργάζεται κατὰ τὴν γαστέρα.

Κεφ. ξγ'. [Περὶ ἄρου.] Ἔστι μὲν ἡ ῥίζα καὶ τούτου τοῦ φυτοῦ παραπλησίως ἐσθιομένη τῇ τῆς γογγυλίδος, ἐν χώραις δέ τισι φύεται δριμυτέρα πως, ὡς ἐγγὺς εἶναι τῇ τοῦ δρακοντίου. καὶ χρὴ τὸ πρότερον αὐτῆς ὕδωρ ἀποχέοντα κατὰ τὴν ἕψιν εἰς ἕτερον ἐπεμβάλλειν ϑερμὸν, ὡς ἐπὶ κράμβης τε καὶ φακῆς εἴρηται. κατὰ δὲ Κυρήνην ἔμ-

ria vel aceto condientes in totum annum ipſa utantur. Succum autem in corpus diſtribuit mediocri craſſiorem: proinde ſi quis ipſa liberalius veſcatur, ſuccum crudum, quem vocant, acervabit, potiſſimum ſi ipſam minus juſto in ventriculo confecerit. Quod vero ad ventrem attinet, nemo ipſam aut dejicere aut ſiſtere dixerit, praeſertim quum cocta belle fuerit: coctionem enim diuturniorem poſtulat, eaque eſt laudatiſſima, quae cocta bis fuerit, quemadmodum prius de ejusmodi praeparatione docuimus. Quod ſi ſumpta crudior fuerit, concoctu eſt difficilior ac flatulenta ſtomachoque noxia, nonnunquam autem et ventrem mordicat.

Cap. LXIII. [De aro.] Manditur et hujus plantae radix eodem modo, quo rapi. In quibusdam autem regionibus acrior quodammodo provenit, ut prope ad dracontii radicem accedat. Et dum ipſam coquis, priore aqua effuſa, in aliam calidam convenit conjicere, quemadmodum in braſſica ac lente diximus. Ad Cyrenen autem planta haec

Ed. Chart. VI. [368.] Ed. Baſ. IV. (334.)

πάλιν ἔχει τὸ φυτὸν πρὸς τὴν παρ' ἡμῖν χώραν. ἧκιστα γὰρ ἔχει φαρμακώδές τι καὶ δριμὺ τὸ ἄρον ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ὡς καὶ τῶν γογγυλίδων εἶναι χρησιμώτερον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰς Ἰταλίαν κομίζουσι τὴν ῥίζαν, ὡς ἂν καὶ διαμένειν δυναμένην χρόνῳ πλείονι χωρὶς τοῦ σαπῆναί τε καὶ βλαστῆσαι. πρόδηλον δ', ὅτι πρὸς μὲν τροφὴν ἡ τοιαύτη κρείττων ἐστὶν, εἰ δέ τις ἀναβήττειν ἐκ θώρακός τε καὶ πνεύμονος βούλοιτό τι τῶν ἀθροιζομένων ἐν αὐτοῖς παχέων ἢ γλίσχρων ὑγρῶν, ἡ δριμυτέρα καὶ φαρμακωδεστέρα βελτίων. ἐσθίεται δὲ δι' ὕδατος ἑψηθεῖσα μετὰ νάπυος, ἢ μετ' ὄξους, σὺν ἐλαίῳ καὶ γάρῳ, καὶ μέντοι καὶ μεθ' ὑποτριμμάτων, ἁλῶν τε καὶ τῶν διὰ τοῦ τυροῦ σκευαζομένων. οὐκ ἄδηλον δ', ὅτι καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς ἀναδιδόμενος εἰς ἧπάρ τε καὶ ὅλον τὸ σῶμα χυμὸς, ἐξ οὗ τρέφεται τὰ ζῶα, παχύτερός πώς ἐστιν, ὡς ἐπὶ τῶν γογγυλίδων εἴρηται, καὶ μάλισθ' ὅταν ὦσιν αἱ ῥίζαι, καθάπερ αἱ ἀπὸ τῆς Κυρήνης, ἀφάρμακοι. παρ' ἡμῖν γὰρ ἐν Ἀσίᾳ πολλὰ τῶν ἄρων δριμύτερά ἐστι καὶ ἤδη φαρμακώδη τὴν δύναμιν ἔχει.

a noſtrate eſt diverſa: nam in illis locis arum minime eſt medicamentoſum et acre, ut rapis etiam ſit utilius: idcirco hanc quoque radicem in Italiam advehunt, ut quae longiori tempore imputris et ſine germine poſſit perdurare. Perſpicuum autem eſt, quod talis in cibo quidem eſt praeſtantior: ſi quis tamen humores craſſos vel lentos in thorace et pulmonibus collectos tuſſi velit ejicere, acrior ac medicamentoſa magis eſt praeferenda. Manditur autem et aquae cum ſinapi vel aceto incocta, cum oleo et garo, atque etiam cum condimentis ſaleque et iis, quae ex caſeo parantur. Non obſcurum etiam eſt, quod ſuccus, qui ex ipſa in hepar et totum corpus diſtribuitur, ex quo animalia aluntur, craſſior quodammodo eſt, quemadmodum de rapis diximus, potiſſimum quum radices ipſae qualitatis medicamentoſae fuerint expertes, cujusmodi ſunt, quae Cyrenis afferunt; quandoquidem apud nos in Aſia arum magna ex parte eſt acrius, facultatemque habet jam medicamentoſam.

Ed. Chart. VI. [368. 369.] Ed. Baſ. IV. (335.)

Κεφ. ξδ'. (335) [Περὶ δρακοντίου.] Καὶ τούτου τὴν ῥίζαν ἕψοντες δίς που καὶ τρὶς, ὡς ἀποθέσθαι τὸ φαρμακῶδες, ἐσθίειν ἐνίοτε δίδομεν, ὥσπερ καὶ τὰς τῶν ἄρων, ὅταν ἰσχυροτέρας δέηται δυνάμεως τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα περιεχόμενα γλίσχρα καὶ παχέα. κοινὸν δὲ ἐπὶ πάντων ἐδεσμάτων μεμνῆσθαί σε χρὴ, τὰ μὲν δριμέα καὶ πικρὰ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἐλάττονα τροφὴν διδόναι τῷ σώματι, τὰ δ' ἄποια καὶ μᾶλλον αὐτῶν τὰ γλυκέα πολλὴν, ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐὰν ἐσφιγμένην ἔχωσι τὴν οὐσίαν, ὡς μήτε ὑγρὰ, μήτε παχέα, μήτε χαῦνα ταῖς συστάσεσιν ὄντα. τούτων οὖν [369] ἀεὶ μεμνημένος, ἔτι δὲ καὶ προσέχων, εἰ κατὰ τὰς ἕψήσεις, ἢ ὀπτήσεις, ἢ τὰς διὰ τηγάνου σκευασίας ἀποτίθεται τὰς ἰσχυρὰς ποιότητας ἕκαστα τῶν εἰς πεῖραν ἀγομένων, οὐ δεήσῃ παρ' ἐμοῦ περὶ πάντων ἀκοῦσαι κατ' εἶδος, ἀλλ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐποίησα, τὰ συνεχῶς ἐσθιόμενα μάλιστα ἐξηγήσομαι.

Κεφ. ξε'. [Περὶ ἀσφοδέλου.] Τῇ τῆς σκίλλης ῥίζῃ παραπλησία πώς ἐστιν ἡ τοῦ ἀσφοδέλου μέγεθος καὶ σχῆ-

Cap. LXIV. [De dracontio.] Hujus quoque radicem bis terve elixantes, quoad medicamentoſum omne depoſuerit, nonnunquam exhibemus mandendam, quemadmodum et ari, quando humores craſſi et lenti, qui in thorace ac pulmonibus habentur, vi majore iudigent. Commune autem id omnibus cibariis memoria eſt tenendum, quod acria quidem et amara, ſi edantur, corpus parcius nutriunt, inſipida autem et iis adhuc magis dulcia multum, et multo magis, ſi compactam habeant ſubſtantiam, ut neque humida ſint conſiſtentia, neque craſſa, neque laxa. Haec certe ſi perpetuo memoria tenueris, et praeterea attenderis, num ſingula, quae explorantur, dum elixantur, aut aſſantur, aut in ſartagine parantur, ſuae qualitatis vehementiam deponant, nihil erit, quod a me de omnibus ſpeciatim audire deſideres; ſed (quod in aliis feci) ea potiſſimum exponam, quibus aſſidue veſcimur.

Cap. LXV. [De aſphodelo.] Radix aſphodeli et magnitudine et figura et amarore ſcillae radici quodammo-

Ed. Chart. VI. [369.] Ed. Baſ. IV. (335.)

μα καὶ πικρότητα. σκευαζομένη μέντοι, καθάπερ οἱ θέρμοι, τὸ πλεῖστον τῆς πικρότητος ἀποτίθεται, καὶ ταύτῃ σκίλλης διαφέρει· δυσέκνιπτος γάρ ἐστιν ἱκανῶς ἡ ἐκείνης ποιότης. Ἡσίοδος μὲν οὖν ἔοικεν ἐπαινεῖν τὸν ἀσφόδελον ἐν οἷς φησιν·

Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

ἐγὼ δ' οἶδα διὰ λιμὸν ἀγροίκους τινὰς ἕψήσεσί τε πλείοσι καὶ ἀποβρέξεσιν ἐν ὕδατι γλυκεῖ μόλις αὐτὴν ἐδώδιμον ἐργασαμένους. ἥ γε μὴν δύναμις καὶ ταύτης τῆς ῥίζης ἐστὶν ἐκφρακτική τε καὶ λεπτυντική, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ δρακοντίου. διὸ καὶ τὸν ἀσπάραγον αὐτοῦ τοῖς ἰκτεριώδεσι διδόασί τινες, ὡς μέγιστον ἴαμα.

Κεφ. ξστ'. [Περὶ βολβῶν.] Ἐκ ταὐτοῦ γένους εἰσὶ καὶ οἱ βολβοὶ τοῖς προειρημένοις. ἐσθίεται γὰρ αὐτῶν ἡ ῥίζα χωρὶς τῶν φύλλων, ἐν ἥρι δέ ποτε καὶ ὁ ἀσπάραγος. ἔχει δ' ἐν αὑτῷ πικράν τε καὶ αὐστηρὰν δύναμιν ἐπιφανῆ· διὸ καὶ τὸν στόμαχον ἐκλελυμένον ἐπεγείρει πως εἰς ὄρεξιν. οὐκ ἐναντιοῦται δὲ οὐδὲ τοῖς ἀναπτύειν τι δεομένοις ἐκ θώ-

do eſt ſimilis. Si tamen, ut lupini, paretur, maximam partem ſui amaroris deponit, in eoque a ſcilla diſcrepat; nam ſcillae qualitas difficillime eluitur. Heſiodus certe aſphodelum laudat, quum ſic ait:

Nec, quanta in malva atque albuco ſint bona, norunt.

Equidem novi quosdam ruſticos, qui graſſante fame vix tandem complurib̃us elixationibus, lotionibus macerationibusque in aqua dulci eſculentam ipſam reddiderint. Porro haec quoque radix, quemadmodum et dracontii, facultatem habet tenuandi atque aperiendi. Proinde quidam pro ſummo remedio ipſius recentiſſimum turionem ictero laborantibus exhibent.

Cap. LXVI. [De bulbis.] Bulbi quoque ejusdem cum praedictis ſunt generis. Manditur enim ipſorum radix ſine foliis, vere autem interdum et aſparagus. Facultatem autem habet in ſe amaram et auſteram, eamque inſignem; unde etiam ſtomachum exolutum ad appetendum quodammodo excitat. Et quanquam corporis ſubſtan-

Ed. Chart. VI. [369.] Ed. Baſ. IV. (335.)

ρακός τε καὶ πνεύμονος, καίτοι τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος παχυτέραν τε καὶ γλισχροτέραν ἔχοιεν. ἀλλ' ἡ πικρότης ἀντιπράττει τῷ πάχει, τέμνειν τὰ γλίσχρα καὶ παχέα πεφυκυῖα, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν φαρμάκων εἴρηται. διὸ κἂν δίσεφθοι γενηθῶσι, τροφιμώτεροι μέν εἰσι, ἐναντιοῦνται δὲ ἤδη τοῖς ἀναπτύεσθαι δεομένοις, ὡς ἂν ἀποτιθέμενοι τὸ πικρὸν ἅπαν. ἐσθίειν δ' αὐτοὺς ἄμεινον τηνικαῦτα δὶ ὄξους ἅμα ἐλαίῳ καὶ γάρῳ, καὶ ἡδίους οὕτω γε καὶ τροφιμώτεροι καὶ ἀφυσότεροι καὶ πεφθῆναι ῥᾴους γίγνονται. πλεονάσαντες δὲ κατὰ τὴν ἐδωδὴν αὐτῶν ἔνιοι προδήλως ἤσθοντο καὶ σπέρμα πλεῖον ἴσχοντες καὶ προθυμότεροι γιγνόμενοι πρὸς ἀφροδίσια. σκευάζουσι δὲ καὶ τούτους οἱ ἄνθρωποι πολυειδῶς. οὐ γὰρ μόνον ἕφθοὺς, ὡς ἔφην, δὶ ὕδατος, ἀλλὰ καὶ λοπάδας ἐξ αὐτῶν ποικίλως ἠρτυμένας συντιθέασιν, ἔκ ταγήνου τέ τινες ἄλλοι προσφέρονται, πολλοὶ δ' ὀπτῶντες ἐπ' ἐσχάρας. ἀλλ' οὗτοί γε τὴν πολλὴν ἕψησιν οὐκ ἀναμένουσιν, ἀρκοῦνται δὲ πάνυ βραχείᾳ. τινὲς δ' οὐδ' ὅλως προέψουσι χαίροντες αὐ-

tiam habeat craſſiorem ac lentam magis, non tamen adverſatur ne iis quidem, quibus ex thorace ac pulmonibus aliquid convenit expuere: ſed quum amaritudo ipſa ſuapte natura craſſa ac lenta incidat, craſſitiei adverſatur, quemadmodum in commentariis de medicamentis docuimus. Quapropter, ſi elixi bis fuerint, magis quidem nutrient: verum quum amarorem omnem jam depoſuerint, adverſabuntur iis, quae ſputo ſunt ejicienda. Melius autem tunc fuerit ipſos ex aceto, oleo et garo mixtis mandere: ſuaviores enim ſic quidem fiunt, et magis nutrientes, flatusque magis expertes ac concoctu faciliores. Quidam autem ex ipſorum eſu liberaliore ſemen ſibi inauctum, ſeque ad venerem alacriores redditos manifeſte ſenſerunt. Varie autem ipſos vulgo apparant: nam non modo in aqua elixos, ut dixi, mandunt, verum etiam patinas ex ipſis varie condiunt: ſunt qui et frixos, alii aſſos ſuper prunas mandunt. Verum hi quidem diuturnam elixationem non ſuſtinent, ſed exigua admodum ſunt contenti: quidam autem, auſteritate ipſorum

Ed. Chart. VI. [369. 570.] Ed. Baſ. IV. (335.)

τῶν τῷ πικρῷ τε καὶ αὐστηρῷ διασωζομένῳ· προτρέπει γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἐδωδήν. ἀλλ' εἰ μὲν ὡς προτρέποντι χρήσαιντο, μέχρι δυοῖν ἢ καὶ τριῶν προελθόντες, εἶη ἄν τι πλέον αὐτοῖς· εἰ δὲ πλεονάσαιεν ἐπὶ τῶν οὕτω σκευασθέντων, καὶ μάλισθ' ὅταν, ὡς εἰώθασιν, ὠμοτέρους αὐτοὺς λαβόντες, αὐτοὶ πάλιν ἀπεπτήσονται. καί τινές γε καὶ φύσαν καὶ στρόφον ἐπιφέρουσι μὴ πεφθέντες καλῶς. ἐκ μὲν δὴ τῶν οὕτως ἐσθιομένων οὐκ εὔχυμος ἡ τροφὴ γίνεται· τῶν δ' ἐπὶ πλεῖστον ἑψηθέντων ἢ καὶ δὶς, ὡς εἴρηται, παχύτερος μὲν ὁ χυμὸς, ἀμείνων δὲ τἄλλα καὶ τροφιμώτερος γίνεται.

Κεφ. ξζ'. [370] [Περὶ σταφυλίνου καὶ δαύκου καὶ κάρους.] Αἱ ῥίζαι καὶ τούτων ἐσθίονται, τροφὴν δ' ἧττονα γογγυλίδων ἔχουσι, καθάπερ γε καὶ τῶν Κυρηναίων ἄρων. θερμαίνουσι δὲ σαφῶς, καί τι καὶ ἀρωματίζον ἐμφαίνουσι. τὸ μὲν οὖν δύσπεπτον αὐταῖς ὁμοίως ὑπάρχει ταῖς ἄλλαις ῥίζαις. οὐρητικὰ δ' εἰσὶ καὶ, εἰ πλεονάζοι τις αὐτῶν ἐν τῇ χρήσει, κακόχυμα μετρίως. εὐχυμότερός γε μήν ἐστιν ἡ κάρους τοῦ σταφυλίνου. τινὲς δὲ τὸν ἄγριον σταφυλῖνον

atque amarore ſervatis delectati, omnino non elixant; incitant enim ipſos magis ad cibum capeſſendum: juvabuntur tamen, ſi duos aut tres dies ipſis, ut appetentiam excitantibus, uſi fuerint: quod ſi iis ita paratis largius utantur, et potiſſimum ſi (ut ſolent) crudiores ſumant, in cruditatem rurſus incident. Sunt qui flatus etiam et tormina, niſi belle fuerint concocti, inferant. Caeterum alimentum, quod ex iis ita manſis fit, non boni eſt ſucci: ex iis autem, qui plurimum aut, ut diximus, bis elixi fuerint, ſuccus gignitur craſſior quidem, verum praeſtantior alioqui et qui valentius nutriat.

Cap. LXVII. [De paſtinaca, dauco et caro.] Horum quoque radices manduntur, minus tamen, quam rapae et arum Cyrenaicum, nutriunt. Calefaciunt autem inſigniter, et aromaticum quiddam oſtentant: caeterum, quomodo et aliis radicibus, conficiendi difficultas ipſis ineſt. Urinam autem cient: et ſi quis ipſis copioſius utatur, vitioſum ſuccum mediocriter gignent. Cari tamen radix melioris eſt ſucci, quam paſtinacae. Quidam autem paſtinacam agreſtem vo-

Ed. Chart. VI. [376.] Ed. Baſ. IV. (335.)

ὀνομάζουσι δαῦκον, οὐρητικώτερον μὲν ὄντα, φαρμακωδέστερον δ' ἤδη καὶ πολλῆς ἑψήσεως δεόμενον, εἰ μέλλοι τις ἐσθίειν αὐτόν.

Κεφ. ξή. [Περὶ ὕδνων.] Ἐν ῥίζαις ἢ βολβοῖς ἀριθμεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ταῦτα, μηδεμίαν ἔχοντα σαφῆ ποιότητα. χρῶνται τοιγαροῦν αὐτοῖς οἱ χρώμενοι πρὸς ὑποδοχὴν ἀρτυμάτων, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα καλοῦσιν ἄποια καὶ ἀβλαβῆ καὶ ὑδατώδη κατὰ τὴν γεῦσιν. ἔστι δ' ἁπάντων αὐτῶν κοινὸν, ὡς μηδὲ τὴν ἀναδιδομένην εἰς τὸ σῶμα τροφὴν ἔξαίρετόν τινα δύναμιν ἔχειν, ἀλλ' ὑπόψυχρον μὲν εἶναι, τῷ πάχει δ', ὁποῖον ἄν τι καὶ αὐτὸ τὸ ἐδηδεσμένον ᾖ, παχύτερον μὲν τὸ ἐξ ὕδνων, ὑγρότερον δὲ καὶ λεπτότερον ἐκ κολοκύνθης, ἐπί τε τῶν ἄλλων ἀνάλογον.

Κεφ. ξθ'. [Περὶ μυκήτων.] Καὶ μυκήτων οἱ βωλῖται καλῶς ἑψηθέντες ἐν ὕδατι πλησίον ἥκουσι τῶν ἀποίων ἐδεσμάτων. οὐ μὴν οὕτω γε μόνοις αὐτοῖς ἄνθρωποι χρῶνται, σκευάζουσι δὲ καὶ ἀρτύουσι πολυειδῶς, ὥσπερ καὶ τἆλλα, ὅσα μηδεμίαν ἔξαίρετον ἔχει ποιότητα. φλεγματώδης δ'

cant daucum, qui urinam quidem movet potentius, medicamentoſior tamen jam eſt, multumque, ſi quis eo veſci velit, eſt elixandus.

Cap. LXVIII. [De tuberibus.] Haec quoque radicibus aut bulbis ſunt annumeranda, ut quae nullam qualitatem habeant inſignem: proinde qui ipſis utuntur, utuntur ad condimenta excipienda, quemadmodum et aliis, quae vocant inſipida, et innoxia, et ad guſtum aquoſa. Quibus omnibus eſt commune, ut alimentum, quod ab ipſis in corpus distribuitur, nullam inſignem habeat facultatem, ſed ſubfrigidum quidem ſit, craſſitie vero, quale id ipſum eſt, quod ſumptum fuerit. Craſſius quidem eſt, quod ex tuberibus, humidius autem ac tenuius, quod ex cucurbita, atque in aliis proportione.

Cap. LXIX. [De fungis.] Ex fungis boleti, ſi belle in aqua elixi fuerint, proprie accedunt ad cibos inſipidos: non tamen ſic ſolis ipſis, ut vulgo, utuntur, ſed apparant varie et condiunt ut alia omnia, quae nulla inſigni qualitate ſunt praedita. Alimentum autem ex ipſis eſt

Ed. Chart. VI. [370.] Ed. Baſ. IV. (335, 336.)

ἐστὶν ἡ ἐξ αὐτῶν τροφὴ, καὶ δῆλον ὅτι καὶ ψυχρὰ, κἂν πλεονάζῃ τις ἐν αὐτοῖς, κακόχυμος. ἀβλαβέστατοι μὲν οὖν τῶν ἄλλων μυκήτων εἰσὶν οὗτοι· δεύτεροι δὲ μετ' αὐτοὺς οἱ ἀμανῖται· τῶν δ' ἄλλων ἀσφάλεστερόν ἐστι μηδ' ὅλως ἅπτεσθαι, πολλοὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἀπέθανον. ἐγὼ δ' οἶδά τινα καὶ τῶν βωλιτῶν αὐτῶν, οἵπερ ἀβλαβέστατοι δοκοῦσιν εἶναι, πλείονας οὐκ ἀκριβῶς ἑφθοὺς φαγόντα, θλιβέντα τὸ στόμα τῆς κοιλίας, καὶ βαρυνθέντα, καὶ στενοχωρηθέντα, καὶ δυσπνοήσαντα, καὶ λειποψυχήσαντα, καὶ ψυχρὸν ἱδρώσαντα, καὶ μόλις σωθέντα διὰ τῆς τῶν τεμνόντων τοὺς παχεῖς χυμοὺς προσφορᾶς, ὁποῖόν ἐστιν ὀξύμελι, καθ' ἑαυτό τε καὶ μετὰ ὑσσώπου καὶ ὀριγάνου μετρίως ἑψηθέντων ἐν αὐτῷ. καὶ γὰρ ἔκ τινος ἐκεῖνος ἔλαβε καὶ τοῦτο, καὶ νίτρου τὸν ἀφρὸν, ἐπιπασθέντα αὐτοῖς, ἐφ' οἷς ἤμεσε τοὺς ἐδηδεσμένους μύκητας, ἤδη πως εἰς φλεγματώδη χυμὸν, ἱκανῶς ψυχρὸν καὶ παχὺν, ὑπηλλαγμένους.

Κεφ. ο'. (336) [Περὶ ῥαφανίδος.] Ὡμὴν μὲν ἐσθίουσιν αὐτὴν μόνην τοὐπίπαν οἱ κατὰ τὰς πόλεις ἄνθρωποι,

pituitoſum, et frigidum videlicet, pravique eſt ſucci, ſi quis ipſis largius utatur. Omnium igitur fungorum hi minimum ſunt noxii; ſecundi autem poſt hos ſunt amanitae; reliquos vero tutius eſt omnino ne attingere quidem, multi enim ex ipſorum eſu interierunt. Equidem novi quendam, cui poſt boletorum non ſatis elixorum (qui innocentiſſimi eſſe putantur) uſum largiorem os ventriculi preſſum ac gravatum coarctatumque fuit, difficilemque habuit reſpirationem, et in animi deliquium incidit, ſudoremque frigidum ſudavit, ac demum ſervari aegre, ſumptis iis, quae humores craſſos incidunt, potuit: cujus generis eſt oxymeli ipſum per ſe, et cum hyſſopo et origano ipſi mediocriter incoctis: is enim tum hoc a quodam accepit, tum nitri ſpumam ipſis inſperſam: poſt quae fungos, quos comederat, vomuit, qui jam quodammodo in ſuccum pituitoſum frigidumque admodum ac craſſum erant mutati.

Cap. LXX. [De radicula.] Urbani quidem homines ſolam ipſam crudam ut plurimum ante alios ſane cibos,

Ed. Chart. VI. [370. 371.] Ed. Baſ. IV. (336.)

πρῶτον οὖν ἁπάντων μετὰ [371] γάρου, γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἕνεκα, ὀλίγοι δὲ καὶ ὄξους ἐπιχέουσιν. οἱ δ' ἄγροικοι καὶ μετ' ἄρτου πολλάκις προσφέρονται, παραπλησίως τοῖς ἄλλοις αὐτοφυέσιν ὄψοις, ἐξ ὧν ἐστι καὶ ὀρίγανος ἡ χλωρὰ, καὶ κάρδαμον, καὶ θύμα, καὶ θύμβρα, καὶ γλήχων, καὶ ἕρπυλλος, ἡδύοσμός τε καὶ καλαμίνθη, καὶ πύρεθρον, καὶ εὔζωμον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα τῶν ἐδωδίμων ἐστὶν ὄψα χλωρὰ, μετὰ τῶν τροφῶν ἐσθιόμενα, τῶν ποωδῶν φυτῶν ὄντα. τῆς ῥαφανίδος δὲ καὶ τὸν καυλὸν ἐσθίουσι καὶ τὰ φύλλα, κατ' ἀνάγκην μᾶλλον, ἢ ἑκόντες. ἡ μέντοι ῥίζα τῶν συνεχῶς ἐσθιομένων ἐστὶν, ὡς ὄψον μᾶλλον ἢ τροφὴ, τῆς λεπτυντικῆς δυνάμεως οὖσα καὶ αὐτὴ δηλονότι μετὰ τοῦ θερμαίνειν σαφῶς· ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ δριμεῖα ποιότης ἐν αὐτῇ. κατὰ δὲ τὸ ἔαρ εἴωθεν καυλόν τινα γεννᾶν εἰς ὕψος ἀνερχόμενον, ὥσπερ τἆλλα τὰ μέλλοντα καυλοφορήσειν, ὅντινα καυλὸν ἕψοντες ἐσθίουσι δὶ ἐλαίου τε καὶ γάρου καὶ ὄξους, ὥσπερ καὶ τὸν τῆς γογγυλίδος, καὶ τὸν τοῦ νάπυος, καὶ τὸν τῆς θριδακίνης. καὶ τρέφει μὲν δηλονότι μᾶλλον ὁ καυλὸς οὗτος τῆς ὠμῆς

cum garo, alvi dejiciendae gratia, mandunt; quidam autem aceti quidpiam admiſcent. Ruſtici vero cum pane ſaepenumero aſſumunt ut alia opſonia, quae ſponte proveniunt; in quibus eſt origanum viride, et cardamum, thymus, ſatureia, pulegium, ſerpyllum, mentha, calaminthe, pyrethrum et eruca; omnia enim haec viridia opſonia ſunt eſculenta, mandunturque cum alimentis, ſuntque ex genere plantarum herbacearum. Radiculae autem caulem etiam ac folia mandunt, ſed coacti potius, quam lubentes. Radix autem ex iis eſt, quibus aſſidue veſcimur, eſtque opſonium magis, quam alimentum, nimirum quae et ipſa cum manifeſta calefactione attenuandi habet facultatem, nam qualitas acris in ipſa ſuperat. Vere autem caulem quendam, qui in altum aſſurgit, gignere conſuevit, quemadmodum et alia omnia, quae caulem ſunt productura; quem caulem elixantes mandunt cum oleo et garo et aceto, ut rapae caulem, ac ſinapi, et lactucae: nutritque magis caulis iſte, quam cruda

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 660 sur 889

Ed. Chart. VI. [371.] Ed. Baſ. IV. (336.)

ῥαφανῖδος, ὡς ἐναποτιθέμενος ἐν τῷ ὕδατι τὴν δριμύτητα, βραχυτάτην δ' ὅμως καὶ αὐτὸς ἔχει τροφήν. ἔνιοι δὲ οὐ μόνον τὸν καυλὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ἕψοντες ἐσθίουσι τὰς ῥαφανῖδας ὁμοίως ταῖς γογγυλίσι. θαυμάσαι δ' ἔστι καὶ τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐκείνους, ὅσοι μετὰ δεῖπνον ὠμὰς ἐσθίουσιν αὐτὰς εὐπεψίας ἕνεκεν. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἱκανὴν ἐσχηκέναι φασὶ τούτου πεῖραν, οἱ μιμησάμενοι δὲ αὐτοὺς πάντες ἐβλάβησαν.

Κεφ. οά'. [Περὶ κρομμύων, καὶ σκορόδων, καὶ πράσων, καὶ ἀμπελοπράσων.] Καὶ τούτων τῶν φυτῶν τὰς μὲν ῥίζας ἐσθίουσιν οἱ ἄνθρωποι πλειστάκις, ὀλιγάκις δὲ τὸν καυλὸν καὶ τὰ φύλλα, δριμεῖαν ἱκανῶς ἔχοντα δύναμιν ἀνάλογον αὐταῖς. θερμαίνει δὲ τὸ σῶμα, καὶ λεπτύνει τοὺς ἐν αὐτῷ παχεῖς χυμοὺς καὶ τέμνει τοὺς γλίσχρους. ἑψηθέντα μέντοι δὶς ἢ καὶ τρὶς, ἀποτίθεται μὲν τὴν δριμύτητα, λεπτύνει δ' ὅμως ἔτι, καὶ τροφὴν βραχυτάτην δίδωσι τῷ σώματι· τέως δὲ οὐδ' ὅλως ἐδίδου, πρὶν ἑψηθῆναι. τό γε μὴν σκόροδον οὐ μόνον ὡς ὄψον, ἀλλὰ καὶ ὡς φάρμακον ὑγιεινὸν ἐσθίου-

radicula, ut qui in aqua acrimoniam omnem deponat: pauciſſimum tamen et ipſe habet alimentum. Quidam autem non caulem modo, ſed et radiculas ipſas elixantes mandunt, non aliter ac rapas. Mirarique ſubit eos medicos atque idiotas, qui poſt coenam coctionis juvandae gratia crudas ipſas eſitant. Ipſi quidem hanc rem experientia ſatis ſibi exploratam eſſe affirmant, qui tamen ipſos ſunt imitati, omnes laeſi fuerunt.

Cap. LXXI. [De caepis, alliis, porris et ampeloprafis.] Harum quoque plantarum radices quidem vulgo frequentiſſime eſitant, caulem autem raro et folia, quae et ipſa proportione radicum acrem admodum habent facultatem. Corpus calefaciunt, et qui in ipſo ſunt humores craſſos tenuant, lentosque incidunt: ſi tamen bis terve fuerint elixa, acrimoniam quidem deponunt, tenuant tamen adhuc, et alimentum corpori dant pauciſſimum, quod certe prius, quam elixa eſſent, omnino non dabant. Caeterum allium quidem mandunt, non modo ut opſonium, ſed etiam ut ſalubre

Ed. Chart. VI. [371.] Ed. Baſ. IV. (336.)

σιν, ἐκφρακτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς ὑπάρχον δυνάμεως. ἑψηθὲν δ' ἐπ' ὀλίγον, ὡς ἀποθέσθαι τὴν δριμύτητα, τῇ μὲν δυνάμει καταδεέστερον, τὴν κακοχυμίαν δὲ οὐκ ἔτι διασώζει, καθάπερ οὐδ' ὅταν ἑψήσῃ δὶς τὰ πράσα καὶ τὰ κρόμμυα. τὰ δ' ἀμπελόπρασα διαφέρει τῶν πράσων τοσοῦτον, ὅσον κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ὁμογενέσι τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων. ἀποτίθενται δ' εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος ὅλον ἔνιοι, καθάπερ καὶ τὰ κρόμμυα, μετ' ὄξους συντιθέντες, οὕτως καὶ τὰ ἀμπελόπρασα, καὶ γίνεται πρός τε τὴν ἐδωδὴν ἀμείνω καὶ ἧττον κακόχυμα. φείδεσθαι δὲ τῆς συνεχοῦς ἐδωδῆς ἁπάντων τῶν δριμέων, καὶ μάλισθ' ὅταν ὁ προσφερόμενος αὐτῶν χολωδέστερος ᾖ φύσει. μόνοις γὰρ τοῖς ἤτοι τὸν φλεγματώδη χυμὸν ἢ τὸν ὠμὸν καὶ παχὺν καὶ γλίσχρον ἠθροικόσιν ἐπιτήδεια τὰ τοιαῦτα τῶν ἐδεσμάτων ἐστίν.

medicamentum, quod digerendi et obſtructiones aperiendi habet facultatem: quod ſi elixum paulum fuerit, adeo ut acrimoniam depoſuerit, vires quidem habet imbecilliores, ſucci autem pravitatem non amplius retinet, quemadmodum nec porra quidem, nec caepae, quum elixa bis fuerint. Ampeloprasa vero tantum a porris diſſident, quantum in aliis omnibus congeneribus agreſtia a domeſticis differunt. Quidam autem in totum annum ſequentem, ut caepas aceto condientes, ſic et ampeloprasa reponunt, fiuntque in cibo praeſtantiora, ac minus habent vitioſi ſucci. Abſtinendum tamen ab aſſiduo uſu omnium acrium, et potiſſimum quum is, qui ipſis veſcitur, natura fuerit bilioſus: ſolis enim iis, qui vel ſuccum pituitoſum, vel crudum et craſſum ac lentum acervarint, cibi ejusmodi ſunt accommodati.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. VI. [372.] Ed. Baſ. IV. (336.)

Κεφ. α'. Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς διελθεῖν, οὐκ ὀλίγας ἐχούσης διαφορὰς δυνάμεων κατά τε τὰ μόρια καὶ κατά τινα τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων ἢ γεννωμένων. ὧν ἐστι καὶ τὰ ὠὰ καὶ τὸ γάλα, τυρός τε καὶ τὸ βούτυρον καὶ τὸ αἷμα.

Κεφ. β'. [Περὶ τῆς ἀπὸ τῶν πεζῶν ζώων τροφῆς.] Οὐ τὴν αὐτὴν ἅπαντα δύναμιν ἔχει τὰ μόρια τῶν ζώων, ἀλλ' αἱ μὲν σάρκες, ὅταν καλῶς πεφθῶσιν, αἵματός εἰσιν ἀρίστου

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER TERTIVS.

Cap. I. Reliquum autem fuerit de alimento, quod ab animalibus ſumitur, pertractare: quod non paucas habet facultatum differentias, tum in partibus, tum in quibusdam, quae in partibus ipſis continentur aut generantur, cujus generis ſunt ova, lac, caſeus, butyrum et ſanguis.

Cap. II. [De alimento, quod a pedeſtribus animalibus ſumitur.] Partes animalium omnes non eadem facultate ſunt praeditae, ſed carnes quidem, quum probe concoctae

Ed. Chart. VI. [372. 373.] Ed. Baſ. IV. (336.)

γεννητικαὶ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν εὐχύμων ζώων, ὁποῖόν ἐστι τὸ γένος τῶν ὑῶν· φλεγματικώτερα γὰρ τὰ νευρώδη μόρια. πάντων μὲν οὖν ἐδεσμάτων ἡ σὰρξ τῶν ὑῶν ἐστι τροφιμωτάτη, καὶ τούτου πεῖραν ἐναργεστάτην οἱ ἀθλοῦντες ἔχουσιν. ἐπὶ γὰρ τοῖς ἴσοις γυμνασίοις ἑτέρας τροφῆς ἴσον ὄγκον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ προσενεγκάμενοι, κατὰ τὴν ὑστεραίαν εὐθέως ἀσθενέστεροι γίνονται· πλείοσι δ' ἐφεξῆς ἡμέραις τοῦτο πράξαντες, οὐκ ἀσθενέστεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτροφώτεροι σαφῶς φαίνονται. τὴν δ' αὐτὴν τοῦ λόγου βάσανον ἔνεστί σοι καὶ ἐπὶ τῶν ἐν παλαίστρᾳ διαπονουμένων παίδων ποιήσασθαι καὶ τῶν ἄλλων ἡντιναοῦν ἐνέργειαν ἰσχυρὰν καὶ σφοδρὰν ἐνεργούντων, ὁποία καὶ ἡ τῶν σκαπτόντων ἐστί. τὰ δὲ βόεια κρέα τροφὴν μὲν καὶ αὐτὰ δίδωσιν οὐκ ὀλίγην, [373] οὔτ' εὐδιαφόρητον, αἷμα μέντοι παχύτερον, ἢ προσήκει, γεννᾷ. εἰ δὲ καὶ φύσει τις εἴη μελαγχολικώτερος τὴν κρᾶσιν, ἁλώσεταί τινι παθήματι τῶν μελαγχολικῶν, ἐν τῇ τούτων ἐδωδῇ πλεονάσας. τοιαῦτα δ' ἐστὶ πάθη καρκῖνος, ἐλέφας, ψώ-

fuerint, optimum gignunt ſanguinem, et potiſſimum, ſi eae animalium boni ſucci fuerint, cujusmodi eſt ſuum genus; nam partes nervoſae juſto ſunt pituitoſiores. Omnium itaque ciborum ſuum caro potentiſſime nutrit: cujus rei athletae certiſſimum tibi praebent indicium. Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi diem unam comederint, poſtero die ſtatim ſentient ſeſe redditos imbecilliores: quod ſi pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores modo, verum etiam alimenti penuria macilentiores palam conſpicientur. Idem etiam de eo, quod dicimus, potes in pueris, qui in palaeſtra ſeſe exercent, experiri, et in aliis, qui quamlibet actionem fortem ac vehementem (cujusmodi eſt fodientium) obeunt. Porro carnes bubulae alimentum quidem et ipſae corpori ſuggerunt non mediocre, neque diſſipatu facile, ſanguinem tamen generant, quam conveniat, craſſiorem. Quod ſi quis temperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehendetur, ſi largius his veſcatur. Affectus autem melan-

Ed. Chart. VI. [373.] Ed. Baſ. IV. (336.)

ρα, λέπρα, πυρετὸς τεταρταῖος, ἥ τ' ἰδίως ὀνομαζομένη μελαγχολία. καὶ σπλὴν δὲ ἐνίοις εἰς ὄγκον ἦρθη διὰ τοιοῦτον χυμὸν, ᾧ καχεξία τε καὶ ὕδεροι πολλάκις ἠκολούθησαν. ὅσον δ' ἐν τῷ πάχει τῆς ὅλης οὐσίας ἑαυτῶν τὰ βόεια κρέα τῶν ὑείων πλεονεκτεῖ, τοσούτῳ τῇ γλισχρότητι τὰ ὕεια τῶν βοείων. εἰς πέψιν δὲ πολὺ βελτίω τὰ τῶν ὑῶν ἐστι, τοῖς μὲν ἀκμάζουσι καὶ ἰσχυροῖς καὶ διαπονουμένοις τὰ τῶν ἀκμαζόντων, τοῖς δ' ἄλλοις τὰ τῶν ἔτ' αὐξανομένων. ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ὑσὶν οἱ κατὰ τὴν ἀκμαστικὴν ἡλικίαν ἐπιτήδειοι τοῖς εὐεκτικοῖς νεανίσκοις εἰσὶν, οὕτω τῶν βοῶν οἱ πρὸ τῆς ἀκμῆς. ξηρότερος γὰρ πολλῷ τὴν κρᾶσιν βοῦς ὑὸς, ὥσπερ γε καὶ ἀκμάζων ἀνὴρ παιδός. εἰκότως οὖν, ὅσα μὲν φύσει ζῶα ξηροτέραν ἔχει τὴν κρᾶσιν, ὑπὸ τῆς νεότητος εἰς συμμετρίαν αὐτὴν ὠφελεῖται· τῶν δ' ὑγροτέρων ἡ φύσις ἀπὸ τῆς ἀκμαστικῆς ἡλικίας προσλαμβάνει τὸ λοιπὸν εἰς τὴν προσήκουσαν εὐκρασίαν. οὐ μόνον οὖν οἱ μόσχοι τῶν τελείων βοῶν ἀμείνους εἰς πέψιν ἔχουσι τὰς σάρκας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔριφοι τῶν

cholici ſunt cancer, elephas, ſcabies, lepra, febris quartana, et quae peculiari nomine melancholia nominatur. Lien autem quibusdam a tali ſucco intumuit: quam rem pravus habitus et hydropes ſaepenumero ſunt conſequuti. Caeterum quantum carnes bubulae totius ſuae ſubſtantiae craſſitie ſuillam ſuperant, tanto ſuillae bubulas lentore antecedunt. Caeterum ex ſuum carnibus hominibus quidem aetate florentibus, fortibus, et qui ſeſe multum exercent, ſuum aetate florentium carnes ad coquendum ſunt praeſtantiores, aliis vero ſuum adhuc increſcentium. Porro, quemadmodum ex ſuibus qui aetate ſunt florenti iis juvenibus, qui bono corporis ſunt habitu, conveniunt, ſic et boum qui nondum florentem aetatem attigerunt: bos enim temperamento eſt, quam ſus, multo ſicciore, quemadmodum et vir aetate florens, quam puer. Jure igitur iis animalibus, quae natura temperamento ſunt ſicciore, adoleſcens aetas ad mediocritatem ipſam confert, humidiorum vero natura, quod ſibi ad probam ac convenientem temperiem deeſt, ab aetate florenti aſſumit. Non modo itaque vituli carnes habent ad conficiendum perfectis bobus praeſtantiores, ſed etiam hoedi

Ed. Chart. VI. [373.] Ed. Baſ. IV. (336. 337.)

αἰγῶν. ἧττον μὲν γὰρ βοὸς ἡ αἶξ ξηρὰ τὴν κρᾶσίν ἐστιν, ἀλλ' ἀνθρώπῳ καὶ σοὶ παραβαλλομένη πολὺ διαφέρει. τῆς δὲ ὑὸς σαρκὸς πρὸς τὴν ἀνθρώπου ὁμοιότητα καταμαθεῖν ἔνεστι κἀκ τοῦ τινας ἐδηδοκότας ἀνθρωπείων κρεῶν ὡς χοιρείων οὐδεμίαν ὑπόνοιαν ἐσχηκέναι κατά τε τὴν γεῦσιν αὐτῶν καὶ τὴν ὀσμήν· (337) ἐφωράθη γὰρ ἤδη τοῦτο γεγονὸς ὑπὸ πονηρῶν πανδοχέων καὶ ἄλλων τινῶν. εἰκότως οὖν οἱ χοῖροι περιττωματικωτέραν ἡμῖν εἰς τοσοῦτον παρέχουσι τὴν τροφὴν, εἰς ὅσον τῶν μεγάλων ὑῶν εἰσιν ὑγρότεροι. εἰκότως δὲ καὶ ἧττον τρέφουσιν· ἡ γὰρ ὑγροτέρα τροφὴ καὶ ἀναδίδοται καὶ διαφορεῖται θᾶττον. ὑγροτάτην δὲ ἔχουσι καὶ φλεγματώδη σάρκα καὶ οἱ ἄρνες. ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν προβάτων σὰρξ καὶ περιττωματικωτέρα τέ ἐστι καὶ κακοχυμοτέρα. κακόχυμος δὲ καὶ ἡ τῶν αἰγῶν μετὰ δριμύτητος. ἡ δὲ τῶν τράγων χειρίστη καὶ πρὸς εὐχυμίαν καὶ πρὸς πέψιν, ἐφεξῆς δὲ ἡ τῶν κριῶν, εἶθ' ἡ τῶν ταύρων. ἐν ἅπασι δὲ τούτοις τὰ τῶν εὐνουχισθέντων ἀμείνω. τὰ δὲ πρεσβυτικὰ χείριστα πρὸς πέψιν καὶ πρὸς εὐχυμίαν καὶ πρὸς θρέψιν, ὥσπερ καὶ

capris: capra namque temperamento minus, quam bos, eſt ſicca: ſi tamen homini et ſui comparetur, multum ſuperat. Suillae autem carnis ſimilitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes humanas pro ſuillis ſine ulla in guſtu vel olfactu ſuſpicione comederunt: id enim ab improbis hoſpitibus et aliis quibusdam factum fuiſſe jam compertum eſt. Merito igitur porcelli alimentum nobis praebent tanto magis ſuibus excrementoſius, quanto ipſis ſunt humidiores: merito minus etiam nutriunt; nam alimentum humidius et diſtribuitur, et diſcutitur celerius. Caeterum agni carnem habent humidiſſimam ac pituitoſam: ovium vero excrementoſior eſt ac ſucci deterioris. Caprarum quoque caro praeter ſuccum vitioſum acrimoniam etiam habet. Hircorum autem tum ad coquendum, tum ad ſuccum bonum generandum eſt deterrima: hanc ſequitur arietum: poſt taurorum. Porro in his omnibus carnes caſtratorum ſunt praeſtantiores: ſenum autem peſſimae tum ad coquendum, tum ad ſuccum bonum generandum, tum

Ed. Chart. VI. [373. 374.] Ed. Baſ. IV. (337.)

τῶν ὑῶν αὐτῶν, καίτοι ὑγρῶν ὄντων τὴν κρᾶσιν, οἳ γηράσαντες ἔνια δὴ καὶ ξηρὰν καὶ δύσπεπτον ἔχουσι τὴν σάρκα. καὶ ἡ τῶν λαγωῶν δὲ σὰρξ αἵματος μέν ἐστι παχυτέρου γεννητικὴ, βελτίων δὲ εἰς εὐχυμίαν, ἢ κατὰ βοῦς καὶ πρόβατα. κακόχυμος δὲ τούτων οὐχ ἧττόν ἐστι καὶ ἡ τῶν ἐλάφων καὶ δύσπεπτος. ἡ δὲ τῶν ἀγρίων ὄνων, ὅσοι γ' εὔεκτοι καὶ νέοι, πλησίον ἧκει τοῖσδε. καίτοι καὶ τῶν ἡμέρων ὄνων γηρασάντων ἔνιοι τὰ κρέα προσφέρονται, κακοχυμότατα καὶ δυσπεπτότατα καὶ κακοστόμαχα καὶ προσέτι καὶ ἀηδῆ κατ' ἐδωδὴν ὄντα, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἵππων τε καὶ καμήλων, ὧν καὶ αὐτῶν ἐσθίουσιν οἱ ὀνώδεις τε καὶ καμηλώδεις ἄνθρωποι τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. καὶ τῶν ἄρκτων δ' ἔνιοι προσφέρονται, καὶ τὰ τούτων ἔτι χείρω λεόντων τε καὶ παρδάλεων, ἤτοι γ' ἅπαξ ἕψοντες, ἢ δίς. εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν, ὁποῖόν τι τὸ δὶς ἕψειν ἐστί. περὶ δὲ τῶν κυνῶν τί δεῖ καὶ λέγειν; [374] ὡς τοὺς νέους τε καὶ λιπαροὺς αὐτῶν, καὶ μάλισθ' ὅταν εὐνουχισθῶσι, κατ' ἔνια τῶν ἐθνῶν ἐσθίουσι πάμ-

ad nutriendum, quemadmodum et ſues ipſi, qui quanquam temperamento ſunt humidi, quum tamen jam ſenuerint, carnem habent nonnunquam ſiccam ac concoctu difficilem. Ad haec caro leporum ſanguinem quidem gignit craſſiorem, ſed melioris ſucci, quam bubula et ovilla. Cervina autem non minus iis ſuccum vitioſum generat ac concoctu difficilem. His agreſtium aſinorum bene habitorum ac juvenum caro eſt propinqua. Sunt tamen qui et aſinorum domeſticorum, ubi ſenuerint, carnes mandant; quae peſſimi ſunt ſucci ac concoctu difficillimae, ſtomachumque laedunt, et praeterea inter edendum ſunt inſuaves, quemadmodum equorum ac camelorum carnes, quibus et ipſis homines animo et corpore aſinini ac camelini veſcuntur. Sunt qui et urſis, et iis adhuc deterioribus, leonibus ac pardis veſcantur, ſemel aut bis elixantes. Quid autem ſit bis elixare, dictum nobis ante fuit. Quid jam loquar de canibus (quos et ipſos juvenes ac pingues, et potiſſimum quum fuerint caſtrati, apud quasdam gentes frequentiſſime mandunt),

Ed. Chart. VI. [374.] Ed. Baſ. IV. (337.)

πολλοι. καὶ πρὸς τούτοις τά τε τῶν πανθήρων οὐκ ὀλίγοι, καθάπερ γε καὶ τὰ τῶν ὄνων, ὅταν εὐεκτοῦντες τύχωσιν, ὥσπερ οἱ ἄγριοι. ταῦτα μὲν οὐ μόνον ἐσθίουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπαινοῦσιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν. τὰ δὲ τῶν ἀλωπέκων ἐν φθινοπώρῳ καὶ οἱ παρ' ἡμῖν κυνηγέται προσφέρονται· πιαίνονται γὰρ ὑπὸ τῶν σταφυλῶν. καὶ τῶν ἄλλων δὲ ζώων ὅσα τὰς οἰκείας ἀφθόνως τροφὰς ἔχουσι, ταῦτα πολὺ βελτίω σφῶν αὐτῶν εἰς ἑδωδὴν γίνονται, καθάπερ γε καὶ χείρω τἀναντία. καὶ ὅσα γε τὰς ἐκ τῆς γῆς ἀνιούσας πόας ἢ τῶν δένδρων ἀκρέμονας ἢ βλάστας ἐσθίει, καθ' ὃν ἂν καιρὸν εὐπορῇ δαψιλῶς τούτων, εὐεκτικώτερα γίνεται καὶ πιαίνεται καὶ πρὸς τροφὴν ἡμῖν ἐπιτηδειότερα πάντα καθίσταται. καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν τὴν βαθεῖαν πόαν νέμεσθαι δεόμενα λεπτὰ καὶ κακόχυμα γίνεται κατά τε τὸν χειμῶνα καὶ τὰ πρῶτα καὶ μέσα τοῦ ἦρος, ὥσπερ οἱ βόες, εὐχυμότεροί τε καὶ παχύτεροι σαφῶς γινόμενοι τοῦ χρόνου προϊόντος, ὅταν αὐξάνηται καὶ παχύνηται καὶ εἰς εὐκάρπησιν ἡ πόα προέρχηται· τὰ δ' ὑπὸ τῆς μικρᾶς τρέφεσθαι δυνάμενα βελτίω κατά τε τὰ πρῶτα

quum multi ſint, qui pantheris, ut et aſinis bene habitis, cujusmodi ſunt agreſtes, veſcantur? Haec quidem non manduntur modo, ſed a quibusdam etiam medicis laudantur. Vulpium autem carnibus autumno venatores apud nos veſcuntur, tunc enim uvarum eſu pingueſcunt. Porro animalia omnia, quibus alimenta propria aſſatim ſuppetunt, longe ſe ipſis in cibo evadunt praeſtantiora, quemadmodum deteriora ſiunt, quibus ea minus adſunt. Proinde quae herbas e terra emergentes, aut arborum ſurculos, aut germina depaſcuntur, ea omnia, quum his abundant, habitiora ſunt ac pinguia, nobisque alendis accommodatiora. Eaque de cauſa, quibus herbas altiores paſci eſt naturale, hyeme, vere primo ac medio ſiunt gracilia ac pravi ſucci, ut boves, qui procedente tempore manifeſto ſiunt obeſiores ſuccique melioris, quum herbae augentur ac denſeſcunt, et ad ſemen producendum feſtinant. Quae vero animalia humili herba nutriri queunt, ea primo ac medio vere ſunt praeſtantiora,

Ed. Chart. VI. [374.] Ed. Baſ. IV. (357.)

καὶ τὰ μέσα τοῦ ἦρός ἐστιν, ὥσπερ τὰ πρόβατα· κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ μέσα τοῦ θέρους αἱ αἶγες, ἡνίκα βλάσται πλεῖσταί θάμνων εἰσὶν, ἃς ἔθος αὐταῖς ἐσθίειν. ὅταν οὖν ἀκούσῃς μου παραβάλλοντος ἀλλήλοις εἴδη ζώων, ἐξέταζε καὶ κρῖνε καὶ βασάνιζε καὶ τῇ πείρᾳ τὸν λόγον, οὐ τὸ καλῶς τεθραμμένον τε καὶ πῖον ἰσχνῷ καὶ ἀτρόφῳ παραβάλλων, οὐδὲ τὸ νέον τῷ γεγηρακότι, (μοχθηρὰ γὰρ ἥδε καὶ ἄδικος ἡ κρίσις,) ἀλλὰ τὸ καθ' ἕκαστον εἶδος καὶ γένος, ἢ ὅπως ἂν θέλοις ὀνομάζειν, ἄριστα διακείμενον ἑτέρῳ τοιούτῳ. οὐκ οὖν ἔτι δεήσομαι λόγων μακρῶν εἰς τὸ τὰ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἐπιχώρια τῶν ζώων ἅπαντα διέρχεσθαι, καθάπερ ἐν Ἰβηρίᾳ τὸ τοῖς λαγωοῖς ὅμοιον ζωΰφιον, ὃ καλοῦσι κουνίκουλον, ἐν Λευκανίᾳ δὲ τῆς Ἰταλίας τὸ μεταξύ πως ἄρκτου τε καὶ συὸς, ὥσπερ γε καὶ τὸ τῶν ἀρουραίων μυῶν καὶ τῶν καλουμένων ἐλειῶν ἐν μέσῳ, κατά τε τὴν αὐτὴν χώραν τῆς Ἰταλίας ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς τόποις ἐσθιόμενον. ὅσα γὰρ εὔτροφα τῶν τοιούτων ζώων ἐστὶ καὶ σαφῶς πίονα, ταῦτα τῇ

ut oves, aeſtate autem prima ac media caprae, quum ſcilicet fruticum germina, quibus caprae veſci ſolent, ſunt frequentiſſima. Quum igitur me animalium ſpecies inter ſe comparantem audiveris, dictum meum experientia examina, ac dijudica, atque expende, non animal, quod bene nutritum fuerit ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparans, neque adoleſcens ſeni, (iniquum enim ac malum eſt id judicium,) ſed quod in unaquaque ſpecie ac genere, aut quocunque modo appellare velis, optime eſt diſpoſitum, alteri, quod ſit ejusmodi, conferens. Non igitur amplius opus erit pluribus exequi animalia omnia, quae apud ſingulas gentes proprie naſcuntur, cujus generis eſt in Iberia animalculum, quod lepori eſt ſimile, quodque cuniculum nominant, in Lucania autem, Italiae regione, quod inter urſum ac ſuem quodammodo eſt medium, ceu aliud quoddam inter agreſtes mures, et quos glires nominant, eſt medium, quod in eadem Italiae regione et aliis plerisque locis manditur. Quae enim ex ejusmodi animalibus bene ſunt nutrita ac plane pinguia, ea experientia explora, prae-

Ed. Chart. VI. [374.] Ed. Baſ. IV. (337.)

πείρᾳ βασάνιζε, τοὺς τρόπους τῆς σκευασίας αὐτῶν, οὓς ἐξ ἐμπειρίας ἔμαθεν ἕκαστος τῶν ἐπιχωρίων, ἀκούων τε καὶ μανθάνων παρ' ἐκείνων. ὁποία δ' ἐστὶν ἡ δύναμις αὐτῶν ἑκάστου, ἤδη σοι πάρεστι καὶ παρ' ἐμοῦ μανθάνειν. ὅσα μὲν γὰρ ὀπτῶντες ἢ τηγανίζοντες ἐσθίουσι, ξηροτέραν τροφὴν διδόασι τῷ σώματι, ὅσα δὲ ἐν ὕδατι προαφέψουσιν, ὑγροτέραν, ὅσα δ' ἐν ταῖς λοπάσιν ἀρτύοντες, ἐν τῷ μεταξὺ τούτων ἐστί. καὶ τούτων δ' αὐτῶν οὐ σμικρὰ διάφορα γίνεται παρὰ τὸν τρόπον τῆς ἀρτύσεως. ὅσα μὲν γὰρ δαψιλῶς οἴνου ἔχει καὶ γάρου, ξηρότερα τῶν μὴ ἐχόντων ἐστί· τὰ δὲ τούτων μὲν ἐνδεέστερα, ἤτοι δὲ σίραιον ἔχοντα πλέον, ὅ τινες ἔψημα καλοῦσιν, ἢ κατὰ τὸν ὀνομαζόμενον ἁπλοῦν καὶ λιτὸν καὶ λευκὸν ζωμὸν ἥψηται, πολλῷ τῶν προειρημένων ἐστὶν ὑγρότερα· τὰ δὲ ἀπὸ ὕδατος μόνου καὶ τούτων ἐστὶν ἔθ' ὑγρότερα. μεγίστη δὲ ἐν τῇ σκευασίᾳ διαφορὰ γίνεται καὶ κατὰ τὴν τῶν ἐπεμβαλλομένων αὐτοῖς δύναμιν, ἁπάντων μὲν ξηραινόντων, ἀλλ' ἤτοι μᾶλλον ἢ ἧττον. ἔστι δὲ ταῦτα σπέρματα μὲν ἀνήθου καὶ σελίνου καὶ κάρου καὶ λιβυστικοῦ

parandorum ipſorum rationem, quam incolae experientia didicerunt, ab ipſis audiens ac diſcens. Qualis autem ſingularum praeparationum ſit facultas, jam a nobis diſcas licet. Quae namque aſſantes aut in ſartagine frigentes mandunt, ea corpori ſiccius dant alimentum; quae vero in aqua praecoquunt, humidius; quae in patinis condiuntur, inter haec media ſunt, quanquam et ipſa pro modo conditurae inter ſe multum diſcrepant: ſiquidem quae vinum aut garum habent copioſum, ea ſunt aliis, quae ea non habent, ſicciora; rurſus, quae exiguam quidem illorum portionem aut ſapae (quam hepſema quidam nuncupant) ampliorem habent, aut in ſimplici ac plebejo alboque appellato jure elixa ſunt, ea praedictis longe ſunt humidiora; quae autem in ſola aqua coquuntur, iis quoque adhuc ſunt humidiora. Maximum praeterea in praeparatione diſcrimen accidit pro eorum, quae injiciuntur, facultate, ut quum omnia ſiccant quidem, ſed alia magis, alia minus. Sunt porro haec ex ſeminibus quidem anethum, apium, carum, liby-

Ed. Chart. VI. [375.] Ed. Baſ. IV. (337.)

[375] καὶ κυμίνου καί τινα τοιαῦθ' ἕτερα, τῶν φυτῶν δ' αὐτῶν πράσα καὶ κρόμμυα καὶ ἄνηθα καὶ θύμα καὶ θύμβρα καὶ γλήχων καὶ ἡ εὐώδης μίνθη καὶ ὀρίγανος, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα, τῆς ὀψαρτυτικῆς ὄντα πραγματείας, ἣν νῦν οὐ πρόκειται διέρχεσθαι. τὴν παραβολὴν δὲ τῆς διαφορᾶς τῶν ζώων ὥσπερ ἔμπροσθεν ἔφαμεν χρῆναι ποιεῖσθαι τῶν ἄριστα ταῖς ἕξεσιν ἐχόντων, οὕτω καὶ νῦν τῶν ἐσκευασμένων κάλλιστα γινέσθω. ταῦτα μὲν οὖν αὐτάρκη σοι περὶ τῆς τῶν πεζῶν ζώων σαρκὸς ἠκηκοέναι· περὶ δὲ τῶν ἄλλων μορίων, ὡς ἔχει τῆς δυνάμεως, ἐφεξῆς ἀκούσῃ μετὰ τὸν περὶ τῶν κοχλιῶν λόγον.

Κεφ. γ'. [Περὶ κοχλιῶν.] Ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἐν τοῖς πτηνοῖς, οὔτε ἐν τοῖς ἐνύδροις ἀριθμεῖσθαι δεῖ τοῦτο τὸ ζῶον, ἄντικρυς δῆλον. εἰ δὲ μηδ' ἐν τοῖς πεζοῖς αὐτοῦ μνημονεύσομεν, οὐδ' ὅλως ἐροῦμέν τι περὶ τῆς ἐκ κοχλίου τροφῆς. οὐ μὴν οὐδὲ παραλιπεῖν εὔλογον, ὥσπερ τοὺς ἐκ τῶν ξύλων σκώληκας, ἐχίδνας τε καὶ τοὺς ἄλλους ὄφεις, ὅσα τε κατ' Αἴγυπτον καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐσθίουσιν· οὔτε

ſuicum, cuminum, et alia quaedam id genus, ex plantis vero ipſis porrum, caepa, anethum, thymus, ſatureia, pulegium, mentha odorata, origanum et alia hujusmodi ad opſonatricem commentationem pertinentia, de qua nunc differere non eſt propoſitum. Quemadmodum autem modo praecepimus, quum animalium differentia inquiritur, quae optimo ſunt habitu, eſſe comparanda, ita nunc quoque, quae pulcherrime ſunt praeparata, conferantur. Haec itaque de pedeſtrium animalium carne audiviſſe ſufficiat; de aliarum autem partium facultate deinceps, quum ſermonem de limacibus abſolverimus, ſumus tractaturi.

Cap. III. [De limacibus.] Perſpicuum quidem eſt, quod neque inter volatilia, neque inter aquatilia hoc animal eſt numerandum. Quod ſi inter pedeſtria ipſius non meminerimus, nihil prorſus de limacium alimento dicturi ſumus; quod iniquum fuerit ſilentio praetermittere, quemadmodum vermes, qui in lignis naſcuntur, viperas aliosque ſerpentes, quibus in Aegypto et apud alias quasdam gentes veſcuntur: neque

Ed. Chart. VI. [375.] Ed. Baſ. IV. (337. 338.)

γὰρ ἐκείνων τις ἀναγνώσεται ταῦτα, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἄν ποτε φάγοιμεν τῶν ἐκείνοις ἐδωδίμων. κοχλίας δὲ ὅσημέραι πάντες Ἕλληνες ἐσθίουσιν, ἔχοντας μὲν σκληρὰν τὴν σάρκα, καὶ διὰ τοῦτο δύσπεπτον, εἰ δὲ πεφθείη, τροφιμωτάτην. ὑπάρχει δ' αὐτοῖς, ὥσπερ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, χυλὸς ὑπακτικὸς γαστρὸς, καὶ διὰ τοῦτο τινὲς ἀρτύοντες αὐτοὺς δι' ἐλαίου καὶ γάρου καὶ οἴνου τῷ γενομένῳ ζωμῷ χρῶνται πρὸς διαχώρησιν τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν. εἰ δὲ θελήσεις ὡς τροφίμῳ μόνῳ ἐδέσματι χρήσασθαι τῇ σαρκὶ τοῦ ζώου τούτου, προαφεψήσας ἐν ὕδατι μεταθήσεις εἰς ἕτερον ὕδωρ, εἶτα ἐν ἐκείνῳ πάλιν ἑψήσας οὕτως ἀρτύσεις τε καὶ τὸ τρίτον ἑψήσεις ἄχρι τοῦ κατατάκερον ἀκριβῶς γενέσθαι τὴν σάρκα. σκευασθεῖσα γὰρ οὕτως ἐφέξει μὲν τὴν γαστέρα, τροφὴν δὲ ἱκανὴν παρέξει τῷ σώματι.

Κεφ. δ'. (338) [Περὶ τῶν ἐν τοῖς πεζοῖς ἀκρέων μορίων.] Ἄκρεα μόρια τῶν πεζῶν ζώων ἐσθίουσιν οἱ ἄνθρωποι, πόδας καὶ ῥύγχη καὶ ὦτα, καὶ τοὐπίπαν δὲ δι' ὕδατος ἕψοντες αὐτὰ προσφέρονται μετ' ὄξους καὶ γάρου, ποτὲ

enim illorum quisquam haec noſtra lecturus eſt, neque nos, quae apud illos ſunt eſculenta, unquam comedemus. Limaces vero Graeci omnes quotidie mandunt, carnem quidem duram habentes, eoque concoctu difficilem, ſed quae confecta potentiſſime nutriat. Succus autem ipſis ineſt, qui ventrem ſubducit, quemadmodum et iis, quibus teſta procute eſt: quapropter quidam oleo, garo vinoque ipſas condientes, eo juſculo ad alvum dejiciendam utuntur. Quod ſi hujus animalis carne ut cibo ſolo eſculento uti velis, ubi prius in aqua elixaris, in aliam aquam transferas, in qua rurſus elixabis: tum demum condies, ac tertio elixabis, usque dum caro tota intabeſcat: hoc enim modo praeparata alvum quidem ſiſtet, ſed alimentum corpori dabit non contemnendum.

Cap. IV. [De animalium pedeſtrium partibus excarnibus.] Pedeſtrium animalium partes excarnes homines mandunt, pedes, roſtra et aures; easque ut plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto et garo, nonnunquam au-

Ed. Chart. VI. [375. 376.] Ed. Baſ. IV. (338.)

δὲ καὶ νάπυος, ἔνιοι δὲ καὶ δι' ἐλαίου καὶ γάρου, προσεπιχέοντες οἶνον, εἰσὶν δὲ οἳ καὶ μετὰ λαχάνων, ἤτοι γε ἓξ ὕδατος ἑψημένων, ἢ κατὰ τὰς λοπάδας ἠρτυμένων. οἱ δὲ πόδες ἐπιτηδειότατοι τῶν χοίρων εἰσὶν, ἐπεμβληθέντες ἑψημένῃ πτισάνῃ, κἀκείνην ἐργάσασθαι κρείττονα, καὶ αὐτοὶ μαλακώτεροι γενέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο βελτίους εἴς τε τὴν ἐν τῷ στόματι καὶ τῇ γαστρὶ κατεργασίαν. διαφορὰ μὲν οὖν ἐστιν οὐκ ὀλίγη καὶ παρὰ τὸν τρόπον τῆς σκευασίας οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀκρέοις μέρεσι τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἣν ἐπιπλέον ἐν τοῖς ὀψαρτυτικοῖς ἐροῦμεν· ὅσον δ' ἐπ' αὐτοῖς τοῖς μορίοις, αἱ καθ' ὅλου διαφοραὶ κατὰ τήνδε τὴν πραγματείαν δηλοῦνται μόναι, παραβαλλομένων αὐτῶν ἀλλήλοις, ὡς εἰ καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐσκεύαστο, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται· δικαία γὰρ ἡ τοιαύτη παραβολή. [376] τὰ τοίνυν ἄκρεα μόρια τοῦ σώματος ἥκιστα μὲν ἔχει πιμελὴν, ἥκιστα δὲ καὶ τὴν σαρκώδη φύσιν, ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτοῖς τό τε νευρῶδες καὶ τὸ δερματῶδες, οὐ τοῦ τοιούτου νεύρου καὶ δέρματος, οἷον τὸ καθ' ὅλον σῶμα· γεγύμνασται γὰρ ἐν τοῖς

tem et ſinapi: quidam autem ex oleo et garo, vinum affundentes: ſunt qui cum oleribus, aut in aqua elixis, aut in patinis conditis. Porcellorum autem pedes ptiſanae elixae injecti aptiſſimi ſunt, tum ut illam meliorem efficiant, tum ut ipſi molliores reddantur, et ob id ad elaborationem, quae in ore fit ac ventriculo, meliores. Non parva tamen eſt et in praeparationis modo differentia, non modo in partibus animalium excarnibus, ſed in aliis etiam omnibus: quam fuſius in opere de arte opſonandi explicabimus. In hoc autem opere tantum univerſales partium ipſarum differentias exponimus, ipſas inter ſe (ut diximus) ita comparantes, ut ſi omnes ad eundem modum paratae eſſent; juſta enim eſt haec comparatio. Partes igitur corporis excarnes, ut pinguedinis, ita ſubſtantiae carnoſae habent minimum: nervoſa enim ac cutacea natura in ipſis praepollet: non tamen tales hujus nervi cutisve ſunt, quales in reliquo ſunt corpore, nam in excarnibus magis ſunt exercitata, eoque

Ed. Chart. VI. [376.] Ed. Baſ. IV. (338.)

ἀκρέοις μᾶλλον. ἔστι δὲ καὶ διὰ τοῦτο καὶ γλισχρότερα· καὶ γὰρ καὶ νεῦρον καὶ δέρμα πᾶν ἑψόμενον εἰς τοιαύτην ἀφικνεῖται φύσιν. εἰκότως οὖν ἐλάττονα μὲν τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι, ῥᾷον δὲ ὑπέρχεται κατὰ τὴν γαστέρα διὰ τὴν γλισχρότητα. βελτίους δὲ οἱ πόδες τῶν ὑῶν εἰσι τοῦ ῥύγχους, ὥσπερ καὶ τοῦτο τῶν ὤτων· ἐκεῖνα γὰρ ἐκ μόνου συνέστηκε χόνδρου καὶ δέρματος. ἐστι δὲ ὁ χόνδρος ἐν μὲν τοῖς τελείοις ζώοις ἄπεπτος παντάπασιν, ἐν δ' ἔτι αὐξανομένοις, ὅταν καλῶς ἐν τῷ στόματι λειωθῇ, πεπεμμένος τε καὶ τροφὴν ὀλίγην δίδωσι τῷ σώματι. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἄκουε τοῦ νῦν εἰρημένου ἡμῖν λόγου. καθ' ὅσον γὰρ αὐτῶν αἱ σάρκες εἰς ἀρετὴν ἀπολείπονται τροφῆς τῶν ὑῶν, κατὰ τοσοῦτον καὶ τῶν ἀκρέων ἐν οἷς μορίων ἐστὶ χείρω τὰ κατ' ἐκεῖνα τὰ ζῶα. εὔδηλον δ', ὅτι νευρώδη μόρια τὰ κατὰ τοὺς πόδας ὀνομάζω καθ' ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸ κυρίως καλούμενον νεῦρον, ὃ τὴν γένεσιν ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου λαμβάνει. τὰ δ' ἐν τοῖς ἀκρέοις νευρώδη σώματα καθ' ὁμοιότητα μὲν οὕτως ὀνομάζεται, σύν-

magis lenta. Etenim nervus omnis ac cutis, dum elixantur, ad hujuscemodi naturam deveniunt: quare merito corpus quidem minus alunt, ob lentorem tamen per alvum facilius dejiciuntur. Meliores autem ſunt ſuum pedes, quam roſtrum, quemadmodum hoc auribus eſt praeſtantius: hae enim conſtant ſola cute ac cartilagine. Cartilago porro in perfectis quidem animalibus omnino confici non poteſt, in iis vero, quae adhuc augeſcunt, ſi in ore bene laevigata et in ventriculo confecta fuerit, paucum alimentum corpori dabit. Eadem autem eſt ejus quod dicimus in aliis animalibus proportio. Quanto enim eorum carnes alimenti bonitate ſuilla ſunt inferiores, tanto illorum partes excarnes partibus ſuum excarnibus ſunt deteriores. Caeterum illud nequaquam arbitror quenquam latere, quod partes nervoſas voco eas, quae pedibus inſunt, ad ſimilitudinem ejus, qui proprie nervus nominatur, quique ex cerebro ac ſpinali medulla originem ducit. Quae autem in partibus excarnibus nervoſa ſunt corpora, ad ſimilitudinem quidem ita no-

Ed. Chart. VI. [376.] Ed. Baſ. IV. (538.)

δεσμοι δ' εἰσὶ τῶν ὀστῶν ἀναίσθητοι καί τινες ἐπ' αὐτοῖς τένοντες.

Κεφ. ε'. [Περὶ τῆς ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις γλώττης.] Ἰδιότης τῆς οὐσίας ἐστὶν ἐν τῷδε τῷ μορίῳ χαυνοτέρας τε καὶ ἐναιμοτέρας σαρκός. αἱ γὰρ ἀκριβεῖς σάρκες οἱ μύες εἰσὶ καὶ τούτων αὐτῶν τὰ μέσα μάλιστα. πολλοὶ γὰρ ἐν τοῖς πέρασιν ἑαυτῶν εἰς τένοντας ἀξιολόγους τελευτῶσιν, οὓς ἀπονευρώσεις μυῶν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσιν. εὐμεγίστους δὲ τούτους γεννῶσιν οἱ εἰς τὰ τῶν κώλων πέρατα καθήκοντες μύες. ἀλλὰ καὶ τὰς κεφαλὰς ἔχουσιν ἔνιοι τῶν μυῶν νευρώδεις. καὶ τῆς γλώττης δ' αὐτῆς, ἣν ἐξαιροῦντες τῶν ὑῶν ἕψουσιν οἱ μάγειροι, τὸ μὲν ἴδιον σῶμα χαύνη τίς ἐστιν, ὡς εἴρηται, σὰρξ, οὐ μὴν μόνην ταύτην ἐξαιροῦσιν, οὐδ' ἕψουσι μόνην, ἀλλὰ μετά τε τῶν ἐμφυομένων μυῶν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ σὺν ἐπιγλωττίδι καὶ λάρυγγι, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀδένων τῶν τε γλώττης ἰδίων οἳ τὸ σίαλον γεννῶσι, καὶ τῶν κατὰ τὰ παρίσθμια καὶ τὸν λάρυγγα. τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν καὶ νεύρων κοινὸν τῆς γλώττης καὶ

minantur: ſunt autem oſſium ligamenta ſenſus expertia, et praeterea tendones quidam.

Cap. V. [De animalium pedeſtrium lingua.] Peculiaris quaedam huic parti ineſt ſubſtantia: carnem enim habet fungoſiorem ac ſanguineam magis. Muſculi enim carnes ſunt exactae, et potiſſimum ipſorum partes mediae: nam multi in ſuis ipſorum finibus in magnos tendones deſinunt, quos plerique medicorum aponeuroſes muſculorum nominant: quos longe maximos muſculi generant, qui ad artuum fines pertinent: quin et muſculi quidam capita habent nervoſa. Et ipſius linguae, quam coci e ſuibus eximentes elixant, corpus quidem proprium caro quaedam eſt fungoſa, uti diximus: non tamen eam eximunt ſolam, neque elixant, ſed ſimul cum muſculis, qui in ipſam inſeruntur: ut plurimum vero etiam cum epiglottide, et larynge, et glandulis, quae illic ſunt, tum iis, quae linguae ſunt propriae, ſalivamque generant, tum iis, quae ſunt ad pariſthmia ac laryngem. Praeterea venae et arteriae et nervi linguae cum

Ed. Chart. VI. [376. 377.] Ed. Baſ. IV. (338.)

πρὸς τὰς ἄλλας σάρκας ἐστὶ, καὶ γὰρ ἐκεῖνα σὺν τούτοις ἐσθίεται, πλὴν ὅτι μείζω τε καὶ πλείω τοῦ κατὰ τὴν ἀναλογίαν μεγέθους ὑπάρχει τῷ μορίῳ τῷδε τὰ τρία γένη τῶν ἀγγείων. ἥτις δὲ δύναμίς ἐστι τῆς ἐκ τῶν ἀδενωδῶν σωμάτων τροφῆς, ἑξῆς ἄκουε.

Κεφ. στ'. [Περὶ ἀδένων.] Τοσοῦτον ἀποκεχώρηκεν ἡ τῶν ἀδένων οὐσία τῆς κατὰ τὴν γλῶτταν, ὅσον ἐκείνη τῶν σαρκῶν. οὐ μὴν ἴσον γε πάντες [377] ἀκριβῶς διεστήκασιν, ἀλλ' οἱ μὲν παρακείμενοι καὶ ψαύοντες αὐτῆς ὅμοιοί πως εἰσι τοῖς κατὰ τοὺς τιτθοὺς, ὅταν γε μήπω μεστοὶ γάλακτος ὦσιν. οὐ γὰρ διὰ παντὸς ἐργάζονται τὸ σφέτερον ἔργον οἱ κατὰ τοὺς τιτθοὺς ἀδένες, ὥσπερ οἵ τ' ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες, οἵ τε τῆς γλώττης. οἱ μὲν γὰρ ταύτης εἰς σιάλου γένεσιν ὑπὸ τῆς φύσεως παρεσκευάσθησαν, οἱ δὲ ἐν τοῖς τιτθοῖς ἀραιοὶ μὲν γίνονται καὶ χαῦνοι καὶ γάλακτος πλήρεις ἐπὶ ταῖς κυήσεσιν, ἐν ᾧ δὲ οὐκ ἔχουσι χρόνῳ τὸ γάλα, συστέλλονταί τε καὶ πυκνοῦνται, διαφέροντες ἀλλήλων τοιαύτην διαφοράν, οἵαν οἱ διάβροχοι σπόγγοι τῶν ἐσκληκότων· οὕτω γὰρ

aliis carnibus ſunt communia: illa enim una cum carnibus manduntur, niſi quod in hac particula tria haec vaſorum genera plura ſunt ac majora, quam proportione magnitudinis. Quae porro facultas ſit alimenti, quod a glandulosis corporibus ſumitur, deinceps audito.

Cap. VI. [De glandulis.] Quantum lingua a carnis ſubſtantia, tantum glandulae a linguae ſubſtantia receſſerunt: non tamen omnes aequali omnino ab ea diſtant intervallo. Sed quae illi adjacent ac contingunt, iis quadantenus ſunt ſimiles, quae in mammis habentur, quando ſaltem eae lacte nondum refertae fuerint. Non enim glandulae mamillares perpetuo ſuo munere funguntur, ut cum aliae propemodum omnes, tum autem eae, quae ſunt circa linguam; natura enim eas linguae comparavit ad ſalivam generandam, mamillares vero poſt foetum conceptum fiunt rarae ac laxae et lacte plenae, at quo tempore lacte carent, contrahuntur ac denſantur, tantum a ſe ipſis differentes, quantum permadidae ſpongiae ab exſiccatis; ſic

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 676 sur 889

Ed. Chart. VI. [377.] Ed. Baſ. IV. (338.)

ὀνομάζουσιν ὧν ἂν ἐκθλίψαντες ἅπασαν τὴν ὑγρότητα σφίγγωσί τε καὶ συνάγωσιν ὅλον τὸ σῶμα, δεσμοὺς περιβάλλοντες. εἰσὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν φάρυγγα καὶ λάρυγγα τοιοῦτοί τινες ἀδένες, ὥσπερ κἂν τῷ μεσεντερίῳ, ἀλλ' οὗτοι μὲν σμικροὶ καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πολλοὺς λανθάνουσιν, οἱ δὲ κατὰ τὰ παρίσθμια καὶ τὸν λάρυγγα σαφεῖς τέ εἰσι καὶ μεγάλοι. καὶ ἄλλοι δὲ κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ σώματος ἀδένες εἰσὶ σμικροὶ, σχίσεις ἀγγείων στηρίζοντες. οὐ σμικρὸς δ' ἀδὴν ἐστιν οὐδ' ὁ καλούμενος θύμος, ἀλλὰ καὶ πάνυ μέγιστος ἐπὶ τῶν νεογενῶν ζώων, αὐξανομένων δὲ μικρότερος γίνεται. πάντων δ' οὖν αὐτῶν κοινὸν, ἡδεῖς τε καὶ ψαθύρους φαίνεσθαι κατὰ τὴν ἐδωδήν· οἱ δ' ἐν τοῖς τιτθοῖς, ὅταν ἔχωσι γάλα, καὶ τῆς ἐκείνου τι γλυκύτητος ἐμφαίνουσι. καὶ διὰ τοῦτο περισπούδαστόν ἐστι τοῖς λίχνοις ἔδεσμα πλήρεις γάλακτος οἱ ἀδένες οὗτοι γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῶν ὑῶν. ἡ δὲ ἐξ αὐτῶν τροφὴ, καλῶς μὲν πεφθέντων ἐν γαστρὶ, ἐγγὺς μὲν τῇ κατὰ τὰς σάρκας ἐστὶν, ἐλλιπέστερον δὲ κατεργασθέντων, τὸν ὠμὸν ἢ τὸν φλεγματώδη χυμὸν γεννᾷ, τῶν μὲν ὑγροτέ-

enim appellant, a quibus quum humorem omnem expreſſerint, circumdatis vinculis ipſas conſtringunt, totumque ipſarum corpus cogunt. Sunt autem et circa larynga ac pharynga hujusmodi quaedam glandulae, ſicut et in meſenterio; verum hae quidem ſunt exiles, eoque vulgus ipſum latent; quae vero ſunt ad pariſthmia ac larynga, magnae ſunt ac conſpicuae. Sunt et aliae exiguae in multis corporis partibus, vaſorum diviſiones firmantes ac fulcientes. At glandula illa, cui thymo nomen eſt, haudquaquam eſt exigua, ſed in nuper natis animantibus eſt quam maxima, increſcentibus autem illis ipſa decreſcit. Omnibus autem ipſis illud eſt commune, ut ſuaves in cibo ac friabiles appareant. Mamillares vero, quum lac habent, de ipſius etiam dulcedine quidpiam prae ſe ferunt: quapropter hae glandulae, quum lacte ſunt plenae, ſummopere a guloſis expetuntur, praecipue ſuillae. Alimentum autem, quod ex iis probe quidem in ventriculo concoctis provenit, prope ſane ad carnium alimentum accedit; quod ſi minus, quam ſat eſt, ſint confectae, ſuccum crudum aut

Ed. Chart. VI. [377.] Ed. Baſ. IV. (338. 339.)

ρων ἀδένων τὸν φλεγματώδη, τῶν δὲ σκληροτέρων τὸν ὠμὸν, ὑπὲρ οὗ ἔμπροσθεν εἴρηται. ὄντες δ' ἐκ τοῦ γένους τῶν ἀδένων οἱ ὄρχεις οὐχ ὁμοίως εἰσὶν εὔχυμοι τοῖς κατὰ τοὺς τιτθοὺς, ἀλλά τι καὶ βρωμῶδες ἔχουσιν, ἐνδεικνύμενοι τὴν τοῦ σπέρματος, ὃ γεννῶσι, φύσιν, ὥσπερ οἱ νεφροὶ τὴν τοῦ οὔρου. καὶ μέντοι καὶ πεφθῆναι πολὺ χείρους εἰσὶν, οἵ γε τῶν πεζῶν ζώων· οἱ γὰρ τῶν σιτευθέντων ἀλεκτρυόνων ἥδιστοί τε ὑπάρχουσι καὶ τὴν τροφὴν χρηστὴν τῷ σώματι διδόασι. καὶ οἱ παρακείμενοι δὲ τῷ τραχήλῳ τῆς κύστεως ἀδένες ἐγγύς τι τῶν ὄρχεών εἰσι τὴν φύσιν. ἔνιοι δὲ ἐν τοῖς ἀδέσι καὶ τοὺς νεφροὺς ἀριθμοῦσιν· ἔχειν γὰρ ἀδενῶδές τι καὶ οὗτοι δοκοῦσιν αὐτοῖς. κακόχυμοι δέ εἰσιν ἱκανῶς καὶ δύσπεπτοι, καθάπερ οἱ τῶν ἐπὶ πλέον ηὐξημένων ζώων ὄρχεις, ὅταν ἐκτέμνοντες αὐτοὺς ἐσθίωσιν· ἀμείνους γὰρ οἱ τῶν νεωτέρων εἰσίν. οἱ δὲ τῶν ταύρων καὶ τράγων καὶ κριῶν ἀηδεῖς καὶ δύσπεπτοι καὶ κακόχυμοι.

Κεφ. ζ'. (339) [Περὶ ὄρχεων.] Τοὺς ὄρχεις τῶν νέων ὑῶν καὶ βοῶν ἐκτέμνουσι παρ' ἡμῖν οὐ τῆς αὐτῆς ἕνε-

pituitoſum generant, humidiores quidem pituitoſum, duriores vero crudum, de quo ante diximus. Teſtes autem, quum ex genere ſint glandularum, non perinde tamen laudabilis ſunt ſucci, ut mamillares, ſed habent viroſum quiddam, ſeminis, quod generant, naturam referentes, ceu renes urinae. Atque etiam animalium greſſilium teſtes ad coquendum longe ſunt difficiliores. Nam gallorum gallinaceorum altilium teſtes et ſuaviſſimi ſunt et laudabile corpori praebent alimentum. Glandulae item collo veſicae adjacentes prope ad teſtium naturam accedunt. Sunt qui renes quoque inter glandulas annumerent: hi namque glanduloſum quiddam habere ipſis videntur. Verum pravi admodum ſunt ſucci, et concoctu difficiles, ut adultiorum animalium teſtes, quum exectos ipſos mandunt: juniorum enim ſunt praeſtantiores. Taurorum autem, et hircorum, et arietum inſuaves ſunt, ac ad coquendum difficiles et mali ſucci.

Cap. VII. [De teſtibus.] Juvenibus ſuibus ac bobus apud nos teſtes exſecant, ſed propter uſum diverſum,

Ed. Chart. VI. [377. 378.] Ed. Baſ. IV. (339.)

κα χρείας, ἀλλὰ τῶν μὲν ὑῶν τῆς ἐδωδῆς, (καὶ γὰρ ἡδίων καὶ τροφιμωτέρα γίνεται καὶ πεφθῆναι βελτίων ἡ σὰρξ τῶν ἐκτμηθέντων ὑῶν,) τῶν δὲ βοῶν ἕνεκα τῆς εἰς τὴν γεωργίαν χρείας, δυσπειθεῖς γὰρ [378] αὐτῆς εἰσιν οἱ ταῦροι. τῶν δ' αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων κατ' ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἐκτέμνουσι τοὺς ὄρχεις. εἰσὶ δ' ἅπαντες οἱ τῶν εἰρημένων ζώων ὄρχεις δύσπεπτοι καὶ κακόχυμοι, πεφθέντες δὲ καλῶς τρόφιμοι. τὸ δ' ἧττον καὶ μᾶλλον ἐν αὐτοῖς ἀνάλογόν ἐστι τῷ κατὰ τὰς σάρκας εἰρημένῳ. εἰς ὅσον γὰρ τῶν ὑῶν σὰρξ τῆς τῶν ἄλλων ἐστὶ βελτίων, εἰς τοσοῦτον καὶ ὄρχεις τῶν ὀρχεών. μόνοι δ' οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων ἄριστοι κατὰ πάντα, καὶ μάλιστα τῶν σιτευθέντων.

Κεφ. η'. [Περὶ ἐγκεφάλου.] Φλεγματικώτερόν ἐστι καὶ παχύχυμον ἔδεσμα, καὶ βραδύπορον καὶ δύσπεπτον, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κακοστόμαχον ἅπας ἐγκέφαλος. ἔξαπατώμενοι δὲ ὑπὸ τῆς μαλακότητος αὐτοῦ διδόασιν ἔνιοι τοῖς κάμνουσιν, ὄντα πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ναυτιώδη. μᾶλλον οὖν ὅταν

nam ſuum quidem teſtes cibi cauſa ſecantur: ſuum enim caſtratorum caro ſuavior fit, et plenioris alimenti, et ad coquendum facilior: boum vero, ut ad agriculturam ſint meliores: tauri enim non facile ab hominibus domantur. Caprae autem et oves propter utrumque uſum caſtrantur. Porro omnes memoratorum animalium teſtes ad coquendum ſunt difficiles ac mali ſucci: nutriunt tamen, ſi belle conficiantur, alii magis, alii minus, pro ea proportione, quam in carnibus ineſſe diximus. Nam quanto ſuum caro aliis eſt praeſtantior, tanto horum quoque teſtes aliorum animantium teſtibus ſunt meliores: ſoli autem gallorum gallinaceorum undequaque ſunt praeſtantiſſimi, et potiſſimum eorum, qui ſaginati fuerint.

Cap. VIII. [De cerebro.] Cerebrum omne cibus eſt pituitoſior, craſſique ſucci, et tarde permeans, ac ad coquendum difficilis: non minimum etiam cerebrum omne ſtomacho nocet. Quidam autem ipſius mollitie decepti ipſum aegrotis exhibent, quum praeter alia nauſeam etiam

Ed. Chart. VI. [378.] Ed. Baſ. IV. (339.)

ἐμέσαι τινὰ βουληθῇς ἀπὸ τροφῆς, καὶ τούτου μόριον αὐτῷ δίδου λιπαρῶς ἠρτυμένον ἐν τοῖς τελευταίοις προσενέγκασθαι, φυλάττου δὲ ἐπὶ τῶν ἀνορέκτων, οὓς ἀποσίτους ἐκάλουν οἱ παλαιοί. εἰκότως οὖν οὐδ' ἐσθίει τις ὕστερον αὐτὸ τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων, τῇ πείρᾳ δεδιδαγμένων ἅπάντων, ὅπως ἐστὶ ναυτιώδης. εὐλόγως δὲ καὶ σὺν ὀριγάνῳ πολλοὶ προσφέρονται, καθάπερ ἔνιοι μετὰ τῶν ποικίλως ἠρτυμένων ἁλῶν. ἅτε γὰρ παχύχυμος ὢν καὶ περιττωματικὸς, ἀμείνων ἐμεῖν γίνεται τὰ πάντα, μετὰ τῶν τεμνόντων καὶ θερμαινόντων σκευασθείς. εἰ μέντοι καλῶς πεφθῇ, τροφὴν ἀξιόλογον δίδωσι τῷ σώματι.

Κεφ. θ'. [Περὶ τοῦ ἐν τοῖς ὀστοῖς μυελοῦ.] Γλυκύτερος καὶ ἡδίων ἐστὶ καὶ λιπαρώτερος ὁ ἐν τοῖς ὀστοῖς εὑρισκόμενος μυελὸς τοῦ ἐγκεφάλου· ὥστ', εἴ τις ἐκ παραβολῆς αὐτῶν γεύοιτο, δόξει τι καὶ αὐστηρὸν ἔχειν τὸν ἐγκέφαλον. ἔστι δὲ καὶ ναυτιῶδες ἔδεσμα πλείων προσενεχθεὶς ὁ μυελὸς, ὥσπερ καὶ ὁ ἐγκέφαλος. εἴ γε μὴν καλῶς πεφθείη, τρόφιμός ἐστι καὶ αὐτός.

concitet: quin imo, quum cuipiam a cibo vomitum movere vis, hujus partem pinguiter conditam poſtremis epulis edendam exhibe. Illis vero cave exhibeas, qui non appetunt, quos veteres inappetentes appellabant. Merito igitur nemo cerebrum ſummis epulis mandit, quum omnes ipſa experientia docti ſciant, ipſum nauſeam excitare. Jure etiam plerique cum origano mandunt, uti nonnulli cum ſale variis modis apparato: quippe quum craſſi ſit ſucci et excrementitium, omnino vomitioni ſit accommodatius, quando cum incidentibus et calefacientibus fuerit paratum. Si tamen recte confici poſſit, alimentum corpori praeſtabit non contemnendum.

Cap. IX. [De oſſium medulla.] Medulla, quae in oſſibus invenitur, cerebro eſt dulcior, jucundior ac pinguior, adeo ut, ſi ea inter ſe comparando guſtes, putaturus ſis, cerebrum auſterum etiam aliquid in ſe habere. Porro medulla nauſeam provocat, ſi liberalius ſumatur, quemadmodum et cerebrum: nutrit tamen et ipſa, ſi probe conficiatur.

Ed. Chart. VI. [378. 379.] Ed. Baſ. IV. (339.)

Κεφ. ί. [Περὶ νωτιαίου μυελοῦ.] Ὁ νωτιαῖος μυελὸς ὁμογενὴς μέν ἐστιν ἐγκεφάλῳ, κακῶς δὲ ὀνομάζεται μυελός· ἔστι γὰρ μυελὸς ὑγρότερός τε καὶ μαλακώτερος καὶ λιπαρώτερος οὐ μόνον τοῦ νωτιαίου, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου. ἐπεὶ δ' ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ῥάχιν ὀστῶν περιέχεται, παραπλήσιος ὢν κατὰ τὴν χρόαν μυελῷ, διὰ τοῦτο μυελὸν ὀνομάζουσιν αὐτὸν, ὥσπερ γε καὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ἔνιοι προσηγόρευσαν ὡσαύτως. ἔστι δ' ὁ νωτιαῖος μυελὸς συνεχὴς μὲν τῷ ἐγκεφάλῳ καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως αὐτῷ, σκληρότερος δ' οὐκ ὀλίγῳ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κάτω τῆς ῥάχεως πέρασιν· εἰς ὅσον γὰρ ἀφίσταται τοῦ ἐγκεφάλου, τοσοῦτον μᾶλλον σκληρύνεται. λιπαρότητός τε οὖν ἥκιστα μετέχει καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ναυτιῶδες ἐκπέφευγε, κἂν πεφθῇ καλῶς, τροφὴν οὐκ ὀλίγην δίδωσι τῷ σώματι.

Κεφ. ια'. [379] [Περὶ πιμελῆς καὶ στέατος.] Ἐλαιώδη μὲν ἄμφω ταῦτα, διαφέρει δὲ ἀλλήλων ὑγρότητι καὶ ξηρότητι. πιμελὴ μὲν γὰρ ὑγρόν τι χρῆμά ἐστι παραπλήσιον ἐλαίῳ διὰ μακρὰν παλαιότητα πεπαχυμμένῳ· τὸ στέαρ δὲ

Cap. X. [De ſpinali medulla.] Spinalis medulla ejusdem quidem cum cerebro eſt generis: eam tamen perperam medullam appellarunt, quum medulla ipſa non modo ſpinali hac, verum etiam cerebro ipſo ſit humidior ac mollior et pinguior. Quod vero in ſpinae oſſibus contineatur, coloremque habeat medullae aſſimilem, ob id ipſum medullam nominant; quo nomine quidam ipſum quoque cerebrum vocitarunt. Eſt porro ſpinalis medulla cerebro continua, ac ejusdem cum eo naturae, niſi quod ipſo multo eſt durior, potiſſimum in infernis ſpinae finibus: quantum enim a cerebro abſcedit, tanto magis dureſcit. Pinguedinis ſane habet minimum: quo fit, ut nauſeam non provocet: et ſi probe conficiatur, non exiguum corpori dat alimentum.

Cap. XI. [De adipe et ſevo.] Utrumque quidem eſt oleoſum, humiditate tamen et ſiccitate inter ſe differunt. Pinguedo namque humida quaepiam res eſt, oleo longa vetuſtate incraſſato aſſimilis. Sevum vero adipe multo eſt ſic-

Ed. Chart. VI. [379.] Ed. Baſ. IV. (339.)

ξηρότερόν ἐστι πιμελῆς πολλῷ, καὶ διὰ τοῦτο, κἂν θερμήνας αὐτοῦ καταχέῃς, συνίσταται καὶ πήγνυται ῥᾳδίως. ὀλιγότροφα δὲ ἄμφω καὶ μᾶλλον ἡδύσματά ἐστι τῶν τρεφουσῶν ἡμᾶς σαρκῶν, ἢ αὐταὶ τροφαί.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ τῶν ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις σπλάγχνων.] Τὸ μὲν ἧπαρ ἁπάντων τῶν ζώων παχύχυμόν τέ ἐστι καὶ δύσπεπτον, καὶ βραδύπορον ὑπάρχον. ἄμεινον δ' ἐν αὐτοῖς, οὐκ εἰς ἡδονὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τἄλλα, τὸ συκωτὸν ὀνομαζόμενόν ἐστι, τῆς προσηγορίας ταύτης τυχὸν, ἐπειδὴ πολλῶν σύκων ξηρῶν ἐδωδῇ τοῦ μέλλοντος σφάττεσθαι ζώου τοιοῦτον παρασκευάζουσιν αὐτό· ὃ πράττουσιν οὕτως ἐπὶ τῶν ὑῶν μάλιστα διὰ τὸ φύσει τὰ τούτου τοῦ ζώου σπλάγχνα πολὺ τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις ὑπάρχειν ἡδίω γίνεται δὲ κἀκεῖνα σφῶν αὐτῶν ἀμείνω, φαγόντος τοῦ ζώου πολλὰς ἰσχάδας· ἀλλ' οὐκ εὔλογον εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις ὑπερβᾶσι τὸ φύσει κάλλιον ἐπὶ τὰ χείρω παραγίνεσθαι. τῶν δὲ ἄλλων σπλάγχνων ὁ μὲν σπλὴν οὐδὲ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀκριβῶς ἡδύς ἐστιν, (ἔχει γάρ τι στρυφνὸν ἐμφαινόμενον,) εἰκό-

cius: ideoque, ſi calefactum ipſum fundas, coit facile ac concreſcit. Pauci utrunque eſt nutrimenti, potiusque carnium nos alentium ſunt condimenta, quam alimenta.

Cap. XII. [De pedeſtrium animalium viſceribus.] Omnium quidem animalium jecur craſſi eſt ſucci, ac ad coquendum difficile, tardeque permeat: omnium autem eſt praeſtantiſſimum, non modo ad voluptatem, ſed ad alia etiam omnia, quod ficatum appellatur: quam appellationem inde habuit, quod animalis mactandi jecur multarum ficuum ſiccarum eſu ſic praeparent: quod maxime faciunt in ſuibus, propterea quod hujus animalis viſcera aliorum animalium viſceribus natura multo ſunt ſuaviora: evadunt tamen et illa ſe ipſis meliora, quum animal ipſum caricas affatim comederit: verum minime conſentaneum hominibus videtur, praeteritis quae natura caeteris praeſtant, deteriora conſectari. Reliquorum autem viſcerum lien quidem guſtu eſt non exacte ſuavis: eſt enim in eo perſpicua quaedam acer-

Ed. Chart. VI. [379.] Ed. Baſ. IV. (339.)

τως δὲ καὶ κακόχυμος εἶναι πεπίστευται, μελαγχολικοῦ γεννητικὸς αἵματος ὑπάρχων. ἀμφοῖν δ' εὐπεπτότερος, ὅσῳ καὶ ἀραιότερος, ὁ πνεύμων ἐστὶ, παμπόλλῳ γε μὴν ἧπατος εἰς θρέψιν ἧττων· ἣν δὲ δίδωσι τροφὴν τῷ σώματι, φλεγματικωτέρα μᾶλλόν ἐστιν. ἡ δὲ καρδία κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ἰνώδης σάρξ ἐστι καὶ σκληρὰ, καὶ διὰ τοῦτο δύσπεπτός ἐστι καὶ βραδύπορος· εἰ δὲ πεφθείη καλῶς, τροφὴν οὐκ ὀλίγην οὐδὲ κακόχυμον δίδωσι τῷ σώματι. περὶ δὲ νεφρῶν (καὶ γὰρ καὶ τούτους τινὲς ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἀριθμοῦσιν) ἔμπροσθεν εἴρηται.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ κοιλίας καὶ μήτρας καὶ ἐντέρων τῶν ἐν τοῖς τετράποσι ζώοις.] Σκληρότερα τὰ μόρια ταῦτά ἐστι τῶν σαρκῶν. διὸ, κἂν καλῶς πεφθῇ, τὸν χυμὸν οὐκ ἀκριβῶς αἱματικόν τε καὶ ἄμεμπτον, ἀλλὰ ψυχρότερόν τε καὶ ὠμότερον ἐργάζεται. πρότερον οὖν χρόνου πλέονος δεῖται πρὸς τὸ καλῶς κατεργασθῆναι καὶ αἷμα χρηστὸν γενέσθαι.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ τῆς τῶν ἡμέρων καὶ ἀγρίων ζώων διαφορᾶς.] Τῶν ἡμέρων ζώων ἡ κρᾶσις ὑγροτέρα τῆς τῶν

bitas: merito autem pravi quoque ſucci eſſe creditur, ut qui ſanguinem melancholicum generet. Utroque vero tanto pulmo eſt ad coquendum facilior, quanto eſt rarior: multo tamen, quod ad nutriendum attinet, hepate eſt inferior. Pituitoſius autem longe eſt id alimentum, quod corpori praebet. Cor ſubſtantia quidem caro eſt fibroſa ac dura, ideoque ad coquendum eſt difficile, et tarde permeat: ſi tamen probe conficiatur, alimentum corpori exhibet non paucum, neque mali ſucci. De renibus autem (nam hos quoque quidam inter viſcera connumerant) prius diximus.

Cap. XIII. [De quadrupedum animalium ventriculo, utero et inteſtinis.] Duriores carnibus ſunt hae partes: ob id, etiamſi rite conficiantur, ſuccum tamen gignent plane ſanguineum, neque inculpatum, ſed frigidiorem ac crudiorem. Proinde multum temporis requirunt, priusquam ſatis confici et in probum ſanguinem mutari queant.

Cap. XIV. [De agreſtium ac domeſticorum animalium differentia.] Domeſtica animalia temperie humidiora

Ed. Chart. VI. [379. 380.] Ed. Baſ. IV. (339. 340.)

ἀγρίων ἐστὶ διά τε τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος, ἐν ᾧ διαιτῶνται, καὶ τὸ ῥᾴθυμον τοῦ βίου. τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι ταλαιπωρεῖται τε καὶ κάμνει πολλὰ καὶ κατὰ ξηρότερον ἀέρα διατρίβει. [380] διὰ τοῦτο οὖν ἥ τε σὰρξ αὐτῶν ἐστι σκληροτέρα καὶ πιμελῆς ἢ οὐδ' ὅλως ἢ ὀλίγιστόν τι μετέχει. ταύτῃ τοι καὶ ἀσηπτοτέρα πλείοσιν ἡμέραις διαμένει τῶν ἡμέρων τε καὶ ἀργῶς διαιτωμένων ζώων. πρόδηλον δ', ὅτι καὶ ἀπέριττός ἐστιν ἡ ἐξ αὐτῶν τροφὴ μᾶλλον, ὥσπερ ἡ ἀπὸ τῶν ἡμέρων τε καὶ ἀργῶν περιττωματική. τρέφειν τε οὖν ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν τοιαύτην τροφὴν μᾶλλον, εὐχυμοτέραν τε πολλῷ τῆς ἑτέρας ὑπάρχειν.

Κεφ. ιέ. [Περὶ γάλακτος.] Καὶ τοῦτο τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ἐστὶ τροφῆς ἕν τι, διαφέρον μὲν καὶ κατὰ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους οὐ σμικρὰν διαφοράν, (340) ἔτι δὲ μείζονα τὴν κατ' αὐτὰ τὰ ζῶα. τὸ μὲν γὰρ τῶν βοῶν παχύτατόν ἐστι καὶ λιπαρώτατον, ὑγρότατον δὲ καὶ ἥκιστα λιπαρώτατον τὸ τῆς καμήλου, καὶ μετὰ ταῦθ' ἵππου, μετὰ δὲ ταῦτ' ὄνου.

ſunt, quam agreſtia, tum ob aëris, in quo degunt, humiditatem, tum vero etiam ob vitae ignaviam. Quae vero in montibus degunt, multum exercentur ac fatigantur, praeterea in aëre ſicciore vivunt: quapropter eorum caro eſt durior, nulliusque prorſus pinguedinis aut panciſſimae particeps: quae cauſa eſt, cur pluribus diebus, quam domeſticorum et otioſe degentium animalium, ſervetur imputris. Liquet item, quod alimentum, quod ab iis provenit, minus habet excrementi: contra excrementitium eſt, quod a domeſticis atque otioſis ſumitur. Neceſſe igitur eſt alimentum ejusmodi nutrire valentius, quam alterum, ſuccumque gignere multo meliorem.

Cap. XV. [De lacte.] Lac quoque inter cibos, qui ab animalibus ſumuntur, eſt numerandum: in quo haud parva eſt pro anni temporibus differentia, et ea adhuc major pro ipſorum animalium ſpecie. Siquidem vaccarum lac craſſiſſimum eſt ac pinguiſſimum, liquidiſſimum autem ac minime pingue camelarum; mox equarum; deinde aſina-

Ed. Chart. VI. [380.] Ed. Baſ. IV. (340.)

σύμμετρον δὲ τῇ συστάσει τὸ τῆς αἰγός ἐστι γάλα· τὸ δὲ τοῦ προβάτου παχύτερον τούτου. κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ὑγρότατόν μέν ἐστι τὸ μετὰ τὴν ἀποκύησιν, ἀεὶ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ προϊέναι παχύνεται. καὶ κατὰ μέσον τὸ θέρος ἐν τῷ μέσῳ καὶ αὐτὸ τῆς αὐτοῦ φύσεως καθίσταται. μετὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἤδη παχύνεται κατὰ βραχύ, μέχρις ἂν παύσηται τελέως. ἔστι δ', ὥσπερ ὑγρότατον ἦρος, οὕτω καὶ πλεῖστον. ὅτι δ', ὡς προείρηται, καὶ κατὰ τὰ τῶν ζώων εἴδη τὸ γάλα διαφέρει, θεασαμένῳ μὲν αὐτίκα φαίνεται, σαφέστερον δὲ γίνεται κἀκ τοῦ σκευαζομένου καθ' ἕκαστον αὐτοῦ τυροῦ. πλεῖστον μὲν γὰρ ὀρρὸν ἴσχει τὸ ὑγρότατον γάλα, πλεῖστον δὲ τυρὸν τὸ παχύτατον. ὑπάγει τοίνυν εἰκότως τὴν γαστέρα τὸ μὲν ὑγρότερον μᾶλλον, ἧττον δὲ τὸ παχύτερον. ἔμπαλιν δὲ τὸ παχύτερον μὲν τρέφει μᾶλλον, τὸ λεπτότερον δὲ ἧττον. εἰ δὲ προαφεψήσας τις τὸ γάλα τὸν ὀρρὸν ἐκδαπανήσειεν, οὐδ' ὅλως ὑπάγει. κοχλάκων δὲ διαπύρων ἐμβληθέντων τοσούτων, ὡς ἐκδαπανῆσαι τὸν ὀρρὸν ἅπαντα, πρὸς τῷ μηκέθ' ὑπάγειν τὴν γαστέρα τὸ οὕτως

rum: mediae autem conſiſtentiae eſt caprarum: hoc craſſius ovium. Secundum autem anni tempora lac poſt partum eſt liquidiſſimum, temporis vero progreſſu magis ſemper ac magis incraſſeſcit; aeſtate vero media ipſum etiam in medio ſuae naturae conſiſtit: poſt id autem tempus ſenſim jam craſſeſcit, quoad penitus deficiat, vere autem ut liquidiſſimum, ita etiam copioſiſſimum. Quod autem lac, ut prius diximus, pro animalium ſpecie differat, id vel intuenti quidem protinus apparet, manifeſtius autem fiet, ſi ex unoquoque lactis genere caſeus paretur: etenim liquidiſſimum lac ſerum, craſſiſſimum caſeum habet plurimum. Merito igitur liquidius quidem lac magis, craſſius autem minus alvum ſubducit. Contra autem craſſius quidem valentius nutrit, tenuius autem minus. Quod ſi quis lac prius elixando ſerum omne conſumpſerit, nihil prorſus ſubducet. Injectis vero lapillis ignitis tantiſper, dum ſerum omne conſumatur, praeterquam quod ſic paratum alvum non ſub-

Ed. Chart. VI. [380.] Ed. Baſ. IV. (340.)

σκευασθὲν ἔτι καὶ τοὐναντίον ἐργάζεται· καὶ δίδομεν αὐτὸ τοῖς ὑπὸ τῶν δριμέων περιττωμάτων δακνομένοις κατὰ τὴν γαστέρα. τῶν κοχλάκων δὲ οὐχ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐμβαλλόμενοι κυκλίσκοι σιδήρου διάπυροι ταὐτὸν ἐργάζονται. τυροῦταί γε μὴν ἐν τῇ γαστρὶ ῥᾳδίως τὸ οὕτως σκευασθὲν γάλα. διὸ καὶ μίγνυμεν αὐτῷ μέλιτός τε καὶ ἁλῶν, ἀσφαλέστερον δὲ καὶ ὕδατος ἐπιχέειν, ὥσπερ καὶ ποιοῦσι τῶν ἰατρῶν οὐκ ὀλίγοι. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ τὸν ὀρρὸν ἐκδαπανήσαντες αὖθις ὕδατος ἐπιχέουσιν. οὐ γὰρ τὴν ὑγρότητα τοῦ ὀρροῦ φεύγουσιν, ἀλλὰ τὴν δριμύτητα, καθ' ἣν ὑπάγει τὴν γαστέρα τὸ σύμπαν γάλα, μικτὸν ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν ὑπάρχον, ὀρροῦ τε καὶ τυροῦ. μετέχει δὲ πρὸς τοῖσδε καὶ τρίτου τοῦ λιπαροῦ χυμοῦ, πλείστου μὲν, ὡς εἴρηται, τὸ τῶν βοῶν γάλα. διὸ καὶ σκευάζουσιν ἐξ αὐτοῦ τὸ καλούμενον βούτυρον, ὃ καὶ γευσάμενος καὶ θεασάμενος μόνον ἐναργῶς γνώσῃ, πόσον αὐτῷ λιπαρότητος μέτεστιν. εἰ δὲ καὶ χρίσας τι μέρος τοῦ σώματος ἀνατρίψαις αὐτὸ, λιπαινόμενον ὡς ἐξ ἐλαίου θεάσῃ τὸ δέρμα. κἂν εἰ νεκροῦ δὲ ζώου δέρμα ξηρὸν ἀλεί-

ducit, contrarium etiam efficit; ipſumque iis exhibemus, quibus venter acrium excrementorum demorſu infeſtatur. Id ipſum autem efficiunt non minus, quam lapilli, aut etiam efficacius, ferrei orbiculi igniti. Facile tamen lac ſic paratum in ventriculo in caſeum cogitur. Ob id mel illi et ſalem admiſcemus, quin et aquam etiam affundere ſecurius fuerit, ut plerique medicorum factitant. Neque mirum tibi videatur, quod, ſero conſumpto, rurſus aquam infundant: non enim ſeri humiditas eſt, quam fugiunt, ſed acrimonia: cujus occaſione lac omne alvum ſubducit, ex ſubſtantiis contrariis mixtum, ſero ſcilicet et caſeo. Ad haec tertium etiam pinguem ſuccum habet, et ipſum quidem lac vaccarum, ut dictum eſt, plurimum: ideoque butyrum (quod vocant) ex eo conficiunt; quod guſtu ſolo uſuque quantum in ſe pinguedinis habeat, facile cognoſcas. Quod ſi partem aliquam corporis eo inunxeris ac fricueris, cernes cutim pinguem non aliter, ac ſi oleo fricuiſſes: praeterea, ſi mortui animalis corium aridum eo inunxeris, eundem cernes effe-

Ed. Chart. VI. [380. 381.] Ed. Baſ. IV. (340.)

ψαις αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ὄψει. καὶ μέντοι καὶ ἄνθρωποι κατὰ πολλὰ τῶν ψυχρῶν χωρίων, ἐν οἷς ἀποροῦσιν ἐλαίου, χρῶνται λουόμενοι τῷ βουτύρῳ. [381] φαίνεται δὲ κἂν ἐπ' ἀνθράκων διαπύρων ἐγχέῃς αὐτὸ, φλόγα ποιοῦν, ὥσπερ ἡ πιμελή. καὶ μέντοι καὶ χρώμεθα αὐτῷ πολλάκις εἰς ὅσα καὶ τῷ στέατι, καταπλάσμασί τε καὶ ἄλλοις φαρμάκοις μιγνύντες. τὸ μὲν οὖν βόειον, ὡς ἔφην, γάλα λιπαρώτατόν ἐστι· τὸ δὲ τῶν προβάτων τε καὶ τῶν αἰγῶν ἔχει μέν τι καὶ αὐτὸ λίπους, ἀλλ' ἧττον πολὺ, τὸ δὲ τῶν ὄνων ἥκιστα μετέχει τοιούτου χυμοῦ. διὸ καὶ σπανίως ἐτυρώθη τινὶ κατὰ τὴν γαστέρα πινόμενον αὐτίκα θερμὸν ἅμα τῷ τῶν τιτθῶν ἐκπεσεῖν. εἰ δ' ἅλῶν λάβοι καὶ μέλιτος, ἀδύνατον παγῆναί τε αὐτὸ καὶ τυρωθῆναι κατὰ τὴν γαστέρα. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἡ κάτω διαχώρησις αὐτῷ γίνεται πλείων, ὡς ἂν καὶ τὸν ὀρρὸν ἔχοντος πολὺν, ὑφ' οὗ τὸ σύμπαν γάλα τὴν ὑπακτικὴν λαμβάνει δύναμιν, ὅσον ἐπὶ τῷ τυρώδει τὴν σταλτικὴν ἔχον. ὁπόσον δ' ἀπολείπεται τῆς ἄλλης τοῦ γάλακτος φύσεως εἰς εὐχυμίαν ὁ ὀρρὸς, τοσοῦτον πλεονεκτεῖ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα λαπάττει τὴν γαστέρα. διό μοι

ctum: quin imo homines in plerisque frigidis regionibus, in quibus oleo carent, in balneo butyro utuntur. Cernitur praeterea, ſi ignitis carbonibus ipſum infundas, non aliter, ac pinguedo, flammam excitare. Denique utimur ipſo in illis, in quibus utimur adipe, cataplaſmatibus aliisque medicamentis ipſum permiſcentes. Pinguiſſimum itaque, ut diximus, eſt lac bubulum; ovillum vero ac caprinum habent quidem et ipſa pinguedinis quidpiam, ſed multo minus; aſininum vero hujus ſucci habet minimum: quocirca raro in ventriculo cujusquam coagulatur, ſi ſtatim, ut mammis excidit, calidum fuerit epotum; quod ſi ſal et mel adjiciantur, fieri non poteſt, ut ipſum in ventriculo concreſcat ac coaguletur. Eandem ob cauſam magis per alvum dejicitur, ut quod ſerum multum habeat, a quo lac omne facultatem accipit dejiciendi, uti a caſeoſa ſubſtantia ſiſtendi. Quantum vero ſerum ab alia lactis natura ſucci bonitate ſuperatur, tanto alia omnia, quae ventrem dejiciunt, ſuperat: ob

Ed. Chart. VI. [381.] Ed. Baſ. IV. (340.)

δοκοῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ πλείστῳ χρῆσθαι τούτῳ τῷ πόματι πρὸς ὑπαγωγὴν γαστρός. ἐμβαλεῖν δ' αὐτῷ χρὴ μέλιτος ἀρίστου τοσοῦτον, ὅσον ἡδῦναι χωρὶς ἀνατροπῆς στομάχου· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῶν ἁλῶν ἄχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι τὴν γεῦσιν. εἰ γε μὴν ὑπάγειν αὐτὸ μᾶλλον ἐθέλοις, ὡς πλεῖστον ἔμβαλε τῶν ἁλῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἢ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν εἴρηται πραγματείαν. ὅσα γὰρ ὡς τροφῇ τῷ γάλακτι συμβέβηκεν ἔχειν ἀγαθὰ, ταῦτα προὔκειτο διέρχεσθαι· μεμιγμένου δ' αὐτοῖς τοῦ κατὰ τὴν ὑπαγωγὴν τῆς γαστρὸς ἐκ τῆς κοινωνίας τῆσδε τὴν ἐκτροπὴν ὁ λόγος ἔσχε. πάλιν οὖν αὐτὸν ἐπαναγάγωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον, εἴπωμέν τε τὰ μήπω λελεγμένα περὶ τῆς ἐν τῷ γάλακτι δυνάμεως, ἣ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ τοῦτ' ἔστιν, εὐχυμότατον εἶναι τὸ ἄριστον γάλα σχεδὸν ἁπάντων, ὅσα προσφερόμεθα. μὴ παρακούσῃς δὲ τοῦ προκειμένου κατὰ τὸν λόγον. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπον, εὐχυρότατον εἶναι γάλα πᾶν; ἀλλὰ προσέτι τὸ ἄριστον. ὡς τό γε κακόχυμον γάλα τοσοῦτον οὐ συντελεῖ εἰς εὐχυμίαν,

id veteres ad alvum ſubducendam hoc potu plurimo uſi videntur. Tantum autem mellis optimi ei eſt injiciendum, quantum ſuave citra ſtomachi everſionem ſentietur. Pari modo et ſalem ea menſura injicies, quoad guſtum non offendat: quod ſi ipſum magis ſubducere velis, ſalis quamplurimum injicies. Haec certe diffuſius explicuimus, quam praeſens inſtitutum poſtulet: propoſitum enim fuerat ea commoda exponere, quae lacti inſunt ut alimento: quibus quum id commodum, quod nobis praeſtat in alvo dejicienda, eſſet admixtum, fecit rei affinitas, ut in hanc digreſſionem ſermo noſter deflexerit. Rurſus igitur ad propoſitum reverſi, quae de lactis facultate ſuperſunt exequamur; quorum id omnium eſt maximum, quod omnium fere, quae mandimus, lac optimum optimi eſt ſucci. Verum cave, ne male accipias, quod jam pronunciavimus. Non enim ſimpliciter diximus, lac omne optimi eſſe ſucci, ſed praeterea optimum adjunximus. Nam lac quidem, quod vitioſi eſt ſucci, tantum abeſt, ut ad ſuccum probum gignendum conferat, ut, qui eo utun-

Ed. Chart. VI. [381.] Ed. Baſ. IV. (346.)

ὥστε καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῷ κακοχύμους ἐργάζεται. καὶ φανερὸν, ὡς γε παιδίον, ἀποθανούσης τῆς προτέρας τιτθῆς, ἑτέρας κακοχύμου παρασχούσης αὐτῷ γάλα, πολλῶν ἑλκῶν ἐνεπλήσθη τὸ σύμπαν σῶμα· ἐδεδήητο δ' ἐπὶ λαχάνοις ἀγρίοις ἡ δευτέρα τιτθὴ κατ' ἀγρὸν, ἦρος ὥρᾳ, λιμοῦ κατασχόντος. αὐτή τε οὖν ἐπληρώθη τοιούτων ἑλκῶν, ἕτεροί τέ τινες τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν χώραν, ὁμοίως διαιτηθέντες. εἴδομεν δὲ τοῦτο κἀπὶ πολλῶν ἄλλων γυναικῶν παιδία τρεφουσῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον χρόνον. ἀλλὰ κἂν αἰγὸς ἤ τινος ἄλλου ζώου νεμηθέντος σκαμμωνίαν ἢ τιθύμαλλον ἐν τροφῆς μέρει προσενέγκηταί τις γάλα, ῥυήσεται πάντως ἡ γαστὴρ αὐτῷ. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὕτω κἀπὶ τοῦ γάλακτος ἀκούειν σε χρὴ, τῶν δυνάμεων οὐχ ἁπλῶς λεγομένων ἐπὶ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ καλλίστου μόνον· τὸ δὲ ἀπολειπόμενον ἐν ἑκάστῳ γένει τοῦ πρωτεύοντος ἀπολείπεται τοσοῦτον καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς ὠφελείας. τὸ μὲν οὖν ὀρρῶδες πλεῖστον ἔχον ἀκινδυνότατόν ἐστιν, εἰ καὶ διαπαντὸς αὐτῷ τις χρῷτο· τὸ δ' ὀλίγον μὲν ἔχον ὑγρότητος τοιαύτης, οὐκ ὀλί-

tur, cacochymos reddat. Cui rei argumento fuit is infans, qui, quum, priore nutrice mortua, alterius pravi ſucci lac ſuxiſſet, totum corpus multis ulceribus habuit refertum: utebatur autem ſecunda haec nutrix in agro ſylveſtribus oleribus propter annonae aritatem, quae veris tempore acciderat: unde et ipſa hujuscemodi ulceribus ſcatuit, et alii quidam, qui in eodem agro ſimili victu ſunt uſi. Vidimus et aliis permultis mulieribus infantes nutrientibus id temporis idem accidere. Atque etiam ſi caprae aut alterius cujuspiam animalis ſcammonium aut tithymallum depaſti lac cibi loco quis ſumpſerit, omnino alvus illi fluet. Quemadmodum igitur de aliis omnibus, ita de lactis facultatibus intelligere oportet, non tanquam ſimpliciter de quovis dicatur, ſed de optimo duntaxat: quantum autem in ſingulis generibus unumquodque ab optimo deficit, tanto commodis, quae optimum id nobis praeſtat, eſt inferius. Lac igitur, quod ſeri habet plurimum, etiamſi ſemper eo utare, nihil penitus afferet periculi: quod vero hujuscemodi humiditatem habet

Ed. Chart. VI. [381. 382.] Ed. Baſ. IV. (340. 341.)

γον δὲ παχύτητος τυρώδους, οὐκ ἀσφαλές ἐστιν ἅπασι τοῖς ἐν αὐτῷ πλεονάζουσι. βλάψει μὲν γὰρ νεφροὺς, ὅσοι γ' ἐπιτηδείως ἔχουσιν εἰς λίθων γένεσιν, ἐμφράξεις δὲ καθ' ἥπαρ ἐργάσεται τοῖς ἑτοίμως παθεῖν δυναμένοις τοῦτο. [382] τοιοῦτοι δ' εἰσὶν, οἷς στενὰ τὰ πέρατα τῶν μεταλαμβανομένων ἀγγείων τὴν ἐκ τῶν σιμῶν τοῦ σπλάγχνου τροφὴν εἰς τὰ κυρτά. τοῖς δὲ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα χωρίοις ἀγαθὸν ἅπαν ἐστὶ γάλα, κεφαλῇ δ' οὐκ ἐπιτήδειον, εἰ μή τις ἰσχυρὰν ἔχει πάνυ, καθάπερ οὐδ' ὑποχονδρίοις, ὅσα ῥᾳδίως ἐμφυσᾶται. πνευματοῦται γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ παμπόλλοις, ὡς ὀλιγίστους εἶναι τοὺς μὴ πάσχοντας τοῦτο. μετὰ δέ τινος τῶν παχὺν ἐχόντων χυμὸν ἐδεσμάτων ἐπιπλέον ἑψηθὲν ἀποτίθεται μὲν τὸ φυσῶδες, ἐμφρακτικώτερον δὲ ἥπατος γίνεται, καὶ τῶν ἐν νεφροῖς λίθων γεννητικώτερον. ἐδέσματα δ' εἶναι τοιαῦτα κατὰ τὸν πρῶτον εἴρηται λόγον ἄμυλός τε καὶ σεμίδαλις καὶ χόνδρος καὶ τράγος καὶ ὄρυζα, λάγανά τε καὶ ῥυήματα καὶ (341) ἄρτοι μήτε καλῶς ὠπτημένοι, μήτε προπαρεσκευασμένοι διὰ τρίψεως πολλῆς ἅμα ταψιλέσιν ἁλσὶ,

exiguam, caſeoſam autem craſſitiem multam, omnibus, qui ipſo multum utuntur, eſt periculoſum. Nam eos quidem renes offendet, qui calculis generandis ſunt opportuni: jecur item obſtruet iis, qui hoc affectu facil prehendi poſſunt: tales autem ſunt, quibus fines eorum vaſorum, quae cibum ex ſimis viſceris in gibba tranſumunt, ſunt anguſti. Thoracis autem ac pulmonis partibus lac omne eſt utile. Capiti vero, niſi quis ipſum habeat admodum firmum, non eſt accommodatum, ut nec hypochondriis, quae levi de cauſa inflantur; plurimis enim in ventriculo vertitur in flatus, ſuntque pauciſſimi, quibus id non accidat. Si vero cum aliquo eorum cibariorum, quae craſſi ſunt ſucci, diutius elixum fuerit, flatuoſam quidem naturam deponit, ſed jecur magis obſtruit, et calculos in renibus promptius gignit. Hujusmodi autem edulia libro primo eſſe diximus amylum, ſimilaginem, alicam, tragum, oryzam, lagana, rhyemata, et panes non bene in clibano aſſos, nec multa tritura prius elaboratos, nec

Ed. Chart. VI. [382.] Ed. Baſ. IV. (341.)

μήτε ζύμης ἔχοντες σύμμετρον. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τούτων, οὕτως κἀπὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μιγνύντες γάλακτι προσφέρονταί τινες, ἢ τῶν μιγνυμένων δυνάμις ἤτοι γ' αὐξήσει τινὰ τῶν τοῦ γάλακτος δυνάμεων, ἢ μειώσει. νῦν δὲ ἡμεῖς αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἀφοριζόμενοι λέγομεν εὔχυμόν τε καὶ τρόφιμον εἶναι, συγκείμενον ἔξ ἐναντίων οὐσιῶν τε καὶ δυνάμεων, ὑπακτικῆς τε καὶ σταλτικῆς, ἐμφρακτικῆς τε καὶ λεπτυντικῆς. τὸ μὲν γὰρ ὀρῶδες αὐτοῦ λεπτύνει τὸ πάχος τῶν χυμῶν, ὑπάγει τε γαστέρα, τὸ δὲ τυρῶδες ἐπέχει τὴν γαστέρα, καὶ παχεῖς ἐργάζεται τοὺς χυμούς, δι' οὓς, ὡς ἔφην, ἐμφράξεις τε καθ' ἧπαρ, ἐν νεφροῖς τε λίθοι γεννῶνται. βλάπτει δ' ἡ συνεχὴς χρῆσις αὐτοῦ καὶ τοὺς ὀδόντας ἅμα ταῖς περικειμέναις σαρξίν, ἃς ὀνομάζουσιν οὖλα· ταύτας μὲν γὰρ πλαδαρὰς, τοὺς δὲ ὀδόντας εὐσήπτους τε καὶ ῥᾳδίως διαβιβρωσκομένους ἐργάζεται. χρὴ τοίνυν ἐπὶ τῇ προσφορᾷ τοῦ γάλακτος οἴνῳ κεκραμένῳ διακλύζεσθαι· βέλτιον δὲ, εἰ καὶ μέλιτος ἐπεμβάλοις αὐτῷ. πᾶν γὰρ οὕτως ἀποῤῥύπτεται τὸ περιπεπλασμένον τοῖς ὀδοῦσι καὶ τοῖς οὔλοις ἐκ τοῦ γάλακτος τυρῶδες. εἰ δὲ

multo ſale ac fermento mediocri ſaturatos. Caeterum, ut in iis, ita in aliis, quae nonnulli lacti admiſcentes mandunt, mixtorum facultas aliquam ex lactis facultatibus augebit aut imminuet. Nunc autem ipſius facultatem definiamus, illud boni eſſe ſucci et multi alimenti ſtatuentes, quod ex contrariis ſubſtantiis ac facultatibus conflatum, ſubducendi ſcilicet ac ſiſtendi, obſtruendique ac tenuandi; quod namque ejus ſeroſum eſt, ſuccos craſſos tenuat, et alvum ſubducit, quod vero caſeoſum eſt, alvum ſiſtit, et ſuccos craſſos gignit, ex quibus, quemadmodum diximus, in hepate obſtructiones, et in renibus calculi oriuntur. Nocet autem ipſius uſus aſſiduus dentibus et circumdatis carnibus, quas gingivas nominant: has enim flaccidas, dentes vero putreſactioni et eroſioni admodum obnoxios reddit. Sumpto igitur lacte, os vino diluto colluere conveniet; ſatius autem fuerit, ſi mellis etiam quidpiam ipſi injeceris; ita namque omne caſeoſum, quod ex lacte dentibus ac gingivis circumfixum

Ed. Chart. VI. [382.] Ed. Baſ. IV. (341.)

καὶ χωρὶς τοῦ προσεμβάλλειν ὕδατος τῷ οἴνῳ μὴ βλάπτοι-τό τις τὴν κεφαλὴν διακλυζόμενος αὐτῷ, βελτίων ἡ τοιαύτη χρῆσις ὡς πρὸς τοὺς ὀδόντας τε καὶ τὰ οὖλα. τό γε μὴν μέλι καὶ τοῦτο μιγνύμενον ἄμεινον ἐργάζεται τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. ἀρίστη δὲ χρῆσις εἰς ἀσφάλειαν ὀδόντων, ὡς μηδὲν ὑπὸ γάλακτος βλάπτεσθαι, μετὰ τὸ προσενέγκασθαι μέλι-κράτῳ μὲν πρότερον διακλύζεσθαι, δεύτερον δ' οἴνῳ στύ-φοντι.

Κεφ. ις'. [Περὶ ὀξυγάλακτος.] Τὸ δὲ ὀξύγαλα καλούμενον οὐ βλάπτει μὲν τοὺς ὀδόντας, ὅσοι γε κατὰ φύσιν ἔχουσιν· ὅσοι δ' ἤτοι διὰ φυσικὴν δυσκρασίαν, ἢ τινα ἐπίκτητον διάθεσίν εἰσι ψυχρότεροι τοῦ δέοντος, οὗτοι μόνοι βλάπτονται, καθάπερ ὑπὸ τῶν ἄλλων ψυχρῶν, οὕτω καὶ ὑπὸ τοῦδε· καὶ τὸ σύμπτωμα τούτοις ἐνίοτε γίνεται τὸ καλούμενον αἰμωδία, τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ τοῖς ἀώροις συκαμίνοις, ὅσα τ' ἄλλα στρυφνὰ καὶ ὀξέα, συμβαίνειν εἴωθε. πρόδηλον δ', ὅτι καὶ ἡ γαστὴρ ἡ μὲν ψυχροτέρα καθ' ἡντιναοῦν αἰτίαν οὐ πέττει καλῶς ὀξύγαλα, τῇ συμμέτρως δὲ ἐχούσῃ δύσπεπτον

fuerit, abſtergetur. Quod ſi etiam cuipiam tam robuſtum ſit caput, ut vini meri collutione non offendatur, melius is dentibus et gingivis conſuluerit; verumtamen et mel vino permixtum mixturam ex utroque reddit meliorem. Illud vero dentium incolumitati tutiſſimum adverſus lactis injurias fuerit praeſidium, ſi quis poſt ſumptum ipſum primo melicrato, deinde vino adſtringente os colluat.

Cap. XVI. [De acido lacte.] Acidum autem lac, quod vocant, dentes quidem, qui ſaltem ſecundum naturam habent, nihil offendit; qui vero aut ob naturalem intemperiem, aut adſcititium quempiam affectum juſto ſunt frigidiores, hi ſoli, ut ab aliorum frigidorum occurſu, ita ab hoc quoque offenduntur; acciditque iis nonnunquam ſymptoma, quod ſtuporem nominant, quale poſt eſum mororum immaturorum et aliorum omnium acerborum et acidorum evenire conſuevit. Illud item perſpicuum eſt, quod ventriculus, qui quavis de cauſa eſt frigidior, acidum lac non belle conficit, temperatus vero, quamvis aegre, conficit tamen

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 692 sur 889

Ed. Chart. VI. [382. 383.] Ed. Baſ. IV. (341.)

μὲν, οὐ μὴν ἄπεπτόν γε παντάπασιν. ὅσαι δὲ θερμότεραί εἰσι τοῦ προσήκοντος γαστέρες, εἴτε ἐξ ἀρχῆς, [383] εἴτε ἔκ τινος ὕστερον αἰτίας εἰς τοιαύτην κρᾶσιν ἀχθεῖσαι, πρὸς τῷ μηδὲν βλάπτεσθαι καὶ χρηστοῦ τινος ἀπολαύουσιν ἐκ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων. αὗται καὶ προψυχθὲν αὐτὸ διὰ χιόνος περιπλάσεως ἀλύπως φέρουσιν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων, καὶ δηλονότι καὶ τὸ ὕδωρ αὐτὸ, παρασκευασθὲν ὁμοίως. ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάζειν ἐπῆλθέ μοι πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἀποφηναμένους ὑπὲρ ἑκάστης τροφῆς, τῆς μὲν ὡς ὠφελούσης ἡμᾶς, τῆς δὲ ὡς βλαπτούσης, εὐπέπτου τε καὶ δυσπέπτου, κακοχύμου τε καὶ εὐχύμου, τροφίμου τε καὶ ἀτρόφου, κακοστομάχου τε καὶ εὐστομάχου, καὶ κοιλίαν ὑπαγούσης ἢ ἱστώσης, ἤ τινα ἄλλην ἀρετὴν ἢ κακίαν ἐχούσης. ἐπί τινων μὲν γὰρ ἐγχωρεῖ φάναι, πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι κακόχυμον, ἢ δύσπεπτον, ἢ κακοστόμαχον ἔδεσμα τόδε τι, περὶ δὲ τῶν πλείστων οὐχ οἷόν τε χωρὶς διορισμοῦ διὰ προφάσεως μιᾶς ἀληθεῦσαι. μακροῦ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐσομένου τοῦ παντὸς λόγου, γραφόν-

aliquantum. Contra ventriculi juſto calidiores, ſive ab initio tales fuerint, ſive a quapiam cauſa poſtea in eam temperiem ſint adducti, praeterquam quod nihil ab hujuscemodi eduliis laeduntur, commodo etiam aliquo fruuntur. Quin hi quoque acidum lac ipſum circumdata nive prius refrigeratum indolenter ferunt, quemadmodum et alia pleraque id genus edulia, atque adeo aquam ipſam nive ſic praeparatam. Quocirca admirari ſubit plerosque medicos, qui de ſingulis eduliis pronunciarunt, hoc quidem nobis eſſe utile, aliud vero noxium, praeterea ad coquendum facile aut difficile, mali ſucci eſſe aut boni, multi aut pauci eſſe alimenti, ſtomacho convenire aut adverſari, alvum ducere aut ſiſtere, aut aliam quamvis virtutem vitiumque obtinere. De quibusdam certe licet pronunciare, hoc quoddam edulium omnibus hominibus pravi eſſe ſucci, aut ad coquendum difficile, aut ſtomacho noxium: de plurimis tamen fieri non poteſt, ut unico edicto citra ullam diſtinctionem vere pronuncies. Caeterum, quum neceſſario longa futura eſſet ora-

Ed. Chart. VI. [383.] Ed. Baſ. IV. (341.)

των ἡμῶν ἑφ' ἑκάστου τῶν ἐθεσμάτων τοὺς ἀπὸ τῶν φυσικῶν κράσεων διορισμοὺς ἐπικτήτων τε διαθέσεων, ἄμεινον εἶναι ἂν δόξειεν, καθόλου μὲν ἐξ ἀρχῆς τῆς διδασκαλίας ἐπιδεῖξαι τὴν μέθοδον, ὡς ἐποιήσαμεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ἀναμιμνήσκειν δ' ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος ἐνίοτε, καὶ μάλιστα ἐφ' ὧν ἡ φύσις οὐχ ἁπλῆ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ γάλακτός ἐστι, συγκειμένου μὲν ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν τε καὶ δυνάμεων, ὁμοιομεροῦς δὲ φαινομένου πρός γε τὴν αἴσθησιν, οὕτω γὰρ αὐτῷ συμβαίνει, κἂν κάλλιστον ᾖ, παρὰ τὴν τῶν κοιλιῶν διαφορὰν ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τούτου ὀξύνεσθαι, κνισσώδη δ' αὖθις ἐφ' ἑτέρου τὴν ἐρυγὴν ἀναπέμπειν, καίτοι γ' ἐναντίων διαθέσεων οὐσῶν, καθ' ἃς ὀξώδες ἢ κνισσῶδες γίνεται τὸ κατὰ τὴν κοιλίαν ἀπεπτηθέν. ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια τῆς θερμασίας ὀξύνειν αὐτὸ πέφυκεν, ἡ δ' ὑπερβολὴ κνισσοῦν. γίγνεται δὲ ἄμφω ταῦτα τῷ γάλακτι διὰ τὸ μὴ μόνον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ὀρῤῥώδη φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν λιπαρὰν καὶ τὴν τυρώδη. τὸ γοῦν ὀξύγαλα διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην

tio, ſi in ſingulis eduliis tam naturalium temperamentorum quam acquiſititiorum affectuum diſtinctiones adſcripſiſſemus, ſatius fore exiſtimavimus (quemadmodum in primo horum commentariorum fecimus) ab initio univerſalem quidem totius doctrinae methodum oſtendere, poſt autem in particularibus nonnunquam eam ad memoriam revocare, praeſertim in iis, quae non ſimplicis ſunt naturae, qualis utique eſt lac, de quo nunc agimus; quod, tametſi ſenſui quidem ſimilare apparet, ex diverſis tamen ſubſtantiis ac facultatibus eſt compoſitum. Huic namque, etiamſi optimum fuerit, pro diverſa tamen ventriculorum natura accidit, ut interdum quidem in hoc aceſcat, alias vero fumoſum ac nidorulentum ructum in altero ſurſum emittat. Etenim contrarii ſunt affectus, ſecundum quos, quod in ventriculo non fuit coctum, acidum aut fumoſum evadit: ſiquidem caloris inopia in acorem, ejusdem autem exceſſus in nidorem ac fumum vertit: quae duo lacti eveniunt, quia in ſe non modo ſeroſam naturam, verum etiam pinguem et caſeoſam continet. Hac certe de cauſa acidum lac quidem, ſi in ventri-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 694 sur 889

Ed. Chart. VI. [383.] Ed. Baſ. IV. (341.)

οὐδέποτε κνισσῶδες ἀπεπτηθὲν γίνεται, κἂν μάλιστα εἰς χολωδεστάτην ἢ πυρωδεστάτην ἐμπέσῃ κοιλίαν. οὔτε γὰρ ἔτι τὴν θερμὴν καὶ δριμεῖαν ἔχει ποιότητα καὶ δύναμιν, ἧς μετέχει τὸ γάλα διὰ τὸν ὀρρὸν, οὔτε τὴν λιπαράν τε καὶ μετρίως θερμὴν ἐκέκτητο διὰ τὸ λίπαρὸν τὸ ἐν ἑαυτῷ· μόνον γὰρ ὑπολείπεται κατὰ τὴν τοιαύτην σκευασίαν τὸ τυρῶδες, οὐδὲ τοῦτο τοιοῦτον φύσει, ὁποῖον ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἐκτετραμμένον. ἀρκεῖ τοιγαροῦν ἐπ' ὀξυγάλακτος εἰπεῖν, ὅτι ψυχρόν ἐστι καὶ παχύχυμον. ἕπεται γὰρ τούτοις τὸ μηδὲ ῥᾳδίως πέττεσθαι πρὸς τῆς συμμέτρως ἐχούσης κράσεως τοῦ σώματος· ἐπ' ἐκείνην γὰρ ἀναφέρεσθαι τὸν λόγον ἠξίωσα πολλάκις ἤδη κατὰ τὰς ἐμὰς πραγματείας, ὅταν ἁπλῶς ἀποφαίνωμαί τι. καὶ μέντοι καὶ τὸν ὠμὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν, οὗ τὴν φύσιν ἔμπροσθέν τε διῆλθον, ἑτέρωθί τε κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον ἐξηγησάμην, εὔλογόν ἐστιν ἐκ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων πλεῖστον γεννᾶσθαι. χρήσιμον δὲ εἶναι τὸ ἔδεσμα τοῦτο ταῖς πυρωδεστέραις κοιλίαις οὐδὲν ἄλογον, ὥσπερ ταῖς ψυχροτέραις ἐναντιώτατον. οὐ μὴν

culo non coquatur, nunquam in nidorem vertitur, potiſſimum ſi in biliоſiſſimum ac ferventiſſimum ventriculum inciderit. Neque enim amplius calidam acremque qualitatem ac facultatem retinet, quam lac a ſero habet, nec pinguem et mediocriter calidam, quam lac a pinguedine, quae ſibi ineſt, poſſidebat. In hujuscemodi enim praeparatione ſola reliquitur caſeoſa ſubſtantia, eaque ipſa non ejusdem naturae, cujus ab initio fuit, ſed ad frigidius converſa. Itaque de acido lacte dixiſſe ſuffecerit, quod frigidum eſt ac craſſi ſucci: haec enim ſequitur, ut ipſum non facile a corpore mediae temperiei conficiatur: ad eam enim in omnibus meis operibus, quum aliquid ſimpliciter pronuncio, ſaepe jam monui id eſſe referendum. Quin etiam ſuccum crudum, quem vocant, (cujus naturam tum prius alibi expoſui, tum etiam in libro ſuperiore de eo diſſerui,) conſentaneum eſt ab iſſiusmodi cibis abunde generari. Non abs re autem edulium hoc calidiſſimis ventriculis eſt utile, quemadmodum frigidioribus adverſiſſimum. Id tamen in ſingulis cibariis

Ed. Chart. VI. [383. 384.] Ed. Baſ. IV. (341.)

οὐδὲ τοῦτο δεῖ καθ' ἕκαστον τῶν ἐδεσμάτων γράφειν, ἀλλὰ μιμνήσκειν ἐπί τινων μόνον, ὡς ὁ τοιόσδε χυμὸς, ὁποῖος ἐξ ὀξυγάλακτός τε καὶ τυροῦ [384] καὶ τῶν παχυχύμων ἁπάντων γίγνεται, λίθους ἐν νεφροῖς πέφυκε γεννᾷν, ὅταν ὦσι θερμότεροι τοῦ δέοντος ἤτοι κατὰ φυσικὴν δυσκρασίαν ἢ κατά τινα ἄλλην ὕστερον ἐγγενομένην αὐτοῖς διάθεσιν, οὐ μὴν ἀνὰ λόγον γε τῆς θερμασίας τὰς διεξόδους εὐρείας ἔχωσιν. αἱ γάρ τοι νοσωδέσταται κατασκευαὶ τῶν σωμάτων ἐξ ἐναντίων τῇ κράσει σύγκεινται μορίων, ὡς εἶναι γαστέρα μὲν, εἰ τύχοι, θερμὴν ἱκανῶς, ἐγκέφαλον δὲ ψυχρόν. οὕτως δὲ καὶ πνεύμων ἐνίοτε καὶ θώραξ ὅλος ψυχρός ἐστιν ἐπὶ γαστρὶ θερμῇ. πολλάκις δὲ καὶ τοὐναντίον ἕκαστον μὲν τῶν ἄλλων θερμότερον ὑπάρχει τοῦ δέοντος, ἡ γαστὴρ δὲ μόνη ψυχροτέρα, θερμότερον δὲ τὸ ἧπαρ, ἐπί τε τῶν ἄλλων μορίων ὡσαύτως. διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς ἐδείκνυον, ὠφελιμωτάτην εἶναι τὴν περὶ τῶν ἐν τροφαῖς δυνάμεων διδασκαλίαν, ὅταν ἐξηγῶνται τὴν καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα καὶ θερμότητα καὶ ψυχρότητα

non convenit adſcribere, ſed in quibusdam meminiſſe ſuffecerit, quod ſuccus ejusmodi, qualis ex acido lacte, caſeo et omnibus craſſi ſucci eduliis provenit, calculos in renibus ſolet gignere, quum hi calidiores juſto fuerint ſive ob naturalem intemperiem, ſive ob alium quendam affectum ipſis poſtea innatum, non tamen pro caloris modo meatuum tranſitus latos habeant. Corporum enim conſtitutiones, quae morbis maxime ſunt obnoxiae, ex partibus contrarii temperamenti componuntur: ut v. g. ſi ventriculus admodum ſit calidus, cerebrum autem frigidum; pari modo et pulmo aliquando ac totus thorax frigidus eſt, ventriculus autem calidus. Frequenter vero contra evenit, ut omnia alia ſcilicet aequo ſint calidiora, ſolus autem ventriculus frigidior ſit, hepar vero calidius; atque in aliis partibus ſimiliter. Quapropter initio etiam monuimus, utiliſſimam eſſe doctrinam, quae de facultatibus, quae alimentis inſunt, tradit, quum eas differentias explicat, quae in humiditate ſpectantur, et ſiccitate, et caliditate, et frigiditate, praeterea

Ed. Chart. VI. [384.] Ed. Baſ. IV. (341. 342.)

διαφορὰν, ἔτι τε τὸ γλίσχρον ἢ παχὺ τῆς οὐσίας αὐτῶν, καὶ πρὸς τούτοις, ὡς ὁμοιομερές ἐστιν, εἴτ' ἐξ ἐναντίων ταῖς (342) κράσεσι σύγκειται, καθάπερ τὸ γάλα. πρὸς δὲ τὴν τούτων διάγνωσιν ἐκ τῆς ὀσμῆς καὶ τῆς γεύσεως, ἔτι τε τῶν ἄλλων συμπτωμάτων ἔφην ἡμᾶς ποδηγεῖσθαι, περὶ ὧν ἐν ἀρχῇ τῇδε τῆς πραγματείας διῆλθον, ὥσπερ καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ γάλακτος, ἐπιδεικνὺς αὐτοῦ τὴν φύσιν ἐξ ὧν ἴσχει συμπτωμάτων, ἤτοι θερμαινόμενον, ἢ διὰ πυτίας πηγνύμενον, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως διακρινομένων τῶν μορίων αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἡ σχίσις καλουμένη τοῦτο ἐργάζεται χωρὶς τῆς πυτίας, ὅταν ἱκανῶς θερμήναντες τὸ γάλα καταῤῥαίνωμεν ὀξυμέλιτι ψυχρῷ. ταὐτὸ δ' ἐργαζόμεθα καὶ δι' οἰνομέλιτος. ἐνίοτε δὲ καὶ χωρὶς τοῦ καταῤῥᾶναι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καθιέντες εἰς ἀγγεῖον ὕδωρ ἔχον ψυχρότατον, ἐργαζόμεθα τὴν σχίσιν. ἄνευ δὲ πυτίας καὶ τὸ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀμελχθὲν αὐτίκα πήγνυται, πυρωθὲν ἐπὶ θερμῆς σποδιᾶς ὀλίγῳ χρόνῳ. καλεῖν δὲ ἔοικασιν οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ τὸ οὕτως παγὲν γάλα πυριαστόν· οἱ δὲ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ πυρίεφθον ὀνομάζουσιν αὐτό. τοῦτο μὲν ἀκρι-

ſubſtantiae ipſorum lentore aut craſſitie; ad haec, quod aut ſimilare eſt, de quo agetur, aut ex partibus temperamento contrariis compoſitum, cujus generis eſt lac. Ad horum porro dignotionem dixi nos manu duci cum per olfactum ac guſtum, tum per alia ſymptomata, de quibus in operis hujus initio diſſerui; uti nunc quoque in lacte ejus naturam oſtendi ex iis ſymptomatibus, quae ei accidunt, quum calefit, aut coagulo cogitur, aut alio quovis modo partes ipſius ſecernuntur; etenim vel citra coagulum ſciſſio, quam vocant, id efficit, quum lacti abunde calido oxymel frigidum inſtillamus. Idem etiam mulſo efficimus. Interdum etiam citra ullam liquoris inſtillationem, vaſe frigidiſſimam aquam continente in lac demiſſo, ipſum ſcindimus. Praeterea ſine coagulo id lac, quod poſt editum foetum emulſum fuerit, protinus concreſcit, ſi ſuper cineres calidos parumper calefiat: videnturque veteres Comici lac ita coactum pyriaſtum appellaſſe; in Aſia autem apud nos pyriephthum ipſum nominant. Id quidem lac omnino ab alia ſubſtantia eſt pu-

Ed. Chart. VI. [384.] Ed. Baſ. IV. (342.)

βῶς ἐστι γάλα χωρὶς οὐσίας ἑτέρας. ὅταν δὲ μέλι μίξαντες αὐτῷ διὰ πυτίας πήξωσι, χωρίζεται μὲν ἐν τῷ ἔργῳ τὸ λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες αὐτοῦ, προσφέρονται δ' ἔνιοι τὸ πεπηγὸς αὐτοῦ μόνον, σύνθετον ὑπάρχον ἔκ τε τοῦ τυρώδους ἐν τῷ γάλακτι καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ πυρώδους ἐν τῇ τῆς πυτίας δυνάμει καὶ τοῦ μιχθέντος αὐτοῖς μέλιτος. ἔνιοι δὲ καὶ τῷ παγέντι τὸν ὀρρὸν συγκαταπίνουσιν, ἤτοι γε ὡσαύτως πάντα μετὰ παντὸς, ἢ θάτερον αὐτοῦ πλέον θατέρου. συμβήσεται δὲ δηλονότι τοῖς μὲν μᾶλλον ὑπαχθῆναι τὴν γαστέρα, τοῖς δὲ ἧττον, ἀνάλογον τῇ ποσότητι τῆς ὀρρώδους ὑγρότητος. εὔδηλον δὲ, ὅτι καὶ τραφῆναι τὸ σύμπαν σῶμα μᾶλλον μὲν ὑπάρξει τοῖς τὸ πεπηγὸς μόνον ἐδηδοκόσιν, ἧττον δὲ τοῖς συγκαταπιοῦσιν αὐτῷ τι καὶ τῆς ὀρρώδους ὑγρότητος, ἔτι δὲ ἧττον, ὅσοι τὸ μὲν πεπηγὸς ὀλίγον προσηνέγκαντο, τὸ δ' ὀρρῶδες πλεῖστον. οὕτως δὲ κἀπὶ τοῦ μετὰ τὴν ἀποκύησιν παγέντος, ἤτοι χωρὶς μέλιτος, ἢ σὺν αὐτῷ, διαφορά τις οὐ σμικρὰ γενήσεται. δυσπεπτότερον γὰρ ἔσται καὶ παχυχυμότερον, ἔτι τε βραδύτερον εἰς τὴν κάτω διέξοδον, ὅταν μὴ

rum; quum autem melle ipſi admixto per coagulum cogunt, hoc quidem opere, quod in eo eſt tenue et aquoſum, ſeparatur. Quidam autem ex ipſo duntaxat, quod coactum eſt, mandunt, quod partim ex caſeoſa lactis ſubſtantia, partim ex calida atque ignea coaguli facultate, partim ex melle ipſis admixto eſt compoſitum. Alii vero una cum eo, quod concrevit, ſerum quoque transglutiunt, idque aut pariter totum cum toto, aut alterum altero copioſius: accidetque, ut aliis quidem largius, aliis vero minus alvus ſubducatur, proportione quantitatis ſeroſi humoris. Perſpicuum praeterea eſt, quod eorum corpus, qui ſolum id, quod concretum eſt, comederint, amplius nutritur, minus vero eorum, qui una cum ipſo ſeroſi humoris quidpiam deglutierint, et multo adhuc minus eorum, qui ejus quidem, quod coactum eſt, parum, ſeroſi autem humoris plurimum hauſerint. Simili modo et in eo, quod a partu ſive cum melle, ſive absque eo coiit, non parvam differentiam invenies. Quum enim mel non accepit, ad coquendum eſt difficilius et ſucci craſſioris,

Ed. Chart. VI. [384. 385.] Ed. Baſ. IV. (342.)

προσλάβῃ μέλιτος. ἥ γε μὴν ὅλου τοῦ σώματος θρέψις ἐξ ἀμφοτέρων γίνεται δαψιλής. ταῦτ' ἀρκεῖ περὶ δυνάμεως γάλακτος ἐπίστασθαι κατὰ τὴν νῦν ἐνεστῶσαν πραγματείαν· ὅσα γὰρ εἰς νόσους χρήσιμα, ἢ τοῖς φθίνουσιν ὀπωσοῦν, ἢ τοῖς ἕλκος ἔχουσιν ἐν πνεύμονι, ταῦτ' ἴδια τῆς θεραπευτικῆς ἐστιν μεθόδου.

Κεφ. ιζ'. [385] [Περὶ τυροῦ.] Λέλεκται μὲν ἤδη περὶ τῆς τοῦ τυροῦ δυνάμεως ἐν τῷ περὶ γάλακτος λόγῳ, βέλτιον δὲ καὶ νῦν αὖθις ἀπονεῖμαι ἴδιον λόγον αὐτῷ. προσλαμβάνει γὰρ ἐν τῇ σκευασίᾳ παρὰ τῆς ἐμβαλλομένης πυτίας δριμύτητα, τὴν θ' ὑγρότητα πᾶσαν ἀποτίθεται, καὶ μάλιστα χρονίσας, ἡνίκα δριμύτερος γίνεται καὶ σαφῶς ἑαυτοῦ θερμότερός τε καὶ καυσωδέστερος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ διψαλεώτερος καὶ δυσπεπτότερος καὶ κακοχυμότερος ἀποτελεῖται. διὰ ταῦτά τοίνυν οὐδ' ὅπερ ἀγαθὸν ἐπικτᾶται τὰ παχύτερα τῶν ἐδεσμάτων δριμέσι καὶ λεπτυντικαῖς μιγνύμενα δυνάμεσιν, οὐδὲ τοῦτ' ἔχει βλάβης χωρίς. μεῖζον γὰρ ἡ ἐκ τῆς κακοχυμίας αὐτῷ καὶ τῆς καυσώδους θερμότητος ἐγγίνεται βλά-

praeterea per alvum tardius ſecedit; utrumque tamen corpus abunde nutrit. Haec de lactis facultate noviſſe in praeſenti opere ſuffecerit: ejus namque utilitates, quas in morbis praeſtat iis, qui quavis ex cauſa tabe laborant, aut ulcus habent in pulmone, proprie ad medendi rationem pertinent.

Cap. XVII. [De caſeo.] De caſei quidem facultate jam diximus, quum de lacte ſermonem faceremus; ſatius tamen fuerit nunc rurſum particulatim de eo tractare. Nam dum paratur, aſſumit ab injecto coagulo acrimoniam, humiditatemque omnem deponit, et potiſſimum ſi inveterarit; tum enim quam prius acrior evadit, et manifeſte calidior redditur atque ardentior; ob id ipſum ſiticuloſior, et ad coquendum difficilior, et pejoris ſucci efficitur. Qua de cauſa nec id ipſum, quod craſſis cibis acres ac tenuantes facultates admixtas habentibus ineſt commodi, caſeus citra noxam poſſidet. Major enim noxa ex ſucci ipſius pravitate et ardenti calore accidit, quam craſſorum tenuatio con-

Ed. Chart. VI. [385.] Ed. Baſ. IV. (342.)

βη τῆς ἐκ τοῦ λεπτυνθῆναι τὸ πάχος ὠφελείας, ὅπου πρὸς τὴν τῶν ἐν νεφροῖς λίθων γένεσιν οὐχ ἧττόν ἐστι βλαβερὸς ὁ τοιοῦτος χυμός· ἐδείχθησαν γὰρ οὗτοι γενόμενοι κατ' ἐκεῖνα τῶν σωμάτων, ἐν οἷς ἂν συνέλθῃ πάχος χυμῶν πυρώδει θερμότητι. φευκτέον οὖν μάλιστα τὸν τοιοῦτον τυρὸν, ὡς μηδὲν ἀγαθὸν ἔχοντα μήτ' εἰς πέψιν, μήτ' εἰς ἀνάδοσιν, μήτ' εἰς οὔρησιν, μήτ' εἰς ὑπαγωγὴν γαστρὸς, ὥσπερ γε μηδ' εἰς εὐχυμίαν. ἐφεξῆς δὲ μοχθηρὸν μὲν, ἧττον δὲ τούτου νομίζειν χρὴ τὸν μήτε παλαιὸν, μήτε δριμύν· τῶν δὲ νέων ἁπάντων τυρῶν εἶναι κάλλιστον, ὁποῖος ὁ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ καὶ κατὰ τὴν ὑπερκειμένην αὐτῆς Μυσίαν γίνεται, καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀξυγαλάκτινος, ἥδιστος μὲν εἰς ἐδωδὴν, ἀβλαβέστατος δὲ στομάχῳ καὶ πάντων τῶν ἄλλων τυρῶν ἧττον δύσπεπτος καὶ δυσδιέξοδος· οὐ μὴν οὐδὲ κακόχυμός ἐστιν, οὐδὲ πάνυ σφόδρα παχύχυμος, ὅπερ ἁπάντων τυρῶν ἐστι κοινὸν ἔγκλημα. κάλλιστος δ' ἔστι καὶ ὁ παρὰ τοῖς πλουσίοις εὐδοκιμῶν ἐν Ῥώμῃ, βαθύσικος τοὔνομα, καί τινες ἄλλοι κατ' ἄλλα χωρία. παμπόλλης δ' οὔσης κατὰ μέρος

ferre queat; quando ad calculorum in renibus procreationem hic ſuccus non minus eſt noxius. Oſtendimus enim, calculos in illis corporibus naſci, in quibus ſuccorum craſſities cum igneo eſt calore conjuncta. Fugiendus igitur eſt ejusmodi caſeus, ut qui nihil conferat neque ad coctionem, neque ad diſtributionem, neque ad movendam urinam, neque ad ventris dejectionem, ceu utique nec ad ſucci probitatem. Deinceps autem malus quidem, ſed praedicto minus eſt putandus, qui neque eſt vetus, neque acris. Omnium autem caſeorum recentium is eſt praeſtantiſſimus, qualis apud nos Pergami et in Myſia, quae eſt ſupra Pergamum, fit, qui ab incolis oxygalactinus appellatur, ſuaviſſimus quidem in cibo, ſtomacho autem minimum noxius, aliisque omnibus caſeis concoctu tranſituque facilior, ſuccum habens non vitioſum, neque usque adeo craſſum, quod vitium omnium caſeorum eſt commune. Praeſtantiſſimus etiam eſt is, qui Romae apud divites celebratur, Vatuſicum appellant, et praeterea alii quidam in aliis regionibus. Quum autem

Ed. Chart. VI. [585.] Ed. Baſ. IV. (342.)

ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς κατά τε τὰς φύσεις τῶν ζώων καὶ τοὺς τρόπους τῆς σκευασίας, καὶ προσέτι τὰς ἡλικίας αὐτῶν τῶν τυρῶν, ἐγὼ πειράσομαι κἀνταῦθα περιορίσαι τὴν δύναμιν αὐτῶν ὀλίγοις σκοποῖς, οἷς προσέχων τις ἐκ τοῦ ῥᾴστου διαγνώσεται τὸν ἀμείνονά τε καὶ χείρω. κατὰ γένος μὲν οὖν οἱ σκοποὶ διττοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, ὁ μὲν ἕτερος ἐν τῇ ποιᾷ συστάσει τῆς οὐσίας τοῦ τυροῦ, καθ' ἣν μαλακώτερος ἢ σκληρότερος γίνεται, καὶ πυκνότερος ἢ χαυνότερος, καὶ κολλωδέστερος ἢ ψαθυρώτερος, ὁ δ' ἐν τῇ γευστῇ ποιότητι, καθ' ἣν ἔν τισι μὲν αὐτῶν ὀξύτης ἐπικρατεῖ, κατ' ἄλλους δὲ δριμύτης, ἢ λιπαρότης, ἢ γλωκύτης, ἤ τινα τοιούτων, ἢ οἷον ἰσομοιρία πάντων. κατὰ δὲ τὰς ἐν εἴδει διαφορὰς τῶν εἰρημένων γενῶν ὁ μὲν μαλακώτερος τοῦ σκληροτέρου βελτίων, ὁ δ' ἀραιὸς καὶ χαῦνος τοῦ πάνυ πυκνοῦ καὶ πεπιλημένου. μοχθηρῶν δ' ὄντων τοῦ τε κολλώδους ἱκανῶς καὶ ψαθυροῦ μέχρι τραχύτητος, ὁ μέσος ἐστὶν αὐτῶν βελτίων. κατὰ δὲ τὴν ἐν τῇ γεύσει διάγνωσιν ἁπάντων μὲν ἄριστος ὁ μηδε-

ſingillatim permagna ſit in ipſis differentia tum pro animalium natura, tum praeparandi modis, et praeterea ipſorum caſeorum aetate, conabimur hoc in loco ipſorum facultatem paucis ſcopis circumſcribere, quibus quis intentus meliorem a deteriore facillime diſcernet. Scopi quidem in genere ſunt duo, quorum alter in certa ſubſtantiae caſei conſiſtentia verſatur, ſecundum quam mollior eſt aut durior, denſior aut laxior, glutinoſior aut friabilior; alter in guſtabili qualitate conſiſtit, ſecundum quam in quibusdam ipſorum acor ſuperat, in aliis acrimonia, aut pinguitudo, aut dulcedo, aut aliud quidpiam id genus, aut omnium eſt velut aequabilitas. Porro ſecundum ſpeciales differentias praedictorum generum mollior quidem duriore eſt praeſtantior, rarus vero ac laxus denſo admodum ac compacto. Jam vero quum glutinoſus valde et is, qui ad aſperitatem usque eſt friabilis, ſint vitioſi, praeſtantior eſt, qui inter hos duos eſt medius. Quod autem ad eam dignotionem, quae ſit guſtu, pertinet, is omnium eſt praeſtantiſſimus, qui nullam vehemen-

Ed. Chart. VI. [385. 386.] Ed. Baſ. IV. (342.)

μίαν ἰσχυρὰν ἔχων ποιότητα, βραχὺ δέ τι τῶν ἄλλων ὑπερέχουσαν τὴν γλυκύτητα, βελτίων δὲ καὶ ὁ ἡδίων τοῦ ἀηδοῦς καὶ ὁ σύμμετρον ἁλῶν ἔχων τοῦ παμπόλλους καὶ μηδ' ὅλως ἔχοντος. μετά γε μὴν τὸ προσενέγκασθαι τὸν οὕτως κριθέντα καὶ διὰ τῆς ἐρυγῆς ἔνεστι γνωρίζειν, ὁποῖος αὐτῶν ἐστιν ἀμείνων τε καὶ χείρων. ὁ μὲν γὰρ κατὰ βραχὺ μαραινομένην ἴσχων τὴν ποιότητα βελτίων, ὁ δὲ παραμένουσαν οὐκ ἀγαθός· [386] εὔδηλος γὰρ οὗτός ἐστι δυσμετάβλητός τε καὶ δυσαλλοίωτος, ὥστε καὶ δύσπεπτος· ἀλλοίωσις γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται πεττομέναις ταῖς τροφαῖς ἁπασῶν ὧν ἔμπροσθεν εἶπον ποιοτήτων.

Κεφ. ιή'. [Περὶ τοῦ τῶν πεζῶν ζώων αἵματος.] Αἷμα δύσπεπτόν ἐστι, μάλιστα δὲ τὸ παχὺ καὶ μελαγχολικὸν, οἷόνπερ ὑπάρχει τὸ τῶν βοῶν. τὸ δὲ τῶν λαγωῶν ὡς ἥδιστον τετίμηται, καὶ πολλοῖς δι' ἔθους ἐστὶν ἔψειν αὐτὸ σὺν τῷ ἥπατι, τισὶ δὲ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων σπλάγχνων. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τῶν νέων ὑῶν ἐσθίουσιν, ὥσπερ ἄλλοι καὶ τὸ τῶν μειζόνων, ὅταν εὐνουχισθῶσι· τὸ μὲν γὰρ τῶν κάπρων

tem habet qualitatem, ſed dulcem habet ſupra alias parum eminentem. Suavis autem inſuavi eſt praeſtantior, et mediocriter ſalitus eo, qui eſt permultum, et eo, qui omnino ſalis eſt expers. Poſtea tamen quam caſeum ſic examinatum ſumpſeris, licebit etiam ex ructu cognoſcere, qualis inter caſeos ſit melior aut deterior. Cujus namque qualitas paulatim marceſcit, praeſtantior; cujus contra perdurat, non bonus: iſte enim perſpicue aegre mutatur atque alteratur, et ob id ipſum aegre conficitur; omnium enim qualitatum, quarum ante meminimus, alteratio neceſſario ſequitur alimentorum coctionem.

Cap. XVIII. [De pedeſtrium animalium ſanguine.] Sanguis ad coquendum eſt difficilis, praecipue craſſus et melancholicus, qualis eſt bubulus: leporinus autem ut ſuaviſſimus celebratur, multique ipſum cum jecore ſolent elixare, quidam autem cum aliis etiam viſceribus. Sunt qui ſuum quoque juniorum ſanguinem edant, ceu alii etiam grandiorum, quum caſtrati fuerint. Aprorum verò nemo

Ed. Chart. VI. [386.] Ed. Baſ. IV. (342. 343.)

οὐδ' ἐπιχειροῦσιν, ὡς ἀηδές τε ἅμα καὶ δύσπεπτον. τὸ δὲ τῶν αἰγῶν αἷμα καὶ Ὅμηρος οἶδεν ἐσθιόμενον ὡς ἡδύ.

Κεφ. ιθ'. [Περὶ τῆς ἀπὸ τῶν πτηνῶν ζώων τροφῆς.] Ὄρνιθας ὀνομαζόντων τῶν παλαιῶν ἁπάντων τὰ πτηνὰ ζῶα καὶ δίποδα, τοῖς νῦν Ἕλλησιν ἔθος ἤδη γέγονε τὰς (343) ὑπ' ἐκείνων ἀλεκτορίδας καλουμένας μόνας οὕτως προσαγορεύειν, ὥσπερ γε καὶ τοὺς ἄῤῥενας ἀλεκτρυόνας. ἔστι δὲ τὸ γένος ἁπάντων τῶν πτηνῶν ὀρνίθων ὀλιγοτροφώτατον, εἰ παραβάλλοιτο τῷ γένει τῶν πεζῶν, καὶ μάλιστα τῷ τῶν ὑῶν, ὧν τῆς σαρκὸς οὐδὲν ἂν ἄλλο τροφιμώτερον ἔχοις εὑρεῖν. εὐπεπτοτέρα γε μὴν ἡ σάρξ ἐστι τῶν πτηνῶν, καὶ μάλιστα πέρδικος, ἀτταγῆνός τε καὶ περιστερᾶς, ἀλεκτορίδος τε καὶ ἀλεκτρυόνος. ἡ δὲ τῶν κιχλῶν, καὶ κοττύφων, καὶ τῶν μικρῶν στρουθῶν, ἐν οἷς εἰσι καὶ οἱ πυργῖται καλούμενοι, σκληροτέρα τούτων ἐστὶ, καὶ μάλιστα δ' ἔτι καὶ τούτων αὐτῶν ἥ τε τῆς τρυγόνος, καὶ ἡ τῆς φάττης, καὶ ἡ τῆς νήττης. ὁμοία δὲ τῶν ἀλεκτορίδων ἐστὶν ἡ τῶν φασιανῶν εἰς πέψιν

gustare quidem tentaverit, propterea quod insuavis est et ad coquendum difficilis. Homerus quoque caprarum sanguinem in cibo jucundum esse non ignoravit.

Cap. XIX. [De alimento, quod a volucribus animalibus sumitur.] Veteres omnes animalia volucria ac bipeda aves nominabant, nunc autem apud Graecos consuetudo invaluit, ut, quas illi gallinas vocabant, nunc solas eas aves appellent, quemadmodum et masculos ipsos gallos. Avium porro omnium volucrium genus pauciſſimum praestat alimentum, si ad genus grestilium conferatur, potissimum si ad suillam, qua non aliud invenias, quod copiosioris sit nutrimenti; volucrium tamen caro ad coquendum est facilior, praecipue perdicis, attagenis, columbae, galli gallinacei et gallinae. Turdorum vero, merularum parvorumque passerum (inter quos etiam sunt, quos turricolas vocant) caro, quam praedictorum, est durior; his autem ipsis turturis, palumbi anatisque caro est durior; phasianorum, quod ad concoctionem et nutrimentum attinet, gallinis est similis,

Ed. Chart. VI. [386.] Ed. Baſ. IV. (343.)

καὶ τροφὴν, ὑπερέχουσα τῇ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἡδονῇ. σκληροτέρα δὲ καὶ δυσπεπτοτέρα καὶ ἰνωδεστέρα τούτων ἡ τοῦ ταὼνος. κοινὸν δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς πτηνοῖς ζώοις, ὥσπερ καὶ τοῖς τετράποσι, γινώσκειν χρὴ, τὴν τῶν αὐξανομένων σάρκα πολὺ βελτίονα τῆς τῶν παρακμαζόντων εἶναι, μέσην δὲ ἀμφοῖν τὴν τῶν ἀκμαζόντων, μοχθηρὰν δὲ καὶ τὴν τῶν πάνυ νηπίων, ἀλλ' ὑπεναντίως τῇ τῶν γεγηρακότων· ἡ μὲν γὰρ τούτων σκληρὰ καὶ ξηρὰ καὶ νευρώδης ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πεφθῆναι μοχθηρὰ, καὶ τροφὴν ὀλίγην δίδωσι τῷ σώματι, τῶν δὲ παντάπασι νέων ζώων τὰ σώματα βλεννώδη τ' εἰσὶ καὶ ὑγρὰ, καὶ δι' αὐτό γε τοῦτο περιττωματικὰ, ῥᾷον δὲ ὑπέρχεται κατὰ γαστέρα. ταῦτά μοι μέμνησο περὶ πάντων ζώων κοινῇ· καὶ γὰρ ὑπάρχει πᾶσιν αὐτοῖς ὁμοίως ἐν ταῖς κατὰ τὴν ἡλικίαν διαφοραῖς. κοινὸς δὲ ὁ τῆς σκευασίας τρόπος ὡς πρὸς ὑγείαν, ὃν ἔμπροσθέν τε διῆλθον ἤδη καὶ αὖθις ὡς ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ. νυνὶ δὲ τὰς δυνάμεις μόνον ἀναμνήσω· ξηρότερα μὲν γὰρ εἶναι τά τ' ὀπτηθέντα καὶ τὰ ταγηνισθέντα, τὰ δὲ δι' ὕδατος ἑψηθέντα γλυκέος ὑγρο-

voluptate tamen in edendo ſuperat; his durior eſt pavonis caro, et fibroſior, et ad coquendum difficilior. Porro in omnibus volucribus animalibus, ut et in quadrupedibus, ſcire in univerſum oportet, quod augeſcentium caro multo eſt praeſtantior, quam aetate declinantium; media autem eſt inter utramque florentium; prava autem admodum eſt valde novellorum, ſed diverſa ratione, ac ſenum: ſiquidem horum caro dura eſt et ſicca ac nervoſa, ideoque prava ad coquendum et exigui nutrimenti; contra animalium nuperrime editorum corpora mucoſa ſunt ac humida, eoque excrementis plena, facilius tamen per alvum ſecedunt. Haec in cunctis animalibus memoria teneto: id enim omnibus ipſis ex aequo ineſt ſecundum differentias, quae ab aetate ſumuntur. Communis etiam eſt, ſi ſanitatem ſpectes, praeparationis modus, quem antea expoſuimus, et nunc rurſum ſummatim repetemus, facultates duntaxat in memoriam revocantes: quod, quae aſſa ſunt et frixa in ſartagine, ea ſunt ſicciora; quae vero in aqua dulci ſunt elixa, alimentum

Ed. Chart. VI. [386. 387.] Ed. Baſ. IV. (343.)

τέραν διδόναι τροφὴν τῷ σώματι. λέλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν λευκῷ ζωμῷ καὶ ποικίλαις ἀρτύσεσι λοπάδων ἔμπροσθεν αὐτάρκως, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων. οὐ σμικρὰ δὲ διαφορὰ καὶ τῶν ἐν λίμναις, ἢ ἕλεσιν, ἢ τελματώδεσι χωρίοις διαιτηθέντων ἐστὶ πρὸς τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν, [387] ἢ ξηροῖς χωρίοις. ἀνάλογον γὰρ τοῖς χωρίοις αἱ σάρκες τῶν ζώων ἤτοι ξηραὶ καὶ ἀπέριττοι καὶ πεφθῆναι ῥᾴους, ἢ ὑγραὶ καὶ περιττωματικαὶ καὶ δυσπεπτότεραι γίνονται.

Κεφ. κ'. [Περὶ χηνῶν καὶ στρουθοκαμήλων.] Τὸ μὲν τῶν χηνῶν ὄνομα σύνηθές ἐστι καὶ τοῖς παλαιοῖς· τὸ δὲ τῶν στρουθοκαμήλων ἄηθες· ὀνομάζουσι γὰρ αὐτὰς μεγάλας στρουθούς. ἤκουσα δέ ποτε σοφιστοῦ τοῦ εἰς τὰ τοιαῦτα προβλήματα λέγοντος ἔτι μειράκιον, ἐπιχειροῦντος εἰς ἑκάτερα καὶ δεικνύοντος ἐνίοτε μὲν, ὄρνιθας, ἐνίοτε δὲ, οὐκ ὄρνιθας εἶναι τὰ τοιαῦτα ζῶα. βέλτιον δὲ μὴ τοῦτο ζητεῖν, ἀλλ' ὁποίαν ἔχει δύναμιν ἡ ἐξ αὐτῶν τροφή. τοῦτ' οὖν ἀκούσας παρ' ἐμοῦ, παρ' ἄλλου μαθήσῃ κατὰ σχολὴν,

corpori praebent humidius. De iis porro, quae ex albo jure variisque patinarum condimentis eſitantur, antea abunde diſſeruimus, ceu de domeſticis quoque et agreſtibus. Non mediocris vero eſt differentia eorum, quae in ſtagnis, aut paludibus, aut lacuſtribus locis vivunt, cum iis, quae in montibus, aut locis ſiccis degunt; nam pro locorum natura ac proportione animalium carnes fiunt ſiccae et excrementis vacuae et ad coquendum faciliores, aut humidae et excrementitiae et concoctu difficiliores.

Cap. XX. [De anſeribus et ſtruthocamelis.] Anſerum nomen veteribus etiam eſt conſuetum, ſtruthionum vero inſolens; nominant enim eos magnos ſtruthiones. Ego vero etiamnum adoleſcens audivi ſophiſtam quendam ex eorum numero, qui de ejusmodi problematibus diſſerunt, in utramque partem diſceptantem, ac probantem, hujuscemodi animalia nunc aves eſſe, nunc vero non eſſe: longe autem praeſtiterit, non id, ſed qualemnam alimentum, quod ab ipſis ſumitur, habeat facultatem, inquirere: id autem ubi ex me

Ed. Chart. VI. [387.] Ed. Baſ. IV. (343.)

εἴτ᾽ ὄρνιθας ὀνομάζειν χρὴ τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων, εἴτε μή. περιττωματικὴ τοίνυν ἡ σὰρξ αὐτῶν ἐστι καὶ πολὺ δυσπεπτοτέρα τῆς τῶν προειρημένων πτηνῶν ζώων, οὐ μὴν τά γε πτερὰ χείρω τῶν ἄλλων ἔχει. πολλοῖς γὰρ τῶν πτηνῶν ζώων, καὶ μάλισθ᾽ ὅσα μικρὰ καὶ σκληρόσαρκα, καὶ ἡ τῶν πτερῶν φύσις ἐστὶν ἰνώδης τε καὶ σκληρά· τινῶν δὲ καὶ ἡ σὰρξ ὅλη τοιαύτη, καθάπερ γε καὶ ἡ τῶν γεράνων, ἃς καὶ αὐτὰς ἐσθίουσιν ἑωλίσαντες πρότερον ἡμέραις πλείοσι. μεταξὺ δέ πως τῆς τῶν γεράνων τε καὶ τῶν χηνῶν ἡ τῶν καλουμένων οὐτίδων ἢ ὠτίδων ἐστίν· ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζουσί τε καὶ γράφουσι τὴν πρώτην συλλαβὴν, διά τε τοῦ ου στοιχείου καὶ τοῦ ω.

Κεφ. κά. [Περὶ τῆς κατὰ τὰ μόρια τῶν πτηνῶν ζώων διαφορᾶς.] Τὰ μὲν σπλάγχνα τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχει πρὸς τὰς ἐν πτηνοῖς ζώοις σάρκας, ἣν κἀν τοῖς πεζοῖς ζώοις ἔχειν εἴρηται· τὰ δ᾽ ἔντερα παντάπασιν ἄβρωτα πάντων ἐστὶν αὐτῶν, οὐ μὴν ἀνὰ λόγον γε τούτων αἱ γαστέρες.

audieris, per otium ab alio diſces, utrum oporteat animalia haec aves nominare, necne. Ipſorum igitur caro eſt excrementitia, multoque ad coquendum eſt difficilior, quam praedictorum volucrium animalium: ipſorum tamen alae non ſunt caeterorum alis deteriores, quandoquidem in multis volatilibus, potiſſimum quae parva ſunt et carne dura praedita, alarum ſubſtantia eſt fibroſa ac dura. Quarundam autem caro tota eſt ejusmodi, cujusmodi gruum: quas tamen et ipſas mandunt, plurimis ante diebus macerantes, et (ut ſic dicam) mortificantes. Inter grues autem et anſeres caro tardarum, quas vocant, quodammodo eſt media, quae οὐτίδες vel ὠτίδες appellantur: utroque enim modo prima ſyllaba profertur et ſcribitur, per *ou* ſcilicet et per *ω*.

Cap. XXI. [De differentia, quae eſt in partibus animalium volucrium.] Viſcera quidem in volucribus animalibus eandem habent ad carnes proportionem, quam in pedeſtribus habere memoravimus. Inteſtina vero horum omnium omnino non manduntur, in eorum tamen ventriculis

Ed. Chart. VI. [387.] Ed. Baſ. IV. (343.)

ἐδώδιμοί τε γάρ εἰσι καὶ τρόφιμοι, τινὲς δ' αὐτῶν καὶ ἡδεῖαι πάνυ, καθάπερ καὶ ἡ τῶν χηνῶν, ἐφεξῆς δὲ ἡ τῶν σιτευτῶν ἀλεκτορίδων. ὥσπερ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑῶν τὸ συκωτὸν ἦπαρ ἐν τοῖς ζῶσι ζώοις προπαρασκευάζουσιν ἡδὺ διὰ τῆς τῶν ἰσχάδων ἐδωδῆς, οὕτως ἐπὶ τῶν χηνῶν ὁρῶ γάλακτος ἀναδεύοντας τὰς τροφάς, ὡς γίνεσθαι μὴ μόνον ἥδιστον, ἀλλὰ καὶ τροφιμώτατον εὐχυμότατόν τε καὶ διαχωροῦν οὐ χαλεπῶς, ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ γαστρὶ πέψιν ἐπιτήδειον. καὶ τὰ πτερὰ δὲ τῶν χηνῶν ἐπιτήδεια πεφθῆναί τε καὶ θρέψαι, μᾶλλον δ' αὐτῶν τὰ τῶν ἀλεκτορίδων. οὔσης δὲ οὐκ ὀλίγης ἐν ταῖς σαρξὶ διαφορᾶς τοῖς γεγηρακόσι ζώοις πρὸς τὰ νέα, σαφεστέρα πολλῷ καὶ ἡ τῶν πτερῶν φύσις ἐστίν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς ἰσχνοῖς πρὸς τὰ πίονα· κάλλιστα μὲν τὰ τῶν εὐτρόφων τε καὶ νέων, χείριστα δὲ τὰ τῶν ἰσχνῶν καὶ γεγηρακότων. οἱ πόδες δ' ἁπάντων, ὀλίγου δεῖν, ἄβρωτοι. λόφους δὲ καὶ κάλλαια τῶν ἀλεκτρυόνων οὔτ' ἐπαινέσειεν ἄν τις, οὔτε ψέξειεν. οἱ δ' ὄρχεις ἄριστοι, καὶ μάλιστα τῶν σι-

non ita habet; eſculenti enim ſunt et nutriunt: quidam autem ipſorum valde etiam ſunt jucundi, ceu anſerum, poſt quos ſunt altilium gallinarum. Quemadmodum autem in ſuibus, dum adhuc vivunt, hepar ex caricarum paſtu ad voluptatem praeparatur, ita in anſeribus video ipſorum alimenta lacte imbui, ut non modo eorum jecur ſit jucundiſſimum, ſed potenter etiam nutriat, ac optimi ſit ſucci, et dejectu minime difficile, probeque ſimiliter in ventriculo conficiatur. Ad haec alae anſerum ad concoquendum ac nutriendum ſunt accommodae, et iis adhuc magis gallinarum. Caeterum, quum juniorum animalium carnes ab annoſorum multum diſſideant, alarum quoque natura multo evidentius diſſidet. Pari modo gracilia ab obeſis diſcrepant; nam juniorum ac probe nutritorum carnes praeſtantiſſimae, peſſimae autem gracilium et annoſorum. Pedes autem paulo minus omnium cibo ſunt inepti. Gallorum autem gallinaceorum criſtas ac palearia nemo nec probarit, nec etiam damnarit. Horum vero teſtes ſunt praeſtantiſſimi,

Ed. Chart. VI. [387. 388.] Ed. Baſ. IV. (343.)

τευτῶν ἀλεκτρυόνων, ἔτι δὲ μᾶλλον ὅσοι ἂν διὰ γάλακτος ὀρῥώδους τὰς τροφὰς προσενέγκωνται. καὶ γὰρ εὔχυμοι καὶ τρόφιμοι καὶ πεφθῆναι ῥᾷστοι· διαχώρησιν δὲ οὔτε προτρέπουσιν, οὔτ' ἐπέχουσιν. [388] ἐγκεφάλους δὲ μικροὺς μὲν ἔχει τὰ πτηνὰ ζῶα, βελτίους μέντοι πολὺ τῶν ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις, ὅσῳ καὶ σκληροτέρους. αὐτῶν δὲ τῶν πτηνῶν τὰ ὄρεια τῶν ἑλείων ἀμείνους ἔχει τοὺς ἐγκεφάλους ἀνάλογον τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις. ἐπαινοῦσι δὲ ἔνιοι ψευδῶς τὴν τῆς στρουθοκαμήλου κοιλίαν, ὡς τι φάρμακον πεπτικόν· ἔνιοι δὲ πολὺ μᾶλλον τῆσδε τὴν τῆς αἰθυίας. ἀλλ' οὔτ' αὐτὰ πέττονται ῥᾳδίως, οὔτε τῶν ἄλλων ἐστὶ πεπτικὸν φάρμακον, ὥσπερ ζιγγίβερι καὶ πέπερι, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον οἶνός τε καὶ ὄξος. εἰ δὲ περὶ γλώττης ἢ ῥάμφους τῶν πτηνῶν ζώων ἐπιχειρήσαιμι λέγειν, ἃ μηδεὶς ἀγνοεῖ, φλυαρεῖν εἰκότως ὑπολ ηφθήσομαι.

Κεφ. κβ'. [Περὶ ὠῶν.] Τῆς ἀπὸ τῶν πτηνῶν ζώων τροφῆς ἐστι καὶ ταῦτα, διαφέροντα τρισὶ διαφοραῖς ἀλλή-

praecipue altilium, et multo magis ſi cibus eorum, quo ſunt nutriti, ſeroſo lacte fuerit imbutus: nam et boni ſunt ſucci, et valide nutriunt, et ad coquendum ſunt facillimi: dejectionem tamen nec juvant, nec morantur. Caeterum animalia volucria exiguum quidem habent cerebrum, ſed ipſum tanto pedeſtrium cerebro eſt praeſtantius, quanto eſt durius; volucrium autem ipſorum montana cerebrum habent quam paluſtria praeſtantius pro aliarum omnium partium proportione. Quidam autem falſo ſtruthionis ventriculum laudant ceu medicamentum quoddam, quod coctionem juvat: alii vero longe magis mergi ventriculum laudant. Verum haec neque ipſa facile concoquuntur, neque aliis in eo ipſo ceu medicamenta auxiliantur, veluti zingiber et piper, et praeterea alia ratione vinum et acetum. Quod ſi de volucrium animalium lingua ac roſtro dicere aggrediar, quum ea nemo ignoret, garrire merito exiſtimabor.

Cap. XXII. [De ovis.] Ova quoque inter alimenta, quae ab animantibus ſumuntur, ſunt numeranda; quorum tres

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 708 sur 889

Ed. Chart. VI. [388.] Ed. Baſ. IV. (343. 344.)

λων, μιᾷ μὲν τῇ κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν· ἀμείνω γὰρ τά τε ἀλεκτορίδων ἐστὶ καὶ τὰ τῶν φασιανῶν, φαυλότερα δὲ τὰ τῶν χηνῶν τε καὶ στρουθοκαμήλων· ἑτέρᾳ δὲ, καθ' ἣν τὰ μὲν ἤδη χρόνου πλείονός ἐστι, τὰ δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ γεγέννηται, καὶ τρίτῃ, καθ' ἣν τὰ μὲν ἐπιπλέον ἥψηται, τὰ δὲ ἄχρι τοῦ μετρίως συστῆναι, τὰ δὲ μόνον τεθέρμανται· καθ' ἃς διαφορὰς τὰ μὲν ἑφθὰ καλεῖται, τὰ δὲ τρομητὰ, τὰ δὲ ῥοφητά. κάλλιστα μὲν οὖν ἐστιν εἰς τροφὴν τὰ τρομητὰ, τὰ δὲ ῥοφητὰ ἧττον μὲν τρέφει, ῥᾷον δ' ὑποχωρεῖ καὶ τὰς ἐν τῇ φάρυγγι τραχύτητας λεαίνει. τὰ δ' ἑφθὰ καὶ δύσπεπτα καὶ βραδύπορα καὶ τροφὴν παχεῖαν ἀναδίδωσι τῷ σώματι. τούτων δ' ἔτι μᾶλλόν ἐστι βραδυπορώτερά τε καὶ κακοχυμό-(344) τερα τὰ κατὰ θερμὴν σποδιὰν ὀπτηθέντα· τὰ δ' ἐπὶ τῶν ταγήνων παχυνθέντα καὶ καλούμενα δι' αὐτὸ τοῦτο ταγηνιστὰ χειρίστην ἔχει τροφὴν εἰς ἅπαντα· καὶ γὰρ ἐν τῷ πέττεσθαι κνισσοῦται, καὶ πρὸς τῷ παχὺν γεννᾷν χυμὸν ἔτι καὶ μοχθηρὸν ἔχει καὶ περιττωματικὸν αὐτόν. ἀμείνω δὲ τῶν

inter ſe ſunt differentiae: prima quidem penes propriam ſubſtantiam; gallinarum enim ac phaſianarum ſunt praeſtantiora, deteriora vero anſerum ac ſtruthionum; ſecunda autem penes tempus; aut enim longo ante tempore, aut brevi ſunt edita; tertia penes cocturae rationem; nam quaedam diutius cocta fuerunt, alia ad mediocrem usque conſiſtentiam, alia duntaxat excaleſacta fuerunt; ſecundum quas differentias alia quidem dura vocantur, alia tremula, alia ſorbilia. Tremula igitur ad nutriendum omnium ſunt praeſtantiſſima: ſorbilia autem minus quidem nutriunt, ſed facilius ſubducuntur, et faucium aſperitates laevigant. Dura vero et ad coquendum ſunt difficilia et tardi tranſitus, craſſiusque alimentum corpori tribuunt. His vero adhuc tardius permeant, ac pejoris ſunt ſucci, quae in calidis cineribus aſſantur. Quae vero in ſartagine ſunt inſpiſſata, atque ob id ipſum frixa nuncupantur, peſſimum habent omnibus modis alimentum: nam interim, dum coquuntur, in nidorem vertuntur, et praeterquam quod ſuccum craſſum gignunt, ipſum etiam pravum gignunt atque excrementi-

Ed. Chart. VI. [388.] Ed. Baſ. IV. (344.)

ἑφθῶν τε καὶ ὀπτῶν ἐστι τὰ καλούμενα πνικτά. σκευάζεται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον. ἀναδεύσαντες αὐτὰ μετ' ἐλαίου καὶ γάρου καὶ οἴνου βραχέος, ἐντιθέασι τὸ ἀγγεῖον ὕδωρ ἐχούσῃ κακάβῃ θερμὸν, εἶτα πωμάσαντες ἄνωθεν ὅλην αὐτὴν, ὑποκαίουσι μέχρις ἂν ᾖ συστάσεως μετρίας. τὰ γὰρ ἐπὶ πλέον παχυνθέντα παραπλήσια τοῖς ἑψηθεῖσί τε καὶ ὀπτηθεῖσι γίνεται, τὰ δ' ἐν τῷ συμμέτρῳ τῆς παχύνσεως ἀρθέντα καὶ πεφθῆναι τῶν σκληρῶν ἐστιν ἀμείνω καὶ τροφὴν τῷ σώματι βελτίονα δίδωσι. τῆς αὐτῆς οὖν συμμετρίας κατὰ τὴν σύστασιν χρὴ στοχάζεσθαι κἀπὶ τῶν ἐπιχεομένων ἄνωθεν ταῖς λοπάσιν ὠῶν, οὐκ ἐπιτρέποντας οὐδὲ ταῦτα παχυνθῆναι τελέως, ἀλλ' ἔτ' ἐγχύλων ὄντων ἀπὸ τοῦ πυρὸς αἴροντας τὸ ἀγγεῖον. οὐ σμικρὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἐστιν ὑπεροχὴ καὶ τῶν νέων πρὸς τὰ παλαιά· κάλλιστα μὲν γὰρ τὰ νεώτατα, χείριστα δὲ τὰ παλαιότατα, τὰ δ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων ἀνάλογον τῇ ἀποστάσει, ᾗ ἀφέστηκε τῶν ἄκρων, ἀρετῇ τε καὶ κακίᾳ διενήνοχεν ἀλλήλων.

tium. Porro quae ſuffocata appellant, elixis et aſſis ſunt meliora: parantur autem ad hunc modum. Ubi ipſa oleo et garo et pauco vino conſperſa fuerint, vas, quo continentur, cacabo aquam calidam habenti indunt: deinde, ubi ipſum totum ſuperne obturarint, ignem ſubſtruunt, quoad ova mediocrem habeant conſiſtentiam: quae enim ſupra modum ſunt incraſſata, duris et aſſis fiunt ſimilia; quae vero ad mediocrem craſſitiem pervenerunt, et melius quam dura concoquuntur, et alimentum corpori dant praeſtantius. Eidem etiam conſiſtentiae mediocritati intentos nos eſſe oportet in iis ovis, quae ſuperne caldariis infunduntur, non permittentes neque ipſa omnino incraſſari, ſed quum adhuc ſuccum ſuum retinent, vas ab igne ſubmoventes. Ova autem recentia veteribus plurimum praeſtant: quippe optima ſunt recentiſſima, vetuſtiſſima autem peſſima: quae vero in horum medio ſunt, proportione receſſus ab extremis bonitate aut pravitate inter ſe differunt.

Ed. Chart. VI. [389.] Ed. Baſ. IV. (344.)

Κεφ. κγ'. [389] [Περὶ τοῦ τῶν πτηνῶν ζώων αἵματος.] Ἀλεκτορίδων καὶ περιστερίδων ἐσθίουσιν ἔνιοι τὸ αἷμα, καὶ μάλιστα τῶν σιτευθέντων, οὐ χεῖρον ὂν τοῦ τῶν ὑῶν, οὔτ' εἰς ἡδονὴν, οὔτ' εἰς τὸ πεφθῆναι, τοῦ μέντοι τῶν λαγωῶν ἀπολειπόμενον πάμπολυ. δύσπεπτον δ' ἐστὶ καὶ περιττωματικὸν ἅπαν αἷμα, καθ' ὃν ἂν αὐτὸ τρόπον σκευάσῃ τις.

Κεφ. κδ'. [Περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐνύδρων ζώων τροφῆς.] Τῶν ἐν ὕδατι διαιτωμένων ζώων καὶ γένη πάμπολλα καὶ διαφοραὶ τούτων εἰσὶ καὶ εἴδη· λεχθήσονται δὲ νῦν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν, αἱ πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρείαν ὁμοιότητες ἐν αὐτοῖς· ἰατρικὴν δὲ λέγειν, ἢ ὑγιεινὴν, οὐ διοίσει πρός γε τὰ παρόντα. περὶ πάντων οὖν εἰρήσεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅσα συνεχῶς ἐσθίουσιν οἱ ἄνθρωποι.

Κεφ. κε'. [Περὶ κεφάλου.] Τοῦ γένους τῶν λεπιδωτῶν ἰχθύων ἐστὶν ὁ κέφαλος, οὐκ ἐν θαλάττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν λίμναις καὶ ἐν ποταμοῖς γεννώμενος. διὸ καὶ μεγάλην

Cap. XXIII. [De volucrium animalium ſanguine.] Gallinarum ac columbarum ſanguine nonnulli veſcuntur, maxime altilium, qui ſuum ſanguine haudquaquam eſt inferior, neque voluptate, neque concoctionis facultate, plurimum tamen relinquitur a leporino. Sanguis autem omnis, quocunque modo ipſum paraveris, ad coquendum eſt difficilis et excrementitius.

Cap. XXIV. [De nutrimento, quod ab aquatilibus animantibus ſumitur.] Animalium in aquis degentium permulta ſunt genera, differentiaeque in iis ſunt ac ſpecies. Nunc vero ſimilitudines inter ipſa, quae ad uſum medicinae pertinent, ut in prioribus fecimus, referemus; medicinam autem aut artem ſanitatis tuendae dicere nihil ad praeſens propoſitum interfuerit. De omnibus igitur dicemus, quemadmodum in aliis ante fecimus, quibus vulgo aſſidue veſcuntur.

Cap. XXV. [De mugile.] Mugil ex ſquamatorum piſcium eſt genere, naſciturque non in mari modo, verum etiam in ſtagnis ac fluviis. Proinde particulares mugiles

Ed. Chart. VI. [389.] Ed. Baſ. IV. (344.)

ἔχουσιν οἱ κατὰ μέρος κέφαλοι πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν, ὡς δοκεῖν ἕτερον εἶναι γένος τοῦ πελαγίου κεφάλου πρὸς τὸν ἐν λίμναις, ἢ ποταμοῖς, ἢ τέλμασιν, ἢ ὀχετοῖς τοῖς ἐκκαθαίρουσι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι κοπρῶνας. περιττωματικὴ μὲν γὰρ ἡ σάρξ ἐστι καὶ βλεννώδης ἱκανῶς τῶν ἐν ἰλυώδει καὶ ῥυπαρῷ διαιτωμένων ὕδατι, καλλίστη δὲ τῶν ἐν καθαρᾷ θαλάττῃ, καὶ μᾶλλον ὅταν ὑπ' ἀνέμων καταιγίζηται. κατὰ γὰρ τὴν σιωπηλὴν καὶ ἀκύμονα χείρων ἡ σὰρξ γίνεται τῶν ἰχθύων, ὅσῳ καὶ ἀγυμναστοτέρα, ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις λιμνοθαλάσσαις ἔτι χείρων τῆσδε, καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἡ κατὰ τὰς λίμνας· εἰ δὲ καὶ σμικραί τινες αὗται τύχοιεν οὖσαι, καὶ μήτε ποταμοὺς μεγάλους δεχόμεναι, μήτε πηγὰς ἔχουσαι, μήτ' ἀπορρύην δαψιλῆ, πολὺ δή τι χείρους· εἰ δὲ καὶ μηδὲν ὅλως ἀπορρέοιτό τι τοῦ ὕδατος, ἀλλ' εἴη στάσιμον ἱκανῶς, μοχθηραί. περὶ δὲ τῶν ἐν ἕλεσι καὶ τέλμασι, καὶ ὅσα τοιαῦτα χωρία, λέλεκται κατ' ἀρχάς· ἐσχάτως γὰρ οἱ κατὰ τοιούτους τόπους διαιτώμενοι μοχθηρὰν ἔχουσι τὴν σάρκα. τῶν δ' ἐν τοῖς ποταμοῖς γεννωμένων ἀμείνους, ὅσοι κατὰ τοὺς τοιού-

magnum inter ſe habent diſcrimen, adeo ut pelagici mugilis genus diverſum eſſe videatur ab eo, quod in fluminibus, ſtagnis, lacubus, aut rivulis urbium latrinas purgantibus provenit. Eorum ſane caro, qui in aquis limoſis ac ſordidis degunt, excrementitia eſt admodum ac mucoſa, optima autem eorum eſt, qui in puro mari vivunt, praecipue quum ventorum procellis agitatur; nam in quieto nullisque agitato fluctibus tanto piſcium caro fit deterior, quanto minus exercitatur; in ſtagnis autem maritimis (quas λιμνοθαλάττας appellant) adhuc eſt deterior; et hac adhuc magis in ſtagnis, quae ſi parva ſint, nec magnos fluvios recipiant, neque fontes habeant, nec largum effluvium, multo profecto eſt deterior: peſſima autem ſunt ſtagna, ex quibus nihil aquae omnino effluit, ſed ſtabilis eſt ac plane immota. De iis porro, qui in paludibus lacubusque atque id genus locis degunt, initio diximus: peſſimam enim habent carnem, qui in ejusmodi locis degunt: eorum autem, qui in fluviis gignuntur, praeſtantiores ſunt, qui in iis gignuntur, in qui-

Ed. Chart. VI. [389. 390.] Ed. Baſ. IV. (344.)

τους, ἐν οἷς ὀξὺ καὶ πολὺ τὸ ῥεῦμα· κατὰ δὲ τοὺς λιμνάζοντας οὐκ ἀγαθοί. καὶ παρὰ τὰς τροφὰς δὲ βελτίους γίνονται καὶ χείρους. ἔνιοι μὲν γὰρ εὐποροῦσι καὶ πόας καὶ ῥιζῶν χρηστῶν, καὶ διὰ τοῦτο κρείττους εἰσίν· ἔνιοι δὲ ἰλυώδη τε πόαν ἐσθίουσι καὶ ῥίζας κακοχύμους· καί τινες αὐτῶν, ὅσοι κατὰ ποταμοὺς διαιτῶνται μεγάλην διαῤῥέοντας πόλιν, ἀποπατήματ' ἀνθρώπων καὶ μοχθηρὰς τροφὰς τοιαύτας προσφερόμενοι χείριστοι πάντων, ὡς ἔφην, εἰσὶν, ὥστε, κἂν βραχὺ πλείονι χρόνῳ διαμένωσι νεκροὶ, σήπονταί τε παραχρῆμα καὶ μοχθηρότατον ὄζουσιν. ἀηδεῖς δὲ καὶ βρωθῆναι πάντως οὗτοι καὶ πεφθῆναι, καὶ τὴν μὲν χρηστὴν τροφὴν ὀλίγην ἔχουσιν, περίττωμα δ' οὐκ ὀλίγον. οὐκ οἶν θαυμαστόν ἐστιν, οὐδ' εἰ κακοχυμίαν ἀθροίζουσιν ἐν τοῖς σώμασι τῶν ὁσημέραι προσφερομένων αὐτούς. [390] ὄντων δὲ χειρίστων τούτων, ἐξ ὑπεναντίου κάλλιστοι πάντων εἰσὶν, ὡς ἔφην, οἱ ἐν τῇ καθαρωτάτῃ θαλάττῃ, καὶ μάλισθ' ὅπου μήτε γεώδεις αἰγιαλοὶ μήτε λεῖοι περιλαμβάνουσι τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἤτοι ψαμμώδεις, ἢ τραχεῖς· εἰ δὲ καὶ πρὸς τὰ βόρεια

bus aqua rapide fluit, ac copioſa eſt: qui vero in ſtagnantibus, non boni. Praeterea propter alimenta piſces meliores pejoresve evadunt. Nam quibusdam herbarum ac bonarum radicum copia ſuppetit, iique eam ob cauſam ſunt praeſtantiores; alii herbas paſcuntur limoſas et radices mali ſucci. Praeterea, qui in fluminibus urbem magnam praeterfluentibus hominum ſtercoribus et pravis id genus eſcis victitant, omnium, ut diximus, ſunt deterrimi, adeo ut, ſi paulo diutius permanſerint, ſtatim putreſcant, et peſſime oleant: iſti autem in cibo ſunt prorſus injucundi, et ad coquendum difficiles, exiguumque boni quidem alimenti, excrementi autem plurimum reddunt: quare mirum non eſt, ſi pravum ſuccum in eorum corporibus, qui quotidie illis veſcuntur, congerant: qui quum ſint deterrimi, omnium contra ſunt praeſtantiſſimi, qui (ut diximus) in puriſſimo mari degunt, maxime ubi littora, quae aquam in orbem ambiunt, terra non abundant, nec levia, ſed aut arenoſa ſunt, aut aſpera: quod ſi praeterea ad boream ſpectent, longe

Ed. Chart. VI. [390.] Ed. Baſ. IV. (344.)

τῶν πνευμάτων ἐστραμμένοι, πολὺ βελτίους. οὐ σμικρὸν γὰρ εἰς εὐχυμίαν συντελούντων ἅπαντι ζώῳ τῶν οἰκείων γυμνασίων, ἔτι καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ καταμιγνυμένου τῷ ὕδατι πνεύματος αὐξάνει τὴν ἀρετὴν τῆς οὐσίας αὐτῶν. πρόδηλον δ' ἐκ τῶν εἰρημένων, ἀμείνω καὶ κατὰ τοῦτο εἶναι θάλατταν θαλάττης, καθὼς ἤτοι καθαρὰ τελέως ἐστὶν, ἢ δέχεται ποταμοὺς μεγάλους καὶ πολλοὺς, ὥσπερ ὁ Πόντος· οἱ γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ, καθ' ὅσον πλεονεκτοῦσι τῶν λιμναίων, κατὰ τοσοῦτον ἀπολείπονται τῶν ἐν καθαρᾷ θαλάττῃ διαιτωμένων. εἰσὶ δὲ καὶ λίμναι τινὲς τοιαῦται, καὶ καλοῦσιν ἐνίας αὐτῶν λιμνοθαλάττας, ἔνθα ποταμὸς μέγας ἐργάζεται λίμνην, συνάπτουσαν θαλάττῃ. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ λιμνάζειν τὸν ποταμὸν, ὅπου περ ἂν τῇ θαλάττῃ μιγνύηται πρῶτον, ἐπίμικτόν τε τὸ ὕδωρ ἐστὶν ἔξ ἁλμυροῦ τε καὶ γλυκέος, ἥ τε σὰρξ τῶν ἐν αὐτῷ διαιτωμένων ἰχθύων ἐν τῷ μεταξὺ τῶν τε ποταμίων καὶ τῶν θαλαττίων ἰχθύων γίνεται. κοινὸς δ' ὁ λόγος οὗτος ἔστω σοι καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι γε κατὰ ποταμοὺς καὶ λίμνας καὶ θάλατταν ἰχθύες γίνονται. τὸ γὰρ πολὺ πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἐπαμφοτερίζει, τῶν μὲν θαλαττίων

erunt meliores. Quum enim exercitationes propriae non parum ad ſucci probitatem omni animanti conferant, puritas adhuc ejus venti, qui aquae miſcetur, ſubſtantiae ipſorum bonitatem auget. Perſpicuum igitur ex iis, quae diximus, eſt, mare alterum alteri in eo praeſtare, quod aut purum plane eſt, aut fluvios multos et magnos excipit, ut Pontus: piſces enim, qui in ejusmodi degunt, quanto ſtagnales antecellunt, tanto iis, qui in puro mari degunt, ſunt inferiores. Sunt autem et ſtagna quaedam hujusmodi, quorum quaedam λιμνοθαλάττας appellant, ubi videlicet fluvius magnus ſtagnum efficit, quod mari conjungitur: et ut fluvius non ſtagnet, ubi primum mari commiſcetur, aqua ex ſalſa ac dulci eſt mixta, et piſcium caro, qui in ea aqua degunt, media eſt inter fluvialium et marinorum piſcium carnem Communis autem tibi ſit haec oratio in aliis quoque piſcibus, qui in fluminibus et ſtagnis et mari gignuntur: nam bona eorum pars non ad utrumque eſt nata, quum marini fluviatilem

Ed. Chart. VI. [390.] Ed. Baſ. IV. (344. 345.)

φευγόντων τὸ ποτάμιον ὕδωρ, τῶν δὲ ποταμίων καὶ λιμναίων τὸ θαλάττιον. ἀλλ' ὅ γε κέφαλος ἁπάντων μάλιστα τοῖς ὕδασιν ἀμφοτέροις χρᾶται καὶ φύσιν ἔχει πρὸς ἄντας τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν, ἐπὶ πλεῖστον ἀφιστάμενος τῆς θαλάττης. οὗτος μὲν ὁ κέφαλος τὰς πολλὰς καὶ μικρὰς ἀκάνθας οὐκ ἔχει, καθάπερ οὐδ' ἄλλος τις τῶν θαλαττίων· ὁ δ' ἐκ ποταμῶν ἢ λιμνῶν ἐπεμβαίνων θαλάττῃ παραπλησίως τοῖς ὁμογενέσι μεστὸς τῶν τοιούτων ἀκανθῶν ἐστι. σχεδὸν γὰρ ἅπασι τοῖς ἐν λίμναις καὶ ποταμοῖς γεννωμένοις ἰχθύσιν ἡ σὰρξ λεπτῶν μεστὴ ἀκανθῶν εὑρίσκεται, τῶν θαλαττίων οὐκ ἐχόντων αὐτάς. καθ' ὃν γὰρ ἂν τόπον ἢ μεγάλου ποταμοῦ στόμα συνάπτον θαλάττῃ, τινὲς μὲν ποταμίων ἰχθύων ἐν τῇ θαλάττῃ, τινὲς δὲ τῶν θαλαττίων ἐν τῷ ποταμῷ θηρεύονται, γνωριζόμενοι τῷ τὰς εἰρημένας ἀκάνθας ἤτοι πολλὰς ἔχειν, ἢ οὐδ' ὅλως. ὀλίγοι μὲν οὖν τῶν ποταμίων ἐπεμβαίνουσιν τῇ θαλάττῃ, πάντες δὲ οἱ θαλάττιοι χαίρουσιν τοῖς ποταμοῖς. εὐθὺς δὲ καὶ ἡ γεῦσις ἐσθίοντί σοι γνωρίσει τὸν ἀμείνω (345) κέφαλον· δριμυτέρα γάρ ἐστιν

aquam fugiant, fluviatiles autem ac ſtagnales marinam. Mugil vero omnium maxime aquis utrisque utitur, eaque ipſius natura eſt, ut a mari longiſſime diſcedens adverſo flumine natet. Hic quidem mugil numeroſas ac parvas ſpinas non habet, uti nec alius quisquam marinorum: qui vero e fluviis aut ſtagnis mare ingreditur, non ſecus ac congeneres plenus eſt hujusmodi ſpinarum: nam omnium fere piſcium caro, qui in ſtagnis aut fluminibus gignuntur, tenuibus ſpinis plena invenitur, quas nullus marinorum habet. Nam quo loco magni fluvii oſtium mari committitur, nonnulli quidem piſcium fluviatilium in mari, quemadmodum et marini quidam in flumine, capiuntur: quos diſcernas eo, quod praedictas ſpinas numeroſas aut prorſus nullas habeant. Pauci ſane fluviatilium mare ingrediuntur, at marini omnes fluviis gaudent. Continuo autem et guſtus mandenti tibi praeſtantiorem mugilem indicabit: jucundior

Ed. Chart. VI. [390.] Ed. Baſ. IV. (345.)

αὐτοῦ καὶ ἡδίων καὶ ἀλιπὴς ἡ σάρξ. οἱ δὲ λιπαροὶ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ἔκλυτοι χείρους μέν εἰσι καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἐδωδὴν, χείρους δὲ καὶ πεφθῆναι καὶ κακοστόμαχοι καὶ κακόχυμοι· διὸ καὶ σὺν ὀριγάνῳ σκευάζουσιν αὐτούς. ἔνιοι δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων τοὺς ἐν τοῖς ποταμοῖς γεννωμένους ἰχθύας λευκίσκους καλοῦσιν, ἕτερον εἶναι νομίζοντες αὐτοὺς εἶδος τῶν κεφάλων. ἔστι δὲ τἄλλα μὲν ὅμοιον πάντῃ τὸ ζῶον τῷ ζώῳ, λευκότερον δὲ βραχεῖ καὶ τὴν κεφαλὴν ἔχον μικροτέραν, καὶ τὴν γεῦσιν ὀξυτέραν· ἡ δὲ δύναμις τῆς ἀπ' αὐτοῦ τροφῆς, οἵαν ἔμπροσθεν εἶπον εἶναι τῶν ποταμίων κεφάλων· ὥσθ' ὑπὲρ ὀνόματος, οὐ πράγματος ἡ ἀμφισβήτησις. ὃ δὲ τούτου χρησιμώτερόν ἐστιν ἐπίστασθαι, καὶ δὴ φράσω. τῶν ταριχευομένων ἐστὶν οὗτος ὁ ἰχθῦς, καὶ γίνεται πολὺ κρείττων ἑαυτοῦ σκευασθεὶς οὕτως ὁ λιμναῖος· ἀποτίθενται γὰρ ἅπαν τὸ βλεννῶδές τε καὶ βρωμῶδες ἐν τῇ γεύσει. καλλίων δὲ τοῦ πλείονι τῷ χρόνῳ ταριχευθέντος ὁ νεαλής. ἀλλὰ περί γε τῶν ταριχευομένων ἰχθύων ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται κοινῇ, καθάπερ γε καὶ περὶ τῶν ἁλιζομένων ἐν χειμῶνι.

namque ipſius eſt caro et acrior pinguedinisque expers: pingues contra et ſoluti ſaporis tum cibo, tum ad concoquendum ſunt deteriores: praeterea ſtomacho ſunt noxii et vitioſi ſucci; quapropter cum origano ipſos parant. Quidam vero noſtrates piſces quosdam in fluviis genitos λευκίσκους nominant, rati diverſos eſſe a mugilum genere; caetera tamen omnino animal animali eſt ſimile, niſi quod λευκίσκος paulo eſt candidior, caputque habet minus et ſaporem acidiorem. Alimenti autem, quod ab eo ſumitur, facultas eſt, qualem prius fluviatili mugili ineſſe diximus: proinde de nomine, non de re eſt controverſia. Quod autem noviſſe magis retulerit, id jam dicam. Hic piſcis unus eorum eſt, qui ſale conditi aſſervantur: atque ſtagnalis ſic conditus multo, quam ante, praeſtantior evadit: quicquid enim mucoſum aut viroſum guſtu refert, id totum deponit: verum recens ſalitus jamdiu ſalito eſt melior. Sed de ſalitis quidem piſcibus paulo poſt ſermo communis habebitur, ſicut de iis, qui in nive (ut ſic dicam) mortificantur.

Ed. Chart. VI. [391.] Ed. Baſ. IV. (345.)

Κεφ. κσ΄. [391] [Περὶ λάβρακος.] Τοῦτον τὸν ἰχθὺν οὐ τεθέαμαι γεννώμενον ἐν γλυκέσιν ὕδασιν, ἐκ μέντοι τῆς θαλάσσης ἐπαναβαίνοντα ποταμοῖς ἢ λίμναις ἑώρακα. διὸ καὶ μικρὸς ὀλιγάκις εὑρίσκεται, καθάπερ ὁ κέφαλος πολλάκις. οὐ φεύγει δὲ οὐδὲ τὰς λιμνοθαλάσσας καὶ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, καίτοι πελάγιος ὤν· τουτὶ γὰρ τοὔνομα τίθενται τοῖς εἰς τὸ βάθος ἀποχωροῦσιν. ἥ γε μὴν τροφὴ ἐκ τούτου κἀκ τῶν ἄλλων ἰχθύων αἵματός ἐστι γεννητικὴ, λεπτοτέρου τῇ συστάσει τοῦ ἐκ τῶν πεζῶν ζώων, ὡς μήτε τρέφειν δαψιλῶς, καὶ διαφορεῖσθαι θᾶττον. ἐπεὶ δὲ τὸ λεπτότερον ὄνομα ποτὲ μὲν ἐπὶ δύο πράγμασι παραβαλλομένοις λέγομεν, ἐνίοτε δ' ἄνευ παραβολῆς, ἰστέον, ὅτι πρὸς τὸ μέσον αἷμα τῶν ἄκρων παραβολὴ γίνεται τοῖς ἁπλῶς λεγομένοις. ἄκρα δὲ τῇ κακίᾳ κατὰ τὴν σύστασίν ἐστι τό τε παχὺ, καθάπερ ἡ ὑγρὰ πίττα, τό τε ὀρῤῥῶδες οὕτως, ὡς ἐκχυθὲν τῆς φλεβὸς ἐν τῷ πήγνυσθαι πλεῖστον ἔχειν ὑγρὸν ἐποχούμενον ὑδατῶδες. ἄριστον δὲ τὸ τούτων ἀκριβῶς μεταξὺ γενόμενον, ἔξ ἄρτου

Cap. XXVI. [De lupo.] Hunc piſcem in aquis dulcibus natum non vidimus, ſed e mari in flumina aut ſtagna aſcendiſſe conſpeximus; ideoque parvus raro, quemadmodum mugil ſaepe, invenitur. Et quanquam pelagius ſit, ſtagna tamen maritima non fugit, nec fluviorum oſtia: pelagii enim vocantur, qui in mare profundum ſuccedunt. Alimentum ſane, quod tum ex hoc, tum ex aliis piſcibus provenit, ſanguinem gignit conſiſtentia tenuiorem, quam quod ex pedeſtribus animalibus ſumitur, adeo ut non affluenter nutriat, et celerius diſcutiatur. Quum autem nomen hoc tenuius nunc in duabus rebus inter ſe collatis, nunc citra collationem enunciemus, ſciendum, nos, quum ipſum ſimpliciter pronunciamus, ad ſanguinem medium inter extrema comparare; extremae autem pravitatis ſecundum conſiſtentiam ſanguis eſt tum craſſus, ut pix liquida, tum ſeroſus adeo, ut, poſteaquam e vena effuſus concreverit, plurimum habeat aquoſae humiditatis ſupernatantis. Laudatiſſimus vero eſt, qui inter hos exacte eſt medius, qui ſit ex

Ed. Chart. VI. [391.] Ed. Baſ. IV. (345.)

τε τοῦ καλλίστου κατεσκευασμένου, περὶ οὗ κατὰ τὸ πρῶτον εἴρηται γράμμα, καὶ τῶν πτηνῶν ὧν εἴρηται ζώων, ἐκ πέρδικός τε καὶ τῶν ἄλλων παραπλησίων. ἐγγὺς δὲ τούτων εἰσὶν καὶ τῶν θαλαττίων οἱ πελάγιοι τῶν ἰχθύων.

Κεφ. κζ. [Περὶ τρίγλης.] Ἔστι μὲν καὶ ἥγε τῶν πελαγίων ἰχθύων, τετίμηται δ' ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς τῶν ἄλλων ὑπερέχουσα τῇ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἡδονῇ. σκληροτέρα δὲ σχεδὸν ἁπάντων αὐτῶν ἔχει τὴν σάρκα, καὶ ψαθυρὰν ἱκανῶς, ὅπερ σημαίνει ταὐτὸν τῷ μήτε γλίσχρον εἶναί τι, μήτε λιπαρὸν ἐν αὐτῇ. τρέφει τοιγαροῦν, ὅταν πεφθῇ καλῶς, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἰχθύων μᾶλλον. ἐῤῥέθη δὲ καὶ πρόσθεν, ὡς τὸ σκληρότερον ἔδεσμα, παχυμερέστερόν τε καὶ, ὡς ἄν εἴποι τις, μᾶλλον γεῶδες ὑπάρχον, ἀξιολογώτερον τρέφει ὑγροτέρων τε καὶ μαλακωτέρων, ὅταν γε πρὸς τούτῳ δηλονότι καὶ τὴν οὐσίαν οἰκείαν ἔχῃ τῷ τρεφομένῳ σώματι· κρίνεται δ' αὐτὴ διὰ τῆς ἡδονῆς. ὅσαι γὰρ ἀλλότριαι τροφαὶ ταῖς ὅλαις φύσεσίν εἰσι τῶν τρεφομένων ζώων, ταύτας ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ ἀηδῶς ἐσθίουσι· τῶν γε μὴν οἰκείων ὥσπερ τὸ ὑγρό-

pane optime praeparato (de quo primo libro egimus) et animalibus volucribus, de quibus diximus, perdice ſcilicet aliisque id genus: quibus ex marinis piſcibus pelagii ſunt propinqui.

Cap. XXVII. [De mulo.] Hic quoque pelagicis piſcibus annumeratur. Celebratur autem apud homines, tanquam voluptate cibos reliquos ſuperet. Omnium ferme aliorum carnem habet duriſſimam et valde friabilem: quod idem ſignificat ac ſi dicas, nihil in eo eſſe lentoris, neque pinguedinis: nutrit certe, quum probe confectus fuerit, omnibus aliis piſcibus copioſius. Diximus autem antea, quod cibus durior ac craſſiorum partium et (ut ſic dicam) terreſtris magis alimentum corpori praeſtat copioſius, quam humidior ac mollior, praeſertim quando praeter id ſubſtantiam habet corpori alendo accommodatam ac familiarem: quae ſubſtantia voluptate judicatur: nam alimenta, quae tota ſubſtantia ab alendis animalibus ſunt aliena, ea aut non prorſus, aut inſuaviter manduntur: ex familiaribus vero quemadmodum humidius minus nutrit, ita co-

Ed. Chart. VI. [391. 392.] Ed. Baſ. IV. (345.)

τερον ἧττον τρέφει, οὕτω πέττεται καὶ ἀναδίδοται ῥᾷον. ἡ τοίνυν τῆς τρίγλης σὰρξ ἡδεῖα μέν ἐστι, ὡς ἂν οἰκεία τροφὴ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, σκληροτέρα δὲ οὖσα τῶν ἄλλων ἰχθύων ὅμως ἑκάστης ἡμέρας ἐσθίεσθαι δύναται, διότι ψαθυρὰ καὶ ἀλιπής ἐστι καί τι δριμύτητος ἔχει. τὰ γὰρ λιπαρὰ καὶ γλίσχρα κατὰ τὴν πρώτην μὲν εὐθέως ἐδωδὴν ἐμπίπλησί τε ταχέως, ἀνατρέπει τε τὴν ὄρεξιν, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐχ ὑπομένομεν αὐτῶν τὴν ἐδωδὴν ἐφεξῆς ἡμέραις πλείοσι. τό γε μὴν ἧπαρ τῆς τρίγλης οἱ λίχνοι τεθαυμάκασιν ἡδονῆς ἕνεκεν, ἔνιοι δ' οὐδὲ καθ' ἑαυτὸ δικαιοῦσιν ἐσθίειν αὐτό, παρασκευάσαντες δ' ἐν ἀγγείῳ τὸ καλούμενον γαρέλαιον ἔχον οἴνου βραχύ τι, καταθρύπτουσιν ἐν αὐτῷ τὸ σπλάγχνον, ὡς γενέσθαι τὸ σύμπαν ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τῶν προπαρεσκευασμένων ὑγρῶν ἕνα χυμὸν ὁμοιομερῆ πρός γε τὴν αἴσθησιν, ἐν ᾧ τὰς τῆς τρίγλης σάρκας ἀποβάπτοντες ἐσθίουσιν. [392] ἐμοὶ δὲ οὐδ' ἡδονὴν ἔδοξεν ἔχειν ἀξίαν τῆς τοιαύτης τιμῆς, οὔτ' ὠφέλειαν τῷ σώματι, καθάπερ οὐδὲ ἡ κεφαλή, καίτοι καὶ ταύτην ἐπαινοῦσιν οἱ λίχνοι, καί φασι τὰ δεύτερα

quitur facilius ac diſtribuitur. Ergo muli caro jucunda quidem eſt, ut quae alimentum eſt hominum naturae accommodum: et quamvis aliis piſcibus ſit durior, mandi tamen quotidie poteſt, propterea quod friabilis eſt et pinguedinis expers cum quadam acrimonia: nam pinguia et lenta cibaria ſtatim, ut ſumpta fuerint, celeriter implent, et appetentiam evertunt; praeterea, quod majus eſt, compluribus deinceps diebus ipſorum eſum non ſuſtinemus. Verum muli hepar propter voluptatem a guloſis ſummopere expetitur. Quidam vero ne ipſum quidem per ſe mandere volunt, ſed garelaeum, quod vocant, in vaſe cum pauxillo vini praeparantes in eo viſcus ipſum tantiſper comminuunt, quoad totum ſimul ex ipſo et humidis praeparatis ſuccus unus fiat ſimplex ad ſenſum ac ſimilaris, in quo muli carnes intinctas mandunt. At mihi profecto nequaquam tantae ſuavitatis eſſe videtur, neque tantam corpori utilitatem afferre, ut tantopere ſit conſpiciendum, uti nec ipſum caput: quanquam guloſi hoc quoque laudant, ac ſecundas poſt jecur

Ed. Chart. VI. [392.] Ed. Baſ. IV. (345.)

φέρεσθαι μετὰ τὸ ἦπαρ. οὐ μὴν οὐδὲ διά τί τὰς μεγίστας τρίγλας ὠνοῦνται πάμπολλοι, δύναμαι γνῶναι, μήθ' ἡδεῖαν ὁμοίως ταῖς μικροτέραις ἐχούσας τὴν σάρκα, μήτ' εὔπεπτον, ὡς ἂν ἱκανῶς σκληράν. ὥστε διὰ τοῦτό τινα τῶν ἀργυρίου παμπόλλου τὰς μεγάλας τρίγλας ὠνημένων ἠρόμην, τίς ποτέ ἐστιν ἡ αἰτία τῆς ἀφ' ἑαυτῶν σπουδῆς. ὁ δ' ἀπεκρίνατό μοι, μάλιστα μὲν διὰ τὸ ἦπαρ ὠνεῖσθαι τὰς τηλικαύτας, ἤδη δὲ καὶ διὰ τὴν κεφαλήν. ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ μέχρι τοσούτου περὶ τῶν τριγλῶν εἰρῆσθαι τῇ πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκειότητι τοῦ λόγου. γίγνονται δ' ἄρισται τρίγλαι κατὰ τὴν καθαρὰν θάλασσαν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἰχθύες, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὰς τροφάς. αἱ γοῦν τὰς καρκινάδας ἐσθίουσαι καὶ δυσώδεις εἰσὶ, καὶ ἀηδεῖς, καὶ δύσπεπτοι, καὶ κακόχυμοι. διάγνωσις δ' αὐτῶν, πρὶν μὲν ἐσθίειν, ἀναπτύξαντι τὴν κοιλίαν, ἐσθίοντι δὲ κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως ὀσμήν τε καὶ γεῦσιν.

ferre praedicant. Caeterum neque id intelligere queo, cur permulti grandiſſimos mulos emptitent, quum nec adeo ſuavi ſint carne, ut minores, nec ad coquendum facili, ut quae dura admodum eſt. Ob eam igitur cauſam quum quendam aliquando interrogaſſem, qui ingenti pecunia praegrandes mulos emerat, quid eſſet, quod illos tantopere expeteret, reſpondit, ſe primum propter hepar illos tanti emiſſe, tum autem et propter caput. Verum hactenus de mulis haec dixiſſe huic ſermoni, in quo utilitatem inquirere inſtituimus, ſatis fuerit. Porro optimi muli fiunt, ut alii etiam omnes piſces, tum in mari puro, tum maxime propter alimenta; nam qui cancellos vorant, et graviter olent, et inſuaves ſunt, ac ad coquendum difficiles, et mali ſucci. Hos porro dignoſces, ſi prius quidem, quam edas, ventrem reſeraris: inter edendum vero ipſe ſtatim guſtus ac olfactus judicium afferet

Ed. Chart. VI. [392.] Ed. Baſ. IV. (345.)

Κεφ. κή. [Περὶ τῶν πετραίων ἰχθύων.] Σκάρους, κοττύφους, κίχλας, ἰουλίδας, φυκίδας, πέρκας πετραίους ὀνομάζουσιν ἰχθύας ἀπὸ τῶν χωρίων, ἐν οἷς εὑρίσκονται διατρίβοντες· οὐ γὰρ ἐν τοῖς λείοις, ἢ ψαμμώδεσιν, ἢ γεώδεσιν αἰγιαλοῖς, ἀλλ' ἔνθα πέτραι τινές εἰσι καὶ ἄκραι, φωλεύουσί τε καὶ τεκνοῦσιν. ἄριστος δ' ἐν αὐτοῖς ἡδονῆς ἕνεκεν ὁ σκάρος εἶναι πεπίστευται, μετ' αὐτὸν δὲ κόττυφοί τε καὶ κίχλαι, καὶ μετὰ τούτους ἰουλίδες τε καὶ φυκίδες καὶ πέρκαι. τροφὴ δ' ἐξ αὐτῶν οὐ μόνον εὔπεπτος, ἀλλὰ καὶ ὑγιεινοτάτη τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασίν ἐστιν, αἷμα γεννώντων μέσον τῇ συστάσει. καλῶ δὲ μέσον, ὃ μήτε πάνυ λεπτόν ἐστι καὶ ὑδατῶδες, ἀλλὰ μήθ' ἱκανῶς παχύ. πλάτος δ' ἀξιόλογον ἔχοντος τοῦ μέσου, περὶ τῶν ἐν αὐτῷ διαφορῶν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ λεχθήσεται.

Κεφ. κθ'. [Περὶ κωβιοῦ.] Αἰγιάλειος δὲ ἰχθύς ἐστιν οὗτος, τῶν σμικρῶν ἀεὶ διαμενόντων εἴς τις ὢν καὶ οὗτος. ἄριστος δ' εἰς ἡδονὴν καὶ πέψιν ἅμα, ἀνάδοσίν τε καὶ εὐχυμίαν ἐστὶν ὁ κατὰ τοὺς ψαμμώδεις αἰγιαλοὺς, ἢ τὰς πετρώ-

Cap. XXVIII. [De piſcibus ſaxatilibus.] Scarum, merulam, turdum, iuliam, fucam, percam a locis, in quibus verſari comperiuntur, piſces ſaxatiles appellant; non enim in levibus, aut arenoſis, aut terreis littoribus, ſed in petroſis promontoriis, et ubi ſaxa ſunt, deliteſcunt ac pariunt. Inter hos autem ſcarus excellere ſuavitate creditur: ſecundum hunc merulae ac turdi: tertio loco iuliae, fucae ac percae. Porro alimentum, quod ex eis ſumitur, non modo ad coquendum eſt facile, ſed hominum etiam corporibus eſt ſaluberrimum, ut quod ſanguinem medium conſiſtentia generet. Medium autem voco, qui neque admodum tenuis eſt, neque aquoſus, neque vehementer craſſus. At quum magna hujus medii ſit latitudo, de ipſius differentiis procedente ſermone diſſeremus.

Cap. XXIX. [De gobione.] Gobio littoralis eſt piſcis, ex eorum etiam numero, qui parvi perpetuo manent. Praeſtantiſſimus autem ad voluptatem, coctionem ſimul ac diſtributionem et ſucci bonitatem eſt is, qui in arenoſis lit-

Ed. Chart. VI. [392.393.] Ed. Baſ. IV. (345.346.)

δεις ἀκτάς· ὁ δ' ἐν τοῖς στόμασι τῶν ποταμῶν, ἢ λίμναις, ἢ λιμνοθαλάσσαις οὔθ' ἡδὺς ὁμοίως, οὔτ' εὔχυμος, οὔτ' εὔπεπτος. εἰ δὲ καὶ ἰλυώδες ὑπάρχει τὸ ὕδωρ, ἢ πόλιν ἐκκαθαίρων ὁ ποταμὸς, οὕτω μὲν ἂν εἴη χείριστος ὁ κατ' αὐτῶν κωβιὸς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι πάντες ἰχθύες, οἱ ἐν τοῖς ὕδασι διατρίβοντες. εἰκότως οὖν ἐν μὲν τοῖς πετραίοις ἰχθύσιν οὐδεμία σαφὴς ἐστι διαφορὰ τῶν ὁμοειδῶν πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἂν ἐν καθαρωτάτῃ θαλάττῃ διαιτωμένοις ἀεὶ, φεύγουσί τε τὸ γλυκύτατον ὕδωρ, τό τε συμμιγὲς ἐκ τοῦ τοιούτου τε καὶ θαλαττίου· δευτέροις δὲ μετὰ τούσδε τοῖς πελαγίοις ὑπάρχει ταὐτόν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὗτοι διαφορὰν ἀλλήλοις ἔχουσι μεγάλην, ὁποίαν οἱ διατρίβοντες ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ὕδασι. τούτων γὰρ οἱ μὲν ἐν τῇ καθαρωτάτῃ θαλάττῃ κάλλιστοι τῶν ὁμοειδῶν εἰσιν· οἱ δ' ἐν τοῖς ἐκκαθαίρουσι τὰς πόλεις ποταμοῖς ἁπάντων χείριστοι· [393] μέσοι δ' αὐτῶν οἱ μεταξύ. λέλεκται δὲ ταῦτα καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἡνίκα περὶ κεφάλου τὸν λόγον ἐποιούμην. ἡ γε μὴν σὰρξ τῶν κωβιῶν ὥσπερ σκληροτέρα τῆς τῶν πετραίων ἐστὶν, οὕτω μα-

toribus aut ſaxoſis promontoriis vivit; non autem aeque eſt jucundus, neque boni ſucci, neque ad coquendum facilis, qui in fluminum oſtiis, aut ſtagnis, aut ſtagnis maritimis verſatur; quod ſi aqua limoſa quoque fuerit, aut fluvius urbem expurget, gobio, qui in eis gignetur, erit deterrimus, ceu alii omnes pisces, qui in aquis hujuscemodi verſantur. Merito igitur in ſaxatilibus piſcibus nullum eſt inter congeneres diſcrimen manifeſtum, ut qui perpetuo in puriſſimo mari degant, aquamque dulciſſimam et eam, quae ex ejusmodi et marina eſt mixta, fugitent. Secundis autem poſt hos pelagicis idem accidit: neque enim hi tantum inter ſe diſſident, quantum qui in utrisque aquis verſantur. Horum namque qui in puriſſimo mari degunt, ſuorum congenerum ſunt praeſtantiſſimi; contra omnium ſunt peſſimi, qui in fluminibus urbes expurgantibus victitant; medii vero inter hos ſunt, qui in mediis locis verſantur. Diximus autem haec ſupra, quum de mugile agebamus. Caeterum gobionum caro ut carne ſaxatilium eſt durior, ita mollior,

Ed. Chart. VI. [393.] Ed. Baſ. IV. (346.)

λακωτέρα τῆς τῶν τριγλῶν· ἀνάλογον οὖν αὐτῇ καὶ τὸ τῶν ἐσθιόντων σῶμα τρέφεται.

Κεφ. λ'. [Περὶ τῶν μαλακοσάρκων ἰχθύων· πῶς ὁ λευκὸς ζωμὸς παρασκευάζεται.] Φιλότιμος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τροφῆς περὶ τῶν μαλακοσάρκων ἰχθύων οὕτως ἔγραψεν αὐτοῖς ὀνόμασι· κωβιοὶ δὲ καὶ φυκίδες καὶ ἰουλίδες καὶ πέρκαι καὶ σμύραιναι καὶ κίχλαι καὶ κόσσυφοι καὶ σαῦροι, καὶ πάλιν ὄνοι, καὶ πρὸς τούτοις ἀμύαι, καὶ ψῆτται, καὶ ἧπατοι, καὶ κίθαροι, καὶ σκινίδες, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἁπαλοσάρκων γένος εὐκατεργαστότερόν ἐστι τῶν ἄλλων ἰχθύων. ἄξιον οὖν ἐστι θαυμάσαι, πῶς τοὺς σκάρους παρέλιπε, πρωτεύοντας ἐκ τῷ γένει τῶν πετραίων ἰχθύων, οἷς πᾶσιν ὑπάρχει ψαθυρωτάτην τε καὶ μαλακωτάτην ἔχειν τὴν σάρκα τῶν ἄλλων ἰχθύων. ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἁπαλόσαρκοι μέν εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἔχουσι τὸ ψαθυρὸν, ἐμφερομένου τινὸς αὐτοῖς γλίσχρου τε καὶ λιπαροῦ χυμοῦ, ὅμοιοί τε κατὰ τοῦτο τοῖς πετραίοις ὄντες ἐν τῇ σκληρότητι τῆς σαρκὸς αὐτῶν διαλλάττουσι. τοιοῦτοι μὲν οὖν οἱ πελάγιοι σχεδὸν ἅπαντές εἰσι,

quam mulorum. Ipſa igitur ex proportione veſcentium corpus nutrit.

Cap. XXX. [De piſcibus molli carne praeditis; quomodo jus album conficiatur.] Philotimus in tertio de alimentis de piſcibus carne molli praeditis ad verbum ſic ſcripſit: *Gobiones autem et fucae, iuliae, percae, muraenae, turdi, merulae, lacerti, ad haec aſini, amyae, paſſeres, jecorarii, cithari, umbrae, atque mollium carnium genus univerſum melius quam alii piſces conficiuntur.* Ipſum ſane jure quis demiretur, quonam pacto ſcarum praeterierit, quum is inter piſces ſaxatiles primas teneat, quibus omnibus caro ineſt quam aliis piſcibus mollior ac friabilior; quidam enim ipſorum molli quidem ſunt carne, ſed nullam habent friabilitatem, ut quibus ſuccus quidam lentus ac pinguis innatet; alii nihil lentoris nec pinguedinis habentes in eo quidem ſaxatilibus ſunt ſimiles, carnis tamen duritie ab eis diſcrepant, cujusmodi ſunt pelagici propemodum om-

Ed. Chart. VI. [393.] Ed. Baſ. IV. (346.)

πλὴν εἴ τινες αὐτῶν ὑπὸ μοχθηρᾶς τροφῆς διαφθείρουσι τὴν σάρκα, καθάπερ αἱ τὰς καρκινάδας ἐσθίουσαι τρίγλαι· ζωΰφια δ' ἔστι ταῦτα πάνυ σμικροῖς καρκίνοις ἐοικότα, ξανθὰ τὴν χρόαν. οἱ πετραῖοι δ' ἰχθύες οὔτε ποικίλαις τροφαῖς χρῶνται, οὔτε χωρίοις διαφέρουσιν, οὔθ' ὕδασι γλυκέσι, καὶ διὰ ταῦτ' ἄμεμπτοι πάντες εἰσὶ διαπαντός. οὓς δ' ὄνους μὲν ἐκάλεσεν ὁ Φιλότιμος, ὀνίσκους δ' ὀνομάζουσιν ἄλλοι, τροφῇ μὲν ἀγαθῇ χρώμενοι καὶ θαλάττῃ καθαρᾷ ταῖς πετραίοις ἐνάμιλλον ἔχουσι τὴν σάρκα, μοχθηρᾷ δὲ τροφῇ χρησάμενοι καὶ κατά τι τῶν ἐπιμίκτων ὑδάτων, καὶ μάλισθ' ὅσα μοχθηρὰ, διατρίψαντες, οὐκ ἀποβάλλουσι μὲν τὴν μαλακότητα τῆς σαρκὸς, ἐπικτῶνται δὲ λιπαρότητα καὶ γλισχρότητα, καθ' ἣν οὔτε ἡδεῖς ὁμοίως ἔτι διαμένουσι, περιττωματικὴν δὲ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀναδιδόασι τροφήν. ἐπὶ πάντων δὲ ἰχθύων, ὡς ἔφην, κοινὸν τοῦτο μεμνῆσθαι προσήκει, ὡς χείριστοι γεννῶνται κατὰ τὰς ἐμβολὰς τῶν ποταμῶν, ὅσοι κοπρῶνας καθαίρουσιν, ἢ μαγειρεῖα καὶ βαλανεῖα, ἢ τὸν ἐσθῆτός τε καὶ τῶν ὀθονίων ῥύπον, ὅσα τ' ἄλλα τῆς πόλεώς εἰσιν, ἣν

nes, niſi ſi qui ipſorum pravo alimento propriam carnem corrumpant, ut muli, qui cancellos mandunt. Cancelli autem parva ſunt animalia flavo colore, minimis cancris ſimilia. Saxatiles vero nec alimenta, nec loca mutant, nec dulcibus aquis utuntur, ob eamque cauſam omnes perpetuo ſunt inculpati. Quos Philotimus quidem aſinos nominavit, alii autem aſellos nominant, ſiquidem probo utantur alimento et mari puro, carnis bonitate cum ſaxatilibus contendent: qui vero pravo alimento utuntur aut in aquis mixtis, et potiſſimum ſi eae vitioſae fuerint, degunt, carnis quidem mollitiem non abjiciunt, ſed pinguedinem ac lentorem acquirunt, propter quem neque ſuaves amplius, ut ante, manent, ſed alimentum ex ſe ipſis excrementitium reddunt. In omnibus porro piſcibus id communiter, ut diximus, memoria tenere oportet, peſſimos gigni in eorum fluviorum oſtiis, qui latrinas expurgant, aut culinas, aut balneas, aut veſtium ac linteorum ſordes, aut ſi qua ſunt alia in urbibus,

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 724 sur 889

Ed. Chart. VI. [393. 394.] Ed. Baſ. IV. (346.)

διαῤῥέουσιν, καθάρσεως δεόμενα, καὶ μάλισθ' ὅταν ἡ πολυάνθρωπος ἡ πόλις. μοχθηροτάτη δ' εὑρίσκεται καὶ τῆς σμυραίνης ἡ σὰρξ ἐν ὕδατι τοιούτῳ διατριβούσης· καίτοι γ' οὔτε ποταμοῖς ἐπεμβαίνουσαν ἔστιν εὑρεῖν αὐτὴν, οὔτ' ἐν λίμνῃ γεννωμένην. ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ χειρίστη γίνεται κατὰ τὰς ἐμβολὰς τῶν τοιούτων ποταμῶν, ὁποῖός ἐστιν ὁ διὰ Ῥώμης ῥέων, καὶ διὰ τοῦτο εὐωνοτάτη πιπράσκεται κατὰ τὴν πόλιν τήνδε σχεδὸν ἁπάντων μόνη τῆς ἐκ θαλάττης, ὥσπερ γε καὶ οἱ κατὰ τὸν ποταμὸν αὐτὸν ἰχθύες γεννώμενοι· καλοῦσι δ' αὐτοὺς ἔνιοι Τιβερίνους, ὡς ἰδίαν ἔχοντας ἰδέαν, οὐδενὶ τῶν θαλαττίων ὁμοίαν. ὅτι δὲ ἡ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπιῤῥεόντων ἐπιμιξία μοχθηροτάτους αὐτοὺς ἐργάζεται, μαθεῖν ἐστιν ἐκ τοῦ βελτίους εἶναι τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ ποταμῷ γεννωμένους, πρὶν εἰς τὴν πόλιν ἀφικέσθαι. καὶ μέντοι καὶ ἄλλος τις ποταμὸς ὀνομαζόμενος Νὰρ, παρεμβάλλων εἰς τὸν Τίβεριν ὡς ἀπὸ πεντήκοντα καὶ τριακοσίων σταδίων, ἰχθὺν ἔχει πολὺ βελτίω τοῦ κατὰ τὸν Τίβεριν, [394] ἐπειδὴ καὶ μέγας ἐστὶν εὐθὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν, καὶ καθαρὸς διαμένει, κά-

per quas medias fluunt, expurganda, et potiſſimum ſi populoſa urbs fuerit. Quin et ipſius muraenae, quae in ejusmodi aqua degit, caro deterrima invenitur: quanquam certe neque flumina ipſam ingredi invenias, aut in ſtagnis gigni: peſſima tamen in hujusmodi fluviorum oſtiis, qualis eſt Tiberis, qui Romam praeterfluit, gignitur: ideoque in ea urbe omnium fere marinorum piſcium minimo emitur, quemadmodum et qui piſces eodem in flumine naſcuntur, quos nonnulli Tiberinos appellant, tanquam ſpeciem habeant propriam, nulli marinorum ſimilem. Quod autem mixtione eorum, quae ex urbe fluvium influunt, fiant deterrimi, ex eo intelligere poteris, quod meliores ſunt, qui in eodem fluvio naſcuntur, priusquam is ad urbem perveniat. Quin et alius quidam eſt fluvius in Tiberim trecentis et quinquaginta ſtadiis ab urbe prorumpens, quem Nar appellant, qui piſcem habet, antequam ad Tiberim perveniat, longe praeſtantiorem. Nam et ab ipſis ſtatim fontibus magnus oritur, et purus perpetuo declivi rapidoque fluxu

Ed. Chart. VI. [594.] Ed. Baſ. IV. (346.)

ταντες τὸ ῥεῦμα ἔχων καὶ ὀξὺ μέχρι τοῦ Τιβέρεως, ὡς μηδαμόθι μηδ' ἐπὶ βραχὺ λιμνάζειν. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ συνηθείας ἐμπειρίαν ἔχουσι τῶν ἐπιχωρίων ἰχθύων, οὐ δέονται τῶν εἰρημένων ἄρτι γνωρισμάτων εἰς τὴν διάγνωσιν αὐτῶν· ὅσοι δ' ἀήθεις εἰσίν, εἴτ' οὖν ἔξ ἄλλης πόλεως ἥκοντες, εἴτ' ἐπιχώριοι, τὰ τοιαῦτα προσεξεταζέτωσαν εὐθέως ἀπ' ἀρχῆς, πρὶν διὰ τῆς οἰκείας πείρας εἰς γνῶσιν ἀφικέσθαι τῆς φύσεως ἑκάστου τῶν ἰχθύων. ἐχρῆν οὖν οὐχ ἁπλῶς μεμνημονευκέναι τῶν ἁπαλοσάρκων ἰχθύων ἁπάντων ἅμα τὸν Φιλότιμον, οὐδ' ἀναμίξαι τοῖς ἄλλοις τοὺς πετραίους ἀδιορίστως. οὗτοι μὲν γὰρ ἄριστοι διαπαντὸς ὑπάρχουσιν, οὔτε δ' ὀνίσκος, οὔτε σμύραινα, καθάπερ οὐδ' οἱ κωβιοί. καὶ γὰρ τούτων ἔνιοι μὲν ἐν ποταμοῖς καὶ λίμναις, ἔνιοι δὲ ἐν θαλάττῃ γίγνονται, τινὲς δ' ἐν λιμνοθαλάσσαις καλουμέναις, ἢ ὅλως ἐν ἐπιμίκτοις ὕδασιν, ἔνθα ποταμοῦ μεγάλου στόμα συνάπτεται θαλάττῃ. πάμπολυ τοίνυν ἀλλήλων διαφέρουσιν οἱ κατὰ μέρος, ὥσπερ γε καὶ οἱ κέφαλοι καὶ αἱ σμύραιναι· καὶ οἱ ὀνίσκοι δὲ τούτων μὲν ἧττον, οὐ σμικρῷ δ' ἀλλήλων οὐδ'

in ipſum usque Tiberim proſluit, nusquam prorſus ne tantillum quidem reſtagnans. Porro qui propter conſuetudinem vernaculos piſces experientia habent exploratos, iis memoratis paulo ante indiciis ad ipſos dignoſcendos nihil opus fuerit; quibus vero eorum uſus eſt inſolitus, ſive ex alia civitate eo migrarint, ſive ſint incolae, haec omnia ſtatim initio expendant prius, quam a propria experientia ad cognitionem naturae ſingulorum piſcium adducantur. Non igitur oportebat Philotimum ſimpliciter de omnibus tenera carne praeditis piſcibus ſimul tractare, neque ſaxatiles aliis indiſcriminatim permiſcere: hi namque ſemper ſunt optimi; quod aſellis minime contingit, nec muraenis, ut ne gobioniſbus quidem. Etenim quidam ex his in fluviis et ſtagnis, alii autem in mari naſcuntur, alii in ſtagnis maritimis, quae vocant, aut omnino in aquis permixtis, ubi magni fluvii oſtium mari committitur. Plurimum certe particulatim inter ſe diſſident, ut mugil et muraena: aſelli vero his quidem minus, verumtamen hi quoque inter ſe non mediocriter

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 726 sur 889

Ed. Chart. VI. [394.] Ed. Baſ. IV. (346.)

οὗτοι παραλλάττουσιν. οὐ μὴν ὁμοίως γε μαλακὴν ἔχουσι σάρκα τούτοις καὶ τοῖς πετραίοις ἰχθύσιν οἱ κωβιοὶ, καθάπερ οὐδὲ σκινίδες ἢ σκίαιναι, διττῶς γὰρ ὀνομάζονται. περὶ δὲ τῶν κιθάρων καὶ πάνυ θαυμάζω τοῦ Φιλοτίμου· παραπλήσιος γὰρ ὢν ὁ ῥόμβος αὐτῶν μαλακωτέραν ἔχει τὴν σάρκα, τῶν ὀνίσκων ἀπολειπόμενος οὐκ ὀλίγῳ. καὶ τούτους οὖν καὶ τοὺς ἠπάτους καλουμένους καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσους ἔμιξε τοῖς πετραίοις τε καὶ τοῖς ὀνίσκοις ὁ Φιλότιμος, ἐν τῷ μέσῳ καθεστηκέναι γίνωσκε τῶν θ' ἁπαλοσάρκων καὶ τῶν σκληροσάρκων. οὔπω μὲν γάρ εἰσι σκληρόσαρκοι, τῶν ἀκριβῶς δὲ ἁπαλοσάρκων ἀπολείπονται. παρέλιπε δ' ἐν τούτοις ὁ Φιλότιμος καὶ τὸ βούγλωττον, ὥσπερ ἐν τοῖς πετραίοις τὸν σκάρον, εἰ μή τι ἄρα τῷ τῆς ψήττης ὀνόματι καὶ κατὰ τῶν βουγλώττων ἐχρήσατο. παραπλήσια μὲν γάρ πώς ἐστιν, οὐ μὴν ἀκριβῶς ὁμοειδῆ βούγλωττόν τε καὶ ψῆττα· μαλακώτερον γάρ ἐστι καὶ ἥδιον εἰς ἐδωδὴν καὶ παντὶ βέλτιον τὸ βούγλωττον τῆς ψήττης. ἀλλὰ καὶ οἱ σαῦροι μέσοι πώς εἰσι τῶν ἁπαλοσάρκων τε καὶ σκληροσάρκων. οὐ μὴν δεῖταί γέ τις

discrepant. Caeterum gobiones non perinde mollem ac illi et saxatiles pisces carnem habent, veluti nec umbrae, quae σκινίδες aut σκίαιναι duplici nomine appellantur. Quod vero ad citharos attinet, Philotimum vehementer miror: quibus quum rhombus sit assimilis, carnem tamen habet ipsis molliorem, quum interim asellis longe sit inferior. Et hos igitur et alios, quos vocant jecorarios, atque alios, quos Philotimus saxatilibus et asellis permiscuit, scito in medio esse piscium durae carnis ac mollis: nam nondum durae quidem carnis sunt, et ab iis, qui exacte sunt molles, relinquuntur: quibus et soleam Philotimus non annumeravit, ut nec saxatilibus scarum, nisi sane passeris nomine soleam intelligat: similes enim quodammodo inter se sunt passer et solea, non tamen omnino ejusdem sunt speciei: solea enim mollior est et cibo suavior ac in totum praestantior quam passer: quin et lacerti medii quodammodo sunt inter pisces carnis mollis ac durae: nullus tamen memoratorum piscium

Ed. Chart. VI. [394.] Ed. Baſ. IV. (346. 347.)

τῶν εἰρημένων ἰχθύων οὔτ' ὄξους, οὔτε νάπυος, οὔτ' ὀριγάνου, καθάπερ οἱ λιπαροὶ καὶ γλίσχροι καὶ σκληροί. καὶ μέντοι καὶ χρῶνταί τινες μὲν ταγηνίζοντες αὐτούς, τινὲς δὲ ὀπτῶντες, οἱ δὲ ἐν ταῖς λοπάσι σκευάζοντες, ὥσπερ τοὺς ῥόμβους τε καὶ κιθάρους. ἀλλ' αἱ μὲν τῶν μα(347)γειρικῶν λοπάδων σκευασίαι τοὐπίπαν ἀπεψίας εἰσὶν αἴτιαι, κάλλισται δ' εἰσὶν εἰς πέψιν αἱ διὰ τοῦ λευκοῦ ζωμοῦ. γίγνεται δὲ οὕτως, ὅταν, ὕδατος δαψιλοῦς ἐμβληθέντος, ἐλαίου τις αὐταρκες ἐπιχέας, ἀνήθου τε καὶ πράσου μικρὸν, εἶθ' ἡμιέφθους ποιήσας, ἐπιβάλλῃ τοσοῦτον ἁλῶν, ὡς μηδέπω φαίνεσθαι τὸν ὅλον ζωμὸν ἁλμυρόν. αὕτη καὶ τοῖς νοσηλευομένοις ἐπιτήδειος ἡ σκευασία, τοῖς δ' ἀμέμπτως ὑγιαίνουσι καὶ ἡ διὰ τοῦ ταγήνου, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ τῶν ἐπὶ τῆς ἐσχάρας ὀπτηθέντων. ἀλλ' αὕτη μὲν ἐλαίου καὶ γάρου δεῖται μετὰ βραχέος οἴνου, τοῖς δὲ ταγηνισθεῖσιν ἁρμόττει πλέον ἔχειν ἢ κατὰ τούτους οἴνου τε καὶ γάρου, βραχέος ἐπιχυθέντος ἐλαίου. τοῖς δ' ἀνατρεπομένοις ἐπὶ τῷδε τὸν στόμαχον ἕτοιμον ἔστω παρακείμενον ὄξος ὀλίγον ἔχον ἐν ἑαυτῷ γάρου τε καὶ πεπέρεως. μεταβαίνοντες γὰρ ἐπὶ τὴν διὰ τούτων ἐδω-

aceto, aut ſinapi, aut origano indiget, veluti pingues, lenti ac duri. Quidam etiam frixis iis in ſartagine veſcuntur, alii aſſant, aut in patinis condiunt, ut rhombos et citharos. Verum hi coquorum in patinis apparatus cruditatis in totum ſunt cauſae. Ad coquendum autem ſunt praeſtantiſſimi, qui ex albo jure fiunt, quod ad hunc modum fit. Copioſam aquam primum injice: deinde olei quod ſatis ſit affundito cum pauco anethi et porri: deinde, quum piſces ſemicocti fuerint, ſalis tantum inſpergito, quoad totum jus ſalſum nondum appareat. Haec praeparatio vel aegrotis ipſis eſt accommoda. Quibus vero inculpata eſt ſanitas, iis piſcium in ſartagine frixorum, ſecundo loco ſuper craticula aſſorum praeparatio eſt accommoda: verum haec ſane oleum garumque cum pauco vino expoſcit, frixis vero plus vini garique addere convenit, minus olei. Quod ſi quibus id ſtomachum ſubvertat, paratum habeant acetum, modicum in ſe gari piperisque continens: qui enim ad id condimen-

Ed. Chart. VI. [394. 395.] Ed. Baſ. IV. (347.)

δὴν ἄμεινόν τε πέττουσι καὶ πρὸς τὴν διαχώρησιν οὐδὲν βλάπτονται, [395] δι' ἣν μάλιστά τινες ἐξ οἴνου καὶ γάρου ταγηνισθέντα προσφέρονται, πεπέρεως μὲν ἐπεμβάλλοντες οἱ πλείους, ὀλίγοι δ' ἐλαίου. τινὲς δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ἰχθύων, ἐπειδὰν ταγηνισθῶσιν, ὀλίγοις ἅλσὶ περιπασθέντες ἡδιστοί τε ἅμα βρωθῆναι καὶ πεφθῆναι γίνονται βελτίους, εὐστομαχώτεροί τε πάσης ἄλλης σκευασίας. ἁπάντων δὲ τῶν εἰρημένων ἰχθύων ἡ τροφὴ καλλίστη τοῖς τε μὴ γυμνασαμένοις ἐστὶ καὶ γέρουσι καὶ ἀσθενέσι καὶ τοῖς νοσηλευομένοις· οἱ γυμναζόμενοι δὲ τροφιμωτέρων ἐδεσμάτων δέονται, περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. λέλεκται δ' ἤδη πολλάκις ἡ μαλακὴ καὶ ψαθυρὰ τροφὴ πρὸς ὑγείαν ὑπάρχειν ἀρίστη, διότι καὶ εὐχυμοτάτη πασῶν ἐστιν· οὐδὲν δ' εὐχυμίας εἰς ὑγείαν ἀσφαλὲς μεῖζον ἐφόδιον.

Κεφ. λά'. [Περὶ τῶν σκληροσάρκων ἰχθύων.] Καὶ περὶ τούτων ἔγραψεν ὁ Φιλότιμος κατὰ λέξιν οὕτως ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τροφῆς· δράκοντές τε καὶ κόκκυγες, καὶ γαλεώνυμοι καὶ σκορπίοι καὶ φάγροι, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ

tum tranſeunt, melius concoquunt et dejectio nihil eis deterius procedit: cujus potiſſimum gratia ex vino et garo quidam frixos piſces mandunt, plerisque piper immittentibus, paucis oleum. Nonnulli autem ex memoratis piſcibus, quum frixi fuerint, pauco ſale inſperſi in cibo ſimul ſunt ſuaviſſimi: praeterea ad coquendum fiunt meliores ac ſtomacho utiliores, quam ſi alio quovis modo eſſent apparati. Omnium autem memoratorum piſcium alimentum hominibus otioſis, ſenibus, imbecillibus et aegrotis eſt accommodatiſſimum: qui vero corpus exercent, cibos poſtulant firmiores, de quibus ſupra diſſeruimus. Diximus autem ſaepenumero, molles et friabiles cibos ad ſanitatem maxime conferre, quod ii omnium optimi ſint ſucci: nihil enim eſt, quod ad firmam valetudinem tuendam adeo conferat, quam ſuccus bonus.

Cap. XXXI. [De piſcibus durae carnis.] De his quoque in ſecundo de alimentis Philotimus ad verbum ſic ſcripſit: *Dracones, cuculi, muſteli, ſcorpii, pagri, ad haec*

Ed. Chart. VI. [395.] Ed. Baſ. IV. (347.)

τραχοῦροι καὶ τρίγλαι καὶ πάλιν ὀρφοί τε καὶ γλαῦκοι, καὶ σκάροι, καὶ κύνες, καὶ γόγγροι, καὶ λαμίαι, καὶ ζύγαιναι, καὶ πάντες οἱ σκληρόσαρκοι δυσκατέργαστοί τ' εἰσὶ καὶ παχεῖς, καὶ ἁλυκοὺς ἀναδιδάσι χυμούς. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Φιλοτίμου ῥῆσις. ἐπισκεψώμεθα δ' ἕκαστον τῶν κατ' αὐτὴν εἰρημένων ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. οἱ μὲν οὖν δράκοντες καὶ οἱ κόκκυγες ἐναργῶς ἅπασι φαίνονται τοῖς προσενεγκαμένοις αὐτοὺς σκληρὰν ἔχοντες τὴν σάρκα. τῶν γαλεῶν δ' οὐχ ἓν εἶδός ἐστιν· ὁ γάρ τοι παρὰ Ῥωμαίοις ἐντιμότατος ἰχθὺς, ὃν ὀνομάζουσι γαλεξίαν, ἐκ τοῦ τῶν γαλεῶν ἐστι γένους, ὃς οὐδὲ γεννᾶσθαι δοκεῖ κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θάλασσαν, καὶ κατὰ τοῦτό γε καὶ ὁ Φιλότιμος αὐτὸν ἠγνοηκέναι φαίνεται. γέγραπται μέντοι διττῶς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοὔνομα, γαλεοὶ μὲν ἐν τρισὶ συλλαβαῖς κατ' ἔνια, γαλεώνυμοι δὲ ἐν πέντε κατ' ἄλλα. καὶ δηλονότι τῶν ἁπαλοσάρκων ἐστὶν ὁ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἔνδοξος γαλεξίας, οἱ δ' ἄλλοι γαλεοὶ σκληρόσαρκοι μᾶλλόν εἰσι. σκορπίους δ' ἐφεξῆς καὶ τραχούρους καὶ τρίγλας, ὀρφούς τε καὶ γλαύκους ὁ Φιλότιμος ἐν τοῖς σκληροσάρκοις

trachuri, et muli, ac rurſum cernuae, glauci, ſcari, canes, congri, ac lamiae, libellae, omnesque durae carnis piſces aegre conficiuntur, ſuccosque oraſſos et ſalſos in corpus diſtribuunt. Haec quidem Philotimi ſunt verba; nos vero ſingula ejus dicta ab ipſo initio expendamus. Dracones quidem ac cuculi omnibus iis, qui ipſis veſcuntur, duram habere carnem manifeſte apparent. Muſtelorum vero non una eſt ſpecies; nam qui piſcis apud Romanos in maximo eſt pretio, quem galexiam appellant, ex genere eſt muſtelorum: qui neque in Graeco quidem mari usquam naſci videtur: quae cauſa eſt, cur Philotimus ipſum ignoraſſe videatur. Hoc tamen nomen in exemplaribus dupliciter ſcriptum invenitur; in quibusdam enim *γαλεοὶ* per tres ſyllabas, in aliis *γαλεώνυμοι* per quinque. Et liquet ſane, celebrem illum apud Romanos galexiam in eorum numero, qui molli carne conſtant, eſſe habendum: reliqui vero muſteli dura magis carne ſunt praediti. Deinceps autem Philotimus ſcorpium, trachurum, mulum, cernuam, glaucum,

Ed. Chart. VI. [395.] Ed. Baſ. IV. (347.)

ὀρθῶς καταλέγει· σκάρους δ' αὐτοῖς συγκαταριθμῶν ἁμαρτάνει, τῶν πετραίων ἰχθύων ὄντας. ἔξης δὲ κύνας ἔγραψεν, οὓς ἐν τοῖς κητώδεσιν ἐχρῆν ἀριθμεῖσθαι, σκληρὰν καὶ περιττωματικὴν ἔχοντας τὴν σάρκα, καὶ διὰ τοῦτο τεμαχιζομένους τε καὶ ταριχευομένους, ἐδωδήν τε ὄντας ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων· καὶ γὰρ ἀηδεῖς εἰσι καὶ βλεννώδεις, καὶ διὰ τοῦτα καὶ διὰ νάπυός τε καὶ ὀξελαίου καὶ τῶν οὕτω δριμέων ὑποτριμμάτων αὐτοὺς ἐσθίουσιν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ γένους εἰσὶ καὶ φάλαιναι καὶ δελφῖνες καὶ φῶκαι· πλησίον δ' αὐτῶν ἥκουσι καὶ οἱ μεγάλοι θύννοι, καίτοι τῇ γ' ἡδονῇ τῆς ἐδωδῆς οὐχ ὁμοίοι τοῖς προειρημένοις ὄντες· ἀηδεῖς γὰρ ἐκεῖνοι καὶ μάλιστα πρόσφατοι, ταριχευθέντες δ' ἀμείνους γίνονται. τῶν δ' ἐλαττόνων θύννων κατά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ μέγεθος οὔθ' ἡ σὰρξ ὁμοίως σκληρά, καὶ πεφθῆναι δηλονότι βέλτιους εἰσί· καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον αἱ πηλαμίδες, αἳ καὶ ταριχευθεῖσαι τοῖς ἀρίστοις ταρίχοις ἐναμιλλοι γίγνονται. πλεῖσται δ' ἐκ τοῦ Πόντου κομίζονται, τῶν ἐκ τῆς Σαρδοῦς καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἰβηρίας μόνων ἀπολειπόμεναι. ἐντιμότατον γὰρ δὴ τοῦτο

inter durae carnis piſces recte connumerat, in eo autem peccat, quod ſcarum (qui piſcis eſt ſaxatilis) illis accenſet. Poſt haec autem canem aſcribit, quem in cetaceorum genere numerare oportebat, ut qui carnem duram habeat atque excrementitiam. Quapropter ipſo in partes ſecto ac ſalito vulgares homines veſcuntur; ingrati enim eſt ſaporis ac mucoſus, ideoque cum ſinapi et oxelaeo atque id genus acribus condimentis eum mandunt. Ex hoc item genere ſunt balaenae et delphini et phocae. Ad quos proxime magni thunni accedunt: quanquam non aeque ac praedicti in cibo ſunt jucundi; inſuaves enim ſunt hi, et praeſertim recentes, nam ſalſi evadunt meliores. Thunnorum autem caro, qui et aetate et corporis mole ſunt minores, non perinde dura eſt, eoque hi facilius quoque concoquuntur: et iis adhuc magis pelamides, quae ſale conditae laudatiſſimis ſalſamentis non cedunt. Plurimae hae ex Ponto advehuntur, iis duntaxat, quae ex Sardinia atque Iberia importantur, inferiores. Hoc namque ſalſamentum jure in ſummo

Ed. Chart. VI. [395. 396.] Ed. Baſ. IV. (347.)

τὸ τάριχος εἰκότως ἐστὶν ἡδονῆς τε καὶ μαλακότητος ἕνεκα τῆς σαρκὸς, ὀνομάζεται δὲ συνήθως ὑπὸ τῶν πάντων ἤδη τὰ τοιαῦτα ταρίχη σάρδα. [396] μετὰ δὲ σάρδας τε καὶ πηλαμίδας οἱ ἐκ τοῦ Πόντου κομιζόμενοι μύλοι μᾶλλον τετίμηνται, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ κορακῖνοι. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν παρέργῳ περὶ τῶν ταριχευθέντων ἰχθύων εἰρήσθω. ζυγαινῶν δὲ καλῶς ἐμνημόνευσεν ὁ Φιλότιμος ἐν τοῖς σκληροσάρκοις· ἐχρῆν δὲ καὶ τῆς ἀηδίας αὐτῶν μεμνῆσθαι, καθάπερ γε καὶ τῶν ἄλλων, οὓς ὅλως παρέλιπε. γόγγρους δὲ καὶ φάγρους καὶ λαμίας καὶ ἀετοὺς ὀρθῶς εἶπε σκληροσάρκους εἶναι. καὶ ἄλλοι δέ τινες, ὡς αὐτὸς ἔφη, τῶν σκληροσάρκων ἰχθύων εἰσὶν, ὧν οὐκ εἶπε τὰς προσηγορίας, ὅτι μηδ' ἐν πολλῇ χρήσει τοῖς ἀνθρώποις εἰσίν· ὅθεν ἄμεινόν ἐστιν ἐπισκέψασθαι περὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν, ἐάσαντας τὰς προσηγορίας. ὅτι μὲν οὖν οἱ σκληρόσαρκοι δυσκατεργαστότεροι τῶν μαλακοσάρκων εἰσὶν, ὀρθῶς εἶπεν ὁ Φιλότιμος. ἥ|τε γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ πέψις, ἥ τε καθ' ἕκαστον τῶν τρεφομένων μορίων ἐξομοίωσις ἐπὶ μὲν τοῖς μαλακωτέροις ῥᾴων ἐστὶν,

pretio habetur tum propter voluptatem, tum propter carnis mollitiem: vocatur autem paſſim uſitato nomine falſamentum Sardicum. Poſt ſardas autem ac pelamides myli, qui ex Ponto afferuntur, praecipue commendantur, poſt ipſos vero ſunt graculi. Haec itaque velut obiter de ſalitis piſcibus ſint dicta. Libellarum porro haud perperam Philotimus inter piſces durae carnis meminit; verum una etiam earum inſuavitatis mentionem facere oportebat, ceu aliorum quoque, quos omnino praetermiſit; congrum vero, pagrum, lamiam et aquilam recte duram carnem habentibus annumeravit. Suntque alii quidam piſces, ut ipſe inquit, durae carnis, quorum nomina ſuppreſſit, quod eis homines raro utantur; quare ſatius eſt nos quoque, omiſſis nominibus, ipſorum facultates inquirere. Haud ergo male cenſuit Philotimus, durae carnis piſces aegrius quam mollis confici. Siquidem tum concoctio, quae in ventriculo fit, tum in ſingulis corporis partibus alendis aſſimilatio in molioribus quidem facilius, in durioribus vero aegrius fit.

Ed. Chart. VI. [396.] Ed. Baſ. IV. (347.)

ἐπὶ δὲ τοῖς σκληροτέροις γαλεπωτέρα. γίγνεται γὰρ ἀλλοιουμένων αὐτῶν ταῦτα, ῥᾷον δ' ἀλλοιοῦνται τὰ μαλακώτερα, διότι καὶ πάσχειν ἑτοιμότερα· πάθος δ' ἐστὶ τῶν ἀλλοιουμένων ἡ ἀλλοίωσις. ὀρθῶς οὖν εἶπεν αὐτοὺς δυσκατεργάστους εἶναι, ὀρθῶς δὲ καὶ παχέος χυμοῦ γεννητικούς· ἡ μὲν γὰρ σκληροτέρα τροφὴ παχυτέραν ἔχει τὴν οὐσίαν, ἡ δὲ μαλακωτέρα λεπτοτέραν. εἰ δὲ καὶ ἁλυκοὺς ἡ σκληρὰ τροφὴ τοὺς χυμοὺς ἐργάζεται, σκεπτέον ἐφεξῆς. ὁ μὲν γὰρ Φιλότιμος, ὥσπερ γε καὶ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Πραξαγόρας, τὸν ἁλυκὸν χυμὸν ἐκ τῶν ἐπὶ πλέον θερμαινομένων γίγνεσθαί φησιν. ἐμοὶ δ' οὐχ ἁπλῶς δοκεῖ δεῖν ἀλλὰ μετὰ διορισμοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν. ἐπεὶ δὲ κοινὸς ὁ λόγος ἐστὶν ἁπάντων τῶν σκληρῶν ἐδεσμάτων, ἴδιον αὐτῷ κεφάλαιον ἀποδόντες ἐφεξῆς σκεψόμεθα.

Κεφ. λβ'. [Περὶ τοῦ, εἰ τὰ σκληρὰ πάντα κατὰ τὴν ἔψησιν ἁλυκοὺς γεννᾷ χυμούς.] Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἰχθύων τῶν σκληροσάρκων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐδεσμάτων, ὅσα σκληρά, Πραξαγόρας καὶ Φιλότιμος οἴονται τὸν

Illa namque fiunt, quum haec alterantur: porro, quae molliora ſunt, ea facilius alterantur, quod facilius etiam patiantur: eorum autem, quae alterantur, paſſio eſt alteratio. Proinde recte dixit, piſces durae carnis aegre confici: recte etiam, craſſum ſuccum gignere: durior namque cibus craſſiorem habet ſubſtantiam, ut mollior tenuiorem. An vero ſalſum quoque ſuccum dura cibaria procreent, deinceps erit conſiderandum. Philotimus namque, ut et ejus praeceptor Praxagoras, ſalſum ſuccum ex iis, quae ſupra modum caleſiunt, generari tradit. Mihi vero non ſimpliciter, ſed cum diſtinctione id pronunciandum videtur. Quoniam vero ſermo hic ad omnia dura cibaria communiter pertinet, proprio illum capite ſeorſum deinceps diſcutiemus.

Cap. XXXII. [An dura omnia per decoctionem ſalſos ſuccos gignant.] Non ſolum in piſcibus durae carnis, ſed in aliis etiam omnibus duris cibis Praxagoras et Philo-

Ed. Chart. VI. [396.] Ed. Baſ. IV. (347. 348.)

ἅλυκὸν γεννᾶσθαι χυμὸν ἐν ταῖς ἐπὶ πλέον ἑψήσεσιν, ὀνομάζουσι δ' αὐτὸν οὐχ ἅλυκὸν μόνον ἢ ἁλμυρὸν, ἀλλὰ καὶ νιτρώδη. ἐγὼ δ' ὁρῶ τὸ μὲν ἀφέψημα τῶν πλείστων, εἰ δὲ βούλει καὶ πάντων, ἐφ' ὅσον ἂν ἕψηται χρόνον, ἁλυκώτερον ἀεὶ γινόμενον, ὕστερον δέ ποτε καὶ πικρὸν, ὡς αὐτοὶ βούλονται, τὸ μέντοι στερεὸν σῶμα, τὸ κατὰ τὸ ὕδωρ ἑψηθὲν, ἀποτιθέμενον ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχούσας αὐτῷ ποιότητας, (348) ὡς ἐν τῷ χρόνῳ τὸ καλούμενον ἄποιόν τε καὶ ὑδατῶδες γίνεσθαι, μήθ' ἁλυκότητος ἔχον τι, μήτε πικρότητος, ἢ δριμύτητος, ἢ στύψεως. ἐναργέστερον δ' εἴσῃ τοῦ λεγομένου τὴν ἀλήθειαν, ἐάν ποτε εἰς ἄλλο μεταβάλλων ὕδωρ ἕψῃς, ὅπερ ἂν θέλῃς. εὑρήσεις μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ ἑψόμενον ἀποβαλὸν τὴν οἰκείαν ποιότητα, τὸ δὲ ὕδωρ ἐπιδεχόμενον αὐτήν. θέρμοι μὲν οὖν, τῶν Δημητρίων ἐδεσμάτων ὄντες, πικρὸν ἐργάζονται τὸ ὕδωρ, ὅτι καὶ αὐτοὶ τὴν πικρὰν ποιότητα σύμφυτον ἔχουσιν· οὕτω δὲ καὶ ὄροβοι καὶ ἀψίνθιον, καὶ ἀβρότονον τε καὶ πόλιον, ὅσα τ' ἄλλα πικρά· τὸ σῶμα δ' αὐτὸ τὸ ἀφεψηθὲν ἧττον φαίνεται πικρόν. εἰ δὲ καὶ με-

timus ſalſum humorem ex diuturniori decoctione gigni arbitrantur: quem non ſalſum modo, ſed etiam nitroſum appellant. Equidem comperio, plurimorum, aut, ſi vis, etiam omnium decoctum, quamdiu coquitur, ſalſius ſemper evadere, poſt autem aliquando (ut et ipſi volunt) amarum. Nam corpus ipſum ſolidum, quod in aqua elixatur, qualitates, quae initio ſibi inerant, in ea deponit, ita ut tandem inſipidum, quod vocant, et aquoſum evadat, neque quicquam ſalſedinis, aut amaritudinis, aut acrimoniae, aut aſtrictionis habeat. Clarius autem hujusce rei veritatem intelliges, ſi quando, quod elixas, in aliam aquam transfuſum rurſus elixaveris; invenies namque id, quod decoquitur, propriam amiſiſſe qualitatem, aquam autem eam in ſe recepiſſe. Quamobrem lupini, qui ex Cerealibus ſunt cibis, aquam amaram efficiunt, quod et ipſi qualitatem amaram habeant congenitam: ſic et ervum et abſinthium, abrotonum, polium, et alia omnia amara: at ſolidum corpus, quod decoquitur, minus amarum apparet. Quod ſi in aliam aquam transfun-

Ed. Chart. VI. [396. 397.] Ed. Baſ. IV. (348.)

ταβάλλων εἰς ἕτερον ὕδωρ αὐτὰ πάλιν ἕψήσεις, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἢ πρόσθεν εὑρήσεις ἀποβεβληκότα τὴν πικρότητα, κἂν εἰ τρίτον ἢ τέταρτον [397] εἰς ὕδωρ ἕτερον μεταβάλλοις, ἔτι μᾶλλον ἢ πρόσθεν, ὥστ' ἐν τῷ χρόνῳ πᾶσαν ἀποθέσθαι τὴν πικρότητα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅσα δριμέα, καθάπερ σκόροδα καὶ κρόμμυα καὶ πράσα, τὸ μὲν ὕδωρ, ἐφ' ᾧπερ ἂν ἑψηθέντα τύχῃ, σαφῶς δριμὺ ἐργάζεται, τὴν δὲ αὐτῶν οὐσίαν ἧττον ἔχει δριμεῖαν· εἰ δ' ἄλλοτε εἰς ἄλλο μεταβάλλοις ὕδωρ αὐτά, παντάπασιν ἀποτίθεται τὴν δριμύτητα. καὶ μὴν καὶ τὰ μῆλα τὰ στρυφνά, μέσπιλά τε καὶ ἀχράδες, εἰς ὅσον ἂν ἕψωνται, γλυκύτερα μὲν αὐτὰ γίνεται, τὸ ἀφέψημα δὲ στρυφνὸν ἀπεργάζεται. τοὺς χυλοὺς δ' αὐτοὺς μόνους ἂν ἑψήσῃς, ἁλυκώτεροι μὲν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ καὶ πικροὶ γίνονται. διὸ περὶ μὲν τῶν χυλῶν συγχωρητέον ἐστὶ τῷ τε Πραξαγόρᾳ καὶ τῷ Φιλοτίμῳ γινώσκουσιν, ὡς εἴρηται, περὶ δὲ τῶν στερεῶν σωμάτων ἔμπαλιν ἔχειν ἡγητέον. εἰ γὰρ, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἐκ τοῦ πρώτου μεταβάλλοι τις εἰς δεύτερον ὕδωρ αὐτὰ, καὶ

dens rurſus (ut paulo ante dixi) decoxeris, magis etiam quam ante amarorem abjeciſſe deprehendes. Quod ſi tertio aut quarto in aliam aquam transfuderis, magis adhuc id accidet, quam prius, adeo ut tandem omnem prorſus amaritudinem deponat. Ad eundem modum quae acria ſunt, ut allium, caepa, porrum, aquam, in qua elixa fuerint, manifeſte acrem efficiunt, ſuum autem proprium corpus minus acre habent. Quod ſi ſubinde in aliam aquam transmutaris, omnem prorſus acrimoniam deponent. Quin etiam mala acerba, meſpila et pira ſylveſtria, quanto magis coquas, tanto dulciora ipſa efficias, ipſum vero decoctum acerbum efficitur: ſi vero ſuccos ipſos ſolos per ſe coxeris, primum quidem ſalſiores, poſtea autem amari etiam fiunt. Quamobrem, quod ad ſuccos attinet, Praxagoram ac Philotimum recte ſenſiſſe (ut diximus) eſt concedendum; de ſolidis vero corporibus res aliter habet, ac cenſuerunt. Nam ſi, ut paulo ante diximus, ex prima aqua in ſecundam ipſa trans-

Ed. Chart. VI. [397.] Ed. Baſ. IV. (348.)

μετ' ἐκεῖνο πάλιν εἰς τρίτον, ἢ καὶ τέταρτον, ἀποβάλλοντα τελέως εὑρήσει τὸν ἐξ ἀρχῆς χυμὸν, ὡς γενομένοις ὑδατώδη τε καὶ ἄποια φαίνεσθαι· μὴ μεταβληθέντων δ' εἰς ἕτερον, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἁλυκώτερον μὲν πρῶτον, ὕστερον δὲ καὶ πικρὸν γενέσθαι τὸ ἀφέψημα. μάλιστα δὲ ὁ ζωμὸς ἐξηπατηκέναι μοι τοὺς περὶ τὸν Πραξαγόραν φαίνεται ἁλυκώτερος ἐν τῷ τῆς ἑψήσεως χρόνῳ γινόμενος, οὐκ ἐννοοῦντας, ὡς, ἁλῶν ἢ γάρου κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἄρτυσιν ἐμβεβλημένων εἰς τὸ ὕδωρ, ἀναγκαῖόν ἐστι, προερχομένης τῆς ἑψήσεως, ἁλυκώτερον ἑαυτοῦ γίνεσθαι τὸν χυμὸν, ὥσπερ εἰ καὶ χωρὶς τοῦ ἕτερον ἐμβαλεῖν τι σῶμα βραχύτατον ἁλῶν ἀναμίξαις ὕδατι καθαρῷ τε καὶ γλυκυτάτῳ· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο θερμαινόμενον ἁλυκώτερον γίνεται. καὶ τί θαυμαστόν; αὐτὸ γὰρ ἐπὶ πλέον ἑψόμενον ὕδωρ τὸ κάλλιστον ἁλυκὴν ἐν τῷ χρόνῳ ποιότητα προσλαμβάνει.

Κεφ. λγ'. [Περὶ τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων.] Ἐπειδὴ τὸ περιέχον ὅλον τὸ σῶμα καθάπερ ἀμφίεσμά τι σύμφυτον ἑκάστῳ καλεῖται δέρμα, κατ' ἀναλογίαν δ' αὐτῷ τὸ

feras, et poſt illam rurſus in tertiam, aut etiam quartam, comperies, ea prorſus priorem ſuccum depoſuiſſe, adeo ut deguſtantibus aquea inſipidaque appareant; quod ſi aquam non mutes, primo quidem decoctum neceſſario ſalſius apparebit, poſtea vero amarum. Verum jus ipſum in primis Praxagoram feſelliſſe videtur, quod per elixationem ſalſius redditur, non intelligentem, quod, ſale aut garo ſtatim initio conditurae in aquam injecto, neceſſario procedente coctione ſuccus ſalſior quam ante efficitur; quemadmodum etiam, ſi, nulla alia re immiſſa, purae ac dulciſſimae aquae ſalis minimum permiſceas; nam ea quoque ferveſacta ſalſior redditur. Et quid mirum, quum ipſa aqua optima diutius decocta ſalſam qualitatem tandem aſſumat?

Cap. XXXIII. [De animalibus, quibus teſta pro cute eſt.] Quum id, quod totum corpus ceu veſtimentum quoddam cuique nativum ambit, cutis appelletur, eique buccina-

Ed. Chart. VI. [597.] Ed. Baſ. IV. (348.)

κατὰ τοὺς κήρυκας ἐστι καὶ τὰς πορφύρας, ὄστρεά τε καὶ χήμας, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, διὰ τοῦτο καλοῦσιν ὀστρακόδερμα ταῦτα τὰ ζῶα. σαφῶς οὖν ὀστράκῳ παραπλήσιον ἢ λίθῳ τὸ ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον σκέπασμά ἐστι. κοινὸν μὲν οὖν ἁπάντων τῶν τοιούτων ἁλυκὸν χυμὸν ἔχειν ἐν τῇ σαρκὶ, λαπακτικὸν τῆς γαστρός· ἴδιον δ' ἑκάστῳ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τούτῳ κατά τε ποιότητα καὶ ποσότητα. τὰ μὲν γὰρ ὄστρεα μαλακωτάτην ἔχει τῶν ἄλλων ὀστρακοδέρμων τὴν σάρκα, τὰ δὲ σμικρὰ χημία καὶ οἱ σφόνδυλοι καὶ οἱ σωλῆνες καὶ αἱ πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτ' ἐστὶ, σκληράν. εἰκότως οὖν ὑπάγει μὲν ἐκεῖνα τὴν γαστέρα μᾶλλον, ἧττονα τροφὴν διδόντα τῷ σώματι· τὰ δὲ σκληρότερα δυσπεπτότερα μέν ἐστι, τρέφει δὲ μᾶλλον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕψεται πάντα, τὰ δὲ ὄστρεα χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίουσιν, ἔνιοι δὲ καὶ ταγηνίζουσιν. ὥσπερ δὲ δύσπεπτον ἔχει τὴν σάρκα τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων· οὕτως καὶ δυσδιάφθαρτον· αἱρούμεθά τε καὶ διὰ τοῦτο διδόναι πολλάκις αὐτὰ

rum, purpurarum, oſtreorum, hiatularum et aliorum id genus tegumentum proportione reſpondeat, idcirco haec animalia oſtracoderma appellant: tegumentum enim, quod extrinſecus ipſis eſt circumdatum, teſtae aut lapidi palam eſt ſimile. Omnibus porro ejusmodi eſt commune, ut ſalſum in carne ſuccum contineant, qui alvum ſubducit; quod ſeorſum unicuique magis minusve ineſt pro qualitatis ac quantitatis ratione. Siquidem oſtrea inter alia teſtacea carnem habent molliſſimam; parvae autem hiatulae, vertebrae, ungues, purpurae, buccinae omniaque hujusmodi duram. Non abs re igitur oſtrea quidem alvum valentius ſubducunt, corpus autem imbecillius nutriunt; duriora vero difficilius quidem concoquuntur, ſed magis nutriunt. Verum haec quidem omnia elixantur; oſtrea vero citra elixationem mandunt; quidam autem etiam in ſartagine frigunt. Quemadmodum autem ex teſtaceis animalibus quae dura ſunt carnem ad coquendum, ita etiam ad corrumpendum habent difficilem; ob eamque cauſam ea ſaepe iis exhibemus, qui-

Ed. Chart. VI. [397. 398.] Ed. Baf. IV. (348.)

τοῖς διαφθείρουσιν ἐν τῇ κοιλίᾳ τὴν τροφὴν ὑπὸ κακοχυμίας, ἤτοι γ' ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὴν καταῤῥεούσης, ἢ περιεχομένης ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτῆς. [398] ἔχει δὲ πάντα μὲν, ὡς εἶπον, ἁλυκὸν χυμὸν, ὑπακτικὸν τῆς γαστρὸς, ἧττονα μέντοι τῶν ὀστρέων τὰ σκληρόσαρκα. διὸ καὶ δίδομεν αὐτὰ τοῖς διαφθείρουσι τὴν τροφὴν, ἕψοντες δὶς καὶ τρὶς ἐν ὕδατι καλλίστῳ, μεταθέντες εἰς τὸ καθαρὸν, ὅταν ἤδη τὸ πρότερον ἁλμυρὸν φαίνηται. γίνεται δ' ἐξ αὐτῶν ὁ καλούμενος ὠμὸς χυμὸς πάμπολυς, ἐκ δὲ τῶν μαλακοσάρκων τὸ φλέγμα. καθάπερ οὖν, ἀποθεμένων αὐτῶν τὸν ἁλυκὸν χυμὸν, ὥσπερ ἡ σὰρξ δύσφθαρτος, οὕτω καὶ σταλτικὴ γίνεται τῆς γαστρὸς, ὡσαύτως, εἰ ἀρτύσας δι' ἁλῶν ἢ γάρου, καθάπερ εἰώθασι τὰς χήμας, ἐκπίοι τις τὸν γενόμενον χυλὸν, ὑπαχθήσεται μὲν ἡ γαστὴρ ἱκανῶς, οὐδεμίαν δὲ τροφὴν ἐξ αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου λήψεται.

Κεφ. λδ'. [Περὶ τῶν μαλακοστράκων.] Ἀστακοὶ καὶ πάγουροι, καὶ καρκῖνοί τε καὶ κάραβοι, καὶ καρίδες καὶ καμμαρίδες, ὅσα τ' ἄλλα, λεπτὸν ἔχει τὸ περιέχον ὄστρακον, ὅμοια δὲ τῇ σκληρότητι τοῖς ὀστρακοδέρμοις ἧττον μὲν ἐκεί-

bus cibi in ventriculo ob pravos ſuccos corrumpuntur, ſive ex jecore in eum confluant, ſive in ipſius tunicis contineantur. Habent autem omnia, ut diximus, ſuccum ſalſum, ventri dejiciendo idoneum, ſed minus quae dura carne ſunt, quam oſtrea: proinde cibum corrumpentibus ea exhibemus bis terve in optima aqua elixantes et, quum prior ſalſa jam apparuerit, in aliam puram transferentes. Gignitur autem ex ipſis ſuccus crudus, quem vocant, plurimus, ut ex iis, quae molli ſunt carne, pituita. Quemadmodum igitur, quum ſuccum ſalſum exuerint, caro ipſorum corruptu eſt difficilis et alvum ſiſtit, ita, ſi quis ipſa ſale aut garo condierit (quo modo hiatulas ſolent) et ſuccum ex ipſis genitum ebiberit, venter quidem ei abunde dejicietur, corpus tamen nihil ex eo ſumet alimenti.

Cap. XXXIV. [De cruſtatis.] Aſtaci, paguri, cancri, locuſtae, carides, gammari ac id genus alia tenui teſta concluduntur, duritieque teſtaceis ſunt ſimilia, ſed minus,

Ed. Chart. VI. [398.] Ed. Baſ. IV. (348.)

νων ἔχει τὸν ἁλυκὸν χυμὸν, ἔχει δ' οὖν ὅμως οὐκ ὀλίγον. ἔστι δὲ σκληρόσαρκα κατὰ πάντα, καὶ διὰ τοῦτο δύσπεπτά τε καὶ τρόφιμα, προεψηθέντα δηλονότι κατὰ τὸ πότιμον ὕδωρ. ἔστι δὲ καὶ τούτων ἡ σὰρξ, ὥσπερ καὶ τῶν ὀστρέων, ἐπισχετικὴ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα, ὅταν ἐναπόθηται τῷ ὕδατι τὸν ἁλυκὸν χυμὸν, ὡς εἴρηται, προεψηθέντα. καὶ τοίνυν καὶ ταῦτα δύσφθαρτα τοῖς σκληροῖς τῶν ὀστρακοδέρμων ὡσαύτως ἐστί.

Κεφ. λέ. [Περὶ μαλακίων.] Μαλάκια καλεῖται τὰ μήτε λεπίδας ἔχοντα, μήτε τραχὺ μήτε ὀστρακώδες τὸ δέρμα, μαλακὸν δ' οὕτως, ὡς ἀνθρώποις. ἔστι δὲ ταῦτα πολύποδές τε καὶ σηπίαι καὶ τευθίδες, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἔοικεν. ἅπτομένῳ μὲν οὖν μαλακὸν φαίνεται, διὰ τὸ μήτε λεπιδωτὸν ἔχειν, μήτε τραχὺ, μήτε ὀστρακῶδες τὸ σκέπασμα· σκληρόσαρκα δ' ἐστὶ καὶ δύσπεπτα καὶ βραχὺν ἐν ἑαυτοῖς περιέχοντα τὸν ἁλυκὸν χυμόν. εἰ μέντοι πεφθείη, τροφὴν οὐκ ὀλίγην δίδωσι τῷ σώματι. πλεῖστον δ' οὖν καὶ ταῦτα τὸν ὠμὸν ἐργάζεται χυμόν.

quam illa, ſalſi humoris continent, quanquam eum habent ſatis multum. Dura in totum carne conſtant; ideoque et ad coquendum ſunt difficilia et firmi alimenti, quum ſcilicet in aqua potulenta cocta prius fuerint. Horum quoque caro, ut oſtreorum, quum cocta prius, ut dictum eſt, ſuccum ſalſum in aqua depoſuerit, alvum ſiſtit. Aegre etiam corrumpuntur, non ſecus ac teſtacea, quae duram habent carnem.

Cap. XXXV. [De mollibus.] Mollia vocantur, quae neque ſquamas, neque aſperam cutim aut teſtaceam habent, ſed mollem inſtar humanae; cujus generis ſunt polypi, ſepiae, loligines et alia, quae his ſunt ſimilia. Haec certe, quoniam neque ſquameum, neque aſperum, neque teſtaceum tegmen gerunt, mollia tangenti apparent, durae tamen ſunt carnis, et ad coquendum difficilia, exiguumque in ſe ſuccum ſalſum continentia. Si tamen concoquantur, alimentum non paucum corpori exhibebunt. Caeterum haec quoque ſucci crudi plurimum gignunt.

Ed. Chart. VI. [398. 399.] Ed. Baſ. IV. (348. 349.)

Κεφ. λστ'. [Περὶ σελαχίων.] Τραχὺ καὶ λαμπρὸν ἐν τῇ νυκτὶ τὸ δέρμα τῶν τοιούτων ἐστὶ ζώων· διὸ καί τινες ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν ὠνομάσθαι φασὶν αὐτὰ σελάχια. μαλακὴν δ' ἐν αὐτοῖς ἔχει τὴν σάρκα νάρκη τε καὶ τρυγὼν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡδεῖαν, ὑπιοῦσάν τε κατὰ γαστέρα μετρίως, καὶ πεπτομένην οὐ χαλεπῶς. ἀλλὰ καὶ τρέφει μετρίως, ὥσπερ γε καὶ τὰ ἄλλα πάν(349)τα τὰ μαλακόστρακα. κοινὸν δ' ἐν αὐτοῖς ἅπασίν ἐστι, πολυσαρκότερα τῶν μέσων μορίων τὰ κατὰ τὰς οὐρὰς εἶναι· μάλιστα δὲ τοῦθ' ὑπάρχει ταῖς νάρκαις. ἔοικε γάρ τοι τὰ μέσα τῶν ζώων τούτων οἷόνπερ χόνδρον τακερὸν ἐν αὐτοῖς ἔχειν. βάτοι δὲ καὶ λειόβατοι καὶ ῥῖναι, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, σκληρότερα καὶ δυσπεπτότερα καὶ τροφὴν πλείονα τῷ σώματι παρέχοντα νάρκης τε καὶ τρυγόνος ἐστί.

Κεφ. λζ'. [399] [Περὶ τῶν κητωδῶν ζώων.] Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κητωδῶν ζώων, ἐξ ὧν εἰσιν αἵ τε φῶκαι καὶ φάλαιναι, δελφῖνές τε καὶ ζύγαιναι καὶ τῶν θύννων οἱ μεγάλοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς

Cap. XXXVI. [De cartilagineis.] Horum animalium cutis eſt aſpera ac noctu ſplendicans, ideoque nonnulli, quia ſplendorem habeant, σελάχια ipſa ajunt fuiſſe nominata. Inter ipſa autem torpedo et paſtinaca carnem habent mollem ac jucundam, ceu et mediocriter per ventrem ſubeuntem, nec concoctu difficilem. Nutriunt item mediocriter, ceu alia quoque omnia, quae teſta molli ſunt praedita. Cunctis porro id eſt commune, ut, quae partes ad caudam ſunt, mediis partibus ſint corpulentiores: id quod torpedinibus praecipue ineſt. Nam horum animalium partes mediae videntur in ſe ipſis habere velut cartilaginem quandam tabidam. Raja autem, leviraja, ſquatina, omniaque hujusmodi duriora ſunt, et concoctu difficiliora, alimentique copioſioris, quam torpedo et paſtinaca.

Cap. XXXVII. [De cetaceis animalibus.] Diximus quidem jam ante de cetaceis animalibus, quae marina ſunt; in quo numero ſunt phocae, balaenae, delphini et libellae, ac grandiores thunni, et praeter illa canes, quaeque his

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 740 sur 889

Ed. Chart. VI. [399.] Ed. Baſ. IV. (349.)

οἱ κύνες, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, καὶ νῦν δὲ αὐτῶν ἐν κεφαλαίῳ λεκτέον, ὡς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα καὶ σκληρὰν καὶ κακόχυμον ἔχει καὶ περιττωματικὴν τὴν σάρκα. καὶ διὰ τοῦτο προταριχεύοντες αὐτὰ τοὐπίπαν εἰς χρῆσιν ἄγουσι, λεπτομερεστέραν ἐργαζόμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀναδιδομένην τροφὴν εἰς τὸ σῶμα, καὶ διὰ τοῦτο πεφθῆναί τε δυναμένην θᾶττον, αἱματωθῆναί τε μᾶλλον. ἡ γάρ τοι πρόσφατος, ὅταν μὴ πάνυ καλῶς πεφθῇ, πλεῖστον ἐν ταῖς φλεψὶν ἀθροίζει τὸν ὠμὸν χυμόν.

Κεφ. λή. [Περὶ θαλασσίων ἐχίνων.] Καὶ δὴ οἰνομέλιτος αὐτοὺς ἐσθίουσι καὶ διὰ γάρου γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἕνεκεν· καὶ λοπάδας ἐξ αὐτῶν σκευάζουσιν, ἐπεμβάλλοντες ὠῶν τε καὶ πεπέρεως καὶ μέλιτος. ἔστι δὲ τῶν ὀλιγοτρόφων ἐδεσμάτων καὶ μέσων τῆς κατὰ τὸ λεπτύνειν καὶ παχύνειν χυμοὺς δυνάμεως.

Κεφ. λθ'. [Περὶ μέλιτος.] Ἡ τῶν τροφῶν ὕλη πᾶσα μέχρι δεῦρο διττοῖς γένεσι περιληφθεῖσα, τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν ἐκ φυτῶν εἶχε, τὸ δὲ ἕτερον ἐκ ζώων· ἑκατέρας δ'

ſunt ſimilia. Nunc autem de ipſis quoque in ſumma dicendum, quod omnia ejusmodi duram et pravi ſucci atque excrementitiam habent carnem; quapropter ſale prius condientes ipſis ut plurimum utuntur, alimentum, quod ex ipſis in corpus diſtribuitur, ea ſalitura tenuius efficientes, eoque coctioni et ſanguini faciendo accommodatius. Nam recens horum caro, ni valde probe concoquatur, crudorum ſuccorum copiam magnam in venis congerit.

Cap. XXXVIII. [De echinis marinis.] Ex mulſo eduntur hi et garo alvi ſubducendae gratia, paranturque in patinis, ovis, pipere melleque injectis. Imbecilli ſunt alimenti ac medii inter ea, quae humores extenuant ac denſant.

Cap. XXXIX. [De melle.] Omnis alimentorum materia hactenus duobus generibus eſt comprehenſa, quorum alterum quidem ipſorum a plantis, alterum vero ab

Ed. Chart. VI. [399.] Ed. Baſ. IV. (349.)

αὐτῶν ἀφώρισται τὸ μέλι. γίνεται μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῶν φυτῶν, ἔστι δὲ οὔτε χυλὸς αὐτῶν, οὔτε καρπὸς, οὔτε μόριον, ἀλλ' ὁμογενὲς μὲν τοῖς δρόσοις, οὐ μὴν οὔτε συνεχῶς οὔθ' ὁμοίως ἐκείναις γίνεται δαψιλές. οἶδα δέ ποτε θέρους ὥρᾳ πλεῖστον ὅσον ἐπὶ τοῖς τῶν δένδρων καὶ θάμνων καί τινων βοτανῶν φύλλοις εὑρεθὲν, ὡς ὑπὸ τῶν γεωργῶν λέγεσθαι παιζόντων, ὁ Ζεὺς ἔβρεξε μέλι. προηγεῖτο δὲ νὺξ μὲν εὐψυχὴς, ὡς ἐν θέρει, (θέρους γὰρ ἦν ὥρα τηνικαῦτα,) θερμὴ δὲ καὶ ξηρὰ κρᾶσις ἀέρος ἐπὶ τῆς προτεραίας. ἔδόκει τοίνυν τοῖς δεινοῖς περὶ φύσιν ἐκ τῆς γῆς τε καὶ τῶν ὑδάτων ἀτμὸν ἀκριβῶς λεπτυνθέντα καὶ πεφθέντα πρὸς τῆς ἡλιακῆς θερμότητος, ὑπὸ τῆς ἐπιγενομένης ἐπὶ τῆς νυκτὸς ψύξεως ἀθροισθῆναι πιληθέντα. παρ' ἡμῖν μὲν οὖν σπανίως φαίνεται τοῦτο γινόμενον, ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ καθ' ἕκαστον ἔτος οὐκ ὀλίγον. ὥστε ἐκπεταννύντες ἐπὶ γῆς δέρματα καὶ σείοντες τὰ δένδρα δέχονται τὸ ἀποῤῥέον ἀπ' αὐτῶν καὶ χύτρας καὶ κεράμια πληροῦσι τοῦ μέλιτος. ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ δροσόμελί τε καὶ ἀερόμελι. πρόδηλος μὲν οὖν

animalibus ſumebatur; ab utroque vero ipſorum mel eſt ſecretum; oritur enim in plantarum foliis; eſt autem neque ſuccus earum, neque fructus, neque pars, ſed ejusdem eſt cum rore generis; non tamen aſſidue nec copioſe, ut ille, provenit. Memini aliquando, quum aeſtate ſuper arborum ac fruticum herbarumque folia mel quam plurimum fuiſſet repertum, agricolas velut ludentes ceciniſſe, *Iuppiter melle pluit.* Praeceſſerat autem nox, ut per aeſtatem, bene frigida, (nam tum tempus anni aeſtivum erat,) pridieque calida et ſicca fuerat aëris temperies. Peritis quidem naturae interpretibus videbatur halitus e terra et aquis a ſolis calore ſublatos ac deinde exacte tenuatos ac coctos a frigore ſequutae noctis concretos coaluiſſe. Apud nos vero raro id accidit, in monte autem Libano quotannis perſaepe. Itaque coria ſuper terram extendentes et arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, et ollas ac fictilia melle implent, vocantque id mel roſcidum et aërium. Proinde con-

Ed. Chart. VI. [399. 400.] Ed. Baſ. IV. (549.)

ἡ ὕλη τῇ γενέσει τοῦ μέλιτος ὁμογενής τις οὖσα ταῖς δρόσοις; εἰς ἀρετὴν δὲ καὶ κακίαν αὐτῷ φαίνεταί τι προσέρχεσθαι παρὰ τῶν φυτῶν, ἐφ' ὧν τοῖς φύλλοις ἀθροίζεται. καὶ διὰ τοῦτο γίνεται κάλλιστον, ἔνθα πλεῖστοι θύμοι καί τινες ἄλλαι θερμαὶ καὶ ξηραὶ τῇ κράσει βοτάναι τε καὶ θάμνοι. λεπτομερέστερον τοιγαροῦν ἐστι μέλι τὸ γεννώμενον ἐν τοῖς τοιούτοις φυτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίως ἐκχολοῦται κατὰ τὰ θερμὰ σώματα· τοῖς ψυχροῖς δ' ἐπιτηδειότατόν ἐστιν, εἴτε δι' ἡλικίαν, εἴτε διὰ νόσον, εἴτε φύσει τοιαῦθ' ὑπάρχει. [400] ταῦτα τοίνυν ὑπ' αὐτοῦ τρέφεσθαι πέφυκεν αἱματωθέντος, ὡς ἐγγὺς τοῖς θερμοῖς ἐκχολοῦσθαι φθάνει, πρὶν αἱματωθῆναι. λεπτομερὲς δ' ὑπάρχον ἔξ ἀνάγκης ἔχει τι καὶ δριμύ· διὸ πρὸς ἔκκρισιν ἐπεγείρει τὴν γαστέρα. τοῦτ' οὖν ἀφαιροῦντες αὐτῷ, πρὸς ἀνάδοσίν τε καὶ πέψιν ἐπιτηδειότερον ἐργαζόμεθα. καλλίστη δ' ἀφαίρεσις γίνεται, μιχθέντος πρῶτον ὕδατι πολλῷ, μετὰ τοῦτο δ' ἑψηθέντος, ἄχρι περ ἂν ἀφρίζον παύσηται. προσήκει δ' αἴρειν ἀπ' αὐτοῦ συνεχῶς δηλονότι τὸν ἀφρὸν εὐθὺς ἅμα τῷ γενέσθαι. διὰ γάρ τοι

ſtat, materiam, ex qua mel generatur, rori eſſe congenerem. Videtur autem et ex plantis, in quarum foliis colligitur, boni malive quidpiam ipſi accedere; ideoque laudatiſſimum in locis mel gignitur, in quibus thymus et aliae quaedam herbae ac frutices temperamento calidae et ſiccae affatim proveniunt; tenuiorum enim eſt partium id mel, quod in hujusmodi plantis generatur; ideoque in calidis corporibus prompte in bilem vertitur; frigidis vero, ſive per aetatem, ſive per morbum, ſive natura talia fuerint, eſt accommodatiſſimum; ob id in ſanguinem mutatum nutrire ipſa poteſt; in calidis vero prius in bilem quam in ſanguinem mutatur. Quum autem tenuium ſit partium, acrimoniae quiddam habeat eſt neceſſe, qua alvum ad excretionem proritet; quam certe adimentes ipſum efficimus ad diſtributionem et coctionem accommodatius. Commodiſſime autem ipſam adimemus, ſi primum multum illi aquae admiſcuerimus, ac deinde tantiſper coxerimus, quoad ſpumare deſinat; oportet autem ſpumam ſtatim, ut emerſerit, continenter ab ipſo tollere;

Ed. Chart. VI. [400.] Ed. Baſ. IV. (349.)

τῆς τοιαύτης παρασκευῆς ἀποθέμενον τὴν δριμύτητα καὶ μηκέτ' ἐρεθίζον εἰς ἔκκρισιν τὴν κοιλίαν ἀναδίδοται οὐ βραδέως. τὸ δ' ἐπ' ὀλίγον ἢ οὐδ' ὅλως ἕψηθὲν μελίκρατον ὑπέρχεσθαι φθάνει πρὸ τοῦ πεφθῆναι, ἀναδοθῆναί τε καὶ θρέψαι τὸ σῶμα. διαφορὰ δ' αὐτοῖς ἐστι κἂν τῷ φύσαν μέν τινα γεννᾶν ἐν τῇ κοιλίᾳ καὶ τοῖς ἐντέροις τὸ μὴ τελέως ἑψηθὲν, ἄφυσον δὲ καὶ διουρητικὸν γίνεσθαι τὸ κατὰ τὴν ἕψησιν ἀποθέμενον ἅπαντα τὸν ἀφρόν. εἰ δὲ χωρὶς ὕδατος μίξεως ἐκλείχοι τις τὸ μέλι μόνον, ἧττον μὲν τρέφει, μᾶλλον δ' ὑπάγει τὰ κατὰ τὴν γαστέρα. πλέον δ' εἴ τις αὐτοῦ προσενέγκοι, τὴν ἄνω κοιλίαν εἴωθεν εἰς ἔμετον ἐξορμᾶν. ἑψηθὲν δὲ χωρὶς ὕδατος, οὔτ' ἐμετικόν ἐστιν ὁμοίως, οὔθ' ὑπακτικὸν τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἀναδίδοταί τε καὶ τρέφει μᾶλλον· οὖρα δ' ἧττον κινεῖ τοῦτο τοῦ μεθ' ὕδατος ἑψηθέντος. οὐ μὴν οὐδ' ὁπότε τρέφει, τροφὴν ἀξιόλογον δίδωσι τῷ σώματι, ὥστε τισὶν ἔδοξεν οὐδὲ τρέφειν ὅλως. ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους αὐτάρκως εἴρηται διὰ τοῦ τρίτου τῶν εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων Ἱπποκράτους ὑπο-

quum enim hac parandi ratione acrimoniam depoſuerit, neque amplius alvum ad exeretionem irritabit, haud cunctanter in corpus diſtribuetur. Melieratum vero, quod pauliſper aut nihil omnino coctum fuerit, prius dejicitur, quam concoqui et in corpus diſtribui et nutrire poſſit. Praeterea in eo differunt, quod mel non plene coctum in ventriculo atque inteſtinis flatus quosdam gignat; contra, quod in decoctione ſpumam omnem abjecerit, flatus eſt expers et urinam movet. Quod ſi quis citra aquae admixtionem mel ſolum delingat, nutriet quidem infirmius, ſed alvum promptius dejiciet. Largius vero ſumptum ventrem ſuperiorem ad vomitum ſolet concitare. Elixum autem ſine aqua, neque vomitum ſimiliter movet, neque alvum ſubducit, verum diſtribuitur et nutrit magis; urinam autem minus eo, quod cum aqua eſt elixum, ciet; quanquam ne tum quidem, quum nutrit, alimenti multum corpori exhibet; adeo ut non defuerint, quibus nihil prorſus alere videretur; qui abunde confutantur in tertio de victus ratione in morbis

Ed. Chart. VI. [400.] Ed. Baſ. IV. (349.)

μνήματος, ὃ τινὲς μὲν ἐπιγράφουσι πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, ἔνιοι δὲ περὶ πτισάνης, ἁμαρτάνοντες ἀμφότεροι, καθότι δέδεικται διὰ τῶν εἰς αὐτὰ γεγονότων ἡμῖν ὑπομνημάτων. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ τοσαῦτ' εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ βέλτιον ἦν, ὅσα λέλεκται. κεφάλαιον δ' αὐτῶν ἐστιν, γέρουσι μὲν καὶ ὅλως ψυχραῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἐπιτήδειον εἶναι, τοῖς δ' ἀκμάζουσι καὶ θερμοῖς ἐκχολοῦσθαι, τροφὴν δ' ὀλίγην ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι, μὴ φθάσαντος εἰς χολὴν μεταβαλεῖν, ὡς, εἴγ' αὐτῷ τοῦτο συμβαίη, τρέφειν οὐδ' ὅλως τηνικαῦτα δύνασθαι. πρόδηλον δὲ, ὅτι τὴν ὠχρὰν καὶ ξανθὴν χολὴν ὑπ' αὐτοῦ γεννᾶσθαι λέγομεν, οὐ τὴν μέλαιναν. εἴρηται γὰρ ἤδη πολλάκις ἐν πολλοῖς, ἔθος εἶναι τοῖς ἰατροῖς τὴν τοιαύτην χολὴν ἁπλῶς ὀνομάζειν ἄνευ τῆς κατὰ τὴν χρόαν προσθήκης, τὰς δ' ἄλλας ἁπάσας σὺν τῷ τῆς χρόας ἑρμηνεύειν ὀνόματι. φαίνονται δὲ κενούμεναι πλὴν τῆς πρασιζούσης αἱ ἄλλαι πᾶσαι, χαλεπῶς νοσοῦντος τοῦ σώματος· ἡ ξανθὴ δὲ καὶ ὠχρὰ καὶ πρασοειδὴς καὶ χωρὶς νοσημάτων ἐμεῖταί τε καὶ διαχωρεῖται πολλάκις.

acutis, qui Hippocratis eſt liber, a nonnullis quidem contra Cnidias ſententias inſcriptus, ab aliis de ptiſana, utrisque in hoc delinquentibus, ut in commentariis in eum librum ſcriptis oſtendimus. In praeſentia vero ſatius erat ea de melle dixiſſe, quae diximus, quorum ſumma eſt, ſenibus quidem ac in univerſum frigidi temperamenti corporibus mel eſſe accommodum, aetate autem florentibus et calidis in bilem verti, praeterea exiguum nobis alimentum ex ipſo accedere, niſi verti in bilem occupet; quod ſi ei id accidat, tunc nihil prorſus nutrire poſſe. Clarum autem eſt, quod pallidam et flavam bilem ex eo gigni dicimus, non atram. Diximus enim jam ſaepenumero, medicos ſolere bilem ejusmodi ſimpliciter citra coloris adjectionem nominare, reliquas vero biles omnes cum coloris ſui nomine explicare. Alias autem omnes, porracea excepta, quum corpus graviter aegrotat, excerni videmus; flava vero et pallida et porracea etiam ſine morbis evomuntur ſaepenumero ac dejiciuntur.

Ed. Chart. VI. [400. 401.] Ed. Baſ. IV. (349. 350.)

Κεφ. μ'. [Περὶ οἴνου.] Ὅτι μὲν ἐκ τῶν τρεφόντων ἐστὶν ὁ οἶνος, ἅπαντες ὁμολογοῦσι· καὶ εἴγε τὸ τρέφον ἅπαν τροφή ἐστι, ῥητέος ἂν εἴη ἐκ τοῦ γένους τῶν τροφῶν καὶ ὁ οἶνος. ἀλλ' ἔνιοί γε τῶν ἰατρῶν οὔ φασι δεῖν ὀνομάζειν τρόφὴν αὐτόν· ἀντιδιαιρεῖσθαι γοῦν κατὰ τοὺς λόγους τῇ τροφῇ τὸ ποτὸν, ὅπερ καὶ πόμα προσαγορεύεται, καθάπερ γε καὶ ἡ τροφὴ σιτίον τε (350) καὶ ἐδεστὸν ἔδεσμα. τροφὴν μὲν οὖν διὰ ταῦτα καλεῖν οὐκ ἀξιοῦσι τὸν οἶνον, ὁμολογοῦσι μὴν τρέ[401]φειν αὐτὸν, οὗ νῦν εἰς τὰ παρόντα δεόμεθα. καὶ εἴπερ καὶ ἄλλας τινὰς ὕλας τρέφειν μὲν συνεχώρουν, ἐκώλυον δὲ τροφὰς ὀνομάζειν, τὴν ἁπασῶν αὐτῶν διδασκαλίαν εἰς ἕνα λόγον συλλέγοιμεν ἄν· ὅταν δὲ οὐκ ἐθέλωσιν τὸν μόνον οἶνον ὀνομάζειν τροφὴν, καίτοι τρέφοντα, συγχωρήσουσιν ἡμῖν, τῷ περὶ τῶν τροφῶν λόγῳ βραχὺν ὄντα τὸν περὶ τῶν οἴνων προσθεῖναι. ὡς γὰρ Ἱπποκράτης δυνάμεις εἶπεν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, οὐχ ὡς τροφῆς εἰσιν, ἀλλ' ὡς φαρμάκου μᾶλλον. ἐκείνας μὲν οὖν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ὑπομνημάτων ἐξηγήμεθα, κἂν τῇ

Cap. XL. [De vino.] Vinum quidem ex eorum eſſe numero, quae noſtrum corpus alunt, omnes fatentur: modo ſi, quicquid alit, cibus ſit, vinum etiam in genere ciborum eſt ponendum. Quidam tamen medici negant id cibum eſſe appellandum, quod potus in ſermone quotidiano cibo ſit oppoſitus, qui potio etiam appellatur, ut cibus eſca et edulium; ob eamque cauſam vinum nolunt vocare alimentum, quanquam alere ipſum non diffiteantur, quod unum in praeſentia requirimus. Quod ſi alias quasdam materias alere quidem concederent, alimenta tamen nominare vetarent, omnium earum doctrinam in unum volumen conferremus; quum autem ſolum vinum nolint appellare alimentum, tametſi ipſum nutriat, permittant nobis tractatui de alimentis brevem de vino ſermonem adjungere; quas enim vires Hippocrates in libro de victus ratione in morbis acutis enumerat, non ut alimenti ſunt, ſed magis ut medicamenti. Illas quidem igitur et in tertio commentariorum in illum librum et in methodo medendi ac ſanitatis tuendae

Ed. Chart. VI. [401.] Ed. Baſ. IV. (350.)

τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ καὶ τῇ τῶν ὑγιεινῶν· ἐν δὲ τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ τὰς ἐν τῷ τρέφειν αὐτοῦ διαφορὰς ἐροῦμεν, ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι. ἁπάντων οὖν τῶν οἴνων οἱ ἐρυθροί τε ἅμα καὶ παχεῖς εἰς αἵματος γένεσιν ἐπιτηδειότατοι, βραχυτάτης δεόμενοι τῆς εἰς αὐτὸ μεταβολῆς, ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν οἱ μέλανές τε καὶ γλυκεῖς καὶ παχεῖς, εἶθ' οἱ κατὰ τὴν χρόαν ἐρυθροὶ καὶ μέλανες, ἐν δὲ τῇ συστάσει παχεῖς, ἔχοντες ἅμα τούτοις τι καὶ στυφούσης ποιότητος. τούτων δὲ ἧττον οἱ λευκοί τε ἅμα καὶ παχεῖς καὶ στρυφνοὶ τρέφειν πεφύκασιν. ἁπάντων δ' ἥκιστα τρέφουσιν οἱ λευκοὶ μὲν τῇ χρόᾳ, λεπτοὶ δὲ τῇ συστάσει, παραπλήσιοί πως ὄντες ὕδασι τοῖς εἰς τὸ καλούμενον ὑδρόμελι ἐπιτηδείοις. ὅτι μὲν οὖν οἱ παχεῖς οἶνοι τροφιμώτεροι τῶν λεπτῶν εἰσιν, ἥ τε φύσις αὐτῶν ἐνδείκνυται καὶ ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ. πέττονται δὲ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ἀναδίδονται μᾶλλον οἱ γλυκεῖς τῶν αὐστηρῶν, ὡς ἂν καὶ θερμότεροι ὄντες τὴν δύναμιν. οἱ δὲ παχεῖς πάνυ πέττονται μὲν βραδύτερον, ὥσπερ γε καὶ ἀναδίδονται, γαστρὸς δ' ἰσχυροτέρας ἐπιτυχόντες, ὡς πεφθῆναι

libris expoſuimus; in praeſentia vero ipſius differentias in alendo ſumus traditurі, ſumpto hinc initio. Vinorum omnium rubra ſimul et craſſa ſanguini generando ſunt accommodatiſſima, ut quae minima egeant mutatione, ut ſanguis fiant. Poſt ipſa ſunt nigra craſſaque et dulcia; tum quae colore quidem rubra ſunt et nigra, conſiſtentia autem craſſa una cum adſtringendi qualitate. His autem minus ſua natura alunt, quae alba ſunt ſimul ac craſſa et acerba. Omnium autem minimum nutriunt, quae colore quidem ſunt alba, conſiſtentia autem tenuia et aquis hydromeliti faciendo appoſitis quodammodo ſimilia. Quod vero vina craſſa magis quam tenuia alant, declarat ipſorum natura; praeterea experientia id ipſum comprobat. Dulcia vero conficiuntur in ventriculo ac diſtribuuntur facilius, quam auſtera, ut quae facultate ſunt calidiora. Quae autem admodum ſunt craſſa, tardius quidem perficiuntur ac diſtribuuntur; ſi tamen in ventriculum adeo robuſtum incidant, ut confici recte ab eo.

Ed. Chart. VI. [401.] Ed. Baſ. IV. (350.)

καλῶς, πλέονα τροφὴν διδόασι τῷ σώματι. πρόδηλον δ', ὅτι, καθάπερ εἰς τὸ τρέφειν εἰσὶ βελτίους τῶν λεπτοτέρων, οὕτως εἰς οὔρησιν χείρους.

Κεφ. μά'. [Περὶ τῶν ταριχευομένων, ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ ἀναβληθέντων.] Ἀνεβαλόμην ἐρεῖν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου περὶ τῶν ταριχευομένων καὶ τῶν μέσων ἐδεσμάτων. ὅπως οὖν μηδὲ ταῦτα λείποι, καιρὸς ἤδη διελθεῖν ἑκατέρων τὰς δυνάμεις. ἐπιτήδεια πρὸς ταριχείαν ἐστὶ σώματα ζώων, ὅσα σκληράς τε ἅμα καὶ περιττωματικὰς ἔχει τὰς σάρκας. ὀνομάζω δὲ περιττωματικὰς, ὡς κἂν τῷ πρόσθεν λόγῳ, τὰς ἐχούσας ἐν ἑαυταῖς ὑγρότητα παρεσπαρμένην φλεγματικωτέραν· καὶ ὅσῳ μὲν ἥδε πλείων ᾖ καὶ παχυτέρα, τοσῷδε μᾶλλον ἀμείνων ἡ σὰρξ γίνεται ταριχευομένη. τὰ δ' ἤτοι πάνυ μαλακὴν, ἢ πάνυ ξηρὰν καὶ ἀπέριττον ἔχοντα τὴν ἕξιν τοῦ σώματος οὐκ ἐπιτήδεια ταριχεύεσθαι. δύναμις γάρ ἐστι τῶν ἁλῶν, ὡς ἐν τῇ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ δέδεικται, σύνθετος ἔκ τε τοῦ διαφορεῖν τὰς περιττὰς ὑγρότητας, οἷς ἂν ὁμιλῇ σώμασι, καὶ λεπτύνειν αὐτὰ, καὶ συνάγειν εἰς ἑαυτὰ,

possint, alimentum copiosius corpori exhibebunt. Constat praeterea, quod, quemadmodum haec corpori alendo tenuioribus sunt praestantiora, ita ad urinam ciendam sunt deteriora.

Cap. XLI. [De cibis sale conditis, in superiore libro praetermissis.] De cibis sale conditis et mediis ad finem operis scribere distulimus. Ne haec igitur desiderentur, tempestivum jam fuerit utrorumque vires explicare. Animalium corpora, quorum carnes durae simul sunt ac excrementitiae, ad saliendum sunt accommoda; voco autem excrementitias (ut superiori sermone), quae per totas sese diffusum habent humorem pituitosiorem; qui quanto copiosior fuerit ac crassior, tanto caro, si saliatur, melior evadet. Quae vero aut admodum mollem, aut valde siccum et minime excrementosum habent corporis habitum, ad saliendum sunt inepta. Salis namque facultas (ut in opere de simplicibus medicamentis demonstravimus) est composita; nam corporum, quibus admovetur, humores superfluos tenuat ac digerit, et praeterea corpora ipsa cogit in sese ac condensat,

Ed. Chart. VI. [401. 402.] Ed. Baſ. IV. (350.)

τοῦ τῶν νίτρων ἀφροῦ καὶ τοῦ τῶν χαύνων ἀφρονίτρων τὸ μὲν λεπτύνειν καὶ διαφορεῖν ἐχόντων, τὸ δὲ συνάγειν ἢ σφίγγειν οὐκ ἐχόντων. ὅσα τοίνυν ἐστὶ φύσει ξηρὰ σώματα, διαπαττόμενα τοῖς ἁλσὶν ἄβρωτα γίνεται σκελετευόμενα· καί τις ἐπιχειρήσας ταριχεῦσαι λαγωὸν, ὅμοιον εἰργάσατο ταῖς σκελετευθείσαις γαλαῖς. αἱ δὲ τῶν ἀκμαζόντων τε καὶ πιόνων ὑῶν σάρκες ἐπιτήδειοι ταριχεύεσθαι, τὴν ἀτοπίαν ἑκατέραν ἐκπεφευγυῖαι, ξηρότητα μὲν τῶν γεγηρακότων, ὑγρότητα δ' ἄμετρον τῶν νέων χοίρων. [402] ὥσπερ γὰρ τὰ ξηρὰ σώματα βύρσαις ὅμοια γίνεται ταριχευθέντα, κατὰ τὸν ἐναντίον τρόπον, ὅσα λίαν ὑγρὰ διαῤῥεῖ, κατατήκεται τοῖς ἁλσὶν ὁμιλοῦντα. διὰ τοῦτ' οὖν οὐδὲ τῶν ἰχθύων ὅσοι μαλακόσαρκοί εἰσι καὶ ἀπέριττοι, καθάπερ οἱ πετραῖοι καλούμενοι καὶ τῶν ὀνίσκων οἱ ἐκ καθαρᾶς θαλάττης, εἰς ταριχείαν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. κορακῖνοι δὲ καὶ μύλοι καὶ πηλαμίδες, ἔτι τε σάρδαι καὶ σαρδῆναι, καὶ τὰ σαξάτινα καλούμενα καὶ ταρίχη πρὸς ταριχείαν εἰσὶν ἐπιτήδεια. καὶ τὰ κητώδη δὲ τῶν θαλαττίων ζώων ταριχευόμενα βελτίω γίνονται, περιττωματικὴν ἔχοντα καὶ ταῦτα τὴν σάρκα. μοχθη-

quum nitri ſpuma et laxum aphronitrum tenuare quidem et diſcutere poſſint, cogere vero et condenſare non poſſint. Corpora igitur, quae natura ſunt ſicca, ſalis conſperſu exarefacta cibo fiunt inepta. Quidam autem leporem ſalire aggreſſus mūſtelis exiccatis ſimilem reddidit. Suum vero obeſorum ac aetate florentium carnes ad ſaliendum ſunt appoſitae, ut quae utriusque exceſſus ſint expertes, annoſorum videlicet ſiccitatis et novellorum porcellorum immodicae humiditatis. Quemadmodum enim corpora ſicca ſalita coriis evadunt ſimilia, ſic contra, quae immodica humiditate diſfluunt, ſalis commercio liquantur. Ob eam cauſam nec piſces mollis carnis et excrementis vacui, ut quos ſaxatiles vocant, et aſelli, qui in puro mari degunt, ad ſaliendum ſunt accommodi. Graculi vero et pelamides et myli, ſardae et ſardenae, quaeque ſaxatina vocant et ſalſamenta, ad ſaliendum ſunt appoſiti; praeterea ex marinis belluis cetacea ſalita evadunt meliora; habent enim et ipſa carnem excre-

Ed. Chart. VI. [402.] Ed. Baſ. IV. (350.)

ραι δὲ τρίγλαι πρὸς ταριχείαν εἰσὶ διὰ τὸ ξηρὰν καὶ ἀπέριττον ἔχειν τὴν σάρκα. πρόδηλον δ' ἐκ τούτων, ὅσα μὲν σκληρὰ καὶ νευρώδη καὶ οἱονεὶ δερματώδη τε καὶ βυρσώδη γίνεται, ταριχευθέντα δύσπεπτα πάνυ εἶναι· τὰ δ' ἐναντίως διατιθέμενα λεπτομερῆ μὲν αὐτὰ γίνονται, λεπτύνει δ' ἐσθιόμενα τοὺς παχεῖς καὶ κολλώδεις χυμούς. ἄριστα δ' ἐστὶ τῶν εἰς ἐμὴν πεῖραν ἐλθόντων τά τε Σαρδικὰ, πρὸς τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν ὀνομαζόμενα ταρίχη, Σάρδας δ' αὐτὰς οἱ νῦν καλοῦσιν, οἵ τε ἐκ τοῦ Πόντου κομιζόμενοι μύλοι. δευτέραν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἔχουσι τάξιν οἵ τε κορακῖνοι καὶ αἱ πηλαμίδες καὶ τὰ σαξάτινα καλούμενα.

Κεφ. μβ'. [Περὶ τῶν μέσων ἐδεσμάτων.] Καθ' ἑκάστην διαφορὰν ὧν εἶπον ὑπάρχειν ἐν ταῖς τροφαῖς, ἔστι τινὰ μέσα. καὶ γὰρ τῶν σκληροσάρκων καὶ μαλακοσάρκων εὕροις ἄν τι μέσον, ὡς μήθ' ἁπαλόσαρκον ἔτι, μήτε σκληρόσαρκον εἶναι, καὶ τῶν λεπτυνόντων τε καὶ παχυνόντων, ἢ θερμαινόντων ἢ ψυχόντων, ἢ ξηραινόντων ἢ ὑγραινόντων.

mentoſam. Muli vero, quod ſicca eorum caro ſit, et ab excrementis pura, non ſunt ad ſaliendum accommodi. Ex his autem perſpicuum eſt, ea ad coquendum eſſe difficillima, quae ſale condita dura evadunt ac nervoſa et veluti cutacea ac coriacea; quae vero contra habent, tenuia quidem ipſa redduntur, manſa autem humores craſſos ac glutinoſos tenuant. Praeſtantiſſima autem omnium, quae mihi experientia cognoſcere licuit, ſunt, quae a veteribus medicis Sardica ſalſamenta nuncupantur, hodie Sardas vocant, et myli, qui ex Ponto advehuntur; ſecundum autem poſt illa locum habent graculi et pelamides, et quae ſaxatina appellant.

Cap. XLII. [De mediis eduliis.] In ſingulis differentiis eorum, quae alimentis ineſſe diximus, quaedam ſunt media. Etenim inter ea, quae molli ſunt carne et quae dura, medium quiddam reperias, quod nec molli, nec dura ſit carne; ſimiliter inter tenuantia et incraſſantia, calefacientia et refrigerantia, ſiccantia et humectantia. Atque animalibus

Ed. Chart. VI. [402.] Ed. Baſ. IV. (350.)

ἐπιτήδεια δ' ἐσθίεσθαι τοῖς μὲν ἄμεμπτον φυλάττουσι τὴν φυσικὴν κρᾶσιν ζώοις, ὅσα ταῖς φύσεσιν αὐτῶν ἐστιν ὅμοια, τοῖς δὲ μοχθηρὰν ἢ ἐξ ἀρχῆς ἔχουσιν, ἢ ὕστερον ἐπικτησαμένοις, οὐχ ἡ τῶν ὁμοίων ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἡ τῶν ἐναντίων ἐδωδὴ χρήσιμος. ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν ὁμοίων φυλάττεται τὸ κατὰ φύσιν ἀμέμπτως ἔχον, ὑπὸ δὲ τῶν ἐναντίων εἰς τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἄγεται τὰ μοχθηρῶς κεκραμένα. τοιγαροῦν ἴδιον ἑκάστη φύσει ζώου γενήσεται τὸ μέσον, οἷον ἀνθρώπῳ μὲν τοιόνδε, κυνὶ δὲ τοιόνδε, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἑκάστῳ, καὶ κατὰ μέρος ἀνθρώπῳ τόδε κατὰ τήνδε τὴν ἡλικίαν καὶ τήνδε, καὶ προσέτι κατὰ τὰς τῶν ἐπιτηδευμάτων διαφορὰς, ἐθῶν τε καὶ χωρίων, ἐν οἷς ἔκ πολλοῦ διατρίβουσι.

naturalem temperiem inculpatam quidem ſervantibus ſimilia ſuis naturis cibaria conveniunt; iis vero, quae pravam temperiem aut ab initio ſunt ſortita, aut poſt acquiſiverunt, non ſimilium ſibi ipſis eſus, ſed contrariorum eſt utilis. Servatur enim ſimilibus, quod probe ſecundum naturam eſt temperatum, quemadmodum, quod male eſt temperatum, a contrariis ad proprium temperamentum adducitur. Itaque ſingulae animalium naturae ſuum proprium medium habebunt, ut homo quidem tale, canis autem tale, atque ita in aliis omnibus: praeterea huic homini ſigillatim tale ſecundum hanc et illam aetatem, ad haec etiam ſecundum vitae conditionum atque inſtitutorum et regionum, in quibus jamdiu habitant, differentias.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΧΥΜΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΚΟΧΥΜΙΑΣ ΤΡΟΦΩΝ.

Ed. Chart. VI. [417.] Ed. Baſ. IV. (351.)

Κεφ. α'. Οἱ συνεχῶς ἐτῶν οὐκ ὀλίγων ἐφεξῆς γενόμενοι λιμοὶ κατὰ πολλὰ τῶν Ῥωμαίοις ὑπακουόντων ἐθνῶν ἐναργῶς ἐπεδείξαντο τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις, ἡλίκην ἔχει κακοχυμία δύναμιν εἰς νόσων γένεσιν. οἱ μὲν γὰρ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, ὥσπερ ἦν ἔθος αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι κατὰ τὸ θέρος εὐθέως σῖτον αὐτάρκη πρὸς ὅλον τὸν ἐφεξῆς ἐνιαυτὸν, ἐκ τῶν ἀγρῶν πάντα τὸν πυρὸν αἴροντες ἅμα ταῖς κριθαῖς τε καὶ τοῖς κυάμοις καὶ φακοῖς, ἀπέλιπον τοῖς ἀγροί-

GALENI DE PROBIS PRAVISQVE ALIMENTORVM SVCCIS LIBER.

Cap. I. Continua non paucos annos ſerie graſſata fames apud multas gentes Romanis ſubditas manifeſte declaravit haud prorſus mente captis, quantum facultatis habeat ſucci pravitas ad morborum procreationem. Qui namque civitates habitant, ut mos erat ipſis quamprimum aeſtate frumentum parare, quod ad totum ſubſequentem annum ſuppeteret, ex agris omne frumentum una cum hordeis, fabis ac lentibus capientes, caeteros fructus Cereales (quos legu-

Ed. Chart. VI. [417. 418.] Ed. Baſ. IV. (351.)

κοις τοὺς ἄλλους Δημητρίους καρποὺς, οὓς ὀνομάζουσιν ὄσπριά τε καὶ χέδροπα, μετὰ τοῦ καὶ τούτων αὐτῶν οὐκ ὀλίγα κομίζειν εἰς ἄστυ. τὰ γοῦν ὑπολειφθέντα διὰ τοῦ χειμῶνος ἐκδαπανῶντες οἱ κατὰ τὴν χώραν ἄνθρωποι τροφαῖς κακοχύμοις ἠναγκάζοντο χρῆσθαι δι' ὅλου τοῦ ἦρος, ἐσθίοντες ἀκρέμονάς τε καὶ βλάστας δένδρων καὶ θάμνων, καὶ βολβοὺς, καὶ ῥίζας κακοχύμων φυτῶν, ἐμφορούμενοι δὲ καὶ τῶν ἀγρίων ὀνομαζομένων λαχάνων, ὅτου τις ἔτυχεν εὐπορήσας, ἀφειδῶς ἄχρι κόρου, καθάπερ καὶ πόας χλωρὰς ὅλας ἕψοντες ἤσθιον, ὧν πρότερον οὐδ' ἄχρι πείρας ἐγεύσαντο πώποτε. παρῆν οὖν ὁρᾶν ἐνίους μὲν αὐτῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τοῦ ἦρος, ἅπαντας δ' ὀλίγου δεῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους ἁλισκομένους ἕλκεσι παμπόλλοις κατὰ τὸ δέρμα συνισταμένοις, οὐ τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἅπασιν ἴσχουσι· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἦν ἐρυσιπελατώδη, τὰ δὲ φλεγμονώδη, [418] τὰ δ' ἑρπυστικὰ, τὰ δὲ λειχηνώδη, καὶ ψωρώδη, καὶ λεπρώδη. τούτων μὲν ὅσα πρᾳότατα, διὰ τοῦ δέρματος ἐξανθήσαντα τὴν κακοχυμίαν ἐκ τῶν σπλάγχνων τε καὶ τοῦ βάθους ἐκένωσεν· ἐνίοις δέ τισιν ἀνθρακώδη τε καὶ φαγεδαι-

mina ac chedropa nominant) ruſticis reliquerunt, ex his etiam ipſis non pauca in urbem devehentes. Itaque regionis hujus homines, conſumptis hyeme iis, quae relicta fuerant, vere toto ſucci pravi alimentis uti coacti ſunt, veſcentes arborum fruticumque germinibus ac turionibus, bulbisque et ſtirpium mali ſucci radicibus, agreſtia praeterea quae vocant olera, prout cuique horum ſe copia offerebat, profuſe ad ſaturitatem usque ingerentes, quemadmodum et herbas virentes totas edebant elixas, quas prius nunquam, ne periculi quidem faciundi gratia, deguſtaverant. Itaque videre erat ex his quosdam ultimo vere, ſed prope omnes ineunte aeſtate, ulceribus in cute quamplurimis correptos, quorum non unica eſſet in omnibus facies; ſiquidem eryſipelas alia, phlegmonen alia referebant, atque alia herpetem, ſicuti impetiginem alia, et pſoram et lepram alia. Atque horum quae mitiora erant, per cutim effloreſcentia vitioſum ſuccum e viſceribus profundoque corporis evacuarunt; aliis vero quibusdam carbunculi et phagedaenae ſpe-

Ed. Chart. VI. [418.] Ed. Baſ. IV. (351.)

νικὰ γενόμενα μετὰ τῶν πυρετῶν, ἀπέκτεινε πολλοὺς ἐν χρόνῳ μακρῷ μόγις ὀλιγίστων σωθέντων. ἄνευ δὲ τῶν κατὰ τὸ δέρμα παθημάτων πυρετοὶ πάμπολλοι ἐγένοντο, διαχωρήσεις γαστρὸς ἐπιφέροντες δυσώδεις καὶ δακνώδεις, εἰς τεινεσμοὺς καὶ δυσεντερίας τελευτώσας, οὖρά τε δριμέα, καὶ αὐτὰ δυσώδη, τὴν κύστιν ἐνίων ἕλκώσαντα. τινὲς δ' αὐτῶν ἐκρίθησαν ἱδρῶσι, καὶ τούτοις δυσώδεσιν, ἢ ἀποστήμασι σηπεδονώδεσιν. οἷς δ' οὐδὲν τούτων ἐγένετο, πάντες ἀπέθανον ἢ μετὰ φανερᾶς φλεγμονῆς ἑνός γέ τινος τῶν σπλάγχνων, ἢ διὰ τὸ μέγεθός τε καὶ τὴν κακοήθειαν τῶν πυρετῶν. ὀλιγίστων δὲ φλέβα τεμεῖν ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου τολμησάντων ἐνίων ἰατρῶν, (ἐδεδίεσαν γὰρ εἰκότως χρῆσθαι τῷ βοηθήματι διὰ τὸ προκαταλελῦσθαι τὴν δύναμιν,) οὐδενὸς εἶδον αἷμα χρηστὸν ἐκκριθὲν, ὁποῖον ἐκ τῶν ὑγιεινῶν σωμάτων ὁρᾶται κενούμενον, ἀλλ' ἤτοι πυῤῥότερον, ἢ μελάντερον, ἢ ὀῤῥωδέστερον, ἢ δριμὺ καὶ δάκνον αὐτὴν τὴν διαιρεθεῖσαν φλέβα κατὰ τὴν ἐκροὴν, ὡς δυσεπούλωτον γενέσθαι τὸ ἕλκος. ἐνίοις

cie quum apparuiſſent cum febre, plurimos interfecere, pauciſſimis aegre poſt multum temporis ſervatis. At ſine cutaneis affectibus febres plurimae viguere, quas ipſas tum alvi recrementa ſequebantur graveolentia et mordacia, dyſenteriasque et tenesmos poſtremo afferentia, tum acres urinas, atque eas graviter olentes, quae quorundam veſicam exulcerarunt. Jam nonnulli dijudicati ſudoribus ſunt, iisque ipſis male olentibus, abſceſſibusve putredinoſis. Quibus nihil horum accidit, interiere omnes, aut cum manifeſta viſceris unius alicujus phlegmone, aut ob vehementiam et malignitatem febrium. Quumque medici nonnulli paucis omnino quibusdam ſanguinem mittere auderent morbi initio, (merito enim remedii hujusce uſum reformidabant ob virium jam tum antea imbecillitatem,) nulli eorum animadverti ſanguinem profluxiſſe probum, qualem videmus de ſanorum corporibus profluere, ſed aut plus juſto rufum, aut nigriorem, aut ſeroſum nimis, aut acrem, ac venam diſſectam ipſam inter fluendum vellicantem mordicus, ſic ut aegre inde ad cicatricem duci vulnus poſſet. Quosdam ve-

Ed. Chart. VI. [418.] Ed. Baſ. IV. (351.)

δὲ καὶ συμπτώματα μετὰ τῶν πυρετῶν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀποθανοῦσιν, ἐγένοντο βλάβην τῆς διανοίας ἐπιφέροντα σὺν ἀγρυπνίαις καὶ καταφοραῖς. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, ἐναντίοις ἁλῶναι νοσήμασί τε καὶ συμπτώμασι τοὺς τότε νοσήσαντας, αὐτούς τε διαφέροντας ἀλλήλοις οὐ ταῖς φύσεσι μόνον ἢ ταῖς ἡλικίαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἔμπροσθεν διαίταις, ἐναντίαν τε δύναμιν ἐχούσας ἐδηδοκότας ἐν τῷ λιμῷ τροφάς. ἦσθιον μὲν γὰρ ἅπαντες ὧν ηὐπόρουν· ἀνομοίου δὲ τῆς εὐπορίας οὔσης, ἔνιοι μὲν ὀξεῖς, ἢ δριμεῖς, ἢ ἁλυκοὺς, ἢ πικροὺς ἔχοντα χυμοὺς ἐδέσματα προσηνέγκαντο, τινὲς δ' αὐστηροὺς, ἢ στρυφνοὺς, ἢ ψύχοντας σαφῶς, ἢ ὑγροὺς ἱκανῶς, ἢ γλίσχρους, ἢ φαρμακώδεις. οἶδα γοῦν ἐνίους μὲν αὐτίκα διὰ μυκήτων ἐδωδὴν ἀποθανόντας, ἐνίους δὲ διὰ κωνείων, ἢ ναρθήκων, οὐκ ὀλίγους δ' ἐξ αὐτῶν μόλις διασωθέντας. ἅπασι μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐναργῶς ἐφαίνετο τῷ λογισμῷ σκοπουμένοις, ὥσπερ ἐκτὸς πολυειδεῖς μὲν ἕλκώσεις ἐγένοντο, ποικίλα δὲ ὄγκων εἴδη φλεγμονωδῶν τε καὶ οἰ-

ro, praeſertim moribundos, etiam cum febribus ſymptomata invaſerunt mentem affligentia cum vigiliis una altoque ſopore. Atque nil ſane mirum videri debet, ſi quidem contrariis inter ſe tum morbis tum ſymptomatis correpti fuere, qui tunc aegrotarunt, ut qui non ſolum natura invicem aut aetate, ſed etiam anteacta victus ratione differrent, alimentisque uſi eſſent in fame pugnantibus inter ſe facultatibus praeditis. His enim rebus, quarum copia erat, omnes veſcebantur. In diverſa porro rerum copia alii cibos adhibuere ſucci acidi, acrisve, aut ſalſi, aut amari, ſicut auſteris alii, aut acerbis uſi ſunt, aut qui evidenter refrigerarent, aut immodice humidi eſſent, aut viſcidi, aut medicamentoſi. Ipſe quosdam novi ex fungorum eſu periiſſe ſtatim, quosdam ex cicutae, aut ferulae, nec ſane paucos ex his vix ſervatos. Ac caeteris quidem omnibus hominibus, qui ratione niterentur, facile fieri poſſe videbatur, ut, quemadmodum forinſecus exulcerationes ac variae apparebant tumorum facies, phlegmonoſorum et oedematoſorum, eo-

Ed. Chart. VI. [418. 419.] Ed. Baſ. IV. (351.)

δηματωδῶν, ἐρυσιπελατωδῶν τε καὶ σκιῤῥωδῶν, οὕτω καὶ κατά τινα τῶν ἐν βάθει μορίων, ὅσα κυριώτερα, τοσαύτας διαθέσεις ἐγχωρεῖν γεγονέναι. μόνοις δὲ τοῖς ἀποστᾶσι τῆς κατὰ τοὺς χυμοὺς Ἱπποκράτους διδασκαλίας ὁ λογισμὸς ἐπεπήρωτο, πάντα μᾶλλον ἢ τοὺς χυμοὺς αἰτιᾶσθαι τολμῶσιν. ἔνιοι δ' αὐτῶν ὡμολόγησάν μοι λαθραίως, ὁρᾶν μὲν ἐναργῶς τὴν πρὸς Ἱπποκράτην φιλονεικίαν τῶν οὐδὲν οὐδ' εἰς νόσον ἡγουμένων ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἐκ χυμῶν γίνεσθαι, μεταστῆναι δ' αἰδεῖσθαι πρὸς Ἱπποκράτην μετὰ πεντήκοντα τῆς ἡλικίας ἔτη· δόξειν μὲν γὰρ οὕτως ἔφασαν οὐ τοὺς μαθητὰς μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρωμένους ἡμῖν ἐν ἅπαντι τῷ πρόσθεν χρόνῳ βεβλαφέναι. καὶ μέντοι καὶ τιμᾶσθαι μὲν ἔλεγον ἤδη πρὸς πολλῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐπ' ἀληθέσιν οἷς ἐπρέσβευον δόγμασιν· ἐὰν δὲ καὶ ταῦθ' ὁμολογήσωσιν εἶναι μοχθηρά, καὶ τῶν ἄλλων ἀμαθέστεροι φανεῖσθαι, καὶ μηδένα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῖς χρωμένων αὖθις ἔτι χρήσεσθαι. [419] τούτοις μὲν οὖν πολλὴν συγγνώμην νέμειν εὔλογον ἡμᾶς, οὐ

rumque ad haec, qui eryſipelas et ſcirrhum referrent, ſic partibus intimis, quaecunque principes magis eſſent, totidem accidere affectus potuiſſe. Soli ſunt, qui quidvis aliud potius quam ſuccos cauſari audent, quicunque rationis expertes ab Hippocratica de ſuccis doctrina deſcivere: quorum apud me nonnulli clam confeſſi ſunt, manifeſto ſe quidem contendendi cernere cupiditatem adverſus Hippocratem exiſtimantium, nihil eſſe in ſuccis ad ſanitatem aut morbum uſus aut detrimenti, pudere tamen eos poſt quinquageſimum aetatis annum ad Hippocratis ſententiam deſcendere: ſic enim videri poterimus (dicebant) non ſolum diſcipulis, ſed etiam iis, qui toto praeterito tempore nobis uſi eſſent, obfuiſſe. Quin in honore ſe quoque apud mortalium multos eſſe ajebant, ceu vera dogmata profeſſos: quae ſi ipſa quoque prava eſſe faterentur, quum indoctiores aliis viſum iri ſe, tum vero futurum, ut eorum, qui antea ipſorum opera utebantur, nullus in poſterum eſſet uſurus. His itaque multum veniae condonemus par eſt, non quidem culpato

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 756 sur 889

Ed. Chart. VI. [419.] Ed. Baſ. IV. (551.)

τὴν προαίρεσιν μεμφομένους, ἀλλὰ τῇ δυστυχίᾳ συναλγοῦντας αὐτοῖς, οἳ πρὸ τοῦ κρῖναι δύνασθαι τὰ διδασκόμενα περιέπεσον οὐκ ἀγαθοῖς διδασκάλοις. ἄξιοι δὲ μίσους εἰσὶν οἱ πρῶτοι διὰ φιλοτιμίαν αἱρέσεις δογμάτων συστησάμενοι· φαίνονται γὰρ ἑκόντες ἐξαπατᾶν ἐπιχειρῆσαι τοὺς πέλας, οὐκ ἄκοντες σφαλῆναι, μηδενὸς ἀνθρώπου εἰς τοσαύτην ἄνοιαν ἥκοντος, ὡς ἀγνοῆσαι, πηλίκον ἐστὶ κακὸν ἐκτραπῆναι τοὺς ἐν τῷ σώματι χυμοὺς εἰς φαρμακώδεις ποιότητας. αὐτοὶ γοῦν οὗτοι, πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐστὶ, δύσκολον ἢ καὶ τελέως ἀδύνατον εἶναί φασι διακρῖναι τοὺς ἐκ φαρμάκων ὀλεθρίων προσφορᾶς ἀπολλυμένους τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος τῆς νοσώδους διαθέσεως. οὐ μὴν οὔθ', ὅτι τοὺς τῶν ἰοβόλων ὀνομαζομένων θηρίων χυμοὺς, οὓς ἐνιᾶσι διὰ τοῦ δήγματος, ἐνίους μὲν νεκροῦντας ἐν τάχει τὸ δηχθὲν μόριον, ἐνίους δὲ καὶ σήποντας, ἢ φλεγμονὰς ἢ ὀδύνας μεγίστας ἐπιφέροντας ἐναργῶς ὁρῶμεν, ἔνεστιν ἀρνήσασθαι οὐδενὶ, καθάπερ οὐδ' ὅτι σκορπίῳ τις ἐπιπτύσας δὶς ἢ τρὶς νήστης εὐθέως ἀναι-

eorum inſtituto, ſed de illorum una infortunio miſerti, qui, antequam judicium ferre de doctrinis poſſent, magiſtros nacti ſint improbos; illi contra odio merito habendi ſunt, qui ob honoris contentionem primi placitorum ſectas erigunt, quippe qui volentes ſcientesque homines decipere velle videantur, non autem per imprudentiam labantur, quum nullus ad tantum unquam dementiae veniat, ut ignoret, quantum ſit malum contentos in corpore humores in medicamentoſas qualitates converti. Iſti ipſi, quibuscum inſtitutus nobis eſt ſermo, haud ſane facile vel etiam neutiquam fieri poſſe rentur, ut eos, qui ex lethalis medicamenti aſſumptione et morboſo corporis ipſius affectu periclitantur, diſcernamus. Neque vero illud non apertiſſime videmus, ut negare nemo audeat, animalium venenum ejaculantium ſuccos, quos in morſu reponunt, alios demorſam partem celeriter mortificare, alios putrefacere, aut phlegmonen aut dolores vehementiſſimos ciere, veluti et ſcorpionem, ſi quis in eum bis terve jejunus conſpuat, ſtatim perire; nam,

Ed. Chart. VI. [419.] Ed. Baſ. IV. (351. 352.)

ρεῖ τὸ ζῶον. ὥσπερ γὰρ οἰκεῖαι φύσεις φύσεσίν εἰσιν, οὕτως ἕτεραι πολέμιαί τε ἑτέραις καὶ φθαρτικαί. τρέφεσθαι μὲν οὖν ἡμῖν ὑπὸ τῶν οἰκείων, ἀπόλλυσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων συμβαίνει. καὶ λέλεκται περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖστον ἔν τε τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι, καὶ τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων· εἰς δὲ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἱκανὴ καὶ τῶν ἐν τοῖς λιμοῖς ὀφθέντων ἡ διήγησις. εἰ δέ μοι πιστεύειν ἐθέλοις, οὐδεμίαν μὲν αἰτίαν (352) ἔχοντι ψεύδεσθαι, δυσχεραίνοντι δὲ ἐπὶ τῷ πολλοὺς ἐν βιβλίοις ἄνδρας ἐψεῦσθαι μεγάλως, διηγήσομαί σοι τὰ διὰ μακρᾶς πείρας ἐν ὅλῳ μου τῷ βίῳ γνωσθέντα μετὰ τοῦ καὶ τοὺς θεοὺς ἐπικαλέσασθαι μάρτυρας. ἐμοὶ γὰρ πατὴρ ἐγένετο, γεωμετρίας μὲν καὶ ἀρχιτεκτονίας καὶ λογιστικῆς ἀριθμητικῆς τε καὶ ἀστρονομίας εἰς ἄκρον ἥκων, ὑπὸ πάντων δὲ τῶν γνόντων αὐτὸν ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ χρηστότητι καὶ σωφροσύνῃ θαυμασθείς, ὡς οὐδεὶς τῶν φιλοσόφων. οὗτος οὖν παῖδα μὲν ὄντα με διαιτῶν αὐτὸς ἄνοσον ἐφύλαξεν. ἐπεὶ δὲ μειράκιον ἐγενόμην, ὅ τε πατὴρ ὑπεχώρησεν εἰς ἀγρὸν, ὧν φιλογέωργος, εἰχόμην

ſicuti naturae affines aliae aliis ſunt, ſic quaedam adverſantur quibusdam, easque perimunt. Porro affinibus nutriri, a contrariis vero corrumpi contingit: eſtque de his tractatum fuſius in commentariis de naturalibus facultatibus, tum de ſimplicibus medicamentis; impraeſentiarum autem ſatis ſit enarraſſe etiam, quae comperta vidimus in fame. Quod ſi fidem mihi adhibueris, (cui, quamobrem mentiri debeam, cauſae nihil ſit, contraque permoleſte feram, quod auctores multi ſuis in libris egregie mentiti ſint,) explicabo tibi ea, quae in univerſa vita mea experientia longa didici, idque diis ipſis teſtibus invocatis. Ego ſane patrem habui, qui ad ſummum geometriae, architecturae, logiſticae, arithmetices atque aſtronomiae pervenit, fuitque ab iis, qui illum norant, aequitate, probitate et temperantia ſupra philoſophos omnes commendatus. Is me puerum etiamnum morbis intactum ſervaverat praeſcripta victus ratione. Adoleſcens deinde factus quum eſſem, pater vero in agrum agriculturae

Ed. Chart. VI. [419. 420.] Ed. Baſ. IV. (352.)

μὲν οὖν ἐμάνθανον ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς συμφοιτῶντας, οὐ δὲ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ· ἐμπλησθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ὀπώρας ἁπάντων τῶν ὡραίων, ἐνόσησα τοῦ φθινοπώρου νόσον ὀξεῖαν, ὡς φλεβοτομίας δεηθῆναι. παραγενόμενος οὖν εἰς τὴν πόλιν ὁ πατὴρ ἐπετίμησέ τέ μοι καὶ τῆς ἔμπροσθεν διαίτης ἀνέμνησεν, ἣν ὑπ' αὐτῷ διῃτώμην, ἐκέλευσέ τε τὸ λοιπὸν φυλάττειν αὐτὴν, ἀποστάντα τῆς τῶν ἡλικιωτῶν ἀκρασίας. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς ἐνιαυτὸν ἔργον ἐποιήσατο παραφυλάξαι μου τὴν δίαιταν, ὡς μετρίως ἅψασθαι τῶν ὡραίων· ἦγον δὲ τηνικαῦτα τῆς ἡλικίας ἔτη ιθ'. ἄνοσος οὖν ἐν αὐτῷ μείνας, εἶτ' ἐν τῷ μετ' αὐτὸν ἐνιαυτῷ τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος, ἅμα τοῖς ἡλικιώταις διαιτηθεὶς ἐπὶ δαψιλέσι τοῖς κατὰ τὴν ὀπώραν, ἐνόσησα νόσον παραπλησίαν τῇ πρόσθεν, ὡς καὶ τότε φλεβοτομίας δεηθῆναι. τοὐντεῦθεν ποτὲ μὲν ἐφεξῆς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, ἐνίοτε δὲ διαλιπὼν ἓν ἔτος, ἐνόσουν μέχρι τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. [420] ἐν τούτῳ δὲ

ſtudioſus conceſſiſſet, urgebam ego quidem ſtudia ſupra condiſcipulos omnes non interdiu ſolum, ſed etiam noctu; toto vero caniculae tempore, quum omnibus fugacibus fructibus me expleſſem cum aequalibus una meis, autumno in morbum incidi acutum, ſic ut ſanguinem mittere neceſſe habuerim. Reverſo deinde in urbem patre, meque quum increpaſſet, tum revocata in memoriam priore victus ratione, qua ſub ipſo uſus eſſem, praecepit, uti de caetero hanc ſervarem, aequalium meorum intemperantiam averſatus. Quin in ſequenti quoque anno ſtudioſe egit, ut vivendi rationem meam obſervaret, ne quid de fugacibus fructibus, niſi modice, attingerem. Agebam tunc temporis aetatis annum undevigeſimum; quo anno quum incolumis evaſiſſem, ſequentique deinde diem obiiſſet pater, liberaliter cum aequalibus una in victu fructibus uſus, qui ſub caniculae tempus proveniunt, morbum incurri priori non diſſimilem, uti tunc quoque vena mihi neceſſario ſecanda fuerit. Ex eo tempore aliquando ſingulo quoque deinceps anno ſemper aegrotavi, aliquando intermiſſo uno, ad annum usque vigeſimum-

Ed. Chart. VI. [420.] Ed. Baſ. IV. (352.)

κινδυνεύσας ἀπόστημα σχεῖν, καθ' ὃ μέρος συνάπτει τὸ ἧπαρ τῷ διαφράγματι, τῶν ὡραίων ἁπάντων ἀπέχεσθαι ἐμαυτὸν ὥρισα πλὴν τῶν πεπείρων ἀκριβῶς σύκων τε καὶ σταφυλῶν, οὐδὲ τούτων ἀμέτρως, ὡς ἔμπροσθεν, ἀλλὰ συμμέτρως προσφερόμενος. ἔσχον δὲ καὶ ἄλλον τινὰ τῶν ἐμαυτοῦ πρεσβύτερον ἔτεσι δυοῖν, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντα ἐμοί. φροντίζοντες οὖν τῶν γυμνασίων καὶ τοῦ μηδέποτ' ἀπεπτῆσαι ἄνοσοι διεμείναμεν ἄχρι δεῦρο πολλῶν ἐτῶν· καὶ τῶν ἄλλων δὲ φίλων ὅσους ἔπεισα γυμνάζεσθαί τε καὶ τεταγμένως διαιτᾶσθαι, τέως πάντας ὁρῶ διαπαντὸς ὑγιαίνοντας, ἐνίους μὲν ἐξ ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι, τοὺς δ' ἐξ ἐλαττόνων μὲν, ἤδη δ' ἱκανῶν, ὡς ἕκαστοι πεισθέντες ἔτυχον ἀπέχεσθαί τε τῶν ὡραίων καὶ τῶν ἄλλων κακοχύμων ἐδεσμάτων, ἃ πρόκειται διελθεῖν ἐν τῷδε τῷ γράμματι.

Κεφ. β'. Τοῖς μὲν οὖν δυναμένοις γυμνάζεσθαι πρὸ τῶν σιτίων οὐδὲ τῆς ἀκριβοῦς πάνυ διαίτης ἐδέησε· τοῖς δὲ

octavum: quo tempore, quum periculum adiiſſem, ne, qua parte ſepto transverſo jecur adhaeret, abſceſſus eſſet, mihi ipſi uſum interdixi fugacium omnium, praeterquam ficuum uvarumque exacte maturarum, hisque ipſis non immodice, ſicuti antea, ſed moderate adhibitis; habebamque alium quendam biennio majorem ſodalem ejusdem mecum inſtituti. Adhibita itaque diligenti de exercitatione cura, tum ne quid eruditate laboraremus, immunes hactenus a morbis perſeveravimus annorum multorum ſpatio. Jam quoscunque ex amicis aliis perſuaſos habui, ut ſe exercerent vivendique ſervarent ordinem, animadverti ad hanc usque diem incolumes perſtitiſſe, quosdam annorum vigintiquinque intervallo, quosdam non totidem quidem annis, ſed ſatis tamen multis, prout perſuaſus quisque fuerat, uti fugacibus fructibus abſtineret, reliquisque praeterea vitioſi ſucci eduliis, de quibus propoſitum nobis ſit hoc libro pertractare.

Cap. II. Ergo qui exercitatione uti ante cibum poſſunt, iis haud certe exquiſita victus ratio fuerit neceſſaria:

Ed. Chart. VI. [420.] Ed. Baſ. IV. (352.)

διὰ περιστάσεις πραγμάτων κωλυομένοις οὐ μόνον ἀβλαβεστέρας διαίτης, ἀλλὰ καὶ φαρμάκων ὑγιεινῶν ἐστι χρεία. πολλοὶ μέντοι τῶν ἀνθρώπων ἐν τοιαύτῃ καταστάσει διατρίβουσιν, ὥστε μὴ δυνατὸν αὐτοῖς εἶναι, μήτε γυμνάζεσθαι καλῶς πρὸ τῶν σιτίων, μήτ' ἐσθίειν ἱκανῶς ἐν καιρῷ, μήτε πέττειν καλῶς τὰς τροφάς. τοὺς μὲν δὴ τοιούτους ἀδύνατον ἀνόσους διαμένειν ἄνευ τοῦ προνοεῖσθαι τῆς γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἐκ διαλειμμάτων, ἐνίοτε δὲ καὶ καθάρσεως ἰσχυροτέρας, ὡραίας τε κενώσεως αἵματος, ὑγιεινῶν τέ τινων φαρμάκων, ἐν τοῖς προσήκουσι καιροῖς πινομένων. ὅσοι δὲ βίον ἡσύχιον εἵλοντο, μήτε πρὸ ἡμέρας ἀνάγκην ἔχοντες ἐπὶ τὰς τῶν πολὺ δυναμένων ἐπιέναι θύρας, μήτε πολλάκις ἱδροῦντες ἐν ἀναγκαίαις πράξεσι καταψύχεσθαι, μήτε λουομένοις τισὶ παρεστάναι, μήτ' εἰς οἶκον ἐπανερχομένους αὐτοὺς παραπέμπειν, εἶτα μετὰ πολλῆς σπουδῆς αὐτοὶ λουσάμενοι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐπείγεσθαι, τούτοις πρώτοις ὑποθήσομεν δίαιταν, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα χρηστότατον ἔχωσιν αἷμα· μετὰ δὲ τούτους πειράσομαί τινας ὑποθήκας δοῦναι καὶ τοῖς ἐν ἀσχολίᾳ ζῶσι.

aliis vero, qui ob negotiorum molem hoc facere prohibentur, non ſolum innocentiore victu, verum etiam medicamentis ſalubribus opus fuerit. Plurimi quoque in eo rerum ſtatu degunt mortales, ut his neque ante cibum recte exercere ſe liceat, neque opportune ſatis cibum capere, neque vero probe alimentum conficere: hoſce intactos morbis perdurare diutius impoſſibile fuerit, niſi conſulant ſubducta ſibi alvo per intervalla, interdum purgatione etiam validiore, ac tempeſtiva ſanguinis miſſione, ſalubribusque quibusdam ad haec medicamentis opportuno tempore epotis. Quicunque vero quietioris vitae inſtitutum ingreſſi ſunt, nec coguntur ante lucem adire potentum limina, nec, poſtquam crebro ſudarint operibus neceſſariis factitandis, refrigeſcere, neque aliquibus, dum lavantur, aſſiſtere, neque alios, quum ſe domum iterum conferunt, reducere, ipſi poſtea ingenti feſtinatione loti coenatum properare, hiſce nos prius victus rationem praeſcribemus, unde ſanguinem in primis probum obtineant; aliisque deinde conſulere conabimur, qui nego-

Ed. Chart. VI. [420. 421.] Ed. Baſ. IV. (352.)

δεήσεται δ' ὁ λόγος ἀναμνῆσαι τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς τρισὶν ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς ὁ λόγος μοι γέγονε περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. εὔχυμα τοίνυν ἐδέσματα τῶν μὲν σιτηρῶν ἄρτοι τ' εἰσὶν οἱ καθαροὶ, κατειργασμένοι καλῶς ὀπτήσει τε τῇ διὰ κλιβάνου καὶ τῇ πρὸ αὐτοῦ φυράσει καὶ ζύμῃ συμμέτρῳ καὶ ἁλῶν μίξει, πρὸς τούτοις δὲ δεύτεροι κατ' ἀρετὴν οἱ ἰπνῖται. καὶ χόνδρος δὲ τῶν εὐχυμοτάτων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὸ χοίρειον κρέας, ἐὰν ἀκριβῶς ἥ τε γαστὴρ αὐτὰ πέψῃ καὶ τὸ ἧπαρ αἱματώσῃ. γλίσχρον δ' ἔχει τι καὶ διὰ τοῦτ' ἐμφρακτικὸν ἥπατός τε καὶ νεφρῶν, οἷς στενόπορα φύσει ταῦτα. πλεοναζόντων γοῦν ταῖς ἐδωδαῖς αὐτῶν, βάρους τέ τις αἴσθησις ἐν τοῖς εἰρημένοις μορίοις γίνεται καί ποτε καὶ πόνος. ἕπεται δὲ ταῖς καθ' ἧπαρ ἐμφράξεσι, κωλύεσθαι μὲν τὴν ἀνάδοσιν, ἀθροίζεσθαι δὲ πλῆθος ἐν ταῖς κατὰ τὸ μεσάραιόν τε [421] καὶ τὰ σιμὰ τοῦ σπλάγχνου φλεψὶν, ᾧ πάλιν φλεγμονὰς ἀκολουθῆσαι τῶν μορίων, ἐν οἷς ἤθροισται, κίνδυνος, ἢ αὐτῶν τῶν πλεοναζόντων χυ-

tioſam vitam ducunt. Fueritque neceſſe, ut in memoriam revocentur, quae in tribus commentariis diſſeruimus de alimentorum facultatibus conſcriptis. Igitur inter frumentacea cibum exhibent ſucci boni panes puri rite confecti, qui et in clibano ſint cocti et antea ſubacti, tum fermento conſtent modico, ſalisque mixtura: ſecundas ab his obtinent furnacei. Nec ſane minus alica inter ea, quae optimi ſucci ſunt, cenſetur, ſicuti ſuilla quoque caro, ſiquidem iſta ventriculus exquiſite concoquat, et in ſanguinem vertat jecur: viſcidi nihilominus neſcio quid retinent, quodque ideo jecoris renumque meatus obducat, quibus aſtrictiores hi natura fuerint. Si quis igitur crebrius utatur, gravitatis ſecundum praedictas jam partes ſenſum quendam, aut dolorem etiam nonnunquam praeſentiet. Jecinoris porro obſtructionem comitatur diſtributionis impedimentum, ac plenitudinis collectio in meſaraei ſimarumque viſceris partium venis; quo caſu periculum rurſus eſt, ne aut phlegmone ſequatur partium, in quibus facta collectio fuerit, aut redundantium hu-

Ed. Chart. VI. [421.] Ed. Baſ. IV. (352.)

μῶν σηπεδόνα. δυοῖν γάρ τοι θάτερον ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς ὠμοῖς καὶ παχέσι χυμοῖς ἀκολουθεῖν, ἢ μεταβάλλεσθαι εἰς αἷμα πεττομένοις, ἢ σήπεσθαι, καθάπερ καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐν τοῖς θερμοῖς χωρίοις χρόνῳ πλείονι μένοντα. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰατροῖς εὑρέθη τὰ κληθέντα πρὸς αὐτῶν ὑγιεινὰ φάρμακα, τῆς λεπτυνούσης ἅπαντα δυνάμεως ὄντα. τούτοις γὰρ ἔργον ἐστὶν, ἐκφράττειν μὲν τὰς στενὰς διεξόδους, ἀποῤῥύπτειν δὲ τὸ προσπλαττόμενον γλίσχρον ἐκ τῶν χυμῶν τοῖς ἀγγείοις, τέμνειν δὲ καὶ λεπτύνειν τὰ παχέα τῶν ὑγρῶν. ἀλλ' ἐὰν πλεονάσῃ τις ἐν αὐτοῖς, ὀῤῥῶδες ἢ πικρόχολον ἐν τῷ χρόνῳ ἢ μελαγχολικὸν ἐργάζεται τὸ αἷμα. πέφυκε γὰρ ὀλίγον δεῖν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα φάρμακα σὺν τῷ λεπτύνειν τε καὶ τέμνειν ἔτι καὶ θερμαίνειν ἀμετρότερον. ὑπὸ δὲ τῶν οὕτως θερμαινόντων ξηραίνεται μὲν τὰ στερεά, παχύνονται δὲ οἱ χυμοὶ, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοὺς νεφροὺς οἱ πωρώδεις λίθοι συνίστανται. καλλίστης οὖν κατασκευῆς σώματος ὑπαρχούσης, ἥτις ἂν εὐκρατοτάτη μὲν ᾖ, τὰς δὲ τῶν χυμῶν διεξόδους εὐρείας ἔχῃ, δυνατόν ἐστιν ὑγιαίνειν ἀεὶ τὸν οὕτω πεφυ-

morum ipſorum putredo; quandoquidem alterutrum ſequi neceſſe ſit crudos craſſosque humores, ut aut in ſanguinem convertantur concocti, aut putreſcant, ſicuti reliquis quoque omnibus accidit, quaecunque locis calentibus diutius moram trahunt. Proinde inventa medicamenta ſunt, ſic a medicis ſalubria appellata, quae attenuandi omnia facultate conſtant; horum ſi quidem officium eſt anguſtiores vias expedire, tum abſtergere, ſi quid ex humoribus glutinoſi vaſis adhaereſcit, humorumque craſſitiem incidere et extenuare. Caeterum frequens horum uſus ſanguinem ſeroſum, aut bilioſum, aut melancholicum temporis tractu reddiderit; ſiquidem ſolita ſint medicamenta haec univerſa prope, praeter id, quod attenuent et incidant, etiam vehementius excalefacere; ab iis autem, quae ſic calefaciunt, ſolidiores partes exiccantur, humoresque redduntur craſſi, unde renum calculi exiſtant tophacei. Ergo quum corporis conſtitutio probatiſſima ea habeatur, quae ſimul et temperatiſſima ſit et humorum tranſitum expeditum teneat, hac natura praeditum poſſibile ſit, ſiquidem ſe ante cibos quod ſatis ſit exer-

Ed. Chart. VI. [421.] Ed. Baſ. IV. (352. 353.)

κότα, γυμναζόμενον αὐτάρκη πρὸ τῶν σιτίων, ἐὰν καὶ πλεονάζῃ ποτὲ κατὰ τὰ παχύχυμα τῶν ἐδεσμάτων, ὁποῖόν ἐστιν, ὡς ἔφην, ὅ τε χόνδρος καὶ τὸ χοίρειον κρέας, οἵ τ' ἰπνῖται τῶν ἄρτων, ἢ κριβανῖται, οὐ πάνυ δ' ἀκριβῶς οὔτε προπαρεσκευασμένοι τῇ λελεγμένῃ μικρὸν ἔμπροσθεν κατασκευῇ, κατά τε τὸν κλίβανον ἐνδεῶς ὠπτημένοι. τὴν δ' αὐτὴν ἔχει τῷ χόνδρῳ φύσιν ὁ καλούμενος τράγος, ἐκ τῶν σιτηρῶν τροφῶν καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, δυσκατεργαστότερός γε μὴν ἐν τῇ κατὰ τὴν γαστέρα πέψει ἐστὶ τοῦ χόνδρου. παραπλησίαν δὲ τούτοις δύναμιν ἔχει καὶ ἡ τῶν ὠῶν φύσις, ἀλλὰ διορισμῶν πολλῶν δεομένη, καθάπερ καὶ τὸ γάλα. προϊόντος δὲ τοῦ λόγου διδαχθήσεται μετ' ὀλίγον ἀκριβῶς πᾶσα. πρότερον γὰρ, ὥσπερ τούτων ἐμνημόνευσα, τὸν οἷον τύπον ὑπογράφων τῶν εὐχύμων τε καὶ κακοχύμων ἅμα γλισχρότητι τροφῶν, οὕτως καὶ τῶν συμμέτρως ἐχουσῶν βούλομαι μνημονεῦσαι, μέσον οὐσῶν τῇ φύσει τῶν παχυνόντων ἐδεσμάτων καὶ τῶν (353) λεπτυνόντων, ὑπὲρ ὧν ἑτέρωθι διῆλθον ἐν ἑνὶ γράμ-

ceat, incolumem aſſidue praeſtare, etiam aliquando ſucci craſſioris cibis pluſculum uſum; quod genus, ſicuti diximus, alica eſt et ſuilla caro, panesque furnacei et clibanitae, quibus quidem nec exacta adhibita fuerit praeparatio, qualem paulo ſupra retulimus, et imperfecte in clibano decocti ſint. Ejusdem cum alica naturae eſt tragus quoque, quem vocant, qui ipſe quoque inter frumentacea alimenta connumeratur, atque is tamen alica ipſa aegrius in ventriculo concoquitur. Nec diſſimilem ab his plane facultatem obtinet ovorum natura; de quibus diſtinguendum tamen plenius ſit, quemadmodum de lacte quoque. Docebuntur haec ad amuſſim in ſermonis progreſſu haud ita multo poſt. Prius namque, quemadmodum horum ipſorum memini, ut alimentorum veluti formulam quandam exprimerem, in quibus cum viſciditate una ſuccorum bonitas et malitia ineſt, ad eundem modum de iis quoque mentionem faciam, quae mediocriter ſe habent et natura conſtant inter incraſſantes cibos et attenuantes media; de quibus alibi unico libro diſſerui, qui eſt

Ed. Chart. VI. [421. 422.]

ματι τῷ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης.

Ed. Baſ. IV. (353.)

ἀλλὰ τῶν μὲν τοιούτων τὰ πλεῖστα φάρμακα μᾶλλον ἄν τις ἢ τροφὴν εἴποι. τὰ δὲ τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους γεννῶντα χυμοὺς ἐδέσματα τροφιμώτατά τε πάντ' ἐστὶ, κἂν πεφθῇ καλῶς ἔν τε τῇ γαστρὶ καὶ τῷ ἥπατι, χρηστὸν αἷμα γεννᾶν πέφυκεν.

Κεφ. γ'. Ἀμεμπτότατα δὲ τῶν ἐδεσμάτων ὑπάρχει τὰ μεταξὺ τῶν λεπτυνόντων τε καὶ παχυνόντων, ὡς ἂν ἐν συμμετρίᾳ καὶ μεσότητι τῶν ὑπερβολῶν καθεστῶτα. τοιαῦτα δ' εἰσὶν οἵ τε κάλλιστοι τῶν ἄρτων, ὑπὲρ ὧν τῆς κατασκευῆς ἐπὶ πλέον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων εἴρηται, καὶ πρὸς τούτοις αἱ σάρκες ἀλεκτορίδων τε καὶ ἀλεκτρυόνων, ὀρνίθων τε καὶ φασιανῶν καὶ περδίκων καὶ περιστερῶν, ἀτταγήνων τε καὶ τρυ[422]γόνων καὶ κιχλῶν καὶ κοσσύφων καὶ τῶν μικρῶν στρουθῶν ἁπάντων, ἔτι τε πεταίων ἰχθύων, αἰγιαλείων τε καὶ πελαγίων, κωβιῶν τε καὶ σμυραινῶν καὶ βουγλώσσων, ὀνίσκων τε καὶ πάντων ἁπλῶς ἰχθύων, ὅσοι μήτε γλισχρότητά τινα, μήτε δυσωδίαν ἢ ἀη-

de attenuante victus ratione. Hujusmodi tamen plurima medicamenti potius quam alimenti nomine vocentur: at quae craſſos glutinoſosque ſuccos progignunt edulia, haec fuerint, quae quum valentiſſime alant, tum bonum procreare ſanguinem conſueverint, ſiquidem ea ventriculus ac jecur probe conficiat.

Cap. III. Omnium tamen minime improbantur edulia, quae attenuantium et incraſſantium in confinio ſunt, ut quae in exceſſuum meditullio et temperie quadam locentur. Hujusce generis panes optimi ſunt, qui quomodo parentur, fuſius dictum a nobis eſt in primo de alimentorum facultatibus libro: gallinarumque praeterea carnes gallorumque gallinaceorum, tum phaſianarum avium, perdicum, columbarum, attagenum, turturum, turdorum, merularum et paſſerculorum omnium, piſciumque ad haec ſaxatilium littoraliumque et pelagiorum, et gobiorum, et muraenae, et bugloſſi, et aſellorum, breviterque piſcium omnium, quicunque nullam inter edendum nec viſciditatem,

Ed. Chart. VI. [422.] Ed. Baſ. IV. (353.)

δίαν ἔχουσι κατὰ τὴν ἐδωδήν. οὐκ ὀλίγων δὲ χρεία διορισμῶν ἐστι καὶ περὶ τῆς τούτων ἁπάντων φύσεως, ἣν ἐφεξῆς ἐρῶ ἐν τῷ περὶ τῶν κακοχύμων ἐδεσμάτων λόγῳ, προσθεὶς δὲ τὰ λείποντα πρότερον. ὅσοις μὲν γὰρ ἀνθρώποις οἷόν τ' ἐστὶ γυμνασίοις τε πλείοσι χρῆσθαι καὶ κοιμᾶσθαι, μέχρις περ ἂν ἐθέλωσι, καὶ βίον ἔξω τῶν πολιτικῶν ἀσχολιῶν ᾕρηνται, τούτοις ἐγχωρεῖ καὶ τὰ παχύχυμα καὶ γλίσχρα τῶν ἐδεσμάτων ἐσθίειν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐπὶ τῷ πλήθει τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν μηδέποτε μηδεμίαν αἴσθησιν ἐν ὑποχονδρίῳ δεξιῷ ἴσχωσιν ἢ βάρους, ἢ τάσεως. ὅσοις δ' ἤτοι διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ διά τινα συνήθειαν οὐχ οἷόν τε γυμνάζεσθαι πρὸ τῶν σιτίων, οὗτοι πάντων ἀπεχέσθωσαν ἐδεσμάτων, ὅσα τοιαῦτα. τελέως δ' ἀργοὶ μηδ' αὐτοὶ παραγενέσθωσαν ἐπὶ τὰς τοιαύτας τροφὰς, ἀλλ' αἰωρήσεσιν ἢ περιπάτοις ἀντὶ τῶν ἰσχυροτέρων γυμνασίων χρήσθωσαν. μέγιστον γὰρ κακὸν εἰς ὑγείας φυλακήν ἐστιν ἡσυχία παντελὴς τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἡ σύμμετρος κίνησις. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νοσή-

nec ſaporis ſoeditatem, nec inſuavitatem repraeſentant. Nec ſane paucas diſtinctiones requirit horum omnium natura; atque de horum omnium natura tractaturus deinceps ſum, quum de mali ſucci cibis dicemus, additis prius hoc loco, quae deſunt. Etenim quicunque plurimum exercere ſe poſſunt, ſomnumque, quantum libuerit, producere, vitamque delegerunt a civilibus negotiis procul, poſſunt ſane hi craſſi glutinoſique ſucci cibos capere, praeſertim ſi cui poſt largum horum eſum nullus unquam in dextro hypochondrio aut ponderis, aut tenſionis ſenſus oboriatur; quibus vero non licet aut per aetatem, aut ob conſuetudinem aliquam exercere ſe ante cibum, abſtineant eduliis id genus omnibus. Omnino vero otioſi ne ipſi quidem admittere alimenta hujusmodi debuerint, ſed vel geſtationibus, vel deambulationibus utantur validioris exercitationis vice; ſicuti namque quies corporis omnimoda maximum eſt ad tuendam ſanitatem incommodum, ſic plane maximum fuerit in mediocri motione commodum; quando ne aegrotaturus

Ed. Chart. VI. [422.] Ed. Baſ. IV. (353.)

σει τις ὅλως, ἢν ἐπίηδες προνοῆται τοῦ μηδέποτ' ἀπεπτῆσαι μετὰ τοῦ μηδὲ κινεῖσθαί τινα ἰσχυρὰν ἐπὶ σιτίοις κίνησιν. ὥσπερ γὰρ ἀγαθὸν μέγιστόν ἐστιν εἰς ὑγείαν τὸ πρὸ τῶν σιτίων προγυμνάσιον, οὕτω βλαβερώτατον ἅπασα κίνησις ἐπὶ σιτίοις. ἀναδίδοται γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας ἡ τροφὴ, πρὶν πεφθῆναι, κἀκ τοῦδε πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἀθροίζεται κατὰ τὰς φλέβας, ἐξ ὧν εἴωθε νοσήματα παντοῖα γίγνεσθαι, μὴ φθασάντων αὐτῶν ἤτοι διαφορηθῆναι πόνοις πλείοσιν, ἢ πεφθῆναι καὶ μεταβαλεῖν εἰς αἷμα ὑπὸ τῆς καθ' ἧπάρ τε καὶ φλέβας δυνάμεως. ἀσφαλέστατον οὖν φείδεσθαι τῶν κακοχύμων τε καὶ γλίσχρων ἐδεσμάτων, ὅσοις γε μόνης ὑγείας ἐστὶν ἡ φροντὶς, οὐκ εὐεξίας σώματος, ὁποίαν οἱ γυμναστικοὶ σπουδάζουσιν.

Κεφ. δ'. Ἐφεξῆς γοῦν ἐγὼ καταλέξω καὶ τὰ μὴ λελεγμένα κατὰ τὸν ἄχρι δεῦρο λόγον ἐδέσματα παχύχυμα, πάλιν ἀπὸ τῶν ἄρτων ἀρξόμενος. ὅσοι τοίνυν τούτων οὔτε ζύμης, οὔθ' ἁλῶν ἱκανῶς ἔσχον, οὔτε πλεῖστον ἐφυράθησαν, οὔτ' ἐν κλιβάνῳ καλῶς ὠπτήθησυν, οὗτοι παχυχυμότεροι πάντων

quidem omnino aliquis ſit, qui, ne quando cruditate laboret, curam geſſerit, nec motu aliquo vehementi a cibo moveatur. Quemadmodum enim omnium maxime commendatur ad ſanitatem exercitatio ante cibos, ſic a cibis motus unusquisque vel in primis damnatur, eo quod a ventre alimentum ante concoctionem diſtribuatur, crudiorumque ita humorum vis colligatur in venis, unde morborum genus omne progigni ſoleat, niſi prius aut laboribus pluribus diſſipentur ipſi, aut concoquantur, inque ſanguinem vertantur a jecoris venarumque facultate. Itaque ſecuriſſimum fuerit cibos caviſſe craſſi glutinoſique ſucci, quibus quidem valetudinis ſolius bonae cura ſit, non autem bene habiti corpore eſſe ſtudeant, quod gymnaſtici faciunt.

Cap. IV. Cibos igitur craſſi ſucci enumerabo deinceps, quos hactenus ſermone non retuli, initio a panibus ſumpto. Ex quibus qui neque fermenti, quod ſatis ſit, neque ſalis accepere, neque ſubacti plurimum, ſed nec clibano probe cocti fuerunt, craſſo ſupra omnes ſucco con-

Ed. Chart. VI. [422. 423.] Ed. Baſ. IV. (353.)

εἰσὶ μετὰ τοῦ καὶ γλισχρότητος ὀλίγον μετέχειν, ὄντινα χυμὸν οἱ περὶ Πραξαγόραν τε καὶ Φιλότιμον ὀνομάζειν εἰώθασι κολλώδη. παχύχυμοι δὲ οἱ τυροὶ πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν νέοι χωρὶς κακοχυμίας, οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ σὺν ταύτῃ. γλισχρότης δὲ πρὸς πάχει τισὶν αὐτῶν, οὐχ ἅπασιν, ὑπάρχει διὰ τὴν τοῦ γάλακτος φύσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν, οὐ σμικρὰς ἔχοντος διαφορὰς ἔν τε τοῖς γένεσι τῶν ζώων καὶ ταῖς τροφαῖς, ἃς ἐσθίουσιν ἄλλας ἐν ἄλλοις τόποις. αἰγείῳ μὲν οὖν γάλακτι πλείστῳ χρῶνται παρ' ἡμῖν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις ἔθνεσι βοείῳ· χρῶνται δὲ καὶ τῷ προβατείῳ πολλάκις. [423] ἀλλὰ τοῦτο μέν ἐστι παχύ, τῷ τῶν ὄνων ὑπεναντίως ἔχον ἐν τῷδε· λιπαρὸν δὲ τὸ τῶν βοῶν. ἁπάντων δ' ἔχει συμμέτρως τὸ τῶν αἰγῶν. οὔτε γὰρ ἱκανῶς ἐστιν οὔτε λιπαρὸν, οὔτε παχύ, καὶ διὰ τοῦτο μέσον τι τῶν ἄλλων ὑπάρχει κατὰ τὰς ἐνεργείας, ἃς ἐνεργεῖ κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων σῶμα, τοῦ μὲν ὀρρώδους καὶ λεπτοῦ γάλακτος ὑπάγοντος μὲν τὴν γαστέρα μᾶλλον, ἧττον δὲ τρέφοντος τὸ σῶμα, τοῦ δὲ παχέος ἔμπαλιν ἧττον μὲν ὑπάγοντος, τρέφοντος δὲ μᾶλλον. σύγκειται

ſtant, praeter id quod viſcidi etiam nonnihil participant: quod ſucci genus Praxagoras et Philotimus appellant glutinoſum. Craſſi praeterea ſucci eſt caſeus omnis, ſed recens ſuccum vitioſum non obtinet, qui inveteratis adeſt. Viſcoſitas in eorum quibusdam craſſitiei accedit, non tamen in omnibus, idque ob lactis, unde conficiuntur, naturam; cujus non pauca ſunt diſcrimina pro animantium diverſitate et alimentorum, quae alibi alia capiunt. Ac plurimus quidem apud nos eſt caprini lactis uſus, ſicuti bubuli apud alias nationes; quin et frequenter ovillo utuntur. Craſſum tamen hoc eſt, aſinarum lacti contrario modo ſe habens hoc nomine; pingue bubulum, omnium in medio caprinum, quippe quod nec immodice pingue, neque vero craſſum ſit, ideoque etiam operibus mediocre habetur, quae in humano corpore edit, quum tenue ſeroſumque lac, ſicuti minus alit, ita ventrem ſubducat magis, craſſum contra minus quidem alvum emolliat, at magis interim nutriat. Ex tribus nam-

Ed. Chart. VI. [423.] Ed. Baſ. IV. (353.)

γὰρ ἐκ τριῶν οὐσιῶν ἀνομοιομερῶν ἅπαν γάλα, μιᾶς μὲν τῆς ὀρῤῥώδους τε καὶ λεπτῆς, ἑτέρας δὲ τῆς παχείας τε καὶ τυρώδους, καὶ τρίτης τῆς ἐλαιώδους τε καὶ λιπαρᾶς. οὐ μὴν ἐν ἅπασί γε τοῖς ζώοις τὸ μέτρον αὐτῶν ἴσον, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ καμήλων τε καὶ ὄνων γάλακτι ἡ ὀρῤῥώδης ὑγρότης πλείστη, τὸ τυρῶδες δ' ἐν τοῖς προβάτοις, ὥσπερ τὸ λιπαρὸν ἐν τῷ τῶν βοῶν γάλακτι. μεσότητα δ' ἔχει τῶν ὑπερβολῶν ἡ αἶξ πρὸς τἄλλα γένη τῶν ζώων· ἐπείτοι πάλιν αὗται πρὸς ἀλλήλας παραβαλλόμεναι ταῖς εἰρημέναις ὑποπεπτώκασι διαφοραῖς, οὔσης οὐ σμικρᾶς οὐδὲ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν, ὥσπερ γε καὶ τῆς κατὰ τὰς νομὰς καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, ἔτι τε τὸν χρόνον, ὃν ἀφεστήκασι τῆς ἀποκυήσεως· ὑπὲρ ὧν καὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων εἴρηται. νυνὶ δ' ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἄνευ μέλιτος προσφέρεσθαι τὸ τῶν αἰγῶν γάλα. πολλοῖς γὰρ τῶν μόνον αὐτὸ πιόντων ἐτυρώθη κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ θαυμαστὸν ὅπως βαρύνει τε καὶ πνίγει τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὰν τοῦτο συμβῇ. θαυμαστότερον δ' ἔτι τὸ περὶ τοῦ θρομ-

que ſubſtantiis conſtat lac quodque diſſimilium inter ſe partium; quarum una ſeroſa eſt tenuisque, craſſa altera ac caſeoſa, tertia vero pinguis atque oleoſa. Neque in omnibus tamen animantibus aequa harum portio eſt, ſed in camelarum atque aſinarum lacte ſeroſae humiditatis plurimum, caſeoſae in ovillo, pinguis in bubulo. Caprae pro reliquis animalium generibus intra exceſſum omnem mediocriter ſe habent; illae enim ipſae, ſiquidem invicem rurſus conferantur, in jam dictas differentias cadunt, quando non ſane parva ea ſit, quae ab aetate ſumitur, ſicuti nec quae ex paſcuis ducitur atque anni tempore intervalloque inſuper a partu; de quibus ipſis plenius in tertio de alimentorum facultate libro tractavimus. Illud hoc loco dixiſſe ſatis ſit, minime tuto ſumi caprarum lac absque melle; multis namque, qui ſolum id ſumpſiſſent, in caſeum coactum fuit in ventre: quod quum contingit, mirum, quam hominem gravet ac ſuffocet. Hoc ipſo admiratione dignius, quod in con-

Ed. Chart. VI. [423.] Ed. Baſ. IV. (353.)

βωθέντος ἐστὶν αἵματος, ἐάν τ' εἰς τραῦμά τι, ἐάν τ' εἰς κοιλίαν ἤ τι τῶν ἐντέρων συρρύῃ. καὶ γὰρ ἐκλύονται καὶ καταψύχονται καὶ μικρόσφυκτοι καὶ κακόσφυκτοι γίνονται. καὶ μέντοι καὶ σηπεδόνος ἐπιγενομένης ἐν τάχει κατὰ τὰ πλησιάζοντα τῶν ὑγιεινῶν μορίων αἴτιον γίνεται τὸ θρομβωθὲν ἐν τραύμασιν αἷμα. διὰ τίνα μὲν οὖν αἰτίαν ὁ πάντων ἡμῖν τῶν χυμῶν οἰκειότατος, ὅταν ψυχθῇ, τηλικούτων ἡμῖν παθημάτων αἴτιον γίνεται, ζητήσεως οὐ σμικρᾶς ἄξιον· ἐναργῶς γε μὴν ἔστι κἀκ τούτου γνῶναι, πηλίκην ἔχουσι δύναμιν αἱ τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ποιότητες, ὧν ὥσπερ τινὸς μικροῦ καταφρονοῦσιν ἔνιοι τῶν νῦν ἰατρῶν, ἑπόμενοι τοῖς πρώτοις πλασαμένοις οὕτω γινώσκειν. τὸ γοῦν γάλα πίνουσί τινες ἐπεμβάλλοντες, ἕνεκα τοῦ μὴ τυρωθῆναι κατὰ τ᾽ν γαστέρα, μέλιτός τε καὶ ὕδατος καὶ τρίτου τῶν ἁλῶν. ἄριστον δ᾽ εἰς εὐχυμίαν γάλα τὸ τῶν εὐεκτικῶν ζώων ἐστὶν, ὅταν ἀμελχθῇ, πινόμενον εὐθέως. τὸ δὲ ἑψηθὲν ἐπὶ πλέον παχύχυμον ἱκανῶς γίγνεται, καὶ μᾶλλον ὅταν ἄλευρον πύρινον ἢ κέγχρον ἢ ἄμυλον ἑψήσῃς μετ᾽ αὐτοῦ. τυροὶ δὲ παχύχυμοι

creto in grumos ſanguine fit, ſi vel in vulnus defluat, vel ventrem, vel inteſtinorum aliquod; inde enim et exolvuntur et refrigeſcunt, pulſusque tum parvi tum mali evadunt. Quin etiam concretus ad hunc modum in vulneribus ſanguis cauſa eſt, ut putredo celeriter vicinas partes ſanas corripiat. Unde igitur fiat, ut humorum noſtrorum omnium maxime proprius, poſtquam refrixerit, affectus afferat ingentes adeo, diſquirendum ſane non parum fuerit; inde tamen aperte colligas, quanta ſit pravorum humorum qualitatis facultas, quorum rationem nullam ducunt, ut rei vilis, medici quidam hoc tempore, illos ſequuti, qui ſe primum, ut ita ſtatuerent, compararunt. Lac certe, ne coaguletur in ventre, epotant nonnulli addito melle et aqua tertioque ad haec ſale. Optimi ſucci eſt lac, quod bene habitorum animalium ſit, ac poſt emulſionem ſtatim bibatur; at quod decoctum plus juſto fuerit, ſucci nimis craſſi evadit, potiſſimum ſi triticeam farinam miliumve aut amylum una decoquas. Caſeus craſſo ſucco omnis conſtat, vetus mali

Ed. Chart. VI. [423. 424.] Ed. Baſ. IV. (353. 354.)

ἅπαντές εἰσιν, οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ κακόχυμοι. τοὺς νεοπαγεῖς δ' ἐγχωρεῖ μετὰ μέλιτος ἐσθίειν πρὸ τῶν σιτίων ὑπαγωγῆς ἕνεκα γαστρὸς, ἧττόν τε γάρ εἰσι παχύχυμοι τῶν παλαιῶν, οὐδ' ὅλως δὲ κακόχυμοι. ὁ δ' ἐξ αὐτῶν πηγνυμένων ἀποῤῥέων ὀῤῥὸς ἱκανῶς ὑπάγει γαστέρα. παχύχυμον δ' ἐστὶν ἔδεσμα καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς καθ' ἧπαρ παρεμφράττει διεξόδους ὁ διὰ γάλακτος ἢ τυροῦ σκευαζόμενος πλακοῦς, ὁμοίως δ' αὐτῷ καὶ ὁ διὰ σεμιδάλεως καὶ γάλακτος, ἢ καὶ λαγάνων τι καὶ (354) ῥυημάτων προσλαμβάνων. οὐδὲν δ' ἧττον, ὅσα σκευάζουσι διὰ γλεύκους καὶ σεμιδάλεως ἢ ὅλως ἀλεύρου πυρίνου, κακόχυμα πάντ' ἐστί. καὶ αὐτὰ δὲ καθ' αὑτὰ λάγανά τε καὶ ῥυήματα, καὶ πᾶν ἄζυμον ἐκ πυροῦ πέμμα, καὶ μᾶλλον ὅταν καὶ τοῦ τυροῦ τι προσλάβῃ, παχύχυμον ἱκανῶς ἐστιν· ὀνομάζειν δέ μοι δοκοῦσι [424] ταυτὶ τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν καλούμενα λάγανά τε καὶ ῥυήματα κοινῇ προσηγορίᾳ τῇ τῶν ἰτρίων οἱ παλαιοί. παχύχυμοι δέ εἰσι καὶ οἱ κοχλίαι καὶ τῶν ᾠῶν ὅσα μέχρι τελείας πήξεως ἕψουσί τε καὶ ὀπτῶσι. τὰ μὲν γὰρ ταγηνιζόμενα καὶ κακόχυμα γίνεται, καὶ τὴν ἐν τῇ γαστρὶ πέψιν ἔχει ἀνισσώδη, συνδιαφθείρουσαν ἑαυτῇ καὶ

etiam ſucci eſt, poſſis tamen ſubducendae alvi gratia ante cibum recens coagulatos edere cum melle; nam et vetuſtis hi craſſum minus ſuccum obtinent, ac nequaquam pravum. Quod ex coactis defluit ſerum, ſatis quidem alvum ducit. Cibus etiam fuerit craſſus, quique eam ob rem jecoris meatus infarciat, placenta, quam ex lacte et caſeo, quamque ex ſimila et lacte parant, aut ſi qua lagana aut rhyemata addantur. Nec minus craſſi ſucci ſunt, quaecunque ex muſto et ſimila parantur, aut in univerſum triticea farina. Ipſa quin etiam per ſe lagana et rhyemata, omniaque ex tritico bellaria ſine fermento, quoties caſei etiam aliquid adjicitur, craſſi valde ſucci ſunt; videnturque mihi veteres, quae nunc lagana et rhyemata vocamus, communi itriorum nomine appellaſſe. Craſſo ſucco conſtant cochleae etiam ovaque elixatione aut aſſatione ad ſummum durata; nam quae ſartagine friguntur, etiam mali ſucci fiunt, ac in ventriculo concoctionem ſortiuntur nidoroſam, et quae reliquos ſecum

Ed. Chart. VI. [424.] Ed. Baſ. IV. (354.)

τἄλλα σιτία, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἀπεπτουμένων ἐν τοῖς χείριστα πέφυκεν εἶναι. τὰ δὲ μετρίως ἑψημένα καὶ διὰ τοῦτο καλούμενα τρομητὰ βελτίω καὶ πρὸς πέψιν εἰσὶ καὶ πρὸς ἀνάδοσιν καὶ πρὸς θρέψιν καὶ πρὸς εὐχυμίαν, ὥσπερ γε καὶ τὰ ῥοφητὰ καλούμενα, μετρίως ἑψημένα καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς τῆς φάρυγγος ἐκλεαίνοντα τραχύτητας, ὅτε μήπω πεπάχυνταί τε καὶ συνῆκται τὸ ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνύδρων ζώων τά τε μαλάκια καλούμενα, τευθίδες καὶ σηπίαι καὶ πολύποδες, ὅσα τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα, παχὺν καὶ γλίσχρον ἔχουσι τὸν χυμὸν, ὥσπερ καὶ οἱ κητώδεις τῶν ἰχθύων, ἐξ ὧν εἰσιν καὶ οἱ θύννοι. μετριώτεραι δ' αὐτῶν αἱ πηλαμίδες. ἱκανῶς δὲ παχύχυμα τὰ ὄστρεα, ὧν οἱ κήρυκες, αἵ τε πορφύραι καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ καλούμενα πρὸς Ἀριστοτέλους ὀστρακόδερμα, χῆμαι, λοπάδες, κτένες, πίνναι καὶ τὰ παραπλήσια. πορφύραι μὲν οὖν καὶ κήρυκες σκληροτέραν ἔχουσι τῶν ἄλλων τὴν σάρκα καὶ παχυχυμοτέραν, ὑγροτέραν δὲ καὶ γλισχροτέραν τἄλλα, καὶ μάλιστα πάντων τὰ ὄστρεα.

cibos in corruptelam trahant; proinde inter ea, quae concoctionem fugiunt, omnium peſſima ſunt. Quae mediocriter elixa fuerunt, eoque vocantur tremula, praeſtabiliora ſunt et ad concoquendum et ad diſtributionem in corpus et ad nutritionem et ad ſucci bonitatem, quemadmodum ſane et quae ſorbilia vocantur, mediocriter elixa, eam ob rem gutturis aſperitates lenientia, quoad nondum ſpiſſatus eorum humor concreverit. Ex aquatilibus etiam mollia, quae vocant, loligines, ſepiae, polypi aliaque id genus craſſo glutinoſoque ſucco conſtant, ſicuti et cetacei piſces, de quorum genere habentur thunni; his ipſis moderatiores pelamides. Craſſi valde ſucci ſunt oſtrea quoque, buccinae et purpurae, ac breviter quaecunque Ariſtoteles teſtacea appellat, hiatulae, lopades, pectines, pinnae et id genus. Inter haec purpurae et buccinae carnem habent duriorem caeteris ac ſucci craſſioris, reliqua vero humidiorem et viſcidiorem, omniumque maxime oſtrea. Illud expedit

Ed. Chart. VI. [424.] Ed. Baſ. IV. (354.)

χρὴ δὲ γινώσκειν ἁπάντων αὐτῶν τὸν μὲν χυλὸν ὑπακτικὸν τῆς γαστρὸς, ὥσπερ ἐν τῷ γάλακτι τὸν ὀρρὸν, αὐτὸ δὲ τὸ στερεὸν σῶμα βραδυπεπτότερόν τε καὶ παχύχυμον, ὠμοῦ χυμοῦ καὶ παχέος καὶ ψυχροῦ γεννητικόν. ὑπάρχει δὲ τοῦτο καὶ τῇ κράμβῃ καὶ τοῖς φακοῖς ἐναργῶς, ὥσπερ ἑτέροις πολλοῖς ἀμυδρῶς, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς τρισὶν ὑπομνήμασι διῆλθον, ἃ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων ἐπιγέγραπται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν εἰρημένων παχυχύμων πάντων ἐστὶ κολλώδη τε καὶ γλίσχρα πλὴν ὧν εἶπον ὀστρακοδέρμων. ἡ κράμβη δὲ καὶ ἡ φακῆ τῆς αὐτῆς τοῦ χυμοῦ φύσεως οὐ μετειλήφασιν, ἀλλὰ τὸν νιτρώδη τε καὶ ὑπακτικὸν ἔχουσι, καθάπερ τὸ δρακόντιον μὲν τὸν δριμύν τε καὶ πικρὸν ἰσχυρῶς, ἄρον δ' ἀμφότερον μὲν, ἀλλ' ἀμυδρῶς, οἱ βολβοὶ δὲ τὸν αὐστηρόν τε καὶ πικρὸν, οὓς ἐὰν ἐκνίψῃς ἑψήσεσι πλείοσι, τὸ στερεὸν αὐτῶν ἀπολειφθήσεται παχύχυμον ὑπάρχον. ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων οἱ μύκητες ἔχουσι ψυχρότατόν τε καὶ γλισχρότατον ἅμα καὶ παχὺν χυμὸν, ἐν οἷς ὑπὸ τῶν βωλιτῶν μόνων οὐδεὶς ἱστόρηται τεθνεώς· χολέραν μέντοι

scire, horum omnium ſucco ventrem ſubduci, ut et lactis ſero, ſolido autem eorum corpore, quod et difficilius concoquatur et craſſi ſucci ſit, crudum progigni ſuccum craſſumque ac frigidum. Braſſicae ac lenti idem contingit manifeſto, ſicuti permultis aliis obſcure: de quibus prolixius diſſeruimus commentariis tribus, de alimentorum facultate inſcriptis. Atque alia quidem, quorum craſſum eſſe ſuccum pronunciavimus, glutinoſa omnia et viſcida ſunt, exceptis teſtaceis, quae diximus. Braſſica ac lens non eandem ſucci naturam ſortitae ſunt, ſed nitroſum et quo alvus ſubducatur, ſicuti dracunculus acrem et inſigniter amarum, arum autem utrumque quidem, ſed obſcurius, auſterum et amarum bulbi, quos ſi elixatione plurima eluas, ſolidum relinquitur, quod craſſi ſucci ſit. Ex eduliis his omnibus fungis frigidiſſimus et glutinoſiſſimus craſſusque ſimul ſuccus ineſt, atque inter hos ex ſolis boletis nullus fertur interiiſſe, qui tamen ipſi choleram etiam nonnullis attulerunt

Ed. Chart. VI. [424. 425.] Ed. Baſ. IV. (354.)

καὶ οὗτοί τισιν ἤνεγκαν ἀπεπτηθέντες. ὑπὸ δὲ τῆς τῶν ἄλλων μυκήτων ἐδωδῆς ἔνιοι μὲν ἀπέθανον, ἔνιοι δὲ ἐγγὺς ἦκον θανάτου, διαῤῥοίαις ἢ χολέραις ἁλόντες, ἢ πνιγῆναι κινδυνεύσαντες. ἠρέμα δὲ παχύχυμόν ἐστι τὸ καλούμενον ὕδνον, οὐ μὴν κακόχυμόν γε. τῆς δ' αὐτῆς ἰδέας ἐστὶ καὶ τὸ ἄμυλον. ἐπὶ πλέον δ' αὐτῶν ἐστι παχύχυμον, οὐδ' αὐτὸ κακόχυμον, ὁ κῶνος καλούμενος· ὀνομάζουσι δ' οἱ παλαιοὶ καὶ στροβίλους αὐτόν. ἐκ δὲ τῶν παχυχύμων ἐστὶ καὶ ἧπαρ καὶ νεφροὶ καὶ ὄρχεις. ἀλλὰ τὸ μὲν ἧπαρ οὐκ ἔστι κακόχυμον, οἱ νεφροὶ δὲ καὶ ὄρχεις οὐκ εὔχυμοι πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἀλεκτρυόσι, καὶ μᾶλλον ὅταν σιτισθῶσιν, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἧπαρ τῶν ὑῶν, ὅταν ἰσχάδα ἐσθίωσιν, ὃ καλοῦσι συκωτόν. ὁ δὲ σπλὴν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ζώων ἱκανῶς κακόχυμός τε καὶ μελαγχολικὸς, ἐπὶ δὲ τῶν ὑῶν ἧττόν ἐστι τοιοῦτος. ἥ γε μὴν καρδία σκληροτέραν τε καὶ ἰνωδεστέραν ἔχει τὴν οὐσίαν τῶν ἄλλων σπλάγχνων. φαίνεται γὰρ ἐπ' ἐκείνων μὲν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἀγγείων οὐσία τις αἵματος πεπηγότος, ἐπὶ δὲ τῆς καρδίας ἶνες φαίνονται στερεαὶ πολλαὶ μακραὶ, [425] καθά-

non cocti. At reliquorum fungorum eſus quibusdam mortem intulit; nonnulli mortis inde adiere diſcrimen diarrhoeis correpti aut choleris, aut ſtrangulatu periclitantes. Tuber, quod vocant, craſſo modice ſucco praeditum eſt, non tamen malo; ejusdem modi eſt amylum quoque. His ipſis craſſioris ſucci plus habet nucleus pineus, qui tamen ne ipſe quidem mali ſucci eſt: veteres hunc etiam ſtrobilum appellant. Inter ea, quae craſſi ſucci ſunt, jecur quoque et renes et teſtes cenſentur. Jecur tamen mali ſucci non eſt; renes ac teſtes non ſane boni, niſi gallinaceorum, praeſertim altilium; quod genus ſuillum quoque jecur eſt, quod, quum caricas ederint, ficatum vocant. Animalium aliorum lieni ſatis malus ſuccus ineſt et melancholicus, in ſuibus non perinde talis. Cor certe ſubſtantia conſtat viſceribus caeteris et duriore et fibroſa magis; in illis namque, vaſorum in medio, ſubſtantia quaedam cernitur concreti ſanguinis, at in corde fibrae viſuntur ſolidae multae longae, quem-

Ed. Chart. VI. [425.] Ed. Baſ. IV. (554.)

περ ἐν τοῖς μυσὶν, αἷς περιπέπηγεν ἡ σαρκώδης οὐσία. διό τινες αὐτὴν ἐν τῷ γένει τῶν μυῶν τάττουσιν, ὧν ἡ οὐσία τὸν ὄγκον ἐργάζεται τοῦ σώματος ἡμῶν ἅπαντα καὶ τὴν ὀνομαζομένην κυρίως σάρκα, τὴν ἐπὶ τῶν ἱερείων ἐσθιομένην. ἀλλ' αἱ μὲν ἀρχαὶ τῶν μυῶν, ἃς δὴ καὶ κεφαλὰς αὐτῶν ὀνομάζουσι, νευρωδέστεραί πως εἰσιν, ἐκ τῶν ὀστῶν, ὅθεν ἄρχονται, συνδέσμους ἐκπεφυκότας ἐνδιασπειρομένους αὐταῖς ἔχουσαι· κατὰ δὲ τὰς τελευτὰς οἱ καλούμενοι τένοντες ἀποφύονται. καὶ κατὰ τοῦτο νευρωδέστερα τὰ πέρατα τῶν μυῶν εἰσιν ἑκάτερα, καθάπερ τὸ μέσον ἅπαν σαρκῶδες, ὃ δὴ καὶ τροφιμώτατόν ἐστι καὶ καλεῖται σὰρξ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὁρώντων αὐτῶν τὰς ἴνας ὑπὸ λεπτότητος, αἳ ἐκ τῶν συνδέσμων καὶ τῶν νεύρων εἰς αὐτὴν διασπειρομένων ἐγένοντο. κἀπειδὴ τοῦτο σάρκα καλεῖν ἔφθασαν, εἰκότως ὀνομάζουσι μῦν τήν τ' ἀρχὴν καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ μόνας. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅλως μὲν ὁ μῦς κατὰ μίαν ἰδίαν περιγραφὴν ὁρᾶται χωριζόμενος ἀπὸ τῶν ἄλλων, ἐνεργεῖ δέ τινα μίαν ἐνέργειαν ἐκ τῶν προαιρετικῶν κινήσεων· οὕτως γὰρ ὀνο-

admodum in muſculis, circa quas carnoſa ſubſtantia concrevit. Proinde ſunt qui cor in muſculorum genere reponant, quorum ſubſtantia molem conſtituit corporis noſtri univerſam, eamque, quae proprie caro vocatur, quam in victimis edimus. Caeterum muſculorum principia, quae capita quoque vocant, quadantenus nervorum plus habent, diſperſis per haec ligamentis, ex oſſibus, unde initium ſumunt, ortis; ſub extremum tendines exoriuntur, quos vocant. Eamque ob rem extremae muſculorum partes utrinque nervoſiores ſunt, ſicuti carnoſum, quod medium eſt totum, quod et maximè nutrit: vocaturque caro ab hominibus, qui fibras prae tenuitate inſpicere nequeunt, ex ligamentis nervisque per hanc diſperſis enatas; quumque hoc carnem jam coeperint nominare, jure muſculum vocant principium hujus extremumque tantum. Atqui non ita ſe habet res, verum muſculus quidem totus circumſcriptione propria quadam ſeparatus cernitur ab aliis, ipſe tamen ſuam quandam actionem obit ex motibus voluntariis, (ſic enim vocant has, a naturalibus

Ed. Chart. VI. [425.] Ed. Baſ. IV. (354.)

μάζουσιν αὐτὰς, ἀπὸ τῶν ἀπροαιρέτων τε καὶ φυσικῶν διορίζόμενοι· τὰ μέρη δ' αὐτοῦ τὰς εἰρημένας ἔχει διαφοράς. ἐν δὲ τοῖς ἄκροις τῶν ζώων ὀλιγίστη μέν ἐστι σὰρξ, τὸ πλεῖστον δ' ὀστῶδές τε καὶ νευρῶδες, οὐχ ἕνεκα τοῦ προαιρετικοῦ καλουμένου νεύρου, (μικρὸν γὰρ τοῦτ' αὐτοῦ,) ἀλλὰ τοῦ συνδετικοῦ, καὶ μετ' αὐτὸ τοῦ τένοντος μὲν ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων, ἀπονευρώσεως δὲ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ὀνομαζομένου. γλίσχρα καὶ ἱκανῶς εἰσι καὶ πολλώδη ταῦθ' ἑψηθέντα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν τροφή. τῆς δὲ αὐτῆς φύσεως καὶ τὰ περὶ τὰ χείλη μόρια τῶν πεζῶν ζώων· γλίσχρον μὲν γὰρ, οὐ μὴν παχύν γε τὸν χυμὸν ἐργάζεται. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἕψησις, ἐπὶ πλεῖστον ἐξοιδίσκουσά τε καὶ διαλύουσα τὰ τοιαῦτα σώματα. πεφθῆναί γε μὴν ἐπιτήδεια καὶ ταῦτα, καὶ τὰ πτερὰ τῶν πτηνῶν ζώων τῷ κοινῷ λόγῳ τῶν γυμναζομένων σωμάτων· ἀπέριττα γὰρ πάντα ταῦτα, καθάπερ τῶν ἀργούντων περιττωματικά. τό γε μὴν δέρμα τῶν λιπαρῶν ὑῶν, ὅταν ἑψηθῇ καλῶς, πολλώδη μὲν ἔχει καὶ λιπαρὸν χυμὸν, οὐ μὴν ἱκανῶς γε παχὺν, οὐδὲ πεττόμενον ὡσαύτως

et involuntariis diviſas,) partes autem ipſius praedictas differentias ſortiuntur. Porro extremis animalium partibus minimum ineſt carnis, oſſei vero ac nervoſi plurimum; neque id tamen ob nervum voluntarii motus auctorem, (parvus enim is eſt,) ſed ob eum, qui colligat, tendonemque praeterea, ſic a veteribus medicis vocatum, a recentioribus autem aponeuroſeos nomine. Viſcida haec immodice et glutinoſa ſunt, ubi elixa fuerint; atque ideo horum etiam alimentum. Neque abſimilis naturae ſunt pedeſtrium animalium labra, atque his propinqua, ut quae viſcidum, minus licet craſſum, ſuccum generent; id quod vel elixatio ipſa declaret, qua hujuscemodi corpora plurimum intumeſcunt et diſſolvuntur. Concoctioni tamen haec quoque accommoda ſunt, animaliumque volatilium alae, communi exercitatorum corporum ratione; quippe quae excrementis vacant omnia, ſicuti his abundant, quae otioſa ſunt. Pinguium tamen porcellorum cutis probe elixa habet illa quidem glutinoſum pinguemque ſuccum, at non valde craſſum, nec qui, ut extremae

Ed. Chart. VI. [425.] Ed. Baſ. IV. (354. 355.)

τοῖς ἄκροις, ὥσπερ οὐδ' εὔχυμον ὁμοίως ἐκείνοις, ἀλλὰ περιττωματικώτερον. παχύχυμον δὲ μόριόν ἐστι τοῦ ζώου καὶ ὁ ἐγκέφαλός τε καὶ ὁ νωτιαῖος μυελός· οἱ δ' ἀδένες μετρίως τοιοῦτοι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ τῶν νέων ἱερείων ὄρχεις. κοινὸν γὰρ δὴ καὶ τοῦτο περὶ πάντων τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων μεμνῆσθαί σε χρὴ, σκληρὰ μὲν καὶ ξηρὰ καὶ δύσπεπτα γίνεσθαι τὰ τῶν πρεσβυτέρων, ὑγρὰ δὲ καὶ μαλακὰ καὶ διὰ τοῦτ' εὐπεπτότερα τὰ τῶν νεωτέρων, πλὴν εἰ μὴ μετὰ τὴν ἀποκύησιν εὐθὺς ἐσθίοιτο· βλεννώδη γὰρ ἅπαντα ταῦτα, καὶ μάλιστα τῶν ὑγροτέραν ἐχόντων φύσει τὴν σάρκα, καθάπερ ἀρνῶν τε καὶ χοίρων. τὰ δὲ τῶν ἐρίφων τε καὶ μόσχων, ἐπειδὴ ξηρότερα φύσει τὰ ζῶα, πολὺ βελτίω καὶ πρὸς πέψιν ἐστὶ καὶ πρὸς τροφήν. οὕτως οὖν ἔχει καὶ κατὰ τοὺς ὄρχεις τε καὶ τοὺς ἀδένας, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὴν γλῶτταν· ἔστι γάρ πως καὶ ἡ ταύτης φύσις (355) ἀδενώδης. οἱ δ' ἐν τοῖς τιτθοῖς ἀδένες, ὅταν ἐν αὐτοῖς ἔχωσι τὸ γάλα, καλοῦνται μὲν οὕθατα, παχύχυμον δ' εἰσὶν ἔδεσμα· καὶ εἰ τὸ ζῶον

partes, ſimiliter concoquatur, quemadmodum plane nec aeque bonum atque harum, ſed excrementitium magis. Pars eſt in animali craſſi ſucci, cerebrum quoque et ſpinalis medulla. Tales mediocriter ſunt glandulae, atque ob id victimarum quoque novellarum teſtes. Illud enim in communi de univerſis animantium partibus meminiſſe convenit, duras ſiccasque evadere ac concoctioni rebelles aetate confectorum, humidas contra ac molles, et quae ob id facilius concoquantur, iuniorum, niſi ab edito ſtatim partu edantur, ut quae mucoſae omnes ſint, praeſertim animalium, quae humidiore carne praedita ſunt natura, cujusmodi agnorum caro eſt ac porcellorum; nam hoedorum et vitulorum, quod animalia haec ſicciora natura ſint, longe magis et concoctioni accommoda eſt et alimento exhibendo. Ad eundem modum ſe res habet in teſtibus et glandulis, nec minus in lingua; nam et hujus natura aliquo pacto glanduloſa eſt. Mammarum vero glandulae, quum lac in ſe continent, ubera vocantur, cibum autem praeſtant craſſum; et ſiquidem bene

Ed. Chart. VI. [425. 426.] Ed. Baſ. IV. (355.)

εὐεκτοῦν εἴη, καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν τροφὴ πολλή τε ἅμα καὶ εὔχυμος γίνεται. [426] καὶ γάρ τοι καὶ τοῦτο τῶν κοινῶν ὂν ἄμεινον ἅπαξ ἀκούσαντά σε πρόχειρον ἔχειν τῇ μνήμῃ. γέγραπται γοῦν ὑπὸ πάντων ἰατρῶν περὶ γάλακτος, ὡς εὐχυμότατον εἴη. καὶ διὰ τοῦτό τινες ἡγοῦνται τοὺς ἐν πνεύμονι ἴσχοντας ἕλκος ὑπὸ μόνου τούτου θεραπεύεσθαι, πρὸ τοῦ μέγα δηλονότι καὶ τυλῶδες αὐτὸ γενέσθαι. τὸ δὲ τῆς γυναικὸς, ὡς ἂν οἰκεῖόν τε καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν ὑπάρχον, ἐπαινοῦσι πρὸ τῶν ἄλλων εἰς τὰ φθινώδη πάθη. καὶ ἄλλοι μέν τινες ἰατροὶ, καὶ μάλιστα Εὐρυφῶν τε καὶ Ἡρόδοτος, ἀξιοῦσί γε θηλάζειν, ὥσπερ τὰ παιδία τὴν γυναῖκα, τοὺς οὕτως ἔχοντας· ἐκπεσὸν γὰρ τῶν τιτθῶν εὐθέως ἀποβάλλει τι τῆς οἰκείας ἀρετῆς. εὔδηλον οὖν, ὅτι πάντων ἑδεσμάτων ὡς εὐχυμότατον προκέκριται, μάλιστα μὲν ὑπὸ τούτων, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰατρῶν. ὃ δὲ κοινὸν ἔφην, οὐκ ἐπὶ τῷδε μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἑδέσμασι γινώσκειν χρῆναι, τοῦτο δὴ καὶ λέξω. τῶν μὲν εὐεκτικῶν ζώων

habitum animal fuerit, multum inde ac boni ſucci alimentum exiſtit; etenim hoc quoque, quum ex iis ſit, quae in univerſum pronunciantur, praeſtat ſemel auditum promptum habere memoria. Lac quidem optimi eſſe ſucci ab omnibus medicis ſcriptum reperitur; atque ideo ſunt, qui exiſtiment, quibus ulcus in pulmone fuerit, poſſe ſolo hujus uſu ſanari, dumtaxat antequam magnum id et calloſum fiat. Muliebre porro lac, ut familiare ejusdemque nobiscum naturae, caeteris praeferunt ad tabificos affectus cum alii quidam medici, tum vero Euryphon in primis et Herodotus; atque ita affectis praecipiunt, mulieris mammam infantium ritu exugant, quoniam, ut mammis primum excidit, propriae facultatis nonnihil deperdat. Eſt itaque manifeſtum, lac cibis reliquis, ut optimi omnium ſucci, praelatum fuiſſe, horum quidem praecipue, nec minus tamen aliorum quoque medicorum judicio. Caeterum quod dicebamus ſciri oportere non de his ſolum, ſed etiam de eduliis aliis multis, in univerſum jam accipe. Animalium bene quidem habito-

Ed. Chart. VI. [426.] Ed. Baſ. IV. (355.)

εὔχυμόν ἐστι τὸ γάλα, τὸ δὲ τῶν κακεκτικῶν ὡσαύτως τῷ κατὰ τὸ ζῶον αἵματι κακόχυμον· οὐ γὰρ ἐνδέχεται, κακοχύμου τοῦ παντὸς σώματος ὄντος, εὔχυμον εἶναι τὸ γάλα. διὰ τοῦτ' ἔφην, ἐπὶ τῶν εὐεκτούντων ζώων ἄριστον μὲν εἶναι τὸ γάλα πρὸς εὐχυμίαν· οὕτως δὲ καὶ τοὺς ἀδένας, αὐτούς τε τούτους, ἐν οἷς τὸ γάλα περιέχεται, καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ζώοις εὐχύμους εἶναι· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἦπάρ τε καὶ ὄρχεις. οὐδὲ γὰρ ταῦτα τοῖς κακοχύμοις ἐστὶ ζώοις εὔχυμα· διὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ τοῖς γεγηρακόσιν· οὐδὲν γὰρ τούτων εὔχυμον. ὅσα δ' ἔτι θηλάζει ζῶα, τῆς μητρὸς αὐτῶν ἐχούσης εὔχυμον γάλα, ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ἅπασι μορίοις ἄριστά διάκειται σφῶν αὐτῶν, εὔχυμον δ' ἔχει καὶ τὸ ἧπαρ. ὁποῖον δέ τινα χυμὸν γεννᾷ τἆλλα μόρια τῶν ζώων, ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται· νυνὶ γὰρ, ἐπειδὴ περὶ τῶν παχυχύμων ἠρξάμην διέρχεσθαι, πρότερον εὔλογόν ἐστιν, ἐπὶ τὴν τελευτὴν αὐτῶν ἀγαγόντα τὸν λόγον, οὕτως ἐπὶ τἆλλα μεταβαίνειν. ὀλίγων οὖν ἔτ' ὄντων τοιούτων, ἐπ' αὐτὰ βαδιοῦμαι, διορίζων ἐν αὐτοῖς τὰ κακόχυμα τῶν εὐχύμων· αὕτη

rum lac boni ſucci eſt; at male habitorum non aliter, atque animalis ſanguis, mali; neque enim fieri poteſt, ut, quum mali ſucci corpus totum fuerit, boni ſucci reperiatur lac. Eam ob rem diximus, in bene habitis animalibus optimum eſſe ad ſucci bonitatem lac; eodemque modo glandulas ſucci boni eſſe, cum eas ipſas, quae lac continent, tum alias, quae animalium ſanorum ſunt. Eadem ratione ſe habent jecur ac teſtes: nam ne haec quidem in mali ſucci animalibus bono conſtant ſucco, ideoque nec in aetate provectis, quorum nullum boni ſucci ſit; animalia autem, quaecunque etiamnum lactentia, ſiquidem boni ſucci parentis lac ſit, ipſa quum alias partes omnes, ſi quando alias, affectas optime habent, tum vero jecur boni ſucci. Animalium porro partes reliquae cujusmodi ſuccum progignant, paulo poſt dicetur; nunc enim, poſtquam coepi de craſſi ſucci cibis differere, ſatius fuerit, impoſito prius orationi huic fine, ſic demum ad alia tranſire. Pauca igitur quum reliqua ſint hujusmodi, jam me ad ea conferam, atque ea hic ſecernam, quae mali

Ed. Chart. VI. [426.] Ed. Baſ. IV. (355.)

γὰρ ἡ χρεία τοῦ νῦν ἡμῖν ἀνυομένου λόγου, σκοπὸν ἔχοντος, εὐχυμίαν μὲν ἐργάζεσθαι, φεύγειν δὲ κακοχυμίαν. ἐπεὶ δὲ, ὡς κατ' ἀρχὰς εἶπον, ἡ τῶν παχυχύμων ἐδεσμάτων οὐσία δυσδιάπνευστόν τε τὸ σῶμα κατασκευάζει καί τινας ἐμφράξεις ἐργάζεται, καὶ μάλιστα καθ' ἧπάρ τε καὶ νεφροὺς, διὰ τοῦτο συνεβούλευον ἀφίστασθαι τῆς διηνεκοῦς χρήσεως αὐτῶν, εἰ καὶ τῶν εὐχύμων εἴη. τὰ μὲν γὰρ κακόχυμα παντὶ τρόπῳ φευκτέον, ἐάν τε παχεῖς, ἐάν τε λεπτοὺς ἐργάζηται τοὺς ἐν ἡμῖν χυμούς. εἴρηται δὲ καὶ ὅτι μόνοις τοῖς σφοδρῶς γυμναζομένοις, ἐὰν καὶ τὰ σπλάγχνα μὴ κακῶς ἢ φύσει κατεσκευασμένα, δυνατόν ἐστιν ἐν τοῖς παχυχύμοις τε καὶ γλίσχροις ἐδέσμασι διατρίβουσι μὴ βλάπτεσθαι, τῶν δ' ἄλλων οὐδενί. τῶν τοίνυν παχυχύμων ἐδεσμάτων ἐστὶ καὶ τὸ τῶν βαλάνων γένος ἑκατέρων, ὅσαι τ' ἐπὶ ταῖς δρυσὶ γίνονται καὶ ὅσαι τῶν φοινίκων εἰσὶν ὁ καρπός. ὀνομάζουσιν δ' οἱ ἄνθρωποι τὰ μὲν τῶν φοινίκων| ὁμωνύμως αὐτῷ τῷ φυτῷ φοίνικας, ὅσαι δ', ἐπὶ ταῖς δρυσὶ, τὰς μὲν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἡδέως ἐσθιομένας καστανέας, ἔνιοι δὲ καστάνια κατὰ τὸ καλούμενον οὖ-

ſucci ſunt, ab iis, quae boni, ſiquidem is ſit orationis, quam nunc molimur, uſus, propoſito ſibi hoc ſcopo, ut ſucci bonitatem invehat, vitet malitiam. Quoniam autem, ſicuti initio dixi, eſculentorum ſubſtantia, quae craſſi ſucci ſunt, corpus aegre perſpirabile reddit et obſtructiones aliquas facit, potiſſimum jecinoris ac renum, idcirco conſulebam, ne aſſiduus eſſet eorum uſus, etiamſi bono eſſent ſucco praedita; nam quae mali ſucci ſunt, fugienda prorſus, craſſos ea tenuesve ſuccos noſtros faciant. Jam illud quoque diximus, his, qui ſe vehementer exercent, licere citra noxam, ſi viſcera praeterea habuerint bene natura conſtituta, craſſis viſcidisque cibis frequenter uti, caeterorum autem nulli. Igitur inter craſſi ſucci cibos glandium genus utrumque eſt, tam quas quercus producit, quam quae palmarum fructus ſunt: vocantque palmarum glandes eodem, quo arborem, nomine palmas, quas vero quercus fert, cibum hominibus ſuavem praebentes caſtaneas, quidam caſtanea neutro gene-

Ed. Chart. VI. [426. 427.] Ed. Baſ. IV. (355.)

δέτερον γένος· οἵ γε μὴν ἐμοὶ πολῖται, καθάπερ οὖν καὶ ἄλλοι τῶν ἐν Ἀσίᾳ, Σαρδιανάς τε καὶ Λευκήνας ὀνομάζουσιν αὐτὰς ἀπὸ τῶν χωρίων, ἐν οἷς πλεῖσται γεννῶνται. τὸ μὲν οὖν ἕτερον τῶν ὀνομάτων τούτων εὔδηλόν ἐστιν ἀπὸ τίνος γέγονε· [427] Λευκῆναι δὲ ἀπὸ χωρίου τινὸς ἓν τῷ ὄρει τῇ Ἴδῃ τὴν προσωνυμίαν ἐσχήκασιν, ὃ πληθυντικῶς ὀνομάζουσιν παραπλησίως τῷ Θῆβαι. ταύτας μὲν οὖν τὰς βαλάνους, ὡς ἔφην, ἐσθίουσιν οἱ ἄνθρωποι ποτὲ ὠμὰς, ἐνίοτε δὲ ὀπτῶντες ἢ ἕψοντες. αἱ δ' ἄλλαι προμήκεις μέν εἰσι κατὰ τὸ σχῆμα παραπλησίως ταῖς τῶν φοινίκων, ἔδεσμα δ' ὑσὶ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις οἰκεῖον, ἄχρις ἂν μή τις ἀνάγκη μεγάλη καταλάβῃ τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν· ἐν γὰρ τοῖς μεγάλοις λιμοῖς καὶ τοῦτο συμβαίνει. τὰς δὲ τῶν πρίνων βαλάνους, ἃς ἀκύλους ὀνομάζουσιν Ἕλληνες, εἰσὶ δὲ στρυφναὶ καὶ σκληραὶ καὶ διὰ τοῦτ' ἀηδεῖς, κἂν ἐφθάς τις προσφέρηται, δυσπέπτους καὶ παχυχύμους οὔσας φυλάττεσθαι χρή. πρόδηλον δ', ὅτι τοῦ στύφοντος χυμοῦ διαφοραί τινές εἰσι κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὁ αὐστηρός τε καὶ στρυφνὸς, ἐκλελυμένης μὲν ἐν τοῖς αὐστηροῖς, ἐπιτεταμένης δ' ἐν τοῖς στρυφνοῖς τῆς στυφούσης

re, ut vocant; cives tamen, ſicut alii quoque Aſiae incolae, Sardianas eas appellant et Leucenas a regionibus, in quibus multae illae proveniunt. Atque alterum quidem vocabulorum, non obſcurum eſt, unde profectum ſit; at Leucenae a loco quodam montis Idae nomenclaturam ſortitae ſunt, quem plurali numero vocant, ut Thebae. Ergo glandes, ſicuti diximus, hujusmodi nunc crudas edunt homines, nunc aſſas, interdum elixas; aliae vero, quae figura, ut in palmulis, oblonga cernuntur, cibus ſunt ſuibus magis, quam hominibus, accommodus, niſi ſi quando harum uſus ingruat neceſſarius valde; id quod in maxima fame uſu venit. Ilicum porro glandes (Graeci ἀκύλους vocant), quae auſterae ac durae, ideoque inſuaves ſunt, vitare expedit, ut concoctioni adverſantes ac craſſi ſucci, etiamſi quis elixas ſumat. Quod autem aſtringentis ſucci differentiae quaedam ſint auſterus et acerbus majoris minorisque ratione, perſpicuum eſt, aſtringente qualitate remiſſiore in auſtero, ſicuti in acerbo intenſiore in-

Ed. Chart. VI. [427.] Ed. Baſ. IV. (355.)

ποιότητος. ἀλλ' ὅσον γε τῶν βαλάνων αἱ ἄκυλοι στρυφνότεραι, τοσοῦτον τῶν καστανίων αἱ βάλανοι. πάνυ γὰρ ἀσθενῆ ταῦτα τὴν στύφουσαν ἔχει ποιότητα, τῶν παχυχύμων ἐδεσμάτων ὄντα ταῖς ἄλλαις βαλάνοις ὡσαύτως, ἀλλ' ἧττόν τε στεγνοῖ τὴν γαστέρα καὶ μᾶλλον ἐκείνων πέττεται καὶ οὐδ' ὅλως ἐστὶ κακόχυμα. φυλάττεσθαι δὲ δηλονότι χρὴ καὶ τούτων τὸ πλῆθος, οὐ μόνον ὅτι παχύχυμόν ἐστι πολλοῖς τῶν εἰρημένων ὡσαύτως, ἀλλ' ὅτι καὶ στεγνωτικὰ τῆς κοιλίας καὶ δύσπεπτα καὶ φυσώδη. τῶν δὲ φοινίκων ὁ καρπὸς, ὃν ἔφην ἅπαντας Ἕλληνας ὀνομάζειν φοίνικας ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ, στύφοντός τε ἅμα καὶ γλυκέος χυμοῦ μετέχει. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν αὐτούς, οὐ μὴν παρά γε τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν εὗρον τοὔνομα· φοινίκων γὰρ ἐκεῖνοι βαλάνους τὸν καρπὸν τοῦτον, οὐ φοίνικας, οὐδὲ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν. ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἡμῖν ὀνόματα διαστέλλεσθαι, σχολὴν ἀγόντων ἀνθρώπων σπούδασμα, καὶ τούτων οὐ πάντων, ἀλλ'

tenſa. Sed quanto glandibus acerbae magis ſunt acyli, tanto ſane magis glandes caſtaneis; hae namque aſtringentem qualitatem imbecillam valde poſſident, quum inter craſſi ſucci cibos ſint non aliter, atque aliae glandes; ventrem tamen minus aſtringunt et, quam alterae illae, facilius concoquuntur, nec mali ſucci quicquam obtinent. Atque harum tamen quoque fugienda copia, non eo ſolum, quod aeque, ac dictorum pleraque, craſſi ſucci ſint, ſed etiam quod ventrem ſiſtant et aegre concoquantur, flatumque procreent. Caeterum palmarum fructus, quem omnes (uti diximus) ducto ex arbore nomine palmulas vocant, aſtringentis dulcisque ſucci particeps eſt. Sunt ex recentioribus medicis, qui eas Graece φοινικοβαλάνους appellent voce compoſita; neque tamen veteres Graecos ita nominaſſe invenio, illi enim fructum hunc palmarum glandes vocarunt, non φοίνικας, aut φοινικοβαλάνους. Verum propoſita nobis hoc tempore non eſt nominum diſtinctio, quae hominibus inotio degentibus ſtudio ſit, neque his omnibus, ſed iis tantum, qui-

Ed. Chart. VI. [427.] Ed. Baſ. IV. (355.)

ὅσοι τῇ παλαιᾷ τῶν Ἀττικῶν ἐγνώκασι χρῆσθαι φωνῇ. τοῦ δ' ὑγιαίνειν ἅπαντες μὲν ἄνθρωποι δέονται, δύνανται δ' οὐ πάντες, ὡς χρὴ, διαιτᾶσθαι δι' ἀκρασίαν, ἢ ἀσχολίαν, ἢ ἄγνοιαν ὧν χρὴ ποιεῖν. ἀλλ' ὅσοι καὶ γνῶναι δύνανται δίαιταν ὑγιεινὴν, καὶ ζῆν κατ' αὐτὴν προήρηνται, τούτοις τόδε τὸ γράμμα σύγκειται. κατὰ μὲν τὰς ἀκύλους τε καὶ τὰς τῶν δρυῶν βαλάνους καὶ τὰ καστάνια τοῖς κατὰ μέρος δένδροις οὐ μεγάλη τις διαφορὰ τοῦ καρποῦ, κατὰ δὲ τοὺς φοίνικας ἀξιόλογος. εἰ γὰρ παραβάλλοις τὸν Αἰγύπτιον φοίνικα, σκληρὸν καὶ αὐστηρὸν καὶ ξηρὸν ὄντα, τῷ καλουμένῳ πατητῷ, γλυκεῖ μὲν ἱκανῶς ὄντι, βραχείας δὲ μετέχοντι στύψεως, ἐναντίαν ἔχειν σοι δόξουσι τὴν φύσιν. οἱ δ' ἄλλοι μεταξὺ τούτων εἰσὶν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αὐστηρότητός τε καὶ γλυκύτητος μετέχοντες. ὁ δ' ἐξ αὐτῶν χυμὸς παχύς τέ ἐστι καὶ ῥᾳδίως ἐμφραττόμενος ἥπατι. καὶ γάρ τοι καὶ τοῦτο περὶ τῶν παχυχύμων τε καὶ γλυκέων ἐδεσμάτων ἐπίστασθαί τε καὶ μεμνῆσθαι καλὸν, ὡς ἥπατός τε καὶ σπληνὸς ἐμφρακτικὸς ὁ

bus ſtatutum eſt, ut veteribus Atticorum vocabulis utantur. Incolumitate vero omnes quidem opus habent, neque tamen omnes, qualem deberent, ſervare victus rationem poſſunt ob intemperantiam, aut negotia, aut eorum, quae peragenda eſſent, ignorantiam; quicunque vero ſalubrem victus rationem intelligere queunt, hujusque legibus vivendum ſibi eſſe ſtatuerunt, his liber hic componitur. In acylis igitur et quercuum glandibus et caſtaneis privatim pro arborum diverſitate non multum ineſt in fructu diſcriminis, at in palmulis ineſt, quod merito notetur. Nam ſi Aegyptias palmulas, quae durae, auſterae ac ſiccae habentur, iis, quas patetas vocant, contuleris, quae praedulces ſunt, ac modice praeterea aſtringunt, videri poſſint contraria inter ſe eſſe natura praeditae; aliae autem harum in medio locantur, quae majorem minoremve auſteritatem aut dulcedinem participent, harumque ſuccus craſſus eſt et qui facile jecur obſtruat. Illud enim de dulcibus ac craſſi ſucci cibis ſciendum ac memoria ſervandum, horum ſcilicet ſucco jecoris

Ed. Chart. VI. [427. 428.] Ed. Baſ. IV. (355. 356.)

ἐξ αὐτῶν ἐστι χυμός. εἰ δὲ καὶ βραχεῖά τις ἀρχὴ φλεγμονῆς εἴη κατὰ τὰ σπλάγχνα, ταύτην αὐξάνουσιν ἱκανῶς, ὥσπερ γε καὶ τὰς πνευματώσεις καὶ τὰς σκιῤῥώδεις διαθέσεις παροξύνουσι καὶ δηλονότι καὶ τὰς τῶν ἀποστημάτων γενέσεις. ἀλλ' ἴσως ταῦτα ποῤῥώτερον καὶ τῆς ὑγιεινῆς διαίτης ἐστὶν, ἧς μόριον ὁ προκείμενος ἐκδιδάσκει λόγος. ἐπ' αὐτὰ οὖν αὖθις ἴωμεν, ὅσα τῶν παχυχύμων ἐστὶ καὶ γλυκέων ἐδεσμάτων προστιθέντες· [428] ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν (356) παχύχυμα μόνον ἐστὶν, ὥσπερ ἡ φακῆ, γλίσχρα δ' ἄλλα, καθάπερ ἡ μαλάχη, τινὰ δ' ἄμφω πέπονθεν, ὥσπερ τά θ' ὑπ' Ἀριστοτέλους ὀστρακόδερμα καλούμενα καὶ τὰ μαλάκια.

Κεφ. ε'. Καλλίστη δὲ τροφὴ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἀπὸ τῶν μήτε παχυχύμων, μήτε γλίσχρων, ἐξ ὧν αἷμα σύμμετρον τῇ συστάσει γεννᾶται. μοχθηρὸν γοῦν ἐστι καὶ τὸ λίαν λεπτόν· βραχείας γὰρ οὔσης τῆς ἐξ αὐτοῦ τροφῆς, ἀσθενῆ καὶ ἰσχνὰ γίνεται τὰ οὕτω διαιτώμενα σώματα. κάλλιστα τοίνυν εἰς ὑγείαν ἐστὶν ἐδέσματα τὰ μέσην ἔχοντα τῶν εἰρημένων τὴν φύσιν, ὡς μηδὲν ἐπικρατεῖν ἐν αὐτοῖς ἰσχυρῶς

ac lienis vias impediri. Quod ſi viſcera phlegmone praeterea laborare paulum coeperint, hanc ipſam valde adaugent, ſicuti ſane flationes affectusque ſcirrhoſos et abſceſſuum exortus irritant. Atque haec longius fortaſſe a ſalubri victu receſſerint, cujus partem inſtitutus nobis ſermo edocet. Rurſus igitur ea aggrediamur, addamusque reliquos craſſi dulcisque ſucci cibos: ſunt enim quidam ex iis, quibus craſſus tantummodo ſuccus inſit, ut lenti; quidam autem viſcidi ſunt, ut malva; quibusdam utrumque ineſt, quod genus ſunt, quae Ariſtoteles oſtracoderma teſtacea et mollia appellat.

Cap. V. Optimum conciliatur alimentum corpori noſtro ex iis, quae neque craſſi, neque glutinoſi ſucci ſunt, unde ſanguis generetur conſiſtentia mediocris: nam qui tenuis valde ſit, vitioſus certe fuerit; quum enim exiguum ex hoc alimentum conſtet, imbecilla ac macilenta fiunt corpora, quae ſic nutriuntur. Optime igitur ad incolumitatem faciunt cibi, qui mediam inter praedictos naturam ſortiti ſunt, ut nihil in iis viſcidi valde aut glutinoſi exupe-

Ed. Chart. VI. [428.] Ed. Baſ. IV. (356.)

γλίσχρον, μήτ' αὖ τὸ κολλῶδες. ἀλλὰ καὶ τὸ τελέως ψαθυρὸν, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ἔχειν χυμοῦ κολλώδους, μοχθηρόν. οἱ γοῦν ἐξ ἐλύμου τε καὶ κέγχρου σκευαζόμενοι τῶν ἄρτων ἐγγὺς ἥκουσι τοῦ δόξαι τινὰ ψάμμον ἢ τέφραν ἐσθίειν. διὸ καὶ δεῖται τὸ γιγνόμενον ἔξ αὐτῶν ἔτνος, ὥσπερ γε καὶ ἡ λέκιθος, ἅπασι τοῖς λιπαροῖς τε καὶ γλίσχροις μεμίχθαι. λίπος τε οὖν συῶν καὶ στέαρ αἰγῶν, ἔλαιον καὶ γάλα προβάτων ἢ βοῶν ἐπιβάλλοντες αὐτοῖς οἱ κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἐσθίουσιν. ἔτνος οὖν ὀνομάζω τὸ ἐκ τῶν ἐρειχθέντων ὀσπρίων τε καὶ χεδρόπων σκευαζόμενον, λέκιθον δὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλεσθέντων ἄλευρον ἑψόμενον ἐν ὕδατι, προσεμβαλλομένου τινὸς λίπους. ἔνια δὲ τῶν ἐδεσμάτων αὐτὰ μὲν ἐφ' ἑαυτῶν ὁρώμενα πρὸ τοῦ τῆς οἰκείας τυχεῖν παρασκευῆς, εἴτ' οὖν δι' ἑψήσεως εἴτε καὶ δι' ὀπτήσεως ἢ τηγανίσεως, ἢ καὶ διὰ μόνης βρέξεως, σκληρὰ καὶ γεώδη φαίνεται, βρεχόμενα δὲ ἢ ἑψόμενα μαλακὰ, καθάπερ ἐν μὲν τοῖς σιτηροῖς σπέρμασι κριθαὶ καὶ πυροὶ, τῶν δ' ἐπὶ δένδροις γεννωμένων καρπῶν οἱ κῶνοι. προσέχειν οὖν σε χρὴ κἀν τούτῳ τὸν νοῦν, οὐ μόνον ὅταν εἰς ξένην ἀφικό-

ret. Sed et ſumme friabile, ſic ut nihil retineat glutinoſi ſucci, pravum fuerit. Panes certe, qui ex panico et milio conficiuntur, quum edit quis, arenam propemodum aut cinerem mandere ſibi videtur. Quamobrem et quum etnos ex his conficitur, quemadmodum et lecithus, illis pinguia omnia et viſcida permixta eſſe oportet. Ruſtici ſane, adjecta ſuis pinguedine et caprarum adipe, edunt haec cum ovillo bubulove lacte. Etnos appello, quod ex deglubitis freſisque leguminibus paratur, lecithum molitorum farinam aqua elixam, addito pingui aliquo. Porro cibos quosdam ſi conſideres, antequam legitimam praeparationem acquirant, ſive ea elixando, ſive aſſando, ſive frigendo, ſive ſola maceratione contingat, terrei illi ac duri apparent; ſi vero macerentur, aut decoquantur, molles; cujusmodi inter frumentaceas fruges hordeum eſt et triticum, inter arboreos vero fructus nuclei pinei. Eſt igitur animus tibi rei quoque huic adhibendus, non ſolum quum in alienam regio-

Ed. Chart. VI. [428.] Ed. Baſ. IV. (356.)

μενος χώραν ἐσθίειν τι μέλλῃς ἄηθες, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς, προπειρώμενον ἑκάστου τῆς φύσεως ἐν τῷ διαβρέχειν ὕδατι μόνῳ χωρὶς ἑψήσεως, ἢ σὺν ἑψήσει τε καὶ ὀπτήσει. τὰ μὲν γὰρ εἰς ὄγκον ἐξαιρόμενα τῶν σπερμάτων ἢ ὅλως τῶν καρπῶν, ἀποβάλλοντα ταχέως τὴν ἀρχαίαν σκληρότητα καὶ ξηρότητα, μεθιστάμενά τε πρὸς τὸ μαλακώτερον καὶ ὑγρότερον ἀμείνω πάντ' ἐστὶ, τὰ δὲ φυλάττοντα τὸν ἔμπροσθεν ὄγκον ἅμα τῇ σκληρότητι χείρω. καὶ γὰρ δύσπεπτα τὰ τοιαῦτα καὶ χεώδη ταῖς οὐσίαις ἐστὶν, ὡς μόγις αἱματοῦσθαι, δέομενα ῥωμαλέας δυνάμεως εἰς τὴν ἐν τῷ σώματι κατεργασίαν ἐν τῷ πέττεσθαι κατὰ γαστέρα καὶ καθ' ἧπάρ τε καὶ φλέβας αἱματοῦσθαι. ἀποτυγχάνει μὲν οὖν ἑκατέρων τῶν ἐνεργειῶν ἐν τοῖς ἀσθενέσι σώμασι· καὶ γὰρ χυμὸς ἐκ τῶν τοιούτων ἐδεσμάτων ὁ καλούμενος ὠμὸς γίγνεται, ἐφ' ᾧ νόσοι παντοῖαι συνίστανται. ἐπεὶ δὲ καθ' ἕκαστον εἶδος καρποῦ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορὰ, προβρέχειν ἀξιῶ σε καὶ προέψειν ἐνίοτε τῶν μελλόντων ἐσθίεσθαί τινα, πεῖραν ἀσφαλῆ λαμβάνοντα τῆς φύσεως αὐτῶν. ὁ γοῦν ἐμὸς πατὴρ, ἐπιμελὴς ὢν

nem delatus cibum inſuetum aliquem ſumpturus es, verum etiam apud nos ipſos, ut rei cujusque naturam prius tentes aquae ſolius maceratione citra decoctionem, aut cum decotione etiam una et aſſatione. Semina enim, quae intumeſcunt, fructusque, ſiquidem priſtinam duritiem et ſiccitatem cito exuant, ac mollitudinem et humiditatem acquirant, meliora omnia habentur, deteriora vero, quae tumorem ſuum et duritiem retinent, ut quae difficulter concoquantur et ſubſtantia terrea conſtent, ſic ut aegre in ſanguinem vertantur, viribusque egeant praevalidis, ut in corpore conficiantur, dum ea venter concoquit et a jecore venisque in ſanguinem vertuntur. Opere itaque utroque fruſtrantur in imbecillo corpore; ſuccus enim ex hujusmodi cibis provenit, crudum quem vocant, unde morbi genus omne exiſtat. Quoniam itaque in unaquaque fructus ſpecie multiplex ineſt diſcrimen, prius macerentur quaedam et interdum decoquantur conſulo eorum, quae edenda ſint, ut certum fiat de ipſorum natura periculum. Pater quidem meus, rerum

Ed. Chart. VI. [428. 429.] Ed. Baſ. IV. (356.)

περὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀμύγδαλα οὕτως ἐδοκίμασε καὶ κάρυα τὰ μεγάλα καὶ τὰ σμικρὰ Ποντικά τε καὶ λεπτοκάρυα. τὴν αὐτὴν δὲ [429] βάσανον ἐποιεῖτο καὶ τῶν λαχάνων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν κυάμων καὶ πισσῶν καὶ λαθύρων καὶ θέρμων, ὠχρῶν τε καὶ δολίχων, ἁπάντων τε τῶν τοιούτων, ἢ βρέχων, ἢ προέψων, εἶθ' ὁρῶν, εἰς ὅσον ἐξοιδίσκετο. περὶ δὲ τῆς πτισάνης τί δεῖ καὶ λέγειν; ἤδη γὰρ τοῦτο καὶ οἱ παῖδες ἴσασιν, ὡς ἡ μὲν ὀγκουμένη ταχέως ἀρίστη, μοχθηρὰ δ' ἡ χρόνῳ πολλῷ βραχὺν ὄγκον ἴσχουσα. τήκεται γὰρ ἡ προτέρα ῥηθεῖσα καὶ γίνεται χυλὸς, ἡ δ' ἑτέρα δύστηκτός τ' ἐστὶ καὶ σκληρὰ διαμένει, βραχύτατον ἀνιεῖσα χυλόν. ἔνια δὲ τῶν Δημητρίων σπερμάτων οὐδ' ὅλως ὀγκοῦσθαι πέφυκεν ἑψόμενα· κεκλήκασι δ' ἀτέραμνα τὰ τοιαῦτα τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ἔνιοι. οὕτως οὖν καὶ τοὺς πυροὺς ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐδοκίμαζε καὶ προσέτι τῷ πλήθει τῶν ἀλεύρων· οἱ μὲν γὰρ ἀγαθοὶ πλεῖστον ἄλευρον ἐργάζονται, οἱ μοχθηροὶ δ' ὀλίγον. μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ κατὰ τὸ πάρεργον ἀκούσῃς ὧν λέγω. κοινός τε γὰρ ὁ

harum ſtudioſus, hoc pacto amygdalas quoque probabat, nucesque tum magnas, tum parvas, Ponticas ſcilicet et avellanas. Idem adhibebat oleribus quoque experimentum, fabis, piſis, cicerculis, lupinis, ochris, dolichis et reliquis id genus omnibus, maceratis prius illis, aut elixis, deinde, quantum tumeſcerent, inſpecto. Jam quorſum attinet ptiſanae meminiſſe? id enim ne pueri quidem ignorant, omnium maxime commendari, quae ſtatim intumeſcit, contra improbari, quae longo tempore exiguum tumorem acquirit; prior enim illa liqueſcit et in ſuccum abit, altera vix colliquabilis eſt et, quum in duritie perſtet, pauxillulum omnino quid ſucci remittit. Sunt tamen in ſeminibus Cerealibus quaedam, quae natura minime intumeſcunt. Graeci ex veteribus quidam vocarunt haec indomita. Ad hunc plane modum triticum quoque explorabat genitor, farinaeque ad haec copia; bonum enim quod eſt, farinae vim multam edit, quod vero malum, paucam. Quamobrem diligenter ipſe quoque, quae diximus, auſculta; communiter

Ed. Chart. VI. [429.] Ed. Baſ. IV. (356.)

λόγος ἐστὶν ἁπάντων μὲν σπερμάτων, ἁπάντων δὲ καρπῶν, ὅσους ἀποθέσθαι δυνατόν ἐστιν, ἐξητασμένος τε καὶ κεκριμένος ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς ἐν χρόνῳ πολλῷ καὶ πείρᾳ μακρᾷ. δῆλον δ', ὅτι καὶ τοὺς καρποὺς εἰς ἀπόθεσιν ἐπιτηδείους λέγω τοὺς πρὶν σαπῆναι ξηραινομένους. ἔνιοι μὲν γὰρ οὐχ ὑπομένουσι τοῦτο, καθάπερ τὰ μόρα καὶ οἱ καλούμενοι πέπονές τε καὶ μηλοπέπονες, ἔτι τε Περσικὰ, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια· φθάνει γὰρ σήπεσθαι, πρὶν ξηρανθῆναι. κολοκύνθας μὴν εἰς λεπτὰ μόρια τέμνοντες ξηραίνουσιν ἔνιοι, καθάπερ γε καὶ τὰς κοιλίας ἄλλοι. καὶ γνώρισμα δὲ τοῦ μοχθηρὸν εἶναι τὸν μυκήτην μέγιστον νομίζουσι τὸ ξηρανθῆναι μὴ δύνασθαι. περὶ δὲ τῶν κοκκυμήλων τί δεῖ καὶ λέγειν; οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ τὴν ἀπόθεσιν αὐτῶν οὐκ ἐν Δαμασκῷ μόνον, ἢ κατὰ τὴν Ἱσπανίαν, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῖν γιγνομένην. ὥστ' ὀλίγιστοι τῶν καρπῶν εἰσιν οἳ μὴ δυνάμενοι ξηρανθῆναι, πλὴν πέπονες, ὡς ἔφην, καὶ μηλοπέπονες, τά τ' Ἀρμενιακὰ καὶ τὰ Περσικὰ, καὶ πρεκόκια παρὰ Ῥωμαίοις ὀνομαζόμενα. καὶ γὰρ τὰ σῦκα ξηρανθέντα διαenim ad ſemina omnia ratio haec pertinet fructusque, quoscunque tandem reponere poſſis; quam ego paterque tempore multo ac diutina experientia exploratam habuimus et ſtatutam. Porro clarum eſt, fructus, ut reponi poſſint, idoneos me eos eſſe dicere, qui, antequam putreſcant, ſiccantur; ſunt namque qui hoc ferre non poſſint, ut mora et qui pepones et melopepones vocantur, tum Perſica, et quaecunque his ſunt ſimilia, quae prius, quam ſiccefcant, putreſcunt. Sunt tamen qui cucurbitas in minuta fruſta conciſas exiccent, alii citrulos. Fungos quidem malos eſſe, indicium inde ſumi maximum cenſent, quod ſiccari nequeant. Nam de prunis quid attinet dicere? quae non modo Damaſci, aut in Hiſpania, verum etiam apud nos reponi, nullus eſt qui ignoret, ſicut in fructibus pauciſſimi ſunt, qui ſiccari non poſſint, exceptis peponibus (uti diximus) et melopeponibus, et Armeniacis, et Perſicis, et iis, quae Romani praecocia vocant. Ficus namque ipſae quoque ſiccatae perdu-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 788 sur 889

Ed. Chart. VI. [429.] Ed. Baſ. IV. (356.)

μένει, καὶ οἱ σικυοὶ ταῖς κολοκύνθαις ὡσαύτως. ἀλλὰ καὶ ταῦτα τοῦ χειμῶνος εἰς χρείαν ἀγόμενα τὴν αὐτὴν ἔξέτασιν δέχεται. τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἐν ὕδατι τεγγόμενα, καὶ χωρὶς ἑψήσεως καὶ σὺν ἐκείνῃ, κάλλιστα τῶν ὁμοειδῶν ἐστι, τὰ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ τοῦτο πάσχοντα καὶ μικρὸν ἐπιδιδόντα τοῖς ὄγκοις μοχθηρά. γίγνωσκε τοίνυν οὐ μόνον εἰς πέψιν ἀμείνω τὰ ταχέως οἰδισκόμενα τῶν ἐδεσμάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐχυμίαν, ἧς ἕνεκα τὰ κατὰ τουτὶ τὸ γράμμα λέγεται πάντα, καὶ τὰ βελτίω φύσει τὰ ταχέως ἐξογκούμενα, διότι πέττεται μᾶλλον καὶ ἀμείνους γεννᾷ χυμούς. οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰς εὐχυμίαν συντελεῖ πᾶσιν ἐδέσμασιν, ὡς τὸ πεφθῆναι καλῶς ἐν τῇ γαστρί. καὶ γὰρ τὴν δευτέραν καὶ τρίτην πέψιν ἐπιδέχεται μᾶλλον ταῦτα. ἔμαθες δὲ, ὅτι δευτέρα μὲν πέψις ἐν ἥπατί τε καὶ φλεψὶ γίνεται, τρίτη δὲ καθ' ἕκαστον τῶν τρεφομένων μορίων, ἧς ἕνεκα τῶν προτέρων δυοῖν δεόμεθα. τρέφεται μὲν γὰρ, ὅσα τρέφεται, τῶν τρεφόντων αὐτὰ μεταβαλλομένων κατὰ ποιότητα, κἀξομοιουμένων τοῖς τρεφομένοις· μεταβάλ-

rant, et cucumeres non aliter ac cucurbitae. Caeterum haec quoque hyeme, quum uſui adhibentur, ad eundem modum exploranda veniunt. Quae enim cito ex aqua macerationem capiunt, ſive ea elixes, ſive minime, bonitate ejusdem ſpeciei caetera vincunt, vitioſa vero ſunt, quibus longo tempore id contingit, tum tumoris minimum acquirunt. Scito igitur, cibos, qui cito intumeſcunt, non ſolum ad concoquendum potiores eſſe, ſed ad ſucci etiam bonitatem, cujus gratia ſingula tractantur hoc libro; eſt enim eorum, quae ſtatim in tumorem aſſurgunt, natura melior, quod et facilius concoquantur, et laudatiores ſucos procreent. Nihil enim aeque ad ſucci bonitatem facit in cibis omnibus, quam ſi probe in ventriculo concoquantur, ut qui ſecundam et tertiam concoctionem facilius admittant. Noſti autem, ſecundam concoctionem in jecore ac venis abſolvi, tertiam vero in partibus ſingulis, quae nutriuntur, cujus cauſa duabus illis prioribus egemus. Quaecunque enim nutriuntur, ita demum nutrientur, ſi, quae illa nutriunt, qualitate immutentur, et iis, quae nutriuntur, aſſimilentur; porro quae

Ed. Chart. VI. [429. 430.] Ed. Baſ. IV. (356. 357.)

λεται δὲ τὰ παρασκευασθέντα καὶ προπεφθέντα τῶν ἀπέπτων μᾶλλον. ἀλλήλας γὰρ αἱ πέψεις διαδέχονται, τὴν μὲν τῆς γαστρὸς τὸ ἧπαρ, τὴν δὲ τούτου τὰ τρεφόμενα μόρια. καὶ τοίνυν καὶ προπαρασκευάζει τοῖς μὲν ἐν τῷ σώματι μορίοις ἅπασι τὴν τροφὴν τὸ ἧπαρ, [430] ἐκείνῳ δ' ἡ γαστὴρ, ἐκείνη δὲ τὸ στόμα, καὶ τούτῳ τινὰ μὲν ὄπτησις, τινὰ δὲ ἕψησις, ἢ ταγήνισις, ἤ τις ἁπλῆ βρέξις. ἅπασι δὲ τούτοις ἡ διοικοῦσα φύσις τὰ τοὺς καρποὺς φέροντα φυτὰ παρασκευάζει, καί τινά γε τῶν ἐξ αὐτῆς γεγονότων οὔθ' ἕψήσεως, οὔτ' ὀπτήσεως, οὔτε βρέξεως, οὔτ' ἄλλης δεῖται παρασκευῆς. ταῦτα μὲν ἐν τῷ καθόλου χρὴ μεμνῆσθαι, κοινὰ γὰρ ἁπάντων ἐστὶ τῶν ἐσθιομένων.

Κεφ. στ'. Ἐπὶ δὲ τὰ κατὰ μέρος ἴωμεν, ὅσα λέγοντες ἀπελίπομεν, ἐν μὲν τοῖς τῶν ζώων μορίοις ἔντερά τε καὶ γαστέρα καὶ μήτραν καὶ ὦτα καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ οὐράς, (357) ἐν δὲ τοῖς Δημητρίοις σπέρμασι τὰ πλεῖστα, καθάπερ γε καὶ λαχάνων καὶ φυτῶν τῶν καλουμένων ὡραίων. ἔντερα μὲν οὖν καὶ γαστὴρ καὶ μήτρα σκληροτέραν τῶν σαρκῶν ἔχει τὴν

praeparata atque ante concocta fuerint, crudis promptius immutantur: etenim mutuo ſe concoctiones excipiunt; eam, quae ventriculi eſt, jecur; atque hujus ipſius concoctionem partes, quae nutriuntur; atque ita corporis quidem partibus omnibus alimentum praeparavit jecur; huic ventriculus; ventriculo os; ori quaedam aſſatio, quaedam elixatio, quaedam frictio in ſartagine, aut ſimplex aliqua maceratio; omnibus autem his natura gubernatrix plantas fructus ferentes praeparat; ſuntque eorum aliqua, quae ipſa profert, quibus nec elixatione, nec maceratione, neque vero praeparatione alia opus ſit. Atque haec in univerſum meminiſſe expedit cibis omnibus communia.

Cap. VI. Iam ad alia privatim tranſeundum, ſi qua dicendo praetermiſimus. Sunt haec in animalium quidem partibus inteſtina, ventriculus, uterus, auriculae, oculi, caudae; in ſeminibus Cerealibus maxima horum ipſorum pars, ſicuti ſane olerum quoque ac ſtirpium, quas fugaces vocant. Itaque inteſtina et ventriculus et uterus duriore

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 790 sur 889

Ed. Chart. VI. [430.] Ed. Baſ. IV. (357.)

οὐσίαν, ἀπεπτοτέραν τε τοσοῦτον, ὅσον καὶ σκληροτέραν, ἥττόν τε τῶν σαρκῶν τρέφει καὶ ἧττον εὔχυμά εἰσιν. αἱ δ' οὐραὶ καὶ τούτων ἔτι σκληρότεραι, καὶ τἆλλα ἀνάλογον τῇ σκληρότητι κατ' αὐτάς ἐστι περί τε πέψιν καὶ θρέψιν, πλὴν οὐ περιττωματικαὶ διὰ τὴν κίνησιν. ὅμοιοι δ' αὐταῖς εἰσιν ἐπὶ τῶν πτηνῶν ζώων οἱ τράχηλοι. κοιλίαι δ' οὐδὲν ὅμοιαι τοῖς πτηνοῖς τε καὶ πεζοῖς ζώοις εἰσί. καὶ γὰρ παχεῖαι καὶ σκληραὶ, καὶ διὰ τοῦτο δύσπεπτοι καὶ πολύτροφοι πεφθεῖσαι τοῖς πτηνοῖς εἰσιν αἱ κοιλίαι. κάλλισται δ' ἀλεκτορίδων καὶ χηνῶν, καίτοι τἆλλα τοῦ χηνὸς μόρια σκληρά τ' ἐστὶ καὶ δύσπεπτα καὶ περιττωματικὰ, πλὴν τῶν πτερῶν. ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις στρουθοῖς, ἃς νῦν ὀνομάζουσι στρουθοκαμήλους, ἅπαντα τὰ μέρη σκληρὰ καὶ δύσπεπτα καὶ περιττωματικά. τῶν δ' ὠῶν ὁ μὲν χόνδρος ἄτροφόν τ' ἐστὶ καὶ ξηρὸν σῶμα, τὸ δὲ ἔξωθεν δέρμα λεπτὸν καὶ ξηρὸν, ὀλιγότροφόν τε καὶ δύσπεπτον. ὀφθαλμοὺς δ' ὀλίγοι μὲν ἐσθίουσι, σύγκεινται δ' ἐξ ἀνομοίων οὐσιῶν· ἑτέρας μὲν γὰρ φύσεως οἱ

ſubſtantia conſtant, quam caro; et quo duriore, eo etiam concoctu difficiliore; minus praeterea, quam carnes, alunt, minusque ſucci boni ſunt. Caudae his etiam ipſis duriores habentur; tum reliqua in his pro duritie proportione reſpondent in concoctione et nutritione, niſi quod excrementis vacant ob commotionem. Sunt his non diſſimilia volucrium colla. Avium et pedeſtrium animalium ventri nihil convenit; eſt enim avium venter craſſus, durus, et qui ob id aegre concoquatur, quique concoctus multum praeſtet alimenti; optimus habetur gallinarum atque anſerum, quum tamen reliquae anſeris partes durae ſint et concoctioni adverſentur et excrementis redundent praeter alas. In magnis vero ſtruthis, quas nunc ſtruthiones appellant, ſingulae ſunt partes durae, difficiles concoctu et excrementitiae. In auribus cartilago pars eſt, quae neque alat et ſicca ſit: obducta his cutis tenuis eſt et ſicca, tum quae haud facile concoquatur et alimenti parum ſubminiſtret. Oculos pauci edunt; conſtant hi ex ſubſtantiis inaequalibus, ſiquidem alia

Ed. Chart. VI. [430. 431.] Ed. Baſ. IV. (357.)

χιτῶνες αὐτῶν, ἑτέρας δὲ οἱ μύες, ἄλλης δὲ τὸ κρυσταλλοειδὲς καὶ τὸ ὑαλοειδές. ἐξ αὐτῶν δὲ οἱ μύες εὐπεπτότατοι μόνοι τῶν ἐπιτηδείων εἰς εὐχυμίαν τὴν φύσιν ἐχόντων ζώων, οἷοί περ οἱ σύμμετροι κατὰ τὴν ἡλικίαν ὗες. εἶεν δ' ἂν οὗτοι τοῖς μὲν ἀκμάζουσιν ἀνθρώποις καὶ γυμναζομένοις οἱ τέλειοι, τοῖς δὲ παρακμάζουσιν οἱ ἔτ' αὐξανόμενοι· τῶν δὲ πάνυ σμικρῶν χοίρων ἡ σὰρξ περιττωματική. ἀρίστης δὲ τῆς τῶν ὑῶν οὔσης ἐδωδῆς ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις, ἐφεξῆς ἐστιν ἡ τῶν ἐρίφων, καὶ μετὰ ταύτην ἡ τῶν μόσχων. ἡ δὲ τῶν ἀρνῶν σὰρξ ὑγρὰ καὶ γλίσχρα καὶ βλεννώδης ἐστί. τῶν δ' ἄλλων πεζῶν ζώων τῆς ἐδωδῆς ἀπέχεσθαι κελεύω τὸν εὐχυμίας προνοούμενον. ἡ δὲ κατ' εἶδος ἐν αὐτοῖς διαφορὰ κατὰ τὸ τρίτον εἴρηται περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων.

Κεφ. ξ'. [431] Ἐν δὲ τοῖς Δημητρίοις σπέρμασιν ἄριστον εἰς εὐχυμίαν ἔδεσμα καλῶς ἑψημένη πτισάνη. συνενδείκνυται δ' ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἀρίστην εἶναι χρὴ καὶ τὴν κριθήν. οὐ γὰρ ἕψεται καλῶς ἡ πτισάνη, μὴ τοιαύτης οὔ-

sunt natura praeditae tunicae, alia muſculi, atque alia cryſtallinus humor et vitreus. Ex his muſculi ſoli concoctioni maxime accommodi ſunt in animalibus, quibus natura ſit ſucci bonitati idonea, quod genus ſunt porcelli aetate convenienti. Fuerint autem hi hominibus, qui quidem aetate vigent atque exercentur, adulti, aetate autem inclinantibus ii, qui etiamnum creſcunt: nam tenellorum adhuc porcellorum caro excrementitia eſt. Quum autem inter animalia pedeſtria optimi ſint ſucci ſues, proximi ab his habentur hoedi, deinde vituli; agnina caro humida, glutinoſa mucoſaque eſt. A caeterorum vero animalium, quae pedeſtria ſunt, eſu abſtineant, cenſeo, qui ſucci bonitatis curam gerunt. Speciatim horum differentias tractavimus tertio de alimentorum facultatibus libro.

Cap. VII. In ſeminibus Cerealibus optimi ſucci cibus ptiſana eſt probe decocta. Intelligimus ſane ſermone hoc, una optimum quoque debere eſſe hordeum; quod niſi tale ſit, bene decoqui ptiſana non poterit ideo, quod nec mace-

Ed. Chart. VI. [431.] Ed. Baſ. IV. (357.)

σης αὐτῆς; διὰ τὸ μήτε πλεῖον ἐξοιδίσκεσθαι διαβρεχομένην, μήτε χυλοῦσθαι τηκομένην. ἀλλὰ περὶ πτισάνης ἔν τε τῷ περὶ τῶν ἐν τροφαῖς δυνάμεων καὶ τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου καὶ τοῖς εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων Ἱπποκράτους ὑπομνήμασιν ἐπὶ πλέον εἴρηται. νυνὶ δ' ἀρκεῖ δεδηλῶσθαι τὸ κεφάλαιον, οὗ χρήζομεν εἰς τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ὡς ἀμεμπτότατον εἴη ἂν πάντων ἐδεσμάτων εἰς εὐχυμίαν τε καὶ φυλακὴν ὑγείας πτισάνη καλῶς ἐσκευασμένη. τρέφει γε μὴν ἄρτου ἧττον ἡ καλλίστη· περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ λέλεκται κατὰ τὸ β γράμμα περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. τῆλις μὲν οὐκ εὔχυμος, ἂν πλεονάζῃ τις ἐν αὐτῇ, πτισάνην δὲ κἂν καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς κόρον ἐσθίῃς, οὐδὲν εἰς εὐχυμίαν βλαβήσῃ. περὶ κνάμου δ' ἂν ἔλεγον ταὐτόν, εἰ μὴ φυσώδης ἦν· οὔτε γὰρ κακόχυμος, οὔτε ἐμφρακτικὸς, ἅπερ ἐστὶ κεφάλαια τῶν ὑγιεινῶν ἐδεσμάτων· ὑπάρχει δ' αὐτῷ ταῦτα διὰ τὸ ῥυπτικὴν ἔχειν ποιότητα καὶ δύναμιν ἐν αὑτῷ, καθάπερ ἡ κριθή. τῷ πισῷ δὲ τὸ μὲν ἄφυσον ὑπάρχει, τὸ ῥυπτικὸν δ' οὐκ ἴσον τῷ κνάμῳ. περὶ δὲ τῆς φακῆς, ὅτι κακόχυμός ἐστι καὶ

ratione plurimum intumeſcat, nec cremorem reddat colliquatione. Verum de ptiſana prolixius diximus in libris de alimentorum facultatibus et de curandi ratione, jam vero in commentariis in Hippocratis librum de victu acutorum conſcriptis; nunc autem rei totius caput indicaſſe ſatis ſit praeſenti orationi neceſſarium, ptiſanam ſcilicet bene praeparatam cibum eſſe omnium minime improbandum tum ad ſucci bonitatem, tum ad ſanitatis tutelam; ipſa tamen, etiam optima quae ſit, minus alit, quam panis; de quo libro primo de alimentorum facultatibus diximus. Et foenum graecum quidem, ſi quis frequenter eo utatur, ſucci boni non ſit; ptiſana vero etiamſi ad ſaturitatem usque quotidie utaris, nihil ſuccorum bonitati offeceris. Affirmarem idem de faba, niſi flatulenta eſſet; nam nec ſuccum malum procreat, nec meatus infarcit, in quibus ſalubrium ciborum ſumma verſatur: ineſt hoc illi propterea, quod qualitate ac facultate praedita ſit abſterſoria, ut hordeum. Piſum flatus quidem expers, non aeque tamen, ut faba, abſtergit. De lente,

Ed. Chart. VI. [431.] Ed. Baſ. IV. (357.)

μελαγχολικὴν, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ὡς φαρμάκῳ δ' αὐτῇ χρώμεθα πολλάκις ἐπὶ πολλῶν παθημάτων, ἀλλ' οὐ νῦν ἐκείνων ὁ καιρός. ὦχροι δὲ καὶ δόλιχοι τῶν μὲν εἰρημένων χείρους, ἀμείνους δὲ λαθύρων. ὀλύραν δὲ μετὰ τὴν κριθὴν τίθει, καὶ μετ' ἐκείνην τίφην. ἔλυμος δέ σοι φευκτέος ἀεί· καλοῦσι δ' αὐτὸν ἔνιοι μελίνην τῶν παλαιῶν. ἡ δὲ κέγχρος ὁμογενὴς μέν ἐστι τῷ σπέρματι τούτῳ, μοχθηρὰ δ' ἧττον. ὅ γε μὴν ἐρέβινθος, εἰ καὶ τρόφιμος, ἀλλ' οὐκ εὔχυμος, φυσώδης δὲ οὐδὲν ἧττόν ἐστι κυάμου, παροξύνει δὲ καὶ πρὸς σύνουσίαν ἅμα τῷ πολὺ σπέρμα γεννᾶν. ὁ δὲ θέρμος ἱκανῶς παχύχυμος· εὔδηλον δ', ὅτι καὶ τρόφιμος, εἴπερ παχύχυμος, οὐ μὴν κακόχυμος. τῶν δ' ἄλλων ὀσπρίων οὐδὲ μεμνῆσθαι καλὸν εἰς εὐχυμίας λόγον, ὧν γε μηδ' ἐσθίουσιν ἄνθρωποι, πρὶν ὑπὸ λιμοῦ βιασθῆναι. περὶ μὲν οὖν ὀσπρίων αὐτάρκως εἴρηται, περὶ δὲ καρπῶν ἐφεξῆς ἂν εἴη ῥητέον.

Κεφ. η'. Εἰσὶ δ' οἱ μὲν ἀπὸ δρυῶν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες κακόχυμοι πλὴν τῶν καστανειῶν ὀνομαζομένων βα-

quod et malum et melancholicum ſuccum gignat, nemo fere neſcit: ea ut medicamento utimur plerumque in affectibus plurimis; ſed non eſt nunc de his dicendi tempus. Ochri et dolichi, ſicuti jam dictis bonitate inferiores ſunt, ſic cicerculis praeſtant. Olyra proxime ab hordeo locatur, ab hac autem tipha. Panicum vitare perpetuo debes: μελίνην vocant veterum nonnulli. Milium eſt quidem feminii huic affine, at minus tamen pravum. Cicer ut alat, ſatis mali certe ſucci eſt et nihilo ſecius, quam faba, inflat, coëundi deſiderium auget, ſeminisque una multum gignit. Lupinus ſucci bene craſſi eſt: idem quod ſatis alat, liquet, ſiquidem craſſo conſtat ſucco, neque tamen ſucci mali habetur. Leguminum aliorum ne meminiſſe quidem convenit in ſuccorum bonitatis cenſu, ut quae mortales, niſi annonae caritas urgeat, ne ad cibi quidem uſum adhibeant. Satisque de leguminibus dictum; deinceps de fructibus dicamus.

Cap. VIII. Sunt autem ex iis, quos quercus ferunt, omnes fere ſucci mali, exceptis caſtaneis glandibus, quas

Ed. Chart. VI. [431. 432.] Ed. Baſ. IV. (357.)

λάνων. αὗται δὲ πεφθεῖσαι καλῶς ἐν τῇ γαστρὶ τρόφιμοι μέν εἰσι καὶ παχύχυμοι, κακόχυμοι δ' οὐδαμῶς. τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ὡραῖοι καλούμενοι καρποὶ κακόχυμοι πάντες· ἐὰν δὲ δια[432]φθαρῶσιν ἐν τῇ γαστρὶ, φαρμάκου δηλητηρίου πλησίον ἥκουσιν, ὥσπερ καὶ τὰ μόρα, καίτοι μετριώτερα τῶν Περσικῶν ὀνομαζομένων ὄντα καὶ τῶν κοκκυμήλων, ὅμως τὴν διαφθορὰν οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ἔχει μοχθηράν. ἣν δ' ὀνομάζουσιν ἰδίως οἱ Ἕλληνες ὀπώραν ἐν σύκοις καὶ σταφυλαῖς οὖσαν, ἀμείνων μέν ἐστι τῶν εἰρημένων, οὐ σμικρὰν δ' ἔχει τὴν διαφορὰν, ἢ πέπειρον ἀκριβῶς εἶναι τὸν καρπὸν, ἢ μηδέπω τοιοῦτον. ἐγγὺς γὰρ τῶν ἀβλαβῶν τὰ πέπειρα σῦκα, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ πέπειρος σταφυλή. κρεμασθεῖσα δὲ καὶ ἥδε τὸ φυσῶδες ἀποτίθεται καὶ γίνεται τελέως ἄμεμπτον. περὶ ἰσχάδων δὲ δόξειεν ἄν τις ἐναντία λέγων ἀληθεύειν, εἰ κακοχύμους γε ἅμα καὶ εὐχύμους αὐτὰς εἴποι, νοσωδές τε καὶ ὑγιεινὸν ἐχούσας. ἐὰν γὰρ αὗται διεξέρχωνται κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀναδοθεῖσα τροφὴ διά τε τοῦ δέρματος καὶ τῶν νεφρῶν, ὑγιειναί τέ εἰσι καὶ εὔχυμοι· βρα-

vocant; quae, ſi recte eas conficiat ventriculus, alibiles fiunt ac craſſi ſucci, minime tamen mali. In caeteris fructibus ii, qui fugaces vocantur, mali omnes ſucci ſunt; quod ſi in ventriculo praeterea corrumpantur, non longe a venenoſa materia abſunt, quemadmodum mora quoque, quae ipſa, etiamſi Perſicis ac prunis minus mala ſint, corruptelam tamen nihilominus iis malam experiuntur. Opora, ſic privatim a Graecis vocata, qua ficus et uvae continentur, his quidem melior eſt; non parum tamen diſcriminis ſortitur, quod vel exacte maturus fructus ſit, vel nondum talis. Exacte enim maturae ficus prope innoxiae ſunt; deinceps ab his matura uva; haec porro, ſi ſuſpendatur, inflationem omnem abjicit, prorſusque inculpabilis evadit. De caricis ſi quis contraria pronunciet, vera dixiſſe videri poſſit, eſſe eas tum mali tum boni una ſucci, morbificas et ſalubres; ſalubres quidem et boni ſucci, ſi ventriculum pertranſeant, diſtributumque inde alimentum jecur permeet ac renes;

Ed. Chart. VI. [432.] Ed. Baſ. IV. (357.)

δύνουσαι δὲ κακοχυμότεροί πως γίνονται καὶ φθειρῶν πολλῶν γεννητικαί· μετὰ δὲ καρύων ἐσθιόμεναι κάλλιστόν εἰσιν ἔδεσμα, καθάπερ γε καὶ ἀμυγδάλων, ἀλλὰ μετὰ τούτων μέν, ὡς ἐκφρακτικῶν καὶ ῥύπτικῶν, οὐ μὴν εὐχύμων γε τοῖς καρύοις ὡσαύτως οὐδὲ τροφίμων, ἅμα δὲ τοῖς καρύοις βελτίους εἰς ἅπαντα. καί τινες τῶν γραψάντων συνθέσεις φαρμάκων θανασίμων ἀλέξητήριον αὐτῶν ἁπάντων εἶναί φασι προλαμβανομένας ἰσχάδας ἅμα καρύοις τε καὶ πηγάνῳ. τὰ δ' ἄλλα τῶν ἀκροδρύων εἴδη κακόχυμά ἐστι, καὶ μάλισθ' ὅσα τῶν ἀγρίων αὐτῶν καὶ θάμνων εἰσὶ καρποὶ, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον εἴρηται κατὰ τὸ β' τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. μῆλον δὲ καὶ ῥοῶν, ἀπίων τε καὶ μεσπίλων, οὐχ ὡς τροφῆς, ἀλλ' ὡς φαρμάκων χρήζομεν εἰς τόνον στομάχου τε καὶ γαστρός. καρποὶ δ' εἰσὶ καὶ σικυοὶ καὶ πέπονες καὶ μηλοπέπονες, ἀλλ' οὐδὲν οὐδὲ τούτων εὔχυμον· εἰ δὲ μὴ ταχέως ὑπέλθοι, διαφθείρεται κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὸν ἐκ τῆς διαφθορᾶς γινό-

mali vero ſucci, ſi diutius morentur, et quae pediculorum vim gignant. Eaedem ſi cum nucibus, aut eodem etiam modo cum amygdalis mandantur, cibum optimum exhibent, et cum amygdalis quidem, quaſi quae obſtructiones ſolvendi et abſtergendi vi polleant, at non perinde tamen, ac nuces, ſucci boni ſint, nec aeque alant, cum nucibus autem una omnino meliores ſunt. Atque ex iis, qui venenorum compoſitionem tractarunt, nonnulli omnibus alexeterium eſſe affirmarunt, ſi quis caricas prius cum nucibus una ac ruta aſſumat. Reliqua fructuum genera, quae in ambitu lignoſum putamen habent, ſucci mali ſunt, maximeque ſi fructus ſint agreſtium arborum fruticumque, de quibus copioſius tractavimus in ſecundo de facultatibus alimentorum libro. In pomis autem et punicis pirisque et meſpilis uſus ut medicamenti eſt potius, quam alimenti, ſtomacho ventrique corroborandis. Inter fructus cenſentur cucumeres quoque et pepones et melopepones, quorum nulli ſuccus bonus inſit, eo quod, niſi alvum ſtatim ſubeant, corrumpantur ibi, humoremque ex corruptela hac faciant, qui

Ed. Chart. VI. [432.] Ed. Baſ. IV. (357. 358.)

μενον χυμὸν ἐγγὺς τοῖς θανασίμοις γενόμενον φαρμάκοις ἐργάζεται. κολοκύνθη δ' ἄμεμπτος μόνη τῶν τοιούτων καρπῶν, ἀλλὰ καὶ αὕτη διαφθαρεῖσα κατὰ τὴν γαστέρα κακόχυμος ἱκανῶς γίνεται, καθάπερ καὶ τὰ συκάμινα· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα, πρὶν διαφθαρῆναι, φθάσαντα ταχέως ὑπελθεῖν, οὐδὲν ἐργάζεται φαῦλον, εἴ γε μή τις ἐν αὐτοῖς πλεονάζοι· κοινὸν γὰρ τοῦτο περὶ ἁπάντων ὡραίων ἐπίστασθαί τε χρὴ καὶ μεμνῆσθαι. τῶν δὲ λαχάνων οὐδὲν μὲν εὔχυμον, ἐν μέσῳ δ' εὐχύμου τε καὶ κακοχύμου θρίδαξ ἐστὶν, εἶτα μαλάχη, καὶ μετ' αὐτὴν ἀτράφαξύς τε καὶ ἀνδράχνη, καὶ βλίτον καὶ λάπαθον. ἔσχατος δὲ κακόχυμα πάντ' ἐστὶν, ἃ καλοῦσιν ἄγρια λάχανα, θριδακίνη, χονδρίλη, σκάνδιξ, γιγγίδιον, σέρις, κιχώριον. αἱ δὲ ῥίζαι (358) τῶν λαχανωδῶν φυτῶν κακόχυμοι μὲν, ὅσαι δριμεῖαι, καθάπερ αἱ τῶν κρομμύων καὶ πράσων καὶ σκορόδων καὶ ῥαφανίδων καὶ δαύκων, μέσαι δ' εὐχύμων τε καὶ κακοχύμων αἵ τε τῶν ἄρων εἰσὶ καὶ τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσι, καὶ τοῦ καλουμένου κάρους.

non longe a mortiferis, veneniis abſit. In fructibus hujusmodi ſola eſt cucurbita, quae culpa vacet; ejusdem tamen, ſi in ventre corrumpatur, ſuccus valde malus eſt; quod in moris quoque evenit; quae ipſa etiam, ſi quidem ante, quam corrumpantur, ſtatim deſcenderint, nihil incommodi afferunt, niſi quis aſſidue iis utatur; quod in univerſum de fugacibus omnibus ſcire ac meminiſſe convenit. Olerum nullum quidem boni ſucci eſt, boni tamen malique ſucci in medio lactuca fuerit, deinde malva, ab hac deinceps atriplex et portulaca et blitum et rumex. Succi ſumme omnino mali ſunt olera omnia agreſtia, quae vocant; lactucae id genus, chondrilla, ſcandix, gingidium, ſeris, cichorium. Stirpium radices, quae oleraceae ſunt, ſi quae acres fuerint, ut ceparum, porri, allii, radiculae, dauci, malae omnes; boni malique in confinio ari radices ſunt et raporum, quae βουνιάδας etiam vocant, ejusque, quem carvum appellant.

Ed. Chart. VI. [432. 433.] Ed. Baſ. IV. (358.)

Κεφ. θ'. Ὄρνιθες δὲ καὶ ἰχθύες ὀλίγου δεῖν ἅπαντες εὔχυμοι πλὴν τῶν ἐν ἕλεσι καὶ λίμναις καὶ ποταμοῖς ἰλυώ-
[433] δεσι καὶ θολεροῖς διαιτωμένων. ἀέρι γὰρ χείρονι χρῶνται καὶ νήξεσιν ἐλάττοσι καὶ τροφαῖς μοχθηροτέραις, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκ πόλεως μεγάλης ῥέῃ τὸ ὕδωρ, ἐκκαθαίρον ἀποπάτους τε καὶ βελανεῖα καὶ μαγειρεῖα καὶ τὰ τῶν πλυνόντων τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ὀθόνην ῥύμματα. χειρίστη γὰρ ἡ σὰρξ γίνεται τῶν ἐν ὕδατι τοιούτῳ διαιτωμένων ζώων, μάλιστα μὲν, ὅταν ἐν αὐτῷ μόνῳ διατρίβωσι, κἂν ἐπιμίγνυται δὲ βελτίονι, μοχθηρότεροι πολλῷ καὶ οὗτοι τῶν ἐν καθαρᾷ θαλάττῃ διαιτωμένων εἰσίν. ἄμεμπτοι γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ὑπάρχουσιν, ὅσοι κατὰ τὴν ἄμικτον ὕδατι γλυκεῖ διατρίβουσιν, ὥσπερ οἵ τε πελάγιοι καλούμενοι καὶ οἱ πετραῖοι· καὶ γὰρ εἰς εὐχυμίαν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κατὰ τὴν ἕδωδὴν ἡδονῇ προὔχουσι πολὺ τῶν ἄλλων. ἀσφαλέστατον μὲν οὖν ἀεὶ προσφέρεσθαι τῶν τοιούτων· εἰ δέ τι ζῶον εἴη τῶν ἐν ἑκατέροις τοῖς ὕδασι διαιτωμένων, ὥσπερ ὁ κέφαλος καὶ ὁ λάβραξ, ὅ τε κωβιὸς καὶ ἡ σμύραινα, καρκῖνοί τε καὶ ἐγχέλυες, ἀνα-

Cap. IX. Avium piſciumque univerſorum propemodum ſuccus bonus eſt, praeterquam eorum, qui ex ſtagnis et paludibus coenoſisque ac turbulentis fluminibus victum capiunt; aëre enim utuntur deteriore minoreque natatione et alimento pejore, maximeque, ſi ex magna urbe profluat aqua, qua cloacae, balnea ac culinae repurgentur, aut ſi in iis veſtes et lintea abluantur. Caro namque animalium in aquis ejusmodi degentium deterrima omnium ſit, potiſſimum quidem, quum in aqua ea tantum victitant; quae ſi meliori etiam admiſceatur, ſic quoque tamen deteriores ſunt piſcibus in puro mari degentibus. Culpa enim prope omni vacant, quicunque in mari verſantur dulcis aquae experti, cujusmodi ſunt, quos pelagios vocamus et ſaxatiles, qui caeteros ſucci bonitate ac cibi ſuavitate longe antecellunt. Tales igitur ſumpſiſſe perpetuo tutiſſimum fuerit. Quod ſi aliquis ex illis ſit, qui ex aquis utrisque victum capiunt, ut capito, lupus, gobius, muraena, cancri, anguillae, quae-

Ed. Chart. VI. [433.] Ed. Baſ. IV. (358.)

πυνθάνεσθαι μὲν πρότερον, ὅθεν εἴη τεθηρευμένον, μετὰ δὲ ταῦτα τῇ ὀσμῇ καὶ τῇ γεύσει τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ποιεῖσθαι. καὶ γὰρ δυσώδεις καὶ ἀηδεῖς καὶ βλεννώδεις, ὅσοι τὴν δίαιταν ἔσχον ἐν ὕδατι μοχθηρῷ· καὶ μέντοι καὶ λίπος αὐτοῖς ὑπάρχει πολὺ πλέον ἢπερ τοῖς ἄλλοις, καὶ σήπονται ταχέως. οἱ δ' ἐν θαλάττῃ καθαρᾷ διαιτώμενοι τήν τε ὀδμὴν ἄμεμπτον ἔχουσι καὶ τὴν γεῦσιν ἡδεῖαν, τό τε λίπος ὀλίγιστον, ἢ οὐδ' ὅλως, ἔξαρκοῦσί τε πλέονι χρόνῳ μὴ σηπόμενοι, καὶ μάλισθ' ὅταν αὐτοῖς τις περιβάλλῃ χιόνος. κατὰ ταῦτα μὲν οὖν καὶ κρείττους οἱ σκληρότεροι γίνονται ψαθυρωτέραν ἴσχοντες τὴν σάρκα τοῖς πετραίοις τε καὶ τοῖς ὀνίσκοις ὁμοίως· ὃ γὰρ τούτοις ὑπάρχει φύσει, τοῦτο τοῖς σκληροσάρκοις ἐκ τῆς χιόνος προσγίνεται. διὰ τοῦτ' οὖν ἐναντιωτάτην ἔχουσιν οὐσίαν τῆς σαρκὸς οἵ τ' ἐκ θαλάττης καθαρᾶς κέφαλοι καὶ οἱ κατὰ τὸ μοχθηρὸν ὕδωρ διαιτώμενοι· παραπλησίως δ' αὐτοῖς καὶ οἱ κωβιοὶ καὶ οἱ λάβρακες, ἔτι τε τούτων μᾶλλον οἱ ἄλλοι. καὶ σμύραιναι δὲ φαυλόταται γίνονται κατὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ὑδάτων. ἡ δ' ἔγχελυς οὐδ' ὅλως εὔχυμον ἔδεσμα, κἂν ἐξ ὕδατος ᾖ καθαροῦ, μήτοι γε δὴ τοῦ πόλιν ἐκκαθαίρον-

rendum prius, ubinam captus ſit, tum judicandum de hoc ex odoratu et guſtu. Nam qui in aqua degunt vitioſa, graviter olent, inſuavesque ſunt ac mucoſi, pinguedinisque ad haec plus aliis habent, ac cito putreſcunt: at qui in mari verſantur puro, quum odore inculpato ſunt, tum guſtu ſuaves, pinguedineque aut minima, aut nulla, ac longiſſime perdurant citra putreſactionem, praecipue ſi quis eos nive circumdet. Hoc plane nomine commendantur etiam magis, qui duriores habentur, ut qui carne conſtent friabili magis, aeque ac ſaxatiles et aſelli; quod enim natura his adeſt, in dura carne praeditis conciliat nix. Atque hoc cauſae eſt, cur maxime contrariam carnis ſubſtantiam habeant capitones, qui ex puro mari petuntur, et qui in vitioſa aqua deverſantur. Nec diſſimiliter ſe habent gobii lupique, hisque adhuc etiam magis reliqui. Quin muraenae quoque ipſae in hujusmodi aquis deterrimae. Anguilla porro, etiamſi ex aqua ſit pura, nedum ex ea, quae civitatem, uti

Ed. Chart. VI. [433.] Ed. Baſ. IV. (358.)

τος, ὡς εἴρηται. καὶ παρὰ τὰς ἐπιχωρίους δὲ τροφὰς ἀμείνους τε καὶ χείρους ἑαυτῶν ἰχθύες γίνονται, διαγινωσκόμενοι ῥᾳδίως ὀσμῇ τε καὶ γεύσει, καθάπερ αἱ τρίγλαι. μοχθηρότεραι γὰρ αὐτῶν αἱ τὴν καρκινάδα σιτούμεναι, τῶν δ' ἄλλων ἡ σὰρξ σκληροτέρας ἐστὶν ὕλης, οὐ μόνον τῆς τῶν πετραίων τε καὶ ὀνίσκων, ἀλλὰ καὶ κεφάλων καὶ λαβράκων, καὶ τῶν ἄλλων πελαγίων, καὶ κατὰ τοῦτο δυσπεπτοτέρα τε καὶ τροφιμωτέρα, κακόχυμον οὐδὲν ἔχουσα. λέλεκται δὲ τελεώτερον ὑπὲρ ἁπάσης τροφῆς ἐν τρισὶν ὑπομνήμασιν, ἃ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων ἐπιγέγραπται, καὶ χρὴ τὸν ὑγιεινῆς τροφῆς φροντίζοντα μήτε τῆς ἐκείνων ἀναμνήσεως ἀμελῆσαι, μήθ' ὅλως τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, ἧς μέρος ἐστὶ καὶ τὸ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης, ἐναντίας οὔσης τῇ παχυνούσῃ διαίτῃ, γέγραπται βιβλίον ἕτερον ἱκανῶς χρήσιμον οἷς ὑγεία σπουδάζεται.

diximus, expurgat, nequaquam ſucci boni edulium fuerit. Pro alimenti etiam diverſorum locorum differentia ipſi ſe ipſis piſces meliores deterioresque reddunturi qui guſtu facile atque odore deprehenduntur, ſicuti muli. In his enim pejores ſunt, qui carcinade veſcuntur; reliquorum caro materia conſtat duriore non modo, quam ſaxatilium et aſellorum caro, ſed etiam capitonum luporumque et aliorum pelagiorum; ideoque, quum et aegrius concoquatur et alimenti plus praeſtet, ſucci mali nihil interim obtinet. Tractatum autem a nobis eſt prolixius de alimentis omnibus commentariis tribus de alimentorum facultatibus inſcriptis; et oportet ſane eum, cui ſalubris victus cura ſit, tum illa in memoriam diligenter revocare, tum omnino opus de tuenda ſanitate non negligere, cujus pars eſt de alimentorum facultate liber. Verum de attenuante quoque victus ratione, quae craſſum facienti contraria ſit, conſcriptus eſt liber alius, ſanitatis ſtudioſis in primis utilis.

Ed. Chart. VI. [433. 434.] Ed. Baſ. IV. (358.)

Κεφ. ί. Μεμνῆσθαι δέ σε πρὸ πάντων βούλομαι κατὰ τὰς τοιαύτας πραγματείας, ὡς οὔτε βοηθήματος, οὔθ' [434] ὑγιεινῶν διαιτημάτων ἐπιστήμων ἔστι τελέως ὁ τὰς τῶν ὑλῶν δυνάμεις ἀκριβῶς ἐκμαθὼν, ἐὰν μὴ γινώσκῃ τὰς τῶν σωμάτων φύσεις, οἷς ταῦτα προσάγεται. τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι πυκνὰ καὶ ἀδιάπνευστα, τινὰ δ' ἀραιὰ καὶ ῥᾳδίως ἐκκενούμενα. καὶ δεῖται δηλονότι τροφῆς ὑγροτέρας τὰ πρότερα, ξηροτέρας δὲ τὰ δεύτερα, καὶ τὰ μὲν κολλωδεστέρας, τὰ δὲ λεπτοτέρας, καὶ τὰ μὲν ἐλάττονος, τὰ δὲ πλείονος. οὕτως δὲ καὶ ὅσοι μελαγχολικώτερον ἔχουσι τὸ αἷμα, τῶν ὑγρῶν καὶ θερμῶν τῇ κράσει δέονται τροφῶν, ὥσπερ γε καὶ ὅσοι χολωδέστερον, ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν, ὡσαύτως δ' οἱ φλεγματῶδες, θερμαινουσῶν τε καὶ ξηραινουσῶν. ὅσοι δ' αἷμα χρηστὸν ἀθροίζουσι πλέον, ὀλιγωτέρων μὲν ἐδεσμάτων χρῄζουσιν, ἐπιφανῆ δ' οὐδεμίαν ἐχόντων δύναμιν, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ καθεστηκότων, ὡς μήτε θερμαίνειν ἀξιολόγως, μήτε ψύχειν, ὥσπερ γε καὶ μηδ' ὑγραίνειν ἢ ξηραίνειν, οὕτω δὲ καὶ πάχους καὶ λεπτότητος ἐν τῷ μέσῳ καθεστηκότων,

Cap. X. Caeterum illud de operibus his memineris velim ante omnia: qui alimentorum materiae facultates exacte teneat, niſi idem corporum naturas cognitas habeat, quibus adhibenda ea ſint, eum nondum neque auxiliorum neque vero ſalubris victus rationis ſcientiam aſſecutum. Sunt enim corporum quaedam denſa, nec perſpirabilia; quaedam rara, et quae facile difflentur. Ac priora quidem alimento opus habent humidiore, poſteriora vero ſicciore; et haec quidem glutinoſiore, illa tenuiore; haec minore, illa uberiore. Ad eundem plane modum, quicunque ſanguinem habent plus juſto melancholicum, his alimentis opus eſt temperamento calidis et humidis; ſicuti frigidis et humidis iis, qui bilioſiorem; qui pituitoſum, calidis et ſiccis. Quibuscunque vero ſanguis bonus multitudine excedit, iis alimenta ex uſu fuerint pauciora illa quidem, ſed quae facultate nulla praedita ſint manifeſta, quaeque medium teneant, ut nec evidenter caleſaciant, nec frigeſaciant, neque vero humectent, aut exiccent, eodemque modo craſſitiei ac tenuitatis

Ed. Chart. VI. [434.] Ed. Baſ. IV. (358.)

ὥσαύτως δὲ γλισχρότητός τε καὶ τῶν ἐναντίων αὐτῇ· κραυρότητα δὲ λέγω καὶ ψαθυρότητα. ὑπάρχει δὲ κραυρότης μὲν τοῖς σκληροῖς τε καὶ ξηροῖς ἱκανῶς, ψαθυρότης δὲ τοῖς μαλακοῖς τε καὶ μέσοις καθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα· κοινὸν δ' ἀμφοῖν τὸ μηδὲν ἔχειν γλίσχρον. διαγνωστικὸν οὖν εἶναι προσήκει τὸν ὀρθῶς χρησόμενον. ταῖς τροφαῖς, πρῶτον μὲν τῆς κατ' ἀραιότητά τε καὶ πυκνότητα τοῦ δέρματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις διαφορᾶς, ἐφεξῆς δ' αὐτῇ τῆς ὅλης τοῦ σώματος κράσεως, εἶθ' ἑξῆς εἰ σώζει πάντα τὰ μόρια τοῦ σώματος τὴν οἰκείαν κρᾶσιν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ἡ κεφαλὴ ἐστι θερμοτέρα τοῦ προσήκοντος, ἡ γαστὴρ δὲ ψυχροτέρα, πολλάκις δὲ τοὐναντίον ἡ γαστὴρ μὲν θερμοτέρα, ψυχροτέρα δ' ἡ κεφαλή· καὶ τἆλλα μόρια πάνθ' ὡσαύτως. ἡ μὲν οὖν ἄλλη πᾶσα θεραπευτική τε καὶ ὑγιεινὴ μέθοδος ἁπάντων ὁμοτίμως ἐστόχασται, τὰ δὲ κατὰ τὰς τροφὰς ἑξαίρετον μὲν ἔχει καὶ πρῶτον σκοπὸν, ὅπως ἄριστα πεφθήσεται, δεύτερον δὲ ἐπὶ τῷδε, τὸν ἀναδοθησόμενον ἐκ τῆς πεφθείσης τροφῆς χυμὸν ἐπιτήδειον εἶναι τῇ κράσει τῶν ἄλλων μορίων. ἀναγ-

in medio conſiſtant, nec non lentoris qualitatumque huic ipſi contrariarum, fragilitatis ſcilicet et friabilitatis. Ineſt fragilitas ſiccis et duris valde, friabilitas mollibus et inter humiditatem et ſiccitatem mediis; utrisque commune, ut nihil habeant glutinoſi. Cui igitur rectus alimentorum conſtare uſus debet, is dignoſcat oportet principio rarae denſaeque hominum cutis differentias, deincepsque ab his univerſam corporis temperiem, poſtremo num partes corporis ſingulae temperiem propriam ſervent. Contingit enim aliquando, ut caput juſto calidius ſit, ventriculus autem frigidior; atque etiam a diverſo ſaepenumero, ut calidior ventriculus, caput frigidius reperiatur; idemque in partibus aliis accidit. Ac curandi quidem et incolumitatis tuendae reliqua ratio omnis ſcopum aeque in omnia dirigit; quae vero alimenta tractat, peculiarem hunc habet, quem primo intueatur, ut optime ea coquantur, proximeque, ut diductus concocti alimenti ſuccus caeterarum partium temperiei

Ed. Chart. VI. [434. 435.] Ed. Baſ. IV. (358.)

καίοι τοιγαροῦν ἐκ τῶνδε φαίνεται τοῖς ὀρθῶς μέλλουσι χρῆσθαι τροφαῖς ἡ περὶ κράσεως πραγματεία. καὶ τοίνυν ὡς γεγυμνασμένῳ σοι κατ' αὐτὴν, ὅσον ἔθ' ὑπόλοιπόν ἐστιν εἰς εὐχυμίαν τε καὶ κακοχυμίαν ἀναγκαῖον ἐγνῶσθαι, προσθήσω, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν οἴνων ποιησόμενος.

Κεφ. ια'. Ὅσοι μὲν οὖν αὐτῶν ὑδατώδεις εἰσὶ καὶ λεπτοὶ κατὰ σύστασιν, οὔρησίν τε κινοῦντες, ὀλιγίστην παρέχουσι τῷ σώματι τροφήν· ὅσοι δὲ παχεῖς, ὥσπερ ὁ Θηραῖός τε καὶ ὁ Σκυβελίτης, ἀξιολόγως τρέφουσι. διαφέρουσι δ' ἀλλήλων τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀνάλογον τῷ πάχει. τοιοῦτος δέ ἐστιν οἶνος παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερίνῃ, τῇ μὲν ὁμόρῳ Μυρίνῃ, τῇ δὲ Περγάμῳ. τελέως μὲν οὖν εἰσι γλυκεῖς ὅ τε Σκυβελίτης καὶ ὁ Θηραῖος, αὐστηρὸς δὲ ἅμα καὶ γλυκὺς ὁ Κιλίκιος ὁ Ἀβάτης, ἀπὸ χωρίου τὴν προσηγορίαν ἔχων, ὁ δ' ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερίνῃ μέσοι τούτων εἰσὶν, οὔτε γλυκεῖς ἀκριβῶς ὄντες, οὔτε στύψιν ἔχοντες ἀξιόλογον ὁμοίως τῷ Κιλικίῳ. [435] μέλανες δὲ πάντες οὗτοι τυγχάνουσιν ὄντες· οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις οὐδένα παχὺν ἅμα

accommodus ſit. Videri itaque ob haec neceſſarium poſſit opus de temperamentis iis, qui recte uſuri ſint alimentis. Tibi igitur, ut in opere hoc exercitato, addam, quaecunque reſtant de ſuccorum bonitate et vitio neceſſario ſcienda, ſumpto a vinis exordio.

Cap. XI. Ergo, quaecunque in his aquoſa ſunt ac ſubſtantia tenui, urinamque cient, corpori alimentum ſuggerunt pauciſſimum; craſſa vero, ut Theraeum et Scybelites, valde nutriunt; diſtant tamen invicem majoris minorisque ratione pro craſſitiei modo. Tale reperitur apud nos vinum Aegis et Perperinae, illis Myrinae finitimis, hac Pergamo. Summe igitur dulcia ſunt Theraeum et Scybelites; auſterum una ac dulce Cilicium, Abates, ſic ex loco vocatum; medium inter haec locum tenet, quod ex Aegis eſt et Perperina, ut quod neque exquiſite dulce ſit, neque vero evidenti usque adeo, ut Cilicium, aſtringendi vi polleat. Nullum eſt horum non nigrum; neque enim vinum reperias craſſum

Ed. Chart. VI. [435.] Ed. Baſ. IV. (358. 359.)

καὶ γλυκὺν οἶνον, ὃς οὐκ ἔστι μέλας. ἐὰν οὖν τῶν λευκοτάτων οἴνων ἑψήσῃς τὸ γλεῦκος, ὡς τὸ καλούμενον ἐργάσασθαι σίραιον, ὅπερ ἕψημα παρ' ἡμῖν ὀνομάζεται, μέλαν ἴσχει τὸ χρῶμα πα(359)ραπλησίως τῷ Θηραίῳ. μέλαν δὲ καὶ τὸ τοῦ Καρυΐνου χρῶμ' ἐστὶ, γλυκέος ὄντος αὐτοῦ. τὸ δὲ τοῦ Θηρίνου μέλαν μὲν, ἀλλ' οὐκ ἴσον τῷ Καρυΐνῳ· ἀπολείπεται γάρ τι καὶ τῇ γλυκύτητι τοῦ Καρυΐνου. λευκὸς δὲ οἶνος οὐδεὶς γλυκύς ἐστιν, ἀλλὰ τινὲς μὲν αὐστηροί τε καὶ παχεῖς, τινὲς δ' ὑδατώδεις τε καὶ λεπτοί. ξανθοὶ δὲ καὶ πυῤῥοὶ, τινὲς μὲν γλυκεῖς εἰσι μετρίως, ὥσπερ Ἱπποδαμάντειός τε καὶ Φαυστιανὸς Φαλερῖνος, ἔνιοι δ' ὅλως γλυκεῖς. οἱ δ' ἐρυθροὶ παχύτεροι τούτων, ὥσπερ γε τούτων ἕτεροι, πλησιάζοντες ἤδη κατὰ τὸ χρῶμα τοῖς μέλασιν. ἡ τροφὴ δ' ἐξ ἁπάντων ἐστὶν αὐτῶν ἀνάλογος τῷ πάχει. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἀναθρέψεως δεομένοις ἐπιτρεπτέον πίνειν τοὺς γλυκεῖς, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀμέμπτως ἔχωσι τὰ καθ' ἧπάρ τε καὶ σπλῆνα καὶ νεφρούς· τοῖς δ' ἤδη παχὺν ἠθροικόσι χυμὸν ἐν ταῖς φλεψὶν οἱ λεπτοὶ κατὰ τὴν σύστασιν χρήσιμοι, ψυχρῶν μὲν ἠθροισμένων ἐν ταῖς φλεψὶ χυμῶν, οἱ δριμεῖς καὶ

una ac dulce, quod non idem nigrum quoque ſit. Certe ſi muſtum ex omnium maxime albo vino decoquas usque eo, ut ſapa inde exiſtat, quod nos defrutum vocamus, colorem nigrum acquirit ad Theraei inſtar. Color eſt Caryino etiam, quod ipſum quoque dulce, niger; niger et Therino, ſed non usque eo, ut Caryino, a quo dulcedine quoque degenerat. Inter alba vina dulce nullum, ſed ſunt ex his quaedam auſtera et craſſa, quaedam aquoſa et tenuia. Fulva flavaque alia mediocriter dulcia, ut Hippodamantium eſt et Fauſtianum Falernum, alia neutiquam dulcia ſunt. His craſſiora habentur rubra; rubris alia, quae jam colore proxime ad nigra accedant. Ineſt alimentum omnibus pro craſſitiei ratione; ideoque iis, qui ut reficiantur opus habent, concedendus eſt vini dulcis uſus, praecipue vero ſi nihil his vitii fuerit in jecore, liene ac renibus; quibus vero craſſior in venis humor redundat, iis ſubſtantia tenue ex uſu eſt; acre quidem ac vetuſtum, ſi frigidus collectus in venis humor

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 804 sur 889

Ed. Chart. VI. [435.] Ed. Baſ. IV. (359.)

παλαιοὶ, μὴ ψυχρῶν δὲ; ὅσοις τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει. βελτίους μὲν οὖν εἰς εὐχυμίαν οἱ εὐώδεις, ἀλλὰ καὶ κεφαλὴν πλήττουσι· κρείττους δ' εἰς οὔρησιν οἱ λεπτοὶ, κεφαλῆς δ' οὐδ' ὅλως ἅπτονται. φεύγειν δὲ τοὺς παχεῖς ἅμα καὶ δυσώδεις καὶ ἀηδεῖς καὶ αὐστηροὺς, οἷός ἐστιν ὁ φαῦλος Βικυὸς ἐν τοῖς μεγάλοις κεραμίοις, ὁ δ' ἐν τοῖς μικροῖς οὔτ' ἀηδὴς, οὔτε δυσώδης, οὔτε παχὺς ἄγαν ἐστὶν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν στύψιν ἔχει στρυφνήν· εὔχυμος δ' οὐδ' οὗτος, ὥσπερ οὐδὲ κακόχυμος, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τῶν εὐχύμων τε καὶ κακοχύμων ἐστί. τῶν γε μὴν εὐχυμοτάτων οἴνων καὶ ὁ Φαλερῖνός ἐστι, καὶ μᾶλλον ὁ γλυκύτερος. ἐκ ταὐτοῦ δὲ γένους τῷδε καὶ ὁ πυῤῥὸς Τμωλίτης ὁ γλυκύς. ἔστι γὰρ καὶ τούτου τὸ ἕτερον εἶδος αὐστηρὸν, οὐχ ὁμοίως εὔχυμον, ὥσπερ οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς αὐστηρὸς ἱκανῶς, εἰ καὶ ῥώμην ἐντίθησιν ἐκλύτῳ στομάχῳ καὶ γαστρὶ, καὶ μάλιστα κατὰ δυσκρασίαν θερμὴν πεπονθόσιν. ἕνεκα γὰρ τούτου καὶ τοῦ συστῆσαι ῥεομένην γαστέρα χρώμεθα τοῖς αὐστηροῖς οἴνοις, ἄλλως οὐκ ἂν χρησάμε-

fuerit; qui ſi frigidus non ſit, tum, cui neutrum horum adeſt, convenit. Ac odorum quidem ad ſucci bonitatem praeſtat, caeterum caput ferit; tenue ciendae urinae melius, nec quicquam caput tentat. Vitanda ſunt, quae craſſa ſimul et graveolentia inſuaviaque et auſtera fuerint, cujusmodi habetur vile Bicyum, quod in magnis lagenis adſervatur; in parvis enim ſervatum neque inſuave, neque graveodorum eſt, nec craſſum valde; ſed nec aſtringendi facultate praeditum eſt acerba; verum ne ipſum quidem boni ſucci fuerit, ſicuti ſane nec mali, ſed inter ea, quae malo bonoque ſucco conſtant, medium. Ex iis, quae optimi ſucci ſunt, Falernum eſt, dulce praeſertim; ejusdem generis eſt ſulvum Tmolites, quod dulce ſit; nam alterum hujus genus reperitur auſterum, quod ſucci non perinde boni ſit, quemadmodum ne aliud quidem ullum fuerit, quod ſupra modum auſterum ſit, etiamſi ſtomacho reſoluto robur addat ventrique, maxime calida intemperie laborantibus. Hac enim gratia vinis utimur auſteris, ut citam alvum ſiſtamus, alioqui non uſuri,

Ed. Chart. VI. [435.] Ed. Baſ. IV. (359.)

νοι διὰ τὸ μήτ᾽ ἀναδόσει τροφῆς, μήθ᾽ αἱματώσει, μήτ᾽ εὐχυμίᾳ, μήτ᾽ οὔρων εὐροίᾳ, μήθ᾽ ἱδρώτων ἐκκρίσει, μήτε γαστρὸς ὑπαγωγῇ συντελεῖν αὐτούς. ἀλλ᾽ οὐ πρόκειται νῦν οὔτ᾽ ἀρετὰς οὔτε κακίας οἴνων πάσας διέρχεσθαι, καὶ μάλισθ᾽ ὅσοι διαφέρουσι νόσοις. ὅπερ οὖν πρόκειται, πάλιν ἀναλῃφθὲν ἐν κεφαλαίοις βραχέσιν εἰρήσεται. τοῖς χολωδεστέροις σώμασιν, εἴτε διὰ φυσικὴν δυσκρασίαν, εἴτε δι᾽ ἐπίκτητον ὁπωσοῦν γεγονυῖαν, οὔτε Φαλερῖνος, οὔτε Τμωλίτης πυῤῥὸς γλυκὺς, οὔτ᾽ Ἀριούσιος, οὔθ᾽ ὁ Λέσβιος ὁ εὐώδης τε καὶ πυῤῥὸς, ὅμοιος τοῖς προειρημένοις ὢν, ἐπιτήδειος πίνεσθαι· θερμοὶ γὰρ ἅπαντες οἱ τοιοῦτοι. μήτ᾽ οὖν χολώδεσι, μήτε τοῖς ἐξ ἐγκαύσεως, ἢ καμάτων πολλῶν, ἢ ἐνδείας, ἢ λύπης, ἢ ὥρᾳ, ἢ χώρᾳ καὶ καταστάσει θερμῇ, διδόναι τοιοῦτον οἶνον. ἐξ ὑπεναντίου μὲν οὖν ἀγαθὸς ἅπασι τοῖς θερμαίνεσθαι δεομένοις, φλεγματώδεσί τε καὶ ψυχραῖς κράσεσι, καὶ χυμῶν πλῆθος ὠμῶν ἠθροικόσιν, ἀργῶς βιοῦσιν ἐν χωρίῳ ψυχρῷ καὶ χειμῶνι καὶ καταστάσει ψυχρᾷ καὶ ὑγρᾷ.

quod ea neque alimento diducendo conferant, nec gignendo ſanguini, nec ſucci bonitati, nec ciendis urinis, nec ſudoribus promovendis, neque vero ſubducendae alvo. Sed non eſt praeſentis inſtituti vini virtutes aut vitia omnia exequi, praeſertim quae ad morbos faciunt; quod igitur propoſueram, brevibus ſummis comprehenſum explicabitur. Corporibus biliioſioribus, ſive naturalis intemperies ea fuerit, ſive qualitercunque tandem acquiſititia, nec Falernum nec Tmolites fulvum dulceque, neque Ariuſium, nec Lesbium fulvum illud et odorum, praedictis haud abſimile, utiliter bibuntur; ſunt enim hujusmodi calida omnia. Nec biliioſis igitur vinum tale concedendum eſt, nec peruſtis, neque in labore multo aut inedia aut moerore, aut anni tempore, regionibus vel coeli ſtatu calido. Idem e diverſo in iis probatur, qui excaleſactione opus habent, ac pituitoſae frigidaeque intemperiei, crudiorumque humorum copiam colligentibus, vitam ducentibus otioſam in regione frigida, hyemis tempore, coeli ſtatu frigido atque humido. His omnibus fulvum

Ed. Chart. VI. [435. 436.] Ed. Baſ. IV. (359.)

τούτοις μὲν ἅπασιν ἀγαθὸς ὁ κιρρὸς οἶνος καὶ γλυκύς· ἐναντίος δὲ τοῖς ἐναντίως ἔχουσιν, οὐχ ὡς κακοχυμίαν ἐργαζόμενος, [436] ἀλλ' ὡς θερμαίνων τοὺς ψύχεσθαι δεομένους. ἕτοιμον γὰρ αὐτοῖς ἐστι τοῦτον πίνουσιν καὶ κεφαλὴν ἀλγῆσαι καὶ πυρέξαι καί τι τοῖς νεύροις παθεῖν. οἱ δὲ τῶν κιρρῶν τε καὶ μετρίως γλυκέων, (οὐδεὶς γὰρ κιρρὸς ἄκρως ἐστὶ γλυκύς,) ἐπὶ τὸ μελάντερον δὲ καὶ γλυκύτερον ῥέποντες, οὐχ ὁμοίως θερμοὶ τοῖς κιρροῖς εἰσιν. εἰκότερον οὖν οὔτε κεφαλὴν, οὔτε νεῦρα βλάπτουσιν, οὔτε πυρετοὺς ἐξάπτουσιν ὡσαύτως ἐκείνοις. ὅτι δὲ γαστρὸς οἱ γλυκεῖς οἶνοι καὶ παχεῖς εἰσιν ὑπακτικοὶ, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ, καθάπερ γε καὶ περὶ γλεύκους, ὅπως ἐστὶ φυσῶδες καὶ δύσπεπτον καὶ παχύχυμον καὶ μόνον ἀγαθὸν ἔχον ὑπάγειν γαστέρα, κἂν ἀτυχήσῃ ποτὲ τούτου, βλαβερώτερον γίνεται. πάντων δ' οἴνων κοινόν ἐστιν, ὅσοι γε μὴ πάνυ παχεῖς εἰσι καὶ λίαν γλυκεῖς, ὥσπερ ὁ Θηραῖός τε καὶ ὁ Σκυβελίτης, ἐπειδὰν εἰς χρόνου μῆκος ἐκταθῶσι, ξανθὴν τὴν χρόαν γίνεσθαι καί τι καὶ στίλβον ἔχειν ὁμοίως πυρί. καὶ γὰρ οἱ μέλανες, οἷός πέρ ἐστιν ὁ παρ' ἡμῖν ἐν Περ-

vinum dulceque bonum eſt, malum vero iis, qui contrario modo ſe habent, non quatenus ſuccos vitioſos creet, ſed quod calefaciat, quos refrigerare conveniebat: facile namque hi, ſi tale biberint, et caput dolent, et febricitant, et nervis aliquo pacto tentantur. In fulvis vero ac mediocriter dulcibus, (quando fulvum nullum ad ſummum dulce ſit,) quae ad nigredinem magis ac dulcedinem vergunt, perinde calida non ſunt atque fulva: ergo merito nec capiti nocumentum inferunt, nec nervis, neque, ut fulva, febres accendunt. Dulcia autem vina craſſaque quod alvum ſubducant, nullus fere eſt, qui ignoret, ſicuti muſtum quoque, quod ſcilicet et flatulentum ſit, et concoctu difficile, et craſſi ſucci, id unum in ſe boni continens, quod alvum emolliat; quo ſi fruſtretur interdum, noxium adhuc magis evadit. Vinis omnibus (quae quidem nec craſſa valde, nec dulcia nimium ſint, ut Theraeum eſt et Scybelites) commune id eſt, ut temporis tractu colorem flavum acquirant et ſplendeſcentis nonnihil habeant ignis inſtar: nam nigra quoque (cujusmodi

Ed. Chart. VI. [436.] Ed. Baſ. IV. (359.)

περίνῃ γιγνόμενος, εἰ χρονίσαιεν, εἰς ἐρυθρὰν μὲν ἢ κιρρὰν πρότερον ἀφικνοῦνται ποιότητα, μετὰ ταῦτα δ' εἰς ξανθότητα, καὶ ὁ λευκὸς, ὁποῖος ὁ Βιθυνὸς Ἀμιναῖος. ὀνομάζουσι δὲ Ῥωμαῖοι τὸν οὕτως παλαιωθέντα κέκουβον, ὃν οὐκ ἄν ἔτι γνωρίσαις ἐξ ὁποίου γένους ἦν. ἤδη δ' ὁ τοιοῦτός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ διὰ τοῦτ' οὐ μὴ ἐπιτήδειος εἰς πόσιν. ἀλλ' οἵ γε καπηλεύοντες τοὺς οἴνους μιγνύντες τοῖς νέοις τοὺς τοιούτους, ὡς παλαιοὺς πιπράσκουσιν, ἐξαπατῶντες τῇ πικρότητι τοὺς ἀγνοοῦντας ἀκριβῶς οἴνων γεύεσθαι. φεύγειν οὖν χρὴ τῶν οὕτω παλαιῶν τὴν πόσιν, ὥσπερ καὶ τῶν πάνυ νέων. οἱ μὲν γὰρ ὑπερθερμαίνουσιν, οἱ δ' οὐδ' ὅλως θερμαίνουσιν, ἔστ' ἂν ὦσιν νέοι. τοσοῦτον γὰρ δέουσιν συντελεῖν τι ταῖς τῶν σιτίων πέψεσιν, ὥστ' αὐτοὶ μόλις πέπτονται. πρὸς τούτοις δ' οὐδ' ὑπέρχονται κατὰ τὴν κοιλίαν, οὔτ' ἀναδίδονται ῥᾳδίως, οὔτ' οὖρα προτρέπουσιν, οὔθ' αἱματώσει συντελοῦσιν, οὐδὲ θρέψει, διαμένουσι δ' ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῇ γαστρὶ μετέωροι παραπλησίως ὕδατι, κἂν βραχύ τις αὐτῶν

est apud nos, quod Perperinae provenit) veteraſcentia in rubram prius aut fulvam qualitatem, deinde in flavum quoque colorem abeunt: ſic album quoque, quale eſt Bithynum Aminaeum. Inveteratum ita vinum cecubum Romani vocant, cujus tu deinde genus non facile deprehendas. Jam hujusmodi vinum amarum quoque fuerit, ideoque non perinde potui accommodum. Vina hujuscemodi eorum mangones, novellis admixtis, ut vetuſta divendunt, impoſtura facta ex amaritudine iis, qui vini guſtum non exacte aſſequuntur. Ergo adeo vetuſtorum potus fugiendus, ſicuti novellorum nimium; haec enim plus juſto, iſta neutiquam excalefaciunt. Maxime autem a vinis natura craſſis abſtinere convenit, donec novella ſunt, ſiquidem tantum abeſt, ut ad ciborum concoctionem conducant, ut vel ipſa aegre concoquantur; praeterea nec alvum ſubeunt, nec facile diſtribuuntur, neque urinas movent, nec ſanguificationi, nec nutritioni conferunt; tum in ventre diutius moram trahunt ſuſpenſa, ut aqua; ſique de his paululum quis biberit, prom-

Ed. Chart. VI. [456.] Ed. Baſ. IV. (359.)

πίῃ, ῥᾳδίως ὀξύνονται. μόνους δ' ἄν τις τοὺς νέους ἐπ' ἀγαθῷ πίνοι τοὺς λεπτοὺς τῇ συστάσει, καθάπερ ἐν Ἰταλίᾳ ὅ τε Γαυρίας ὀνομαζόμενός ἐστι, καὶ ὁ Ἀλβανὸς, ἔνιοί τε τῶν ἐν τοῖς Σαβίνοις τε καὶ Θούσκοις γεννωμένων· οὐ γὰρ δὴ πάντες εἰσὶ τοιοῦτοι. καὶ περὶ Νέαν δὲ πόλιν ὁ κατὰ τὸν ὑπερκείμενον αὐτῇ λόφον Ἀμιναῖος ἐν τάχει πότιμος γίνεται. κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν παρ' ἡμῖν ὅ τε Τιβηνός ἐστι τοιοῦτος, καὶ ὁ Ἀρσίϊνος, καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ Τιτακαζηνός. ἀλλὰ τούτους μὲν ὡς ἐπὶ παραδείγματος προὐχειρισάμην, ἐθεασάμην δὲ τοιούτους οἴνους ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν· ἀλλ' ἀγνοοῦσιν αὐτοὺς οἱ ξένοι κατὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε παντάπασιν ὀλίγοι γεννῶνται, καὶ διότι μακρὸν πλοῦν οὐ φέρουσιν, ὡς ὑπὸ τῶν ἐμπόρων μὴ δύνασθαι εἰς ἄλλην χώραν μετακομίζεσθαι. διορίσαις δ' ἂν ῥᾳδίως τοὺς τοιούτους οἴνους, πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα τῇ λεπτότητι, πλησίον ἥκοντας ὕδατος, εἶτα καὶ λευκότητι, καὶ γευομένῳ δ' ἄν σοι φανεῖεν ὑδατώδεις, οὐδεμίαν ἔχοντες ἰσχυρὰν στύψιν, ἔν τε τῷ κεράννυσθαι μὴ φέροντες ὕδατος

pte id aceſcit. Sola ea bona eſſe poſſunt, ſi bibantur, novella, quae ſubſtantia tenuia ſunt, quod genus in Italia eſt, quod Caurium vocant, et Albanum, et eorum, quae in Sabinis et Thuſcis naſcuntur, quaedam; neque enim cuncta hujusmodi ſunt. Sed circa Neapolim quoque in imminenti huic colle natum Aminaeum quamprimum bibi poteſt. Tale eſt in Aſia apud nos Tibenum, et Arſyinum, deinde etiam Titacazenum. Atque haec ego exempli cauſa retuli. Caeterum hujusmodi vina ubique fere gentium reperi, ſed quae advenae ignorent duplici de cauſa, tum quod pauciſſima omnino proveniunt, tum vero quod longam navigationem non ſuſtineant, nec poſſint propterea a mercatoribus in alienas regiones tranſvehi. Promptum tamen fuerit talia vina dignoviſſe, omnium quidem in primis quod ea tenuitate ad aquam proxime accedant, deinde albedine quoque; quin guſtata videri etiam aquoſa poſſint, quaeque aſtringendi vim evidentem nullam obtineant, interque diluendum aquae

Ed. Chart. VI. [436. 437.] Ed. Baſ. IV. (359. 360.)

μῖξιν πολλήν· διὸ καὶ πρὸς τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ὀλιγοφόροι κέκληνται. καὶ μέντοι καὶ καθάπερ οἱ πυῤῥοὶ θερμοὶ τὴν δύναμιν ὄντες αὐτίκα πληροῦσι τὴν κεφαλήν, οὕτως οἱ τοιοῦτοι πρὸς τῷ μηδέποτε βλάπτειν αὐτὴν ὠφελοῦσιν, ἐνίοτε παύοντες ὀδύνας μικράς τινας, ὅσαι διὰ τοὺς ἐν τῇ κοιλίᾳ χυμοὺς εἰώθασι γίγνεσθαι. τῆς γάρ τοι κεφαλῆς οὐ μόνον ὅταν αὕτη πάσχῃ τι πάθος ἴδιον ὀδυνωμένη, [437] ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν κοιλίαν ἀναπέμπουσαν ἀτμοὺς χυμῶν μοχθηρῶν, ἡ τοιαύτη κεφαλαλγία δι' οἴνου πόσεως ὀλιγοφόρου ἴᾶται βραχεῖαν ἔχοντος στύψιν. ὅσοι γὰρ ἔκλυτοι παντάπασίν εἰσιν, ὥσπερ ὁ παρ' ἡμῖν Τιβηνὸς, ἐν Ἰταλίᾳ δὲ τῶν Σαβίνων ἔνιοι, τοσούτῳ χείρους ὑπάρχουσι τῶν ἀτρέμα στυφόντων, ὅσῳ βελτίους εἰσὶν ὕδατος. εὕροις γὰρ ἄν ποτε καὶ δι' ὕδατος πόσιν ἀλγοῦντας ἐνίους τὴν (360) κεφαλὴν, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ μοχθηρὸν, ὡς αὐτοῦ τε διαφθειρομένου καὶ τὸν φυσικὸν τόνον ἐκλύοντος. τῆς δὲ γαστρὸς ἀτονησάσης ἰχῶρες χολώδεις εἰώθασιν συῤῥεῖν ἐκ τοῦ σώματος εἰς τὸ κύτος αὐτῆς, ὥσπερ τοῖς νηστεύσασιν, ὧν τῆς

multae mixturam non ferant; unde ea veteres medici pauciſera vocarunt. Quin imo, quemadmodum fulva, quae potentia calida ſunt, ſtatim caput replent, ſic haec praeter id, quod nihil unquam noxae afferunt, etiam juvant, ſedatis interdum doloribus parvis quibusdam, quos contenti in ventre humores procreare ſolent. Nam quum caput non ſolum tunc doleat, quum ipſum affectu proprio laborat, ſed etiam ob ventriculum, qui humorum vitioſorum vapores tranſmittat, hujusmodi dolor vini pauciferi potione ſanatur, cui pauca inſit aſtringendi vis; nam quae omnino exolutione languent, ut Tibenum apud nos, in Italia autem nonnulla ex Sabinis, tanto ſunt iis, quae modice aſtringunt, deteriora, quanto aquam bonitate vincunt. Invenias certe quosdam, quibus ex aquae potu dolore caput corripiatur, praeſertim vero, quum ea vitioſa fuerit, quippe quae quum corrumpitur, tum nativum ventriculi robur exolvit, qui quum imbecillus fuerit, ſolent eo ex corpore deferri humores ex bile tenues quidam, id quod jejunantibus etiam uſu venit; a qui-

Ed. Chart. VI. [437.] Ed. Baſ. IV. (360.)

κακίας τε καὶ βλάβης ὁ προειρημένος οἶνος ἐλευθεροῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐκ μὲν τοῦ παραχρῆμα τῷ τῆς ἐπικράσεως λόγῳ, μετὰ βραχὺ δὲ καὶ τῷ ῥωσθεῖσαν τὴν κοιλίαν ὠθεῖν ἀφ' ἑαυτῆς κάτω τὰ λυποῦντα. ταῖς μέντοι θερμαῖς πάνυ κράσεσι τῶν ἀνθρώπων, ἢ διὰ φύσιν, ἢ διὰ ἡλικίαν, ὠφελιμώτερον οἴνου ποτὸν ὕδωρ ἐστίν· εἰ δέ ποτε καὶ δεήσειεν οἴνου, τό τε λεπτὸν καὶ μετρίως αὐστηρὸν αὐτοῖς διδόναι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ πάντων ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων οὐχ ἁπλῶς ἑκάστῳ χρῆσθαι βέλτιον, ἀλλὰ μετὰ τοῦ διορίσασθαι τὰς φύσεις τῶν χρησομένων. ἔστι δὲ μεγίστη μὲν ἐν τοῖς οἴνοις διαφορὰ, κατ' εἴδη σκοπουμένων ἡμῶν, ὡς διήρηται, βραχεῖα δ' ἐν τοῖς ἄλλοις· οὐ γὰρ ἂν εὕροις ποτε φακῆν ἢ κράμβην ὑγραίνουσαν, ἀλλ' ἧττον μὲν ἑτέραν ξηραίνουσαν, ὑγραίνουσαν δ' οὐδεμίαν. ἔτι δὲ μᾶλλον οὐκ ἂν εὕροις τι γένος κρομμύων, ἢ πράσων, ἢ σκορόδων ψῦχον, ἀλλ' ἧττόν τε καὶ μᾶλλον θερμαῖνον· οὐκ οὖν οὐδὲ θριδακίνην θερμαίνουσαν, οὐδ' ἀτράφαξυν, ἢ βλίτον, ἢ ἀνδράχνην. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐν αὐτοῖς

bus noxis malisque vinum, quale modo diximus, hominem liberum facit, primum quidem ſtatimque contemperationis ratione, tum paulo poſt, quod, quum robur addiderit ventriculo, is quae nocent a ſe deorſum propellat. Nihilo tamen ſecius homini temperie calidiſſima praedito, vel naturali, vel ex aetate, utilius aqua bibitur, quam vinum; quod ſi quando vino indigeat, dandum, quod tenue ſit et mediocriter auſterum. Ad eundem plane modum in cibo omni ac potu praeſtiterit non ſimpliciter ita unoquoque uti, niſi diſtinctis utentium prius naturis. Maxima porro vini diſcrimina ſunt, ſi quidem ſpeciatim, ſicuti diſtinximus, conſiderentur, pauca in aliis; neque enim lentem aut braſſicam reperias, quae humectet, ſed aliam quidem alia ſiccantem minus, quae vero humectet, nullam; longeque adhuc minus caeparum genus aliquod, aut porri, aut allii reperias, quod refrigeret, ſed magis minusque cuncta calefaciunt, neque etiam lactucam, quae calefaciat, aut atriplicem, aut blitum, aut malvam. Neque tamen magis minusque in his

Ed. Chart. VI. [437.] Ed. Baſ. IV. (360.)

μεγάλην ἔχει διαφοράν. ἐπὶ δὲ τῶν οἴνων ὁ παλαιότατος, ὃν ἔφην ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομάζεσθαι κέκουβον, εἰς τοσοῦτον τοῦ λευκοῦ τε ἅμα καὶ αὐστηροῦ καὶ νέου διενήνοχε καὶ παχέος οἴνου, ὡς τὸν μὲν ἱκανώτατα θερμαίνειν, τὸν δὲ ψύχειν αἰσθητῶς.

Κεφ. ιβ'. Οὐκ ὀλίγη δ' ἐστὶ καὶ κατὰ τὸ μέλι διαφορά. τό γε μὴν μοχθηρὸν, ὡς ἤτοι δυσῶδες ὑπάρχειν, ἢ γευόμενον ἄλλην τινὰ ἐμφαίνειν ποιότητα μεμιγμένην, οὐδὲ μέλι τὸ τοιοῦτο. τοῦ δ' ἀμέμπτου μέλιτος αἱ διαφοραὶ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν γλυκύτητι καὶ δριμύτητι τυγχάνουσιν οὖσαι, τοῦ γλυκυτάτου τε καὶ δριμυτάτου εἰς ἄκρον ἥκοντος ἀρετῆς. ἀλλὰ τῷ γε θερμὸν εἶναι τῇ δυνάμει πᾶν, εἰς χολὴν μεταβάλλειν ἑτοίμως ἐν τοῖς θερμοῖς σώμασι κοινὸν α᾽τῷ ἐστι· καὶ διὰ τοῦτο χρήσιμον ἔδεσμα φύσεσι μὲν φλεγματικωτέραις, ἡλικίαις δὲ πρεσβυτικαῖς, ὥσπερ γε καὶ νοσήμασι ψυχροῖς. ὀξύμελί γε μὴν χρησιμώτατον ἅπάσαις ταῖς ἡλικίαις τε καὶ φύσεσιν εἰς ὑγιεινὴν ἀσφάλειαν, ἐκφράττον ἁπάσας τὰς στενὰς διεξόδους, ὡς μηδα-

permagno diſcrimine diſtant. At in vinis vetuſtiſſimum, quod Romani, ſicuti diximus, cecubum vocant, ab albo et auſtero et novello craſſoque vino tantum diſtat, ut alterum vehementiſſime calefaciat, alterum ſenſibiliter refrigeret.

Cap. XII. Nec parva ſane eſt in melle differentia. Pravum certe, quod aut male olet, aut guſtatum extraneae cujusdam qualitatis admixtionem detegit, nec mel quidem cenſendum. Inculpati vero mellis differentiae in eo verſantur, quod magis minusque alind alio dulce atque acre ſit: in quo quod dulciſſimum ſimul atque acerrimum fuerit, primas virtutis partes obtinet. Mel quidem omne, eo quod potentia calidum ſit, id commune habet, ut facile in bilem vertatur in corporibus calidis, ideoque naturis, quae pituitoſiores ſunt, cibus eſt in primis accommodus, ſenilique aetati, ſicuti frigidis quoque morbis. Acetum mulſum aetati quidem omni et naturae utiliſſimum ad incolumitatem tuto ſervandam, quo viae omnes anguſtae expediuntur, ut nus-

Ed. Chart. VI. [437. 438.] Ed. Baſ. IV. (360.)

μόθι παχὺν ἢ κολλώδη χυμὸν ἴσχεσθαι. διὰ τοῦτό γ' ἔτι καὶ τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἰατρῶν ὑγιεινὰ φάρμακα τῆς λεπτυνούσης ἅπαντά ἐστι δυνάμεως· καὶ ἀσφαλέστερα μὲν εἰς ὑγείας φυλακὴν ἡ τοιαύτη τῆς παχυνούσης, εὐεξίαν δὲ καὶ ῥώμην ἀδύνατος ἐργάζεσθαι. βούλονται δ' ἔνιοι σφαλερῶς ὑγιαίνειν μᾶλλον εὐεκτοῦντες, ἢ βεβαίαν ὑγείαν κεκτῆσθαι διαπαντὸς ἰσχνοὶ καὶ ἀσθενεῖς ὄντες. [438] ἀλλὰ τούτων αὐτῶν ὅσοι σὺν εὐεξίᾳ καὶ ῥώμῃ τὴν ὑγίειαν ἔχειν ἐθέλουσιν, ἔνιοι μὲν ἑαυτοῖς σχολάζουσιν, ἔνιοι δὲ στρατιωτικὸν ἐπανήρηνται βίον, ἀναγκαζόμενοι καὶ νυκτὸς ἀναστῆναι, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας ἀναγκαίαις πράξεσι κάμνειν δουλεύοντες· ὧν τὸ πρὸ τοῦ βαλανείου γυμνάσιον, οἷς γε δὴ δυνατὸν, ἴσχειν, κἂν τούτῳ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν γυμναστικῶν ἀποθεραπευτικὸν, οἱ πολλοὶ δὲ δι' ἀσχολίαν οὐδὲ τούτῳ χρῆσθαι δύνανται. τούτοις οὖν ὑγιαίνειν ἀδύνατον διαπαντὸς, κἂν σωφρόνως διαιτῶνται. οἱ δὲ, ἐφ' ὅσον ἐγχωρεῖ, τὰ δέοντα πράττοντες ὀλιγάκις νοσήσουσιν. ἅπτεσθαι μὲν οὖν αὐτοῖς

quam craſſus glutinoſusque humor haereat. Eam itidem ob rem, quae medici ſalubria medicamenta vocant, ea ſunt omnia attenuandi vi praedita; atque haec uti ad ſanitatis tutelam tutior eſt ea, quae craſſum facit, ſic certe habitum bonum roburque praeſtare non poteſt. Sunt autem, qui malint non admodum tuta valetudine frui, dum bene habiti ſint, quam integram ſanitatem poſſidere, ipſi interim tenues perpetuo atque imbecilles. Ex iis, qui cum bona una habitudine ac robore ſani eſſe ſtudent, alii ſibi ipſis vivunt, alii militarem aut civilem vitam ingreſſi noctu ſurgere coguntur, totamque diem neceſſariis negotiis obeundis defatigari; qui, ſi modo poſſint, ante balneum exercere ſe debent, tuncque exercitationis parte ea uti, quam gymnaſtici apotherapiam nominant; multis tamen ob negotia ne hanc quidem adhibuiſſe vacat, qui ut perpetuo incolumes perſtent, fieri non poteſt, quantumvis frugali victu utantur. Qui vero, quae debent, quoad ejus fieri poteſt, exequuntur, raro aegrotant. Hi plane cibos attingant neceſſe eſt alimento

Ed. Chart. VI. [438.] Ed. Baſ. IV. (360.)

ἀναγκαῖόν ἐστι τῶν πολυτρόφων ἐδεσμάτων, ἃ παχεῖς γεννᾷ χυμούς. ἀλλὰ μετρίως τε τοῦτο πρακτέον, ἐν ἐκείνοις τε τοῖς καιροῖς, ὁπότε σαφῶς ἐνδείας αἰσθάνονται· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἅπαντα τοῖς μέσοις ἐδέσμασι τῶν ὀλιγοτρόφων καὶ πολυτρόφων χρηστέον.

Κεφ. ιγ'. Ἀφεκτέον μὲν ἀεὶ τῶν κακοχύμων, πλὴν εἴποτε δέοι κάμνοντας ὥρᾳ θέρους θεραπεύεσθαι τήν τε ξηρότητα καὶ τὴν θερμασίαν ὅλου τοῦ σώματος. ἐπιτήδεια γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ καὶ μῆλα, καὶ κοκκύμηλα, καὶ μόρα, καὶ κεράσια προσληφθέντα. καὶ σικύου δὲ καὶ πέπονος οὐ πολὺ προσενέγκασθαι τηνικαῦτα, καὶ μηλοπέπονος, ἔτι τε τῶν πραικοκίων ὀνομαζομένων ἢ Περσικῶν ἐγχωρεῖ, καθάπερ γε καὶ τῆς καλουμένης παρὰ Ῥωμαίοις μέλκης ἐψυχρισμένης, ἀφρογάλακτός τε καὶ τῶν διὰ γάλακτος ἐδεσμάτων, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ καλούμενον ἀργιτρόφημα· καὶ σῦκα δὲ ὁμοίως ψυχρὰ καὶ κολόκυνθαι τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐπιτήδειοι. σωφροσύνην δ' ἀσκῶν ἄνθρωπος ἑτέρῳ τρόπῳ τὸν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις καμάτοις αὐχμὸν τοῦ

multo praeditos, qui humores craſſos gignunt; id quod moderate certe faciendum, eoque tempore opportune, quum manifeſto indigentiam ſentiunt; reliquo tempore univerſo cibis utendum inter eos, qui valenter parumque nutriunt, mediis.

Cap. XIII. Semper tamen ab iis abſtinendum, qui ſucci mali ſunt, niſi ſi quando tamen neceſſe ſit aeſtatis tempore laborantibus corporis totius ſqualorem caloremque curare. Quo plane tempore commode ſumi prius poma poſſunt, et pruna, et mora, et ceraſa; quin et cucumeris tunc, et peponis, et melopeponis paululum aſſumi poteſt, deque praecociis, quae vocant, aut Perſicis; tum ex melca, quam ſic Romani vocant, refrigerata et aphrogalacte lactariisque eduliis, cujusmodi eſt, quod ἀργιτρόφημα vocant; eodemque modo ficus frigidae et cucurbitae accommodae ſic affectis. Atqui temperatus homo aliter omnino poſſit contractum ex praedictis laboribus corporis ſqualorem refrige-

Ed. Chart. VI. [438.] Ed. Baſ. IV. (360.)

σώματος ὑγραίνειν τε καὶ ψύχειν δύναται. παραγενόμενος γὰρ ἀπὸ τοῦ βαλανείου, καὶ προπιὼν ὕδατος μὲν πρῶτον, εἶτ' οἴνου μετρίως ὑδαροῦς, ἐμέσας τε πᾶν ὅ ἔπιε, θριδακίνης μὲν πρῶτον, ἀβλαβοῦς τε ἅμα καὶ ψύχοντος λαχάνου, προσενέγκασθαι δύναται, μετὰ ταῦτα δὲ δι' ὄξους τε καὶ γάρου ποδὸς ὑείου καλῶς ἑψημένου, καὶ πτερῶν ἀλεκτορίδος, ἢ χηνὸς, ἢ καὶ τῆς γαστρὸς αὐτοῦ, καί τινος ἰχθύος τηγανιστοῦ τῶν ἁπαλοσάρκων, εἰ δὲ βούλοιτο, καὶ λαχανώδους τινὸς ἅψασθαι τῶν μὴ κακοχύμων, ὁποῖόν ἐστι μαλάχη τε καὶ κολόκυνθα, μετὰ ταῦτα δὲ πιεῖν οἶνον ὕδατι ψυχρῷ πάνυ κεκραμένον. ἅπτεσθαι δὲ καὶ ταρίχου πρὸ τούτου, καὶ τῶν ὀνομαζομένων τρομητῶν ὠῶν, ἰχθύων δὲ δι' ἐλαίου καὶ γάρου λαμβανομένων ἐγχωρεῖ. βέλτιον γὰρ, ὡς ἔφην, ὕδατι ψυχρῷ τὴν ξηρὰν θερμότητα τοῦ σώματος ἰάσασθαι, φεύγοντας ἀεὶ τὰ κακόχυμα τῶν ἐδεσμάτων. καὶ χόνδρος δὲ ψυχρὸς ἐξ οἰνομέλιτος καὶ οἴνου ψυχροῦ τὴν αὐτὴν τοῦ σώματος ἴαται διάθεσιν ἄνευ κακοχυμίας. ἐμοὶ δ' ἤρκεσε πολλάκις ἐν τοιαύτῃ διαθέσει γενομένῳ πτισάνης χυλῷ χρήσασθαι καλῶς ἐψυχρισμένῳ κατ' ἐκεῖνον τὸν

rare atque humectare. Is enim a balneo, epota prius aqua, deinde etiam vino mediocriter aquoſo, tum potione hac omni vomitione rejecta, aſſumere prius lactucam poterit, olus innoxium juxta ac refrigerans, tum deinde ſuillum pedem ex aceto et garo bene elixum, gallinarumque alas aut anſeris, hujusque etiam ventrem, piſciumque molli carne praeditorum frictum aliquem. Poſſit idem, ſi velit, ex oleraceis quoque nonnulla attingere, quae ſucci non mali ſint, qualis eſt malva et cucurbita, mox vinum bibere frigida valde dilutum, atque etiam antea ſalſamentum deguſtare, ovaque tremula, quae vocant, ac piſces, ex oleo et garo qui ſumuntur; praeſtat enim (ſicuti diximus) aridam corporis caliditatem frigida aqua curare, vitatis ſubinde cibis ſucco malo praeditis. Etiam frigida alica ex mulſo et frigido vino eidem corporis affectui remedio eſt ſine cacochymia. Mihi certe ipſi ſatis plerumque fecit in affectu hujusmodi ptiſanae cremoris bene refrigerati uſus, quo tempore

Ed. Chart. VI. [438. 439.] Ed. Baſ. IV. (360.)

καιρὸν, ἐν ᾧ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφην ἐπιτηδείως ἄν τινα πιεῖν ψυχρόν. ἄλλο δ' ἄλλῳ τὸ μέτρον ἔστω τοῦ ψύχοντος ἐδέσματός τε καὶ πόματος, οἷς μὲν χρῆσθαι χιόνι σύνηθες, ἐκείνῃ προψύχουσιν, οἷς δ' ἀπὸ πηγῆς ὕδατι προσφάτῳ, μηδὲν χιόνος δεομένοις. ἔστω δὲ ὁ κεραννύμενος οἶνος ὡσαύτως [439] προεψυχρισμένος· οὕτως γὰρ ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς τοὺς ἐν ὕδατι ψυχροτάτῳ προεψυγμένους, ἀγγείου δηλονότι τὸν οἶνον ἔχοντος ἐνισταμένου τῷ ὕδατι. ταῦτα μὲν οὖν ὑποτίθεμαι τοῖς ἠρημένοις βίον ἐν ἀσχολίᾳ, καθάπερ οἱ διοικοῦντες ἔθνη καὶ πόλεις, ἔτι τε μᾶλλον οἱ τούτων ὑπηρέται, καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ὅσοι κατὰ πόλεμον ἢ ἐν ὁδοιπορίαις μακραῖς διατρίβουσιν. ὅσοι δὲ ἐλεύθεροι τῆς τοιαύτης ἀσχολίας, εἰ μὲν ἔθος ἔχοιεν γυμνάζεσθαι, σπανιώτατα δεήσονται πόσεως ψύχρου· μὴ γυμναζόμενοι δὲ, θέρους ὥρᾳ ἀκμαίου, θερμότητος αἰσθανόμενοι πολλῆς, ἀβλαβῶς ἄν ἀπὸ πηγῆς πίνοιεν ἀπεχόμενοι χιόνος. εἰ γὰρ καὶ παραχρῆμα τὰ νέα τῶν σωμάτων οὐδὲν αἰσθητὸν ἡ χιὼν

paulo ante dicebam frigidam potari commode poſſe. Neque unus tamen ſit unicuique refrigerantis cibi potusque modus; quibus quidem nive uti mos fuit, hac ipſa refrigerent ante, qui vero fontana, eadem hac recenti aqua utantur, nulla nivis neceſſitate. Sit porro dilutum quoque vinum ad hunc modum ante refrigeratum; ſic namque vocare medici ſolent vina ita gelidiſſima aqua refrigerata, vaſe videlicet, quo vinum continetur, in aquam demiſſo. Atque haec ego iis conſulo, qui vitam negotiis plenam degunt, cujusmodi ſunt, qui gentibus ac civitatibus regendis praeſunt, horumque in primis miniſtri, nec ſane minus, qui militiam exercent, aut iter longinquum ingrediuntur. At quicunque negotiis his ſoluti degunt, iis, ſi quidem, ut ſoliti ſunt, ſe exerceant, perquam raro frigidae uſus neceſſarius fuerit: quod ſi ſeſe non exerceant, ac caloris multum perſentiant aeſtate vigente, tuto ii fontanam biberint, repudiata nive. Nam tametſi ipſa ſtatim nix noxa ſenſibili non videatur juvenum corporibus officere, incre-

Ed. Chart. VI. [439.] Ed. Baſ. IV. (360. 361.)

φαίνοιτο βλάπτουσα, λεληθότως γοῦν κατὰ βραχὺ τῆς βλάβης αὐξανομένης ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ, παρακμαζούσης τε τῆς ἡλικίας, ἀνίατά τε καὶ δυσίατα αὐτοῖς νοσήματα γίνεται κατ' ἄρθρα καὶ νεῦρα καὶ σπλάγχνα. πάσχειν δὲ εἰκὸς ἑκάστῳ τῶν βλαπτόντων ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ σώματος, ὅπερ ἀσθενέστατον ἦν φύσει.

Κεφ. ιδ'. Μέγιστον δ' εἴς τε κακοχυμίαν καὶ νόσον ἔστιν ἀπεψία συνεχὴς, ἐάν τ' ἐπ' εὐχύμοις, ἐάν τ' ἐπὶ κακοχύμοις ἐδέσμασι γίγνηται· πρόδηλον δ', ὅτι πολὺ χείρων ἡ ἐπὶ τοῖς κακοχύμοις. διττῶν δ' ὄντων αὐτῶν, ἐπὶ μὲν τοῖς τὸν λεπτὸν γεννῶσι χυμὸν ὀξέα νοσήματα γίνεται μετὰ (361) κακοήθων πυρετῶν, εἰ δ' εἰς ἓν μόριον ἀποσκήψειεν ἡ κακοχυμία, τά τ' ἐρυσιπέλατα καὶ οἱ ἕρπητες, εἴ τέ τι θερμὸν οὕτω πάθος ἄλλο· ἐπὶ δὲ τοῖς τὸν παχὺν ἀρθρίτιδες, καὶ ποδάγραι, καὶ νεφρίτιδες, ἄσθματά τε καὶ σπληνὸς καὶ ἥπατος σκιῤῥώδεις διαθέσεις. οἷς δ' ἡ κακοχυμία μελαγχολικὴ, καρκῖνοι, καὶ λέπραι, καὶ ψῶραι, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ μελαγχολίαι, κακόχροιαί τε μέλαιναι μετὰ σπλη-

ſcente tamen temporis proceſſu occulto paulatim noxa, vergente nempe aetate, articuli his nerviquę ac viſcera morbis corripiuntur vix aut nunquam ſanandis; ac veriſimile certe fit, ut unicnique ea potiſſimum corporis pars afficiatur, quae natura omnium maxime fuerit imbecilla.

Cap. XIV. Maxime autem ad ſucci mali morborumque generationem facit cruditas aſſidua, ſive ea boni, ſive mali ſucci cibos ſequatur; liquet tamen, deteriorem eſſe in mali ſucci cibis. Qui quum bipartiti ſint, in iis, qui ſuccum gignunt tenuem, morbi fiunt acuti cum malignis una febribus; ſin autem in partem unam aliquando decumbat ſuccus malus, tum eryſipelata, tum herpetes, et ſi quis alius praeterea eſt calidus ita affectus: in iis vero, qui craſſum ſuccum creant, articulares morbi, podagrae, nephritides, aſthmata, lienisque ac jecoris ſcirrhoſi affectus. At quorum ſuccus malus melancholicus fuerit, cancri his, et leprae, et pſorae, et quartanae febres, et melancholiae, et decolorationes accidunt nigrae cum lienis una tumore non

Ed. Chart. VI. [439.] Ed. Baſ. IV. (361.)

νὸς ὄγκου παραπλησίου συμπίπτουσι, καὶ κιρσοὶ μέλανες αἱμορῤῥοΐδες τε πολλοῖς ἐγένοντο διὰ τοιοῦτον χυμόν. αἱ δ' ἐπίμικτοι διὰ πλεόνων χυμῶν διαθέσεις ἕρπητάς τε καὶ τὰ καλούμενα φαγεδαινικὰ τῶν ἑλκῶν, εἴτε τὰ κακοήθη πάντα, καὶ πυρετοὺς ὀξεῖς ὑποστροφὰς ἐπιφέροντας, ὡς εἰς χρόνον αὖθις ἐμπίπτειν, ἀπεργάζονται.

dissimili, quin et nigras plerisque varices et haemorrhoidas attulit hujuscemodi succus. Affectus vero ex succorum variorum commixtione herpetas faciunt, ulceraque, quae phagedaenica vocant, malignaque omnia, et acutas febres, quae ab intermissione revertuntur, sic ut iterum tempore producantur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΤΙΣΑΝΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VI. [499.] Ed. Baſ. II. (489.)

Κεφ. α'. Ἐπειδὴ πρὸ μικροῦ τινὰς εὗρον τῶν ἰατρῶν περί τινα τῶν νοσούντων τῷ χυλῷ τῆς πτισάνης χρωμένους, μήτε, ἐφ' ὧν ἐνδέχεται ἢ οὐκ ἐνδέχεται παρέχειν ἀῤῥώστων, προσδιοριζομένους, μήτε τὸν τρόπον, καὶ τὸ ποσὸν τῆς δόσεως, καὶ τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν τῇ προσφορᾷ τοῦ ῥοφήματος προσαφορίζοντας, ἀλλ', ὡς ἔοικε, τὴν τῆς πτισάνης χρῆσιν εὔθετον εἶναι λογιζομένους, ὁπηνίκ' ἂν βουληθῶσι, ᾠδ' ἔδοξέ μοι περὶ τῆς χρήσεως αὐτῆς ὅσα τῷ Ἱπποκράτει

GALENI DE PTISANA LIBER.

Cap. I. Quandoquidem paulo ante quosdam medicos inveni, qui apud quendam aegrotum ptiſanae cremore utebantur, nullam tamen adhibebant prius diſtinctam explicationem, quibusnam morbis utilis illa aut inutilis exiſtat, praeterea neque de exhibitionis modo et quantitate, neque de tempore ſorbitioni aſſumendae opportuno quicquam determinabant, verum, ut videtur, quando ipſi voluerint, uſum ptiſanae accommodatum arbitrabantur, operae pretium fore putavi, ſi de illius uſu quaecunque ſunt ab Hip-

Ed. Chart. VI. [499. 500.] Ed. Baſ. II. (489.)

σαφέστερον ἐκθεμένῳ διὰ τὴν τῶν πολλῶν παρακολούθησιν ἑρμηνεῦσαι τόν τε τρόπον τῆς ἕψήσεως καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς καὶ ἐνέργειαν, καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸν τρόπον τῆς δόσεως, ὁπόσα τε ἀγαθὰ τοῖς σώμασι τῶν καμνόντων δίδωσιν ἁρμοζόντως προσφερομένη, καὶ τοὐναντίον πάλιν φαῦλα ἀκαίρως προσενεχθεῖσα, καὶ πρὸς τούτοις ποίοις σώμασιν αὐτὴν προσήκει προσφέειν, καὶ ποίοις οὐ προσήκει. ἀλλ' ἐπειδὴ σύνθετόν τι πρᾶγμα ὑπάρχει ἡ πτισάνη καὶ ὁ χυλὸς, (ἐκ κριθῆς γὰρ κατασκευάζεται πτισθείσης καλῶς, ὅ ἐστιν ἐκλεπισθείσης, καὶ ὕδατος, καὶ τοιᾶσδε ἕψήσεως,) πρῶτον περὶ τῶν μερῶν αὐτῆς ἔκρινα εἰπεῖν διὰ κεφαλαίων. εἰ μὴ γὰρ ταῦτά τις πρότερον διορίσηται, μεγάλως βλάψει, κἂν καὶ τὰ λοιπὰ πάντ' ἀκριβολογήσηται ἐφεξῆς.

Κεφ. β'. [500] Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἄριστον ὕδωρ ἐκλέγεσθαι χρὴ εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς πτισάνης, οὐδεὶς, οἶμαι, ἀμφισβητεῖ. ἄριστον δὲ ὕδωρ συστάσει, καὶ γεύσει, καὶ

pocrate obſcurius explicata, hoc in loco enarrarem ob multorum notitiam, quae in exacta hujusce rei tractatione per ordinem a nobis ſunt recenſenda, videlicet coctionis modus, vires ipſius, actio, tempus opportunum, exhibitionis quantitas et modus; quot praeterea emolumenta aegrotantium corporibus afferat, ſi rite propinetur, et rurſum quot inde incommoda proveniant, ſi fuerit importune adminiſtrata; ad haec quibusnam corporibus illius uſus expediat, et quibus etiam minime conducat, ſimul erit a nobis explicandum. Sed quoniam compoſita quaedam res eſt ptiſana et ejus cremor, (paratur enim ex hordeo, quod pinſendo fuerit probe purgatum et expolitum, cui ſcilicet cortex detractus eſt, ex aqua praeterea, ac tali quapiam coctione,) primum illius partes per capita tractare decrevi: quae niſi fuerint prius determinatae, totam ſermonis ſeriem plurimum laedent, etſi reliqua deinceps omnia exactiſſime abſolvantur.

Cap. II. Quod igitur optimam aquam eligere oporteat ad ptiſanae praeparationem, nemo, opinor, dubitat. Optima autem aqua ſubſtantia, et guſtu, et olfactu, et co-

Ed. Chart. VI. [500.] Ed. Baſ. II. (489.)

ὀσμῇ, καὶ χροιᾷ κρίνεται· τῇ μὲν γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ, ἵνα μηδεμίαν ἀλλόκοτον ὑπεμφαίνῃ ποιότητα, τουτέστιν ἵνα μὴ γλυκὺ ὑπάρχῃ, μήθ' ἁλυκὸν, μήτ' ὀξῶδες, ἢ δριμὺ, ἢ δυσῶδες, ἢ σηπεδονῶδες, ἢ ὅλως ἄλλην τινὰ ἐπίκτητον ποιότητα κεκτημένον, ἀλλ' ἄποιον παντελῶς, καὶ χωρὶς πάσης ἐπικτήτου ποιότητος, καὶ χωρὶς πάσης ἐπιμιξίας γευστικῆς τε καὶ ὀσφραντικῆς. δεῖ μέντοι καὶ διαυγὲς εἶναι καὶ καθαρὸν καὶ μηδὲν ἰλυῶδες ἔχον, ἀλλ' ὥσπερ ἀκριβῶς διηθημένον, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἐμφερομένων ψηγμάτων ἀπηλλαγμένον. τὸ γάρ τοι τοιοῦτον ὕδωρ πρὸς τὴν μὲν χρῆσίν ἐστι λυσιτελὲς, πρὸς δὲ τὴν φύσιν οὐδ' οὕτως ἐστὶ καθαρὸν, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν στοιχείων. εἰ δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον εἶπον, τὸ ὕδωρ, εὐθύς ἐστι λεπτομερέστερον αὐτὸ, ῥᾳδίως τε πεττόμενον καὶ ἀναδιδόμενον, καὶ τὰ ὑποχόνδρια ταχέως διεξερχόμενον, καὶ οὐ μόνον τῇ φυσικῇ θερμότητι πλησιάζον εὐαλλοίωτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔξωθεν πυρὶ προσομιλῆσαν θερμαίνεται συντόμως. καὶ μάρτυς Ἱπποκράτης τοῦ λόγου· ὕδωρ γὰρ τὸ ταχέως θερ-

lore probatur; guſtu quidem et olfactu, ut alienam qualitatem nullam prae ſe ferat, hoc eſt, ut non dulcis, non ſalſa, non acida, non acris, non male olens aut putrida exiſtat, vel omnino aliam aliquam aſcititiam qualitatem poſſideat, ſed omnis penitus expers ſit qualitatis, atque omni prorſus adventitia careat qualitate, nec non cujuscunque rei mixtione, quae guſtu aut olfactu deprehendatur. Oportet etiamnum, ut pellucida ſit ac pura minimeque coenoſa, ſed veluti diligentiſſime colata et ab omnibus ipſi innatantibus ramentis liberata. Hujuscemodi igitur aqua uſui quidem valde eſt accommodata, natura tamen non eſt ita ſincera, quemadmodum ne ullum quidem aliud ſenſilium elementorum. Si vero talis ſit aqua, qualem diſſerui, illico ipſa eſt partium tenuiorum et facile coquitur ac diſtribuitur, hypochondriaque celeriter pertranſit, ac non modo naturali calori admota cito alteratur, verum etiam igni externo appoſita brevi caleſit. Cujus ſententiae teſtis eſt Hippocrates, *aquam enim, quae cito caleſit et rurſum cito refrigeratur,*

Ed. Chart. VI. [500.] Ed. Baſ. II. (489. 490.)

μαινόμενον καὶ αὖθις ταχέως ψυχόμενον κουφότατον εἶναι βούλεται, οὐ τὸ ἐλαφρὸν καὶ σταθμῷ διακρινόμενον, ἀλλὰ τὸ λεπτομερὲς καὶ ῥᾳδίως εἰς ἑαυτὸ τὰς ἐναντίας ποιότητας δεχόμενον. τὸ δὲ τοιοῦτον ὕδωρ καὶ ψυχρόν ἐστι καὶ ὑγρὸν, καὶ ὕδωρ κυρίως. τὰ δ' ὑπό τινος οὐσίας ἢ ποιότητος νοθευθέντα, ὁποῖά εἰσι τὰ ἀσφαλτώδη, καὶ θειώδη, καὶ στυπτηριώδη, τοσοῦτον τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως ἀφεστήκασιν, ὅσον καὶ ἐνοθεύθησαν. εἰ δὲ καὶ ἀπόδειξιν ζητεῖς τοῦ ψύχειν τε καὶ ὑγραίνειν τὸ ὕδωρ, οὐ τοῦ νῦν ἐστι λόγου, περὶ πτισάνης προθεμένου διεξελθεῖν· πλὴν ὅτι ψυχρόν ἐστι καὶ ὑγρὸν, ἅπαντες οἱ παλαιοὶ (490) ἀπέδειξαν, καὶ ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ, καὶ πάντων δὲ λόγῳ ὁμολογούμενον τοῦτο λαβὼν εἰς τὸν περὶ κριθῆς λόγον ἔρχομαι.

Κεφ. γ'. Κριθὴ τοίνυν, ὡς μὲν καθόλου λαμβανομένη, ψύχει καὶ ξηραίνει, ἔχει δέ τι καὶ ῥυπτικὸν καὶ φυσῶδες. κατὰ μέρος δὲ τὸ μὲν ἐκτὸς αὐτῆς λέπυρον, τὸ πιτυρῶδες, ξηρότερον ὑπάρχει καὶ ῥυπτικώτερον· τὸ δ' ἐντὸς αὐτῆς, οἷον σαρκῶδες καὶ τρόφιμον, ῥύπτει μὲν καὶ

putat *eſſe leviſſimam;* neque ea levis pondere dijudicatur, ſed quod tenuium ſit partium, ac in ſe ipſam contrarias qualitates facile recipiat. Talis autem aqua tum frigida, tum humida eſt, ac proprie aqua: quae vero aliqua ſubſtantia aut qualitate fuerint adulteratae, quales ſunt bituminoſae et ſulfureae atque aluminoſae, tanto a propria aquae natura recedunt, quanto fuerint adulteratae. At ſi etiam demonſtrationem quaeris, quod aqua refrigeret et humectet, haud praeſentis eſt ſermonis, qui de ptiſana inſtitutus eſt, diſſerere. Verum quod aqua frigida et humida ſit, priſci omnes indicarunt et experientia teſtatur; atque id omnium ratione conceſſum accipientes ad hordei explicationem accedimus.

Cap. III. Hordeum igitur, ut quidem univerſe ſumitur, refrigerat et exiccat, habet autem et nonnihil detergens et flatulentum. At particulatim exterior ipſius cortex furfuraceus ſiccior exiſtit et magis detergit: interior ejus pars, veluti carnoſa et nutritia, detergit quidem et ipſa, ve-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 822 sur 889

Ed. Chart. VI. [500. 501.] Ed. Baſ. II. (490.)

αὐτὸ, ἀλλ' ἔλαττον τοῦ πιτύρου, ἔχει δὲ καὶ φυσῶδες ἐν ἑαυτῷ. ὁ δ' ἕτερος ὑμὴν ὁ λεπτὸς, ὁ ἔσωθεν τοῦ πιτύρου κείμενος, περιέχων δὲ τὴν κριθὴν, μεταξὺ τούτων ἐστὶ κατὰ τὴν δύναμιν· διὸ ῥύπτει μὲν τοῦ πιτύρου ἔλαττον, μᾶλλον δὲ τῆς κριθῆς. δεῖ δὲ προσυπακούειν τῷ λόγῳ τὰς ἀρίστας κριθὰς καὶ μηδὲν ἐχούσας ἀπὸ σηπεδόνος ἐπίκτητον, ἢ περιττωματικὴν ὑγρότητα, καὶ μήτ' ἄγαν νέας, μήτε πάντῃ παλαιάς. αἱ μὲν γὰρ νέαι πλήρεις εἰσὶν ὑγρότητος περιττωματικῆς, ἣν ἀπὸ τῆς χώρας ἔλαβον, [καὶ πλήρεις ὑγρότητος,] καὶ πνεύματος ἀνάμεστοι· [501] αἱ δὲ παλαιαὶ τῷ χρόνῳ ἐξίτηλοι καὶ ἀσθενεῖς ἐγένοντο, ἀποβαλλόμεναι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν· καὶ σημεῖον ἡ ῥυτίδωσις ἡ ἐν αὐταῖς γενομένη, καὶ τοῦ μεγέθους ἡ μείωσις, καὶ τὸ κοπτομένων αὐτῶν ὥσπερ κόνιν τινὰ ἀποπίπτειν λεπτήν. πλήρεις οὖν εἶναι ἁρμόζει τὰς κριθὰς τὰς εἰς τὴν ποίησιν τῆς πτισάνης ἐκλεγομένας, μήτε νέας μήτε παλαιὰς πάνυ, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένας ἐπικτήτου ποιότητος. ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πείρας βάσανον αὐταῖς

rum furfure minus, habet autem in ſe ipſa partem flatulentam. Caeterum altera membrana, quae tenuis eſt, ſub furfure poſita, hordeum amplectens, inter haec facultate media eſt: ideo detergit furfure quidem minus, hordeo autem magis. Hoc autem ſermone optimum hordeum ſubaudiendum eſt, quod nihil ex putredine aſcititium nullamve excrementitiam humiditatem obtineat, quodque neque nimis ſit recens, neque prorſus vetuſtum. Etenim recens excrementitia plenum eſt humiditate, quam a regione contraxit, ut tum humore refertum, tum flatu diſtentum ſit; vetuſtum vero tempore exhauſtum ac imbecillum eſt redditum propriasque facultates amiſit. Atque indicium eſt corrugatio huic obortа et magnitudinis imminutio, illudque praeterea, quod, dum contunditur, veluti tenuem quendam ex ſe pulverem emittit. Plenum itaque hordeum eligere convenit in ptiſana conficienda, neque admodum recens, neque vetuſtum nimis, nec non adventitiae omnis qualitatis expers. At non id ſolum ſatis eſt, ſed ab experientia ipſis probatio adducenda.

Ed. Chart. VI. [501.] Ed. Baſ. II. (490.)

προσακτέον. εἰ γὰρ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τῇ ἕψήσει εἰς ὄγκον ἐπαίρονται πλείονα, καὶ ταύτας λαμβάνειν χρὴ εἰς τὴν ἕψησιν, εἰ μέλλοι τις κατὰ λόγον αὐτὴν καὶ ὡς ἐνδέχεται ποιεῖν. τί μὲν οὖν ἐστι τὸ ἄριστον ὕδωρ, καὶ πῶς διακρίνεται, καὶ τίς ἡ καλλίστη κριθὴ, καὶ ποίοις γνωρίσμασιν αὐτὴν γνωριοῦμεν, εἴρηται μὲν ἡμῖν διὰ κεφαλαίων.

Κεφ. δ'. Λοιπὸν δὲ τρίτον ἐστὶν εἰπεῖν περὶ τῆς ἕψήσεως. σκευάζουσι μὲν γὰρ αὐτὴν ἐν ὅλμῳ διακόψαντες πρότερον εἰς μικρὰ μόρια, ἔπειτα ταχέως ἕψήσαντες ἐπιβάλλουσιν οἱ μὲν ἕψημα, οἱ δὲ ἄμυλον, καί τινες κύμινον καὶ μέλι. ἔστι δ' ἡ τοιαύτη σκευασία μοχθηρά· ἡ δ' ἀρίστη καὶ καλῶς γινομένη τοιάδε τίς ἐστιν. προδιαβρέχειν αὐτὴν πρότερον ἐν ὕδατι ὠμὴν οὖσαν, ἔπειτα τρίβειν ταῖς χερσὶν ἐπὶ τοσοῦτον, ἄχρις ἂν ὁ λεπτὸς ὑμὴν ἀποτιναχθῇ. καὶ διὰ τοῦτ' αὖθις τρίβεται ἰσχυρῶς μετὰ τῶν χειρῶν, ἕως ἂν ἅπαν τὸ ἀχυρῶδες ἀποτινάξηται, πλὴν εἴ τις αὐτὴν βούλεται ποιῆσαι ῥυπτικωτέραν· τότε γὰρ ἄμεινον μᾶλλον

Si namque praeter enarrata etiam elixatione in majorem molem attollatur, id ad ptiſanae coctionem aſſumendum, ſiquidem recta ratione, ut par eſt, decrevit aliquis illam conficere. Quae igitur optima ſit aqua et quomodo probetur, quod etiam optimum ſit hordeum et quibus indiciis cognoſcatur, per capita recenſuimus.

Cap. IV. Reliquum autem tertium eſt de coctione differere. Etenim ipſam quidem ſic parant. In mortario quum hordeum prius in minutas partes confregerint, deinde celeriter elixarint, hi quidem ſapam, alii autem amylum, nonnulli etiam cyminum et mel injiciunt: ſed talis prava eſt omnino confectio. Optima vero probeque apparata hujuscemodi certe fuerit. Hordeum adhuc crudum oportet prius in aqua macerare, deinde manibus ipſum conterere, donec tenuis ejus membrana excutiatur, poſtea validius rurſum manibus confricare, quousque totum id, quod paleaceum eſt, auferatur, niſi quis ptiſanam ipſam voluerit magis detergentem efficere; tunc enim melius eſt hordeum

Ed. Chart. VI. [501.] Ed. Baſ. II. (490.)

σὺν τῷ ὑμένι αὐτὴν καθέψειν. ἡ δὲ ἕψησις αὐτῆς γενέσθω τόνδε τὸν τρόπον, ἵνα πρότερον μὲν ἐπὶ πολὺ ἀναβράσῃ, ὕστερον δ' ἐπὶ μαλακοῦ πυρὸς ἄχρι πολλοῦ χυλωθῇ.

Κεφ. ε'. Οὕτω γὰρ ἑψημένη τὸ μὲν φυσῶδες ἀποτίθεται πᾶν, ἐπικτᾶται δ', ὅσα περ αὐτῇ ἀγαθὰ ὁ Ἱπποκράτης προσμαρτυρεῖ. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς, φησὶ, λεῖον καὶ συνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον καὶ εὐέκκριτον, εἴ τι καὶ τούτου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχει, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίᾳ. ἀνώδηκε γὰρ ἐν τῇ ἕψήσει, ὁκόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἔχει κολλῶδες καὶ ἐμπλαστικὸν ἡ πτισάνη, καθάπερ πάντα τὰ γλίσχρα, πρόδηλον. ῥύπτει γὰρ οὐ τὸν ῥύπον μόνον τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τῇ γαστρὶ φλεγματικὸν χυμὸν ἀποκαθαίρει πως διδομένη. ἡ δὲ πολλὴ ἕψησις καὶ ἀκριβὴς ἕνωσις τῶν μιχθέντων τὴν φαινομένην ταύτην ἐργάζεται γλισχρότητα. τοῦτο τοίνυν τὸ φαι-

cum ipſa membrana coquere. Porro ipſa coctio hunc in modum fieri debet, ut prius quidem multum ebulliat, poſtea vero molli igni, quousque in cremorem vertatur.

Cap. V. Sic enim ptiſana decocta, quicquid inerat flatulentum, deponit, et quaecunque ejus bona atteſtatus eſt Hippocrates, adipiſcitur. Illius enim viſcidum (inquit) laeve et continuum et blandum eſt et lubricum et humidum moderate, ſitimque arcet, facile eluit et movet alvum, ſi quid eo indigeat, neque aſtrictionem habet, neque malum movet, neque in ventriculo turgeſcit; ſiquidem in coctione intumuit, quantum plurimum intumeſcere poterat. Quod igitur ptiſana nihil habeat glutinoſi aut emplaſtici, quemadmodum reliqua fere omnia viſcida, manifeſtum eſt. Neque enim corporis tantummodo ſordem abſtergit, verum etiam pituitoſum humorem in ventriculo exiſtentem exhibita quadantenus expurgat. Plurima vero decoctio mixtorumque exacta unio apparentem hunc lentorem efficiunt,

Ed. Chart. VI. [501. 502.] Ed. Baſ. II. (490.)

νόμενον αὐτῆς γλίσχρασμα οὐδεμίαν ἔχει τραχύτητα, ἀλλὰ λεῖόν ἐστι πάντῃ, καὶ ὁμαλὸν, καὶ μένον, καὶ συνεχές. οὐδεμιᾶς γ᾽ ὲρ στύψεως μετέχον ἢ δριμύτητος, ἐξ ὧν ἡ τραχύτης γίνεται, τὸ λεῖον ἐξ ἀνάγκης ἔχει, οὐ κατὰ τὴν ἁφὴν μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τὴν δύναμιν. [502] τὰ μὲν γὰρ ἄλλα γλίσχρα, ὥσπερ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸ μέλι, καὶ τὰ λοιπὰ, ἁπτομένῳ σοι φανεῖται λεῖα καὶ ὁμαλῆ, μηδὲν ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀνώμαλον, ὡς τὸ μὲν εἶναι λεπτὸν, τὸ δὲ παχὺ, ἢ διεσπασμένον τε καὶ διῃρημένον, ὡς διὰ τοῦτο τὸ κατὰ τὴν ἁφὴν λεῖον κεκτῆσθαι, κατὰ δὲ τὴν πρὸς ἄλλα τινὰ ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν οὐδαμῶς. οὐ γὰρ διαβρέχει πάντα τὰ μόρια τοῦ σώματος ὁμαλῶς τε καὶ συνεχῶς, ὧν ἂν προσεγγίζῃ, ἀλλὰ διίστανται κατὰ τοῦτ᾽ ἀπ᾽ ἀλλήλων τὰ τῶν γλίσχρων ἁπάντων μόρια χωρὶς τῆς πτισάνης. αὕτη γὰρ, λεία τυγχάνουσα κατὰ τὴν ἁφὴν καὶ συνεχὴς καὶ ἀδιάσπαστος, καὶ κατὰ τὴν δύναμιν τοιαύτη καθέστηκε. κἀκεῖνα μὲν οὐδεμίαν ἔχουσιν ἡδονὴν κατὰ τὴν γεῦσιν, αὕτη δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ κατὰ τὴν γεῦσιν

qui certe nullam habet aſperitatem, ſed undequaque laevis eſt, aequalis, permanens atque continuus. Quum enim nullius aut aſtrictionis aut acrimoniae particeps ſit, ex quibus ortum habet aſperitas, laevis neceſſario non ad tactum modo, verum etiam facultatibus exiſtet. Nam viſcida alia, ut oleum, mel, reliquaque hujusmodi, tangenti tibi laevia quidem aequaliaque apparent, quum nihil in ſe ipſis habeant inaequalitatis, ut una pars tenuis, altera craſſa, divulſa, aut diſtracta ſit, proptereaque tactui laevorem ſuum oſtendunt; in actionibus autem ſuis ac facultatibus quorundam aliorum reſpectu nequaquam. Non enim aequaliter atque continue madefaciunt omnes partes corporis, cui admoventur, ſed in hoc diſſident a ſe invicem viſcidorum omnium partes, ptiſana excepta. Haec enim, ad tactum laevis exiſtens et continua atque indivulſa, ſimilem etiam habet facultatem. Quin illa quidem guſtui nullam prae ſe ferunt voluptatem; at haec praeter alias ſui dotes

Ed. Chart. VI. [502.] Ed. Baſ. II. (490.)

ἡδὺ καὶ προσηνὲς κέκτηται, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῶν νοσούντων. ἄρτος δ', εἰ καὶ τῶν ἄλλων ὑπερέχει κατ' ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἀηδίαν ἔχει πολλὴν, κἂν ὕδατι διάβροχος ᾖ, ὡς δεόμενος μασσήσεως. δεύτερον δὲ ἡ πτισάνη καὶ τοῦτο πλεονεκτεῖ, τὸ μηδεμίαν ἐκ τῆς μασσήσεως ἀηδίαν ἐμποιεῖν. ἔχει μέντοι καὶ τὸ ὀλισθηρὸν, καὶ μάλισθ' ὁ χυλὸς, μηδὲν ἐμπεπλασμένον καταλιπὼν κατὰ τὴν δίοδον, καθάπερ πάντα τὰ γλίσχρα χωρὶς τῆς πτισάνης· αὕτη γὰρ ῥᾳδίως διέρχεται εἰς τὰ κατὰ τὸν θώρακα μόρια διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ῥυπτικὸν, ὥσπερ καὶ πρὸς τὴν ὑποχώρησίν ἐστιν ἐπιτηδεία, καὶ πρὸς τὴν ἀνάδοσιν, καὶ μάλιστα ἐ' ὧν εἰς τὰ κυρτὰ τοῦ ἥπατος οὐ διέρχεται εὐκόλως τὰ λαμβανόμενα. πλαδαρὸν δ' ἐστὶ μετρίως, ὅπερ ἐστὶν ὑγρὸν, καὶ ἄδιψον. καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν ἔχει ἀπὸ τοῦ ὕδατος, πλὴν κεκλασμένον διὰ τὴν φύσιν τῆς κριθῆς μετρίως ξηραίνουσαν· τὸ γὰρ ἐξ ἐναντίων συγκείμενον δυνάμεων, ἄλλην τινὰ φύσιν ἐπίκτητον κτησάμενον, τὰ ἄκρα ἐξέφυγε. ἄδιψον δ', ὡς ὑγρόν· πλέον δὲ τοῦ ὕδατος ἔχει τὸ ἄδιψον,

guſtum ſuavitate ac jucunditate delectat, idque potiſſimum aegrotantibus praeſtat. Porro, licet panis virtute reliquis cibariis antecellat, tamen multam ipſe etiam habet inſuavitatem, quod, quamvis in aqua ſit maceratus, dentibus nihilominus a nobis ſit conficiendus: ut rurſum hac in re ptiſana reliquis ſuperior exiſtat, quod nullam, dum manditur, pariat inſuavitatem. Habet quin etiam lubricitatem, ejus praecipue cremor, ſed quae in tranſitu non adhaereat membris; id quod reliquis fere omnibus viſcidis ſolet contingere, una ptiſana excepta; ipſa enim in partes thoraci adiacentes facile deſcendit ob ſuam vim deterſoriam; et ad dejectionem eſt idonea, quemadmodum et ad diſtributionem, in hisque potiſſimum, quibus in hepatis convexa cibi haud facile ſubmittuntur. Eſt etiam moderate flaccida, id eſt humida, ac ſitim ſedans; ac humiditatem quidem nanciſcitur ab aqua, licet refractam ob hordei naturam mediocriter exiccantem; quod enim ex contrariis facultatibus conſtat, aliam quandam adventitiam naturam acquirens, ipſa fugit extrema. Sitim autem ideo abigit, quod humida exiſtat; magis etiam, quam

Ed. Chart. VI. [502.] Ed. Baſ. II. (490.)

εἰ καὶ κατὰ τὴν ὑγρότητα ἥττονται, ὅτι καὶ τάχιον ἀναδίδοται, καὶ ὅτι παραμένουσαν αὐτῇ ἔχει τὴν ὑγρότητα διὰ τὴν γλισχρότητα, καὶ πρὸς τούτοις ὅτι καὶ ψυχρόν ἐστι. διὰ τα῎τα καὶ διακαέσι πυρετοῖς ἁρμοδιώτατον, ὡς κατὰ πάντα αὐτοῖς ἐναντιουμένη, ψύχουσά τε καὶ ὑγραίνουσα, καὶ ῥύπτουσα τοὺς σηπεδονώδεις χυμοὺς, καὶ τροφὴν οὐκ ὀλίγην παρέχουσα τῷ σώματι, τοὺς δ᾽ ἡμισαπεῖς συμπέττουσά τε καὶ εἰς χρηστὸν χυμὸν μεταβάλλουσα. ταῦτα δ᾽ ἔχει πάντα μετὰ τοῦ μηδεμίαν ἔχειν στύψιν ἢ τοῦ στομάχου ἀνατροπήν. ἡ μὲν γὰρ στύψις, ὅσον εἰς ῥῶσιν τῆς γαστρὸς ἱκανὴ, τοσοῦτον εἰς τὸ παχῦναι τοὺς χυμοὺς ἐπιτήδειος· ἡ δ᾽ ὑγρότης, τὸ παχύνειν οὐκ ἔχουσα, τὸ ἀμετάτρεπτον ἔχει. ἅπαν μέντοι πέφευγεν ἡ πτισάνη διὰ τὸ μηδὲν ἄμετρον ἔχειν κακόν. ἀλλ᾽ οὐδὲ ταραχὴν, οὐδὲ θόρυβόν τινα ἐν κοιλίᾳ ποιεῖ διὰ τὸ μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν ἀπὸ δριμύτητος ἢ πνεύματος φυσώδους· καὶ τοῦτο γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει ἀποβάλλεται. τὰ μὲν οὖν ἀγαθὰ τῆς πτισάνης, ἃ ἐκ τῆς χρηστῆς ἑψήσεως ἐκτήσατο,

aqua, ſitim arcet, quamvis ab ea vincatur humiditate, quoniam velocius diſtribuitur, quodque humorem habeat ob lentorem magis permanentem, quodque praeterea frigida ſit. Ob haec et ardentibus febribus eſt accommodatiſſima, quod in omnibus his opponatur, non modo quia refrigerat et humectat, verum etiam putridos humores deterget, corporique non parvum affert alimentum, humores vero jam ſemiputres concoquit et in bonum ſuccum tranſmutat. Haec autem habet omnia, quum interim nullam habeat aut aſtrictionem aut ſtomachi ſubverſionem; nam quantum ad ventriculi robur confert aſtrictio, tantum ad humores incraſſandos idonea eſt; is vero humor, qui craſſeſcere non poteſt, ſtomachum ſubvertendo conturbat; quod quidem omne prohibet ptiſana, quod nullum obtineat vitioſum exceſſum. Sed neque perturbatione neque tumultu aliquo ventriculum percellit, quod nullam ab acrimonia aut a flatulento ſpiritu vim obtineat, quoniam inter coquendum amittitur. Haec itaque omnia ſunt ptiſanae commoda, quae ex proba coctione ac-

Ed. Chart. VI. [502. 503.] Ed. Baſ. II. (490. 491.)

ταῦτ' ἐστί. καὶ κατὰ μακρὸν μὲν ὁ λόγος ἐδίδαξε, καὶ αὖθις δὲ διὰ κεφαλαίων ἐρεῖ. λεῖα μέν ἐστιν αὐτῆς τὰ μόρια, καὶ ὁμαλὰ, καὶ συνεχῆ, καὶ ἡνωμένα, ὡς μὴ τὸ μὲν αὐτῆς φαίνεσθαι λεπτὸν, τὸ δὲ παχὺ ἢ ὅλως ἀνώμαλον. καὶ τοῦτο οὐ κατὰ τὴν ἁφὴν ἔχει μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν (491) γεῦσιν προσηνὴς, τουτέστιν μηδεμίαν ἔχουσα ἀηδίαν, καὶ ὑγρὰ, καὶ ἄδιψος, διὰ τὴν παροῦσαν αὐτῇ γλισχρότητα. τὸ δὲ λεῖον καὶ ὑγρὸν καὶ προσηνὲς καὶ στύψεως ἀπήλ[503]λακται καὶ ἄλλης ἰσχυρᾶς ποιότητος. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις καὶ ἄφυσον διὰ τὴν χρηστὴν ἕψησιν. οὕτως δ' ἔχουσα τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ὑπάρχει ἁρμόδιον, οὐ μόνον ὅτι κατὰ πάντα αὐτοῖς ἀντίκειται, ἀλλ' ὅτι καὶ εὐπεπτότατόν ἐστι, καὶ ἀσθενέστατον κατὰ πᾶσαν ποιότητα, καὶ εὐανάδοτον, καὶ τοὺς μὲν σεσηπότας χυμοὺς καθαίρουσα διὰ τὸ ῥυπτικὸν, τοὺς δὲ ἡμισαπεῖς ἔτι συμπέττουσα.

Κεφ. στ'. Πλὴν οὐχ ἁπλῶς δοτέον αὐτὴν ἐπὶ τῶν νοσημάτων, ἀλλὰ προσδιορισμῶν δεῖται πολλῶν. οὔτε γὰρ

quiſivit. Et uberius quidem oratio edocuit, ac rurſus ſummatim recenſebit. Laeves ſunt ipſius partes, aequales, continuae ac ſibi conjunctae, ut nihil ejus aut tenue, aut craſſum, aut omnino inaequale appareat; idque non tactu ſolum habet, ſed jam etiam propria facultate et actione. Guſtui quoque ſuavis eſt, nullam ſcilicet habens inſuavitatem, et humida, ſitimque ob praeſentem ſuum lentorem extinguens. Quod vero laevis, humida ſuavisque ſit, adſtrictionis et alterius validae qualitatis expers eſt. Inter haec omnia proba coctione flatulentum omne deponit. Quum igitur talis exiſtat, merito acutis febribus convenire illam exiſtimamus, non tantum quod illis in omnibus adverſetur, verum etiam quod facillimae ſit concoctionis, ſuasque omnes qualitates habeat imbecillimas, et facilis ſit diſtributionis, et putrefactos humores ob deterſoriam qualitatem expurget, eos vero concoquat, qui ſemiputres jam evaſerunt.

Cap. VI. Caeterum in morbis non temere eſt exhibenda, ſed prius multis opus eſt diſtinctionibus. Neque

Ed. Chart. VI. [503.] Ed. Baſ. II. (491.)

ἐν τοῖς ἐπικινδύνως ἔχουσι διδόναι αὐτὴν προσήκει, οὔτε τοῖς φλεβοτομίας ἢ καθάρσεως δεομένοις ἢ κλυστῆρός τινος, ἢ τοῖς πεπληρωμένοις τῶν κατὰ γαστέρα περιττωμάτων, ἢ τοῖς ὑπὸ ὀδύνης ἐνοχλουμένοις μεγάλης, καὶ μηδαμῶς δεομένοις ταῖς ἰατρικαῖς πυρίαις, ἢ φλεβοτομίαις, ἢ καθάρσεσιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ξηροτάτοις νοσήμασι προσφέρειν αὐτὴν ἁρμόζει. συνεπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν καιρὸν, καὶ τὸ ποσὸν τῆς δόσεως, καὶ τὸ ἦθος τοῦ κάμνοντος, καὶ τὸ πότε τὸν χυλὸν μόνον προσήκει, ἢ καὶ τὴν πτισάνην αὐτὴν, ἢ καὶ ἀμφότερα, ἢ καὶ οὐδέτερα. ὁ μὲν οὖν καιρός ἐστι τοῦ διδόναι ῥοφήματος, ὁπηνίκα διορισάμενος μέλλεις αὐτὴν παρασχεῖν, ὁπότε τὸ σῶμα γέγονε διακείμενον ὁμαλῶς, καὶ μὴ τὸ μὲν αὐτοῦ ἐστι θερμότερον, τὸ δὲ ψυχρότερον. τοιοῦτον δ' ἐστὶ, καθ' ὃν καιρὸν ἡ τοῦ νοσήματος παρακμή· μετὰ ταῦτα γὰρ ἡ τοῦ σώματος σύμπασα θερμότης ὁμαλῶς ἐπὶ πάντα τὰ μόρια διακέχυται. τὸ δὲ πλῆθος μὴ πολὺ ὑπάρχῃ μηδὲ ὑπέρπαχυ. σφαλερὸν γάρ ἐστι καὶ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει τὸ κατὰ

enim illis eſt adminiſtranda, qui cum periculo laborant, aut ſanguinis miſſione purgationeve indigent, aut aliquo clyſtere, aut his, qui ventriculum habent excrementis refertum, aut iis, qui a magno aliquo dolore vexantur, ac nullo modo his, qui aut medicis fomentis, aut venae ſectione, aut purgationibus egent; ſed neque ſicciſſimis illam morbis convenit exhibere. Praeter haec etiam opportunum exhibitionis tempus ejusque menſuram et aegrotantis conſuetudinem conſiderare oportet; adde etiam, illiusne cremorem ſolum, an ptiſanam integram, vel potius utraque, an etiam neutra propinare conveniat. Ea igitur ſorbitioni hora fuerit opportuna, (jam enim ſine diſtinctione illam adminiſtrare vetuimus,) cum univerſum corpus aequaliter diſpoſitum fuerit, ut nulla pars ejus aut calidior aut frigidior ſit. Tale autem eſt, quum morbi adeſt declinatio: poſt illa enim univerſus corporis calor in omnes aequaliter partes diffuſus eſt. Sed neque multa adſit plenitudo, aut *humorum* craſſitudo; *periculoſum enim eſt*, etiam ex ipſo Hippocrate, *plu-*

Ed. Chart. VI. [503.] Ed. Baſ. II. (491.)

πολὺ καὶ ἀθρόως πληροῦν, κατὰ βραχὺ δὲ ἀσφαλές. τιθέσθω καὶ πρὸς τὸ ἔθος παραμετρείσθω. εἰ μὲν γὰρ ἅπαξ ἦν εἰθισμένος διαιτᾶσθαι, παρέχε καὶ αὐτὸς καθάπαξ τὸ πόμα· εἰ δὲ δὶς τῆς ἡμέρας ἐτρέφετο, διπλασίαζε καὶ αὐτὸς τὴν δόσιν. ἡ δὲ παραύξησις καὶ ἡ προσθήκη τοῦ ῥοφήματος ἐπὶ μὲν τῶν ξηροτέρων νοσημάτων οὐ χρὴ γίνεσθαι· δεῖται γὰρ τὸ τοιοῦτον προπομάτων ἰσχυροτέρων, ἢ κατὰ πτισάνην, ἵνα πλέον ὑγρανθῇ. ξηρὰ δὲ νοσήματά εἰσι πλευρῖτις καὶ περιπνευμονία, καὶ ὅλως τὰ κατὰ θώρακα, ὅταν μηδὲν ἔξ αὐτῶν ἀναπτύηται, τὰ δὲ καθ' ἧπαρ καὶ γαστέρα καὶ ἔντερα, ὅταν μηδὲν ἐκκρίνηται, καὶ σκληρὰ, καὶ μὴ πρὸς ἀνάγκην, καὶ μὴ ἄξια λόγου. αἱ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας ξηρότητες διὰ τῆς γλώττης καὶ τοῦ ἔξω δέρματος διαγινώσκονται· οὕτως δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ πάθη, μηδενὸς δι' ὑπερῴας ἢ ῥινὸς ἐκκαθαιρομένου. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φλεγμοναὶ καὶ ἕλκη ξηρὰ τυγχάνουσιν, ἀφ' ὧν μηδὲν εἰς ἰχῶρας ἀποκρίνεται.

rimum ac confertim replere, paulatim vero tutum. Proponatur igitur *cibus* et juxta aegrotantis conſuetudinem menſuretur. Si quidem cibum aſſumere ſemel tantum aſſueverat, tu quoque potionem illi ſemel tantum offerendam curabis: verum ſi bis in die antea veſcebatur, bis itidem cibum tu etiam dabis. Porro augmentum ſorbitionis hujus et additionem in ſiccioribus quidem morbis fieri nequaquam oportet; validioribus enim tales morbi potionibus egere videntur, quam ptiſana exiſtat, quo magis poſſint humectari. Sicci autem morbi ſunt pleuritis et peripneumonia, omnesque alii, qui in pectore conſiſtunt, quum ſcilicet nulla *adhuc* ab eis ſputa proveniunt; quin etiam illi, qui jecur, ventriculum et inteſtina occupant, ſicci dicuntur, quando nihil excernitur, aut durum, nec pro neceſſitate, nec laudabile. Caeterum ſiccitates, quae in arteriis ac venis oriuntur, ex lingua et extima cute deprehenduntur, quemadmodum capitis affectus, quum per palatum aut nares nihil expurgatur. Eadem etiam ratione inflammationes et ulcera ſicca eſſe pronunciamus, a quibus nihil per ſaniem excernitur.

Ed. Chart. VI. [503. 504.] Ed. Baſ. II. (491.)

ἐπὶ δὲ τῶν τοιούτων νοσημάτων οὐ προσήκει ποιεῖσθαι τὴν πτισάνην, οὔτε γὰρ ὑγραίνειν αὐτὰ δύναται, ἅτε μὴ ἄγαν ὑγραίνουσα τὰ πολλῆς καὶ ἰσχυρᾶς δυνάμεως ὑγραινούσης δεόμενα, καὶ ἔτι τὴν ἀπὸ πληρώσεως βλάβην τοῖς σώμασι παρέχουσα. ἂν δὲ καὶ τὸ σῶμα ὑγρότερον ᾖ, καὶ εἴ τι ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐκπτύεται, τότε χρὴ ἐπαύξειν ἀεὶ καὶ προστιθέναι τὴν πόσιν αὐτῆς· ὑγραίνουσα γὰρ καὶ τέμνουσα ὁμοίως τὰ προσόντα ἐν τῷ σώματι ὑγρὰ, [504] καὶ ῥῶσιν τοῖς μορίοις παρέχουσα διὰ τὴν τροφὴν, καθαρὸν ἀποτελεῖ συντόμως τὸ ζῶον τῆς ἐνοχλούσης κακοχυμίας. συνελθόντων γὰρ ἀμφοτέρων ῥᾳδίως ἐκκαθαίρεται τὰ μοχθηρὰ περιττώματα, οὐδενὸς δὲ τῶν ἄλλων, ὅσα ὡς φάρμακον ἢ τροφὴ προσφέρεται, ἀμφότερα ταῦτα κεκτημένου, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ λεπτύνειν ἐνδεόντως καὶ ὑγραίνειν τὸ τρόφιμον ἔχοντος, καθάπερ ἄρτος καὶ χόνδρος καὶ ὠὰ καὶ ἰχθῦς, ἢ τὸ μὲν τέμνειν ἔχοντος, τὸ δ' ὑγραίνειν τε καὶ τρέφειν οὐ περιφέροντος, καθάπερ ὀξύμελι, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον. ταῦτα δὲ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἥκουσι τῇ πτισάνῃ. ἀλλ' ὅμως

Quippe talibus morbis ptiſanam parare opus non fuerit; neque enim illos humectare poteſt, ut quae non admodum humectet ea, quae magna ac validiori egent facultate humectante, nec non repletionis noxam corporibus praebeat. Quod ſi corpus humidius fuerit, aliquidque jam e pulmone expuatur, tunc ejus potionem augere ſemper atque addere oportet; humectans enim ſimul et incidens eos qui in corpore prius erant humores et in membris per nutritionem robur efficiens, animal ab ea, quae ipſum infeſtat, cacochymia cito liberum reddit. Quum enim duo haec in unum convenerint, prava omnia excrementa facile expurgantur. Atqui praeter hanc aliorum nullum eſt ex his, quae ſive ut medicamenta, ſive ut alimenta offeruntur, quod utraque haec poſſideat, ſed aut parum attenuans abunde humectabit et nutriet, quemadmodum panis et alica et ova et piſces, aut incidendi vires habens humectare ac nutrire non admodum poterit, ut oxymel et ſi quid hujusmodi alterum eſt; haec autem omnia bona uni adſunt ptiſanae, ita nihilo-

οὐδεμίαν ὠφέλειαν προξενεῖ χωρὶς τῶν προδιορισμῶν προσαγομένη, ὅπου γε καὶ θανάτου μᾶλλον καθεστήκασιν αἴτια διδόμενα. τοῦ γὰρ κάμνοντος κλυστῆρος δεομένου διὰ τὴν τῶν περιττωμάτων κάθαρσιν, ἢ φλεβοτομίας διὰ περιουσίαν αἵματος καὶ τῆς ὀδύνης, μὴ ἐνδεούσης χρείαν ἔχοντος ὀδύνης αἴτιον πλῆθος, αἰτία θανάτου γέγονεν ἡ πτισάνη προσφερομένη, τάχα καὶ αὐτὴ καὶ διπλασιάζουσα τὸ πλῆθος. διὰ τοῦτο οὐ χρὴ παρέχειν αὐτὴν πυρετῷ ἐνδεχομένῳ, εἴτε σὺν ὀδύνῃ ἐστὶν εἴτε χωρὶς ὀδύνης ὁ πυρετὸς, ἢ μετ' ὀλίγον τῆς τροφῆς ὁ ἄνθρωπος πυρέττειν ἤρξατο, καὶ μήπω ὑπεχώρησεν. οἱ αὐτοὶ δὲ διορισμοὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ χυλοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς πτισάνης. οἷς δὲ χρήσιμος ἦν, καὶ αὐτοῖς οὐκ εὐθὺς διδόναι προσήκει, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸν χυλὸν μόνον, ἢ τὰ πλείονα μὲν τὸν χυλὸν, ὀλίγον δὲ τὴν πτισάνην, εἶτα ἐπίσης ἀμφότερα, εἶτα καὶ μόνην αὐτὴν, ἐπιστάμενον, εἰς μὲν ῥῶσιν καὶ θρέψιν τοῦ σώ-

minus, ut nullam utilitatem ſit allatura, ſi absque convenienti determinatione adminiſtretur, quum aliquando exhibita mortis potius eſſe poſſit occaſio. Quum enim laboranti opus fuerit clyſtere ad expurganda excrementa, aut venae ſectione ob ſanguinis abundantiam, aut etiam doloris vehementiam, dolore ſcilicet plenitudinis cauſam minime tolerante, porrecta tunc ptiſana mortis cauſa effecta eſt, plenitudinem duplo majorem forte tum reddens. Propterea, quum febris infeſtat, illam propinare minime expediet, ſive cum dolore, ſive etiam citra dolorem ea exiſtat, aut ſi paulo poſt cibum febrire homo inceperit, necdum ille dejectus fuerit. Porro eaedem hae diſtinctiones non ſolum in cremore, verum in ipſa etiam ptiſana ſunt adhibendae, in his ſcilicet, quibus utilis illa futura eſt; quam tamen non ſtatim illis miniſtrare conveniet, ſed primum quidem cremorem ſolum, aut ſaltem cremoris portionem majorem, ptiſanae autem minorem, deinde aequales utriusque partes, tandem etiam ſolam ipſam ptiſanam. Illud enim omnino ſciendum eſt, ad corporis tum robur, tum nutritionem ptiſanam ipſam

Ed. Chart. VI. [504.] Ed. Baſ. II. (491.)

ματος μέγιστα συντελεῖν τὴν πτισάνην, εἰς δὲ τὸ εὐκατέργαστον καὶ εὔπεπτον καὶ εὐανάδοτον τὸν χυλόν. ταῦτα δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ περὶ τῆς πτισάνης εἰρήσθω, ἵν' ἔχῃς εἰδέναι τήν τ' εὔκρατον αὐτῆς χρῆσιν καὶ τοὺς ἀναγκαίους διορισμούς.

valere quamplurimum, ad facilem vero confectionem et concoctionem ac facilem diſtributionem cremorem eſſe magis accommodatum. De ptiſana igitur ſummatim a nobis haec dicta ſint, ut cum temperatum illius uſum, tum in ea exhibenda neceſſarias diſtinctiones perſpectas habere poſſis.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΞ ΕΝΥΠΝΙΩΝ ΔΙΑΓΝΩΣΕΩΣ.

Ed. Chart. VI. [517.] Ed. Baſ. III. (463.)

Τὸ ἐνύπνιον δὲ ἡμῖν ἐνδείκνυται διάθεσιν τοῦ σώματος. πυρκαϊὰν μέν τις ὁρῶν ὄναρ ὑπὸ τῆς ξανθῆς ἐνοχλεῖται χολῆς· εἰ δὲ καπνὸν, ἢ ἀχλὺν, ἢ βαθὺ σκότος, ὑπὸ τῆς μελαίνης χολῆς· ὄμβρος δὲ ψυχρὰν ὑγρότητα πλεονάζειν ἐνδείκνυται· χιὼν δὲ καὶ κρύσταλλος καὶ χάλαζα φλέγμα ψυχρόν. δεῖ δὲ καὶ τῷ καιρῷ καὶ τῇ ληφθείσῃ τροφῇ προσέχειν. ὁ γὰρ χιονίζεσθαι δοκῶν εἰ κατ' εἰσβολὴν παροξυσμοῦ μετὰ ῥίγους ἢ φρίκης ἢ καταψύξεως γενομένου τοῦτ' ἐμφαντασθῇ, τῷ καιρῷ τὸ πλέον, οὐ τῇ

GALENI DE DIGNOTIONE EX INSOMNIIS LIBELLVS.

Inſomnium vero corporis affectionem nobis indicat. Si quis in ſomnis incendium quidem videat, a flava bile vexatur; ſi fumum, vel caliginem, vel profundas tenebras, ab atra bile; imber verò frigidam humiditatem abundare indicat; nix et glacies et grando pituitam frigidam. Sane et tempori et nutrimento ſumpto mentem oportet adhibere. Nam qui nive conſpergi ſibi videtur, ſi in acceſſionis invaſione, quae cum rigore, vel horrore, vel perfrigeratione fiat, hoc imaginatus fuerit, tempori plus, non corporis af-

Ed. Chart. VI. [517.] Ed. Baſ. III. (463.)

διαθέσει τοῦ σώματος διδόναι χρή· κατὰ μέντοι τὴν παρακμὴν τοιοῦτον ὄναρ θεασάμενος, βεβαιοτέραν ἡμῖν ἔνδειξιν ἐργάσεται τῆς τῶν ἐπικρατούντων χυμῶν ψυχρότητος, ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐὰν μὴ ἐδηδοκὼς ᾖ τι τῶν φλεγματικῶν ἐδεσμάτων, ὧν ἐν τῇ γαστρὶ περιεχομένων, ἐνδέχεται τοιαύτην τινὰ γενέσθαι φαντασίαν, καίτοι τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διαθέσεως οὐκ οὔσης ὁμοίας. ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς ὕπνοις οὐκ ἐπὶ ταῖς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ διαθέσεσι φαντάζεται μόνον, ἀλλὰ κἀκ τῶν συνήθως ἡμῖν πραττομένων ὁσημέραι, ἔνια δὲ ἐξ ὧν πεφροντίκαμεν, καὶ δή τινα μαντικῶς ὑπ' αὐτῆς προδηλοῦνται, (καὶ γὰρ τοῦτο τῇ πείρᾳ μαρτυρεῖται,) δύσκολος ἡ διάγνωσις τοῦ σώματος γίγνεται ἐκ τῶν ἀπὸ τοῦ σώματος ὁρμωμένων ἐνυπνίων. εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἐφ' ἡμέρας πραττομένων ἢ φροντιζομένων ἔδει διακρίνειν αὐτὸ μόνον, οὐδὲν ἂν ἦν χαλεπὸν, ὅσα μηδὲ πέπρακται, μηδὲ φροντίζεται, ταῦτα ἐκ τοῦ σώματος ὁρμᾶσθαι δοκεῖν· ἐπεὶ δὲ καὶ μαντικά τινα συγχωροῦμεν εἶναι, πῶς ταῦτ' ἂν διακριθείη τῶν ἀπὸ τοῦ σώματος ὁρμωμένων, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν. ἐθεάσατο

fectioni, tribuendum eſt; ſi in declinatione tale inſomnium viderit, firmiorem nobis indicationem exhibebit frigiditatis exuperantium humorum; adhucque etiam magis, ſi nihil ex pituitoſis eduliis comederit, quibus in ventriculo contentis, talis quaedam imaginatio fieri contingit, quamvis, quae in toto corpore eſt affectio, ſimilis non exiſtat. Sed quoniam in ſomnis non ex corporis affectionibus ſolum, ſed et ex iis, quae quotidie agere ſolemus, anima imaginatur, imo nonnulla ex iis etiam, quae cogitavimus, ac ſane etiam quaedam fatidica ab ea praenunciantur, (nam et hoc experientia confirmatur,) difficilis certe efficitur dignotio corporis ex inſomniis, quae e corpore excitantur. Si enim ab iis duntaxat, quae quotidie agimus, vel cogitamus, oporteret ipſum diſcernere, nihil utique difficultatis eſſet, quaecunque nec acta, nec cogitata ſunt, ea cenſere ex corpore excitari; at quoniam etiam vaticinia quaedam eſſe concedimus, quomodo haec ab iis, quae ex corpore excitantur, diſcernantur, haud facile dici poteſt. Conſpexerat enim quidam, alterum

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 836 sur 889

Ed. Chart. VI, [518.] Ed. Baſ. III. (463.)

[518] γοῦν τις τὸ ἕτερον τῶν σκελῶν λίθινον γεγονέναι, καὶ τοῦτο ἔκριναν πολλοὶ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν ἃς πρὸς τοὺς δούλους τείνειν τὸ ὄναρ, ἀλλὰ παρελύθη τὸ σκέλος ἐκεῖνο ὁ ἄνθρωπος, οὐδενὸς ἡμῶν προσδοκήσαντος τοῦτο. τὸν μὲν γὰρ παλαιστὴν ἐν αἵματος δεξαμενῇ δόξαντα ἑστάναι καὶ μόγις αὐτῆς ὑπερέχοντα πλῆθος αἵματος ἔχειν ἐτεκμηράμεθα, καὶ δεῖσθαι κενώσεως. τινὲς δὲ ἱδροῦν κριτικῶς μέλλοντες λούεσθαι καὶ κολυμβᾶν ἔδοξαν ἐν θερμῶν ὑδάτων δεξαμεναῖς. οὕτω δὲ καὶ ἡ τοῦ πίνειν φαντασία χωρὶς τοῦ πίμπλασθαι διψῶσι πάνυ συμβαίνει, καθάπερ καὶ τοῦ ἐσθίειν ἀπλήστως τοῖς πεινῶσι, τοῦ δὲ ἀφροδισιάζειν τοῖς σπέρματος πλήρεσιν. ἔοικε γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ εἰσθῦσα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀποχωρήσασα αἰσθητῶν τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαθέσεως αἰσθάνεσθαι, καὶ πάντων, ὧν ὀρέγεται, τούτων ὡς ἤδη παρόντων λαμβάνειν φαντασίαν. καὶ εἴπερ ἔχει τα˜θ' οὕτως, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, ὁπότε μὲν ὑπὸ πλήθους χυμῶν ἡ ψυχικὴ δύναμις ἐνοχλεῖται βαρυνομένη, μόγις μὲν κινουμένους ἑαυτοὺς κατ' ὄναρ φαν-

crus ſibi lapideum evaſiſſe, iudicarantque plerique, qui in hiſce rebus periti habebantur, ad ſervos inſomnium hoc pertinere; at ille eo crure reſolutus eſt, cum nemo id noſtrum expectaſſet. Palaeſtritam item, qui in ſanguinis ciſterna ſtare, ac vix eam ſupereminere ſibi videbatur, copiam ſanguinis habere, evacuationeque indigere conjecimus. Nonnulli vero, quum critice ſudaturi eſſent, in calidarum aquarum ciſternis lavari natareque arbitrabantur. Ita quoque imaginatio bibendi citra expletionem admodum ſitientibus, quemadmodum inſaturabiliter comedendi eſurientibus, venere utendi ſemine repletis accidit. Videtur enim in ſomnis anima in corporis profundum ingreſſa et ab externis ſenſilibus digreſſa affectionem, quae in corpore eſt, ſentire, atque eorum omnium, quae appetit, tanquam jam praeſentium, viſa concipere. Et, ſi haec ita habent, nihil ſane mirum fuerit, ſi, quum animalis facultas ab humorum copia gravata vexatur, homines vix ſe ipſos movere ac

Ed. Chart. VI. [518.] Ed. Baſ. III. (463.)

τάζεσθαι καὶ βαστάζοντας ἄχθη τινά· τοὐναντίον δὲ, ὅταν ᾖ κούφη τε καὶ ἀπέριττος ἡ τοῦ σώματος διάθεσις, ἤτοι πετομένους, ἢ θέοντας ὠκύτατα τοὺς οὕτω διακειμένους ὁρᾶν ὄναρ, ὁμοιουμένων ἀεὶ τῶν φαντασμάτων τῆς ψυχῆς ταῖς τοῦ σώματος διαθέσεσιν, ἄχρι τοῦ καὶ τῶν δυσωδῶν ἢ εὐωδῶν ἀνέχεσθαι δοκεῖν. οἱ μὲν γὰρ ἐν κόπρῳ καὶ βορβόροις διατρίβειν ἑαυτοὺς φαντασθέντες ἤτοι τοὺς χυμοὺς ἐν αὐτοῖς μοχθηροὺς καὶ δυσώδεις καὶ σεσηπότας ἔχουσιν, ἢ πλῆθος κόπρου περιεχομένης ἐν τοῖς ἐντέροις· τοὺς δὲ ἔμπαλιν τούτων διακειμένους καὶ δοκοῦντας ἐν εὐώδεσι τόποις διατρίβειν ἐναντίαν ἔχειν ἐν τῷ σώματι διάθεσιν ἡγητέον. ἃ τοίνυν ὁρῶσιν οἱ κάμνοντες ἐν τοῖς ἐνυπνίοις καὶ πράττειν δοκοῦσιν, ἐνδείξεται πολλάκις ἡμῖν ἐνδείας τε καὶ πλεονεξίας καὶ ποιότητας χυμῶν.

onera quaedam ferre per ſomnum imaginentur: e contra vero, quum levis ſuperfluitatibusque vacans affectio corporis ſit, ſi, qui ita ſunt affecti, ſe vel volare vel velociſſime currere per inſomnium videant, quum animae viſa corporis affectionibus ſemper aſſimilentur, ita ut etiam, qui affecti ſunt, graveolentia vel beneolentia percipere videantur. Qui enim in ſtercore et coeno ſe verſari imaginantur, vel humores pravos graveolentesque et putrefactos in ſe habent, vel copiam ſtercoris in inteſtinis contenti; qui autem contra, quam hi, ſunt affecti, ac in locis beneolentibus verſari ſe credunt, contrariam habere in corpore affectionem eſt cenſendum. Quae igitur laborantes in inſomniis vident, ſeque agere arbitrantur, ſaepe haec nobis humorum tum defectus, tum exceſſus, tum qualitates coindicabunt.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VII. [1.] Ed. Baſ. III. (199.)

Κεφ. α'. Πρῶτον μὲν εἰπεῖν χρὴ, τί ποτε νόσημα καλοῦμεν, ἵν' ᾖ δῆλον, ὑπὲρ οὗ σπουδάζει τὸ γράμμα· δεύτερον δ' ἐπὶ τούτῳ, πόσα τὰ σύμπαντά ἐστιν ἁπλᾶ τε καὶ πρῶτα νοσήματα καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα τῶν ἄλλων· ἐφεξῆς τε τρίτον, ὁπόσα τὰ ἐκ τούτων συντιθέμενα γίνεται.

Κεφ. β'. Ληπτέον δὴ κἀνταῦθα ὁμολογουμένην ἀρχὴν, ὡς ἅπαντες ἄνθρωποι, ἐπειδὰν μὲν τὰς ἐνεργείας τῶν τοῦ σώματος μορίων εἰς τὰς κατὰ τὸν βίον πράξεις ὑπηρετούσας ἀμέμπτως ἔχωσιν, ὑγιαίνειν εἰσὶ πεπεισμένοι, βλαβέντες δ'

GALENI DE MORBORVM DIFFERENTIIS LIBER.

Cap. I. Primum dicendum eſt, quid morbum vocemus, ut, qua de re liber agit, innoteſcat. Secundum deinde, quot ſint univerſi, ſimplices primique morbi, ac veluti caeterorum elementa. Tertium deinceps, quot ex his compoſiti prodeant.

Cap. II. Sumendum profecto etiam hic conceſſum principium, univerſos homines tum ſe ſanitate frui ſibi perſuadere, quum partium corporis functiones vitae actionibus inſervientes illaeſas ſortiuntur, laeſa vero ex ipſis aliqua,

Ed. Chart. VII. [1, 2.] Ed. Baſ. III. (199.)

ἡντιναοῦν ἐξ αὐτῶν, νοσεῖν ἐκείνῳ τῷ μέρει νομίζουσιν. εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, τὴν ὑγείαν ἐν δυοῖν τούτοιν ζητητέον, ἢ ἐν ταῖς κατὰ φύσιν ἐνεργείαις, ἢ ἐν ταῖς κατασκευαῖς τῶν ὀργάνων, ὑφ' ὧν ἐνεργοῦμεν· ὥστε καὶ ἡ νόσος ἢ ἐνεργείας ἐστὶν, ἢ κατασκευῆς βλάβη. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ κοιμώμενοι, καὶ ἄλλως ἐν σκότῳ καὶ ἡσυχίᾳ διάγοντες, ἢ κατακείμενοι πολλάκις οὔτε τι μέρος κινοῦμεν, οὔθ' ὅλως αἰσθανόμεθα|τῶν ἔξωθεν οὐδενὸς, οὐδὲν μὴν ἧττον ὑγιαίνομεν, κἂν τούτῳ δῆλον, ὡς οὐ τὸ ἐνεργεῖν ἐστι τὸ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τὸ [2] δύνασθαι. δυνάμεθα δὲ ἐνεργεῖν ἐκ τῆς κατὰ φύσιν κατασκευῆς· ἐν ταύτῃ ἄρα τὸ ὑγιαίνειν ἐστίν. ἕξει δὴ λόγον αἰτίας ἡ κατασκευὴ πρὸς τὴν ἐνέργειαν· ὥστ', εἴτε τὴν κατὰ φύσιν ἁπάντων τῶν μορίων κατασκευὴν ὑγείαν ὀνομάζειν ἐθέλοις, εἴτε τὴν τῶν ἐνεργειῶν αἰτίαν, εἰς ταὐτὸν ἄμφω τὼ λόγω συμβαίνουσιν. ἀλλ' εἴπερ ἡ ὑγεία τοῦτο, δῆλον ὡς ἡ νόσος τὸ ἐναντίον, ἤτοι κατασκευή τις παρὰ φύσιν, ἢ βλάβης ἐνεργείας αἰτία. δῆλον δὲ ὡς, εἰ καὶ διάθεσιν εἴποις παρὰ

ſe illius functionis miniſtra parte aegrotare augurari. Quod ſi haec ita ſeſe habeant, his in duobus ſanitas quaerenda eſt, aut in functionibus ſecundum naturam *prodeuntibus*, aut in organorum, quibus functiones edimus, ſtructura, proindeque morbus vel functionis vel ſtructurae laeſio eſt. Verum quum dormientes, aut alias in tenebris vel otio degentes, aut plerumque diſcumbentes neque partem aliquam movemus, neque quid externum omnino ſentimus, nihilominus tamen ſani ſumus. Atque hinc patet, non in actione, ſed in *agendi* poteſtate ſanitatem conſtitui. At functiones ex ea, quae ſecundum naturam eſt, ſtructura obire poſſumus; in ea itaque ſanitas conſiſtit, proindeque ad functionem edendam ſtructura cauſae rationem obtinebit. Quare ſive naturalem omnium partium ſtructuram ſanitatem nominare volueris, ſive functionum cauſam, in idem utraque incidit oratio. Quod ſi hoc ſit ſanitas, conſtat, ejus contrarium eſſe morbum, aut ſtructuram aliquam praeter naturam, aut laeſae functionis cauſam. At manifeſtum eſt, quod,

Ed. Chart. VII. [2.] Ed. Baſ. III. (199.)

φύσιν, ὀνόματί τε χρήσῃ παλαιῷ καὶ δηλώσεις ταὐτό. κατὰ πόσους δὲ τρόπους ἐξιστάμενα τὰ σώματα τοῦ κατὰ φύσιν ἐμποδίζεται περὶ τὰς ἐνεργείας, εἴπερ εὕροιμεν, οὕτως ἂν ἤδη τὸν ἀριθμὸν ἁπάντων τῶν ἁπλῶν νοσημάτων εὑρηκότες εἴημεν. ἀρχὴ δὲ κἀνταῦθα ὁμολογουμένη, σύμμετρον μὲν εἶναι τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἐν ζώῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν φυτῷ καὶ σπέρματι καὶ ὀργάνῳ παντὶ, τὸ δὲ αὖ παρὰ φύσιν ἄμετρον. εἴη ἂν οὖν ἡ μὲν ὑγεία συμμετρία τις, ἡ δὲ νόσος ἀμετρία. τίνων οὖν ἡ νόσος ἀμετρία, σκεπτέον ἐφεξῆς. ἢ δηλονότι, ὥνπερ ἡ ὑγεία συμμετρία, τούτων ἡ νόσος ἀμετρία; εἰ μὲν οὖν ἐν πόρων συμμετρίᾳ τὸ ὑγιαίνειν ἐστὶν, ἐν πόρων ἀμετρίᾳ γενήσεται καὶ τὸ νοσεῖν· εἰ δ' ἐν εὐκρασίᾳ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ τὸ ὑγιαίνειν ἐστὶν, ἐν τῇ τούτων δυσκρασίᾳ καὶ τὸ νοσεῖν ἐξ ἀνάγκης συμβήσεται. κατὰ ταὐτὰ δὲ, κἂν ἐν ἄλλῳ τινὶ γένει συμμέτρῳ τὸ ὑγιαίνειν ὑπάρχῃ, δῆλον ὡς καὶ τὸ νοσεῖν

ſi quoque affectum praeter naturam dixeris, et priſco uſus fueris nomine, et idem ſignificaveris. Quot vero modis corpora ab eo, quod ſecundum naturam eſt, in functionibus *obeundis* decedentia interturbantur, ſi invenerimus, eadem via jam numerus omnium ſimplicium morborum nobis compertus erit. Hic autem principium concedatur, commoderatum id eſſe, quod ſecundum naturam eſt, non in animali ſolum, verum etiam in planta et ſemine omnique organo; quod vero rurſus praeter naturam eſt, incommoderatum. Sit igitur ſanitas commoderatio quaedam, morbus vero incommoderatio. Quorum ergo incommoderatio morbus ſit, deinceps ſpeculandum. An videlicet, quorum ſanitas commoderatio eſt, eorundem morbus incommoderatio exiſtit? Si itaque in meatuum commoderatione ſanitas ſit, in meatuum incommoderatione morbus erit; ſi vero in calidi, frigidi, ſicci et humidi temperie ſanitas conſtituatur, in eorundem intemperie morbum eſſe neceſſario conſequetur. Hac vero ratione, ſi in alterius cujusdam generis commoderatione ſanitas fuerit, conſtat quoque, morbum in ejus-

Ed. Chart. VII. [2.] Ed. Baſ. III. (199.)

ἐν τῷ κατ' ἐκεῖνο τὸ γένος ἀμέτρῳ συστήσεται. πάλιν δὲ δὴ τὸ αὐτὸ τοῦτ' ἐπισκεψώμεθα λογικώτερον. ἁπλοῦν εἴ τι σῶμα καὶ ἀκριβῶς ἐστιν ἕν, οὐκ ἄν ποτε δέξαιτο τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, οὐδ' ἂν εἴη τι κατ' ἐκεῖνο τὸ γένος ἕτερον ἑτέρου βέλτιόν τε καὶ χεῖρον· εἰ δ' ἐκ πλειόνων συγκέοιτο, πολλοὶ μὲν ἂν οὕτω γε τρόποι τῆς συνθέσεως ἐν αὐτῷ γίνοιντο βελτίους τε καὶ χείρους· εἴη δ' ἂν οὕτω καὶ αὐτὰ τὰ συντιθέμενα κρείττω τε καὶ φαυλότερα· τὸ δ' ἄριστα συγκείμενον ἁπάντων ἄριστον ἂν εἴη τῶν ὁμογενῶν. ἆρ' οὖν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττόν ἐστιν, ὡς τὸ μὲν ἄκρως εὐεκτικὸν εἰπεῖν, τὸ δ' ἁπλῶς εὐεκτικόν, οὐ μὴν ἄκρως, καὶ τουτὶ μὲν ὑγιεινόν, οὐ μὴν εὐεκτοῦν, ἕτερόν δέ τι δυσαρεστούμενον, ἄλλο δὲ ἤδη νοσοῦν, καὶ τούτου τὸ μὲν ἐπιεικῶς, τὸ δὲ ὀλεθρίως, καὶ τὸ μὲν μετρίως, τὸ δὲ σφοδρῶς; ἢ πάντες ὁμοίως διακείμεθα νοσοῦντές τε καὶ ὑγιαίνοντες; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. οὐκ οὖν ἕν ἐστι τὸ τῶν ζώων σῶμα, καθάπερ ἢ ἄτομος ἢ Ἐπικούρειος, ἢ τῶν ἀνάρμων τι

dem generis incommoderatione conſtituendum eſſe. Enimvero hoc ipſum rurſus ſubtilius contemplemur. Si quod corpus ſimplex ac exacte unum ſit, id nunquam intenſionem et remiſſionem admitteret, neque eo in genere alterum altero melius aut deterius daretur. At ſi ex pluribus compoſitum ſit, multi ſane hoc pacto compoſitionis modi in ipſo erunt tum meliores, tum deteriores. Erunt etiam eadem ratione ipſa compoſita et meliora et deteriora. Quod autem omnium optime conſtitutum eſt, id eorum, quae ejusdem ſunt generis, erit optimum. Num igitur in animalium corporibus et magis et minus exiſtit, adeo ut illud optimi ſit habitus, hoc ſimpliciter boni habitus, non autem optimi, et hoc quidem ſanum, non tamen boni ſit habitus, aliud praeterea, quod vix morbo reluctetur, aliud denique, quod jam aegrotet, atque hujus *generis* alterum leviter, alterum periculoſe, illud mediocriter, hoc vehementer *aegrotet*? An omnes peraeque affecti ſumus tum aegri, tum ſani? Hoc proferre nefas. Itaque non unum eſt animalium corpus, veluti Epicuri atomus, aut incompactum aliquod Aſcle-

Ed. Chart. VII. [2. 3.] Ed. Baſ. III. (199.)

τῶν Ἀσκληπιάδου· σύνθετον ἄρα πάντως. ἀλλ' εἰ μὲν ἐξ ἀτόμων, ἢ ἀνάρμων, ἢ ὅλως ἐξ ἀπαθῶν τινων σύγκειται, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τῷ ποιῷ τῆς συνθέσεως ἕξει δίκην οἰκίας ἐξ ἀπαθῶν μὲν λίθων συγκειμένης, οὐ μὴν ἐν τῇ συνθέσει γε πάντῃ κατορθουμένης. εἰ δὲ εἶεν οἷοί τε πάσχειν τι καὶ οἱ λίθοι, πολυειδέστερον ἂν οὕτω γε τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπάρχοι κατὰ τὴν οἰκίαν. εἰ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τῶν ἡμετέρων σωμάτων ἀλλοιοῦσθαί τε καὶ πάσχειν πέφυκεν, οὐ μόνον ἂν ἐν τῇ συνθέσει τε καὶ οἷον διαπλάσει τῶν μορίων, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλων ἑαυτῶν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐπιδέχοιτ' ἄν. καὶ δὴ καὶ νοσήσει δηλονότι δι' ὅλων ἑαυτῶν εἴδη τοσαῦτα νοσημάτων ἁπλᾶ τε καὶ πρῶ[3]τα καὶ οἷον στοιχεῖα τῶν ἄλλων, ὅσαπερ ἂν ᾖ τὰ συντιθέντα. τοῦτο δὲ τὸ δι' ὅλων οὐκ ἐν τοῖς ἀπαθέσιν ἐστὶ στοιχείοις· οὐ γὰρ ἐνδέχεται παθεῖν τι τὴν ἄτομον αὐτὴν, ἀλλ' ἐν τῇ συνθέσει τε καὶ διαπλάσει τὸ πάθημα.

piadis corpuſculum. Quamobrem plane compoſitum *erit*. Quod ſi ex atomis, aut incompactis, aut omnino ex impatibilibus quibusdam *corpuſculis* conſtrueretur, in compoſitionis duntaxat qualitate magis minusque ſuſciperet domus inſtar ex impatibilibus lapidibus conſtructae, non tamen in ſtructura etiam omni ex parte rectae. Quod ſi qua in re pati poſſe ipſos lapides contingeret, ut varios *patiendi* modos, ita magis minusque domus ipſa *ſuſciperet*. At ſi ipſa noſtrorum corporum elementa et alterari et pati ſua natura conſueverint, non ſolum in compoſitione, ut et partium conformatione, verum etiam per ſe ipſa tota magis minusque ſuſcipient. Proindeque ipſa per ſe tota tot nimirum morborum generibus, iisque ſimplicibus ac primis et veluti caeterorum elementis aegrotabunt, quot fuerint ea, quae compoſitionem efficiunt. Haec autem *verba*, per ſe tota, impatibilibus elementis nequaquam accidunt. Non enim conceſſum eſt, quicquam pati individuam ipſam atomum, ſed in compoſitione et conformatione affectionem *comperiri*.

Ed. Chart. VII. [3.] Ed. Baſ. III. (199.)

Κεφ. γ'. Σύνθεσις δὲ καὶ διάπλασις ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ὑπάρχει τριττή· πρώτη μὲν ἡ τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων, ἀρτηριῶν, καὶ φλεβῶν, καὶ νεύρων, καὶ ὀστῶν, καὶ χόνδρων, καὶ συνδέσμων, ὑμένων τε καὶ σαρκῶν· δευτέρα δὲ ἡ τῶν ὀργανικῶν, ἐγκεφάλου τε καὶ καρδίας, καὶ πνεύμονος, καὶ ἥπατος, καὶ κοιλίας, καὶ σπληνὸς, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ νεφρῶν· τρίτη δὲ ἡ τοῦ σύμπαντος σώματος. ἕκαστον γὰρ τῶν ὀργανικῶν τούτων μορίων ἔκ τινων ἑτέρων ἁπλῶν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν σύγκειται, κἀκείνων ἕκαστον ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων. σαρκὸς οὖν αὐτῆς, ἥ σάρξ, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ διαφορὰ, ἥ μέντοι μόριον ὀργάνου, παρά τε τὴν διάπλασιν καὶ τὸ μέγεθος· καὶ γὰρ οὖν καὶ αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἐν τούτοις αἱ διαφοραί. πόσα τοίνυν ἐστὶ καὶ τίνα κατὰ τὴν πρώτην ὑπόθεσιν τὰ σύμπαντα νοσήματα τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, διελθόντες, ἑξῆς ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταβησόμεθα, τὴν ἀλλοιοῦσθαί τε καὶ τρέπεσθαι τὴν οὐσίαν ὅλην δι' ὅλης ἑαυτῆς ὑποτιθεμένην.

Cap. III. At compoſitio et conformatio in animalium corporibus eſt triplex: prima partium, quas vocant, ſimilarium, arteriarum, venarum, nervorum, oſſium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum et carnium; ſecunda vero organicarum, cerebri, cordis, pulmonis, hepatis, ventriculi, lienis, oculorum et renum; tertia denique totius corporis. Etenim unaquaeque harum partium organicarum ex aliis quibusdam ſimplicibus quoad ſenſum eſt conſtituta; illarum vero quaeque ex primis conſtat elementis. Carnis igitur ipſius; quatenus caro eſt, in ſola primorum elementorum compoſitione differentia conſiſtit; at quatenus pars organi, in conformatione et magnitudine. Itaque ipſorum quoque organorum his in ipſis differentiae ſunt. Productis igitur, quot et qui ſint ex prima ſuppoſitione, omnibus ſimilarium corporum morbis, ad ſecundam deinceps migrabimus, ad eam nimirum, quae ſubſtantiam totam per ſe totam alterari tranſmutarique ſupponit.

Ed. Chart. VII. [3.] Ed. Baſ. III. (199. 200.)

Κεφ. δ'. Ἔστι δὲ δύο τὰ πρῶτα πάθη, τὸ μὲν εὐρύτης τις πόρων, τὸ δὲ στέ(200)γνωσις. ἀπαθῶν γὰρ ὑποκειμένων τῶν πρώτων στοιχείων, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τὰ παθήματα· συνθέσεως δὲ πάσης αἱ προειρημέναι διαφοραί. ὥστ' ἀναγκαῖον ἑῤῥῶσθαι μὲν ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν, ὁπόταν ἡ συμμετρία τῶν πόρων αὐτοῦ φυλάττηται, διαφθειρομένης δὲ ταύτης ἐξίστασθαι τοῦ κατὰ φύσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ συμμετρίας ἁπάσης ἡ διαφορὰ διττὴ, (τὸ μὲν γὰρ ὑπερβολὴ, τὸ δὲ ἔλλειψις,) δῆλον, ὡς καὶ τὰ πρῶτα νοσήματα τῶν ἁπλῶν σωμάτων ἔσται διττὰ, τὸ μὲν εὐρύτης τις πόρων, τὸ δὲ στέγνωσις. καὶ ὀστοῦν δὴ καὶ σὰρξ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ἁπλῶν σωμάτων πρὸς τὴν αἴσθησιν, εἰ μὲν στεγνότερον ἢ μανότερον εἴη τοῦ συμμέτρου, κακῶς διακεῖσθαι φήσομεν, εἰ δ' ἐν τῷ μέσῳ τῆς ὑπερβολῆς ἑκατέρας, ὡς ἂν μάλιστα συμφέρῃ ταῖς χρείαις αὐτῶν, ἄκρως ὑγιαίνειν ἐροῦμεν τηνικαῦτα· τὰ δὲ ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἀκριβοῦς συμμετρίας βραχείας ἐκτροπὰς οὐδέπω μὲν εἶναι νόσους,

Cap. IV. Sunt autem duo primi morbi, alter quaedam meatuum dilatatio, alter aſtrictio. Impatibilibus namque ſuppoſitis primis elementis, in compoſitione ſola erunt morbi. Compoſitionis autem omnis differentiae prius enarratae ſunt. Quare neceſſe eſt unamquamque partium ſimilarium recte valere, quum commoderatio meatuum ipſius conſervatur, qua labefactata de naturali ſtatu ipſa decedit. Sed quoniam cujuscunque commoderationis differentia eſt duplex, altera exuperantia, altera penuria, liquet, primos ſimplicium corporum morbos fore duplices, alterum quandam meatuum dilationem, alterum aſtrictionem. Os itaque, caro et aliorum corporum pro ſenſus judicio ſimplicium unumquodque ſi aſtrictius aut laxius ſit commoderato, id male affectum eſſe proferemus. At ſi in utriusque exuperantiae medio ſit, ita ut ipſius functionibus maxime conferat, tunc ſumme ſanum eſſe pronunciabimus. Breves autem a medio ad utrumque exquiſitae commoderationis extremum deceſſiones nequaquam morbos eſſe dicemus, quoad

Ed. Chart. VII. [3. 4.] Ed. Baſ. III. (200.)

ἔστ᾽ ἂν μηδέπω βλάβην αἰσθητὴν ἐνεργείας τινὸς ἀπεργάζωνται· πολὺ δ᾽ ἐν ταύταις ὑπάρχειν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ὡς ἂν ἱκανὸν ἐχούσης διάστημα τῆς νοσώδους ἀμετρίας παρὰ τὴν ἀκριβῶς ὑγιεινὴν συμμετρίαν· ἐν τούτῳ δὴ παντὶ τῷ πλάτει τὰς τῶν ὑγιαινόντων συνίστασθαι διαφοράς· ἐν δὲ τῷ μετὰ τοῦτο, τῷ τῆς αἰσθητῆς ἀμετρίας, τὰς νόσους, ἄχρις ἂν ἐπ᾽ ἐκείνην ἀφίκωνται τὴν ἀμε[4]τρίαν, ἥτις ἤδη φθορὰν ἐργάζεται τοῦ μορίου. οὐ γὰρ δὴ μέχρι γε παντὸς στεγνοῦσθαί τε καὶ μανοῦσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα πέφυκεν, ἀλλ᾽ ἔστι τις κἀνταῦθα ὅρος, οὗ περαιτέρω προελθεῖν αὐτοῖς ἄνευ διαλύσεώς τε καὶ φθορᾶς ἀδύνατον. ἡ μὲν δὴ τῶν ἀπαθῶν στοιχείων ὑπόθεσις ὧδε ἔχει.

Τῶν δὲ πάσχειν ὑποτιθεμένων αὐτὰ, καὶ μέντοι καὶ δρᾶν εἰς ἄλληλα, καὶ κεράννυσθαι δι᾽ ὅλων, ὅσαπερ ἂν ὑπόθηταί τις εἶναι τὰ πρῶτα στοιχεῖα, τοσαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐρεῖ καὶ τὰ πρῶτα νοσήματα. φέρε γὰρ εἶναι τὰ πρῶτα στοιχεῖα τέτταρα, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν,

manifeſtam functionis alicujus laeſionem effecerint; ſed in his multum et magis et minus exiſtere, adeo ut, quam magnum ſit intervallum ab incommoderatione morboſa ad exquiſite ſanam commoderationem, in hac tota latitudine ſanorum differentiae conſiſtant. At in altero ipſum ſubſequenti intervallo, quod ſenſibilis eſt incommoderationis, morbos collocamus, donec ad illam devenerint incommoderationem, quae jam partis corruptionem molitur. Neque enim animalium corpora quocunque modo aſtringi dilatarique ſuapte natura poſſunt, ſed eſt quidam hic terminus, ultra quem ipſa citra diſſolutionem corruptionemque progredi nequeant. Atque haec profecto impatibilium elementorum ſuppoſitio ita ſe habet.

Qui vero ipſa pati elementa, nihiloque minus in ſe invicem agere, et per ſe tota commiſceri ac temperari ſupponunt, quot eorum aliquis prima eſſe elementa ſuppoſuerit, totidem primos quoque morbos neceſſario conſtituet. Nam concede, prima elementa eſſe quatuor, calidum, frigi-

Ed. Chart. VII. [4.] Ed. Baſ. III. (200.)

καὶ τὸ ὑγρὸν, ἐκ τούτων δὲ κερανυμένων ἀλλήλοις συμμέτρως μὲν ὑγιαίνειν τὸ ζῶον, ἀμέτρως δὲ νοσεῖν. ἔσται δὴ καὶ τὰ πρῶτα νοσήματα τέτταρα, τό θ' ὑπὲρ τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν πρῶτον θερμὸν, καὶ δεύτερον τὸ ψυχρὸν, καὶ τρίτον τὸ ὑγρὸν, καὶ τέταρτον τὸ ξηρόν. αὗται μὲν καὶ αἱ κατὰ τὴν δευτέραν ὑπόθεσιν νόσοι τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων σωμάτων, ἃ δὴ καὶ τελέως ἁπλᾶ φαίνεται.

Τὰ δὲ τῶν συνθέτων ἐν ἡμῖν ὀργάνων νοσήματα κοινὰ τῶν ὑποθέσεων ἑκατέρων ἐστίν. ἐπέλθωμεν οὖν καὶ ταῦτα διὰ βραχέων, αὐτὸ τοῦτο πρῶτον ἐπιδεικνύντες, ὅπως ἐστὶ κοινά. δεομένου δὴ παντὸς τοῦ πρὸς αἴσθησιν συνθέτου σώματος, ὃ δὴ καὶ ἀνομοιομερὲς ὀνομάζουσιν, εἰ μέλλοι καλῶς ἐνεργήσειν, οὔτ' ἐξ οἵων ἔτυχε συγκεῖσθαι μορίων τῶν ἁπλῶν, οὔτ' ἐξ ἀριθμοῦ τινος ἢ μεγέθους οὐ προσήκοντος, οὔθ' ὃν ἔτυχε τρόπον συνθέσεως ὑπάρχειν, ἐν τέσσαρσι τούτοις γένεσι τὰ τῶν ὀργάνων ἅπάντων ἔσται νοσήματα. διαφοραὶ δὲ καθ' ἕκαστον γένος αἵδε. κατὰ μὲν τὸ πρῶτον

dum, ſiccum et humidum; ex hisque inter ſe temperatis, commoderate quidem, ſanitate frui animal, incommoderate vero, aegrotare. Erunt quoque primi morbi quatuor: primus calidum praeter naturalem commoderationem; ſecundus frigidum; tertius humidum; quartus demum ſiccum. Hi ſunt ex ſecunda ſuppoſitione morbi partium, quae ſimilares appellantur, atque ſimplices omnino conſpiciuntur.

Compoſitorum vero in nobis organorum morbi utrique ſuppoſitioni communes exiſtunt. Hos igitur paucis percurramus, et hoc ipſum in primis, quomodo ſint communes, demonſtremus. Quum ſane oporteat corpus omne ad ſenſum compoſitum, quodque diſſimilare appellitant, ſi probe ſuas functiones obiturum ſit, non ex qualibuscunque, ut ſors tulerit, partibus ſimplicibus, neque ex aliquo numero aut magnitudine non congruente conſtitui, neque fortuitum hunc eſſe compoſitionis modum, in quatuor his generibus organorum omnium erunt morbi. At ſingulorum generum hae ſunt differentiae: primi quidem generis enarrati, quum

Ed. Chart. VII. [4.] Ed. Baſ. III. (200.)

ῥηθὲν, ὅταν ἡ προσήκουσα μορφὴ τοῦ μορίου διαφθείρηται, ἢ σχῆμα μὴ δέον, ἢ κοιλότητα λαβόντος, ἢ πόρον, ἤ τι τούτων ἀπολέσαντος, ὧν εἶναι δέον. ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ ἡ τραχύτης αὐτοῦ καὶ ἡ λειότης οὐ προσηκόντως ὑπαλλαττόμεναι. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ γένει, τῷ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἁπλῶν καὶ πρώτων μορίων, διττὴ νοσημάτων ἔσται διαφορὰ, ἢ ἐλλείποντός τινος ὧν εἶναι δέον, ἢ πλεονάζοντος ὧν οὐκ εἶναι δέον. καὶ μὲν δὴ κἂν τῷ τρίτῳ γένει, τῷ κατὰ τὸ μέγεθος, ὁμοίως διττὴ νοσημάτων ἔσται διαφορά. μεῖζον γὰρ εἴτι γένοιτο, δεόμενον ἐλάττον ὑπάρχειν, ἢ αὖθις ἐλάττον ἀποτελεσθείη, μεῖζον εἶναι δεόμενον, οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸ σύμπαν ὄργανον. ἐν δὲ δὴ τῷ λοιπᾷ γένει τῶν νοσημάτων, τῷ κατὰ τὴν σύνθεσιν, ἤτοι τῆς κατὰ φύσιν ἐξαλλαττομένης θέσεως, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν μορίων κοινωνίας, αἱ διαφοραὶ συστήσονται. ὥσπερ δ' ἐκ τῶν ἁπλῶν σωμάτων ἕκαστον τῶν πρώτων ὀργάνων ἢ κατορθοῦται συντιθέμενον ἢ διαμαρτάνεται, καὶ ἐκ τούτων αὐτῶν τό θ' ὑγιαίνειν ὑπάρχει καὶ τὸ νο-

decens partis conformatio labefactata fuerit, aut figuram non idoneam, aut cavitatem, aut meatum acceperit, aut horum aliquid perdiderit, quae adeſſe oportebat. Ex hoc genere quoque ſunt aſperitas ipſius et laevitas indecenter immutatae. Secundi vero generis, quod in ſimplicium primarumque partium numero continetur, duplex erit morborum differentia, aut alicujus rei, quam ineſſe congruebat, penuria, aut rei minime neceſſariae exuperantia. Tertii quoque generis, quod ad magnitudinem ſpectat, ſimiliter duplex differentia. Si quid enim majus increverit, quod minus eſſe oporteat, aut contra minus evaſerit, quod grandius eſſe decebat, nequaquam recte ſe habuerit univerſum organum. Reliqui demum generis morborum ſtructurae aut in ſitu a naturali ſede immutato, aut interturbata partium inter ſe ſocietate differentiae conſtituentur. Quemadmodum autem ex ſimplicibus corporibus unumquodque primorum organorum vel integram vel vitiatam ſtructuram ſortitur, at-

Ed. Chart. VII. [4. 5.] Ed. Baſ. III. (200.)

σεῖν, οὕτω πάλιν ἐξ αὐτῶν τούτων τῶν ὀργάνων τῶν πρώτων τὰ δεύτερα συνίσταται. μῦς μὲν γὰρ καὶ φλὲψ καὶ ἀρτηρία τῶν πρώτων ὀργάνων, δάκτυλος δὲ τῶν δευτέρων, καὶ τούτου μᾶλλον ἔτι πούς καὶ ποδὸς τὸ σκέλος. καθόλου γὰρ, ὅσα μὲν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν συνελθόντων ἐγένετο μιᾶς ἐνεργείας ἕνεκεν, ἐν τοῖς πρώτοις ὀργάνοις ἀριθμηθήσεται, τὰ δ' ἐκ τούτων πάλιν συντιθέμενα, κἂν ὅτι μάλιστα μίαν ἐργάζηται τοῦ παντὸς ὀργάνου τὴν ἐνέργειαν, ἐν τοῖς δευτέροις τετάξεται. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ τούτων τῶν ὀργάνων ἔσται νοσήματα τοῖς ἐπὶ τῶν πρώτων εἰρημένοις. [5] ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ὀργάνων τῆς διαφορᾶς ἐν ἑτέρῳ διήρηται λόγῳ, τίνα μὲν ἀκριβῶς ἐστι τὰ πρῶτα, τίνα δ' ἐπ' αὐτοῖς δευτερά τε καὶ τρίτα καὶ τέταρτα τίθεσθαι προσῆκεν. ἔνια γὰρ ἐπαμφοτερίζει τοῖς γνωρίσμασιν, ὡς καὶ πρῶτα δοκεῖν εἶναι καὶ δεύτερα. δεῖται δὲ οὐδὲ ὅ γε παρὼν λόγος τῆς τοιαύτης ἀκριβολογίας· εἰς ἓν δὲ τοῦτ' ἀποβλέπειν ἀξιῶ, εἴθ' ἁπλοῦν ἐστιν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν, εἴτε σύνθετον τὸ μόριον. τοῦ μὲν

que ex his ipſis ſanitas aut morbus exiſtit, ſic rurſus ex ipſis primis organis ſecunda conſtituuntur. Muſculus etenim, vena et arteria primorum ſunt organorum, digitus ſecundorum, et hoc magis etiam pes, atque pede magis crus. Nam in univerſum, quaecunque ex ſimilaribus partibus congruentibus unius functionis gratia procreata ſunt, inter prima organa numerabuntur. Quae vero rurſum ex his componuntur, etiamſi unam quam maxime organi functionem obeant, inter ſecunda ordine collocabuntur. Iidem vero et horum organorum erunt morbi, qui primorum eſſe enarrati ſunt. Sed de organorum differentiis alio in libro diſſeruimus, quae nimirum abſolute prima ſint, et poſt haec ſecunda et tertia et quarta collocari conveniat. Nonnulla ſiquidem utrinque habent notas, ut tum prima, tum ſecunda eſſe videantur. At praeſens oratio ejusmodi accurata tractatione non indiget. Ad id tamen unum ſpectare velim, an ſimplex quoad ſenſum, an compoſita ſit pars. Simpli-

Ed. Chart. VII. [5.] Ed. Baſ. III. (209.)

γὰρ ἁπλοῦ τὰ πρῶτα ῥηθέντα νοσήματα τῇ διαφορᾷ τῶν φυσικῶν στοιχείων εἰσὶ διωρισμένα, τοῦ συνθέτου δὲ τὰ δεύτερα, κοινὰ τῶν ὑποθέσεων ὑπάρχοντα. γένος δ' οὐδέν ἐστι νοσήματος οὔτε ἐν τοῖς ἁπλοῖς σώμασιν οὔτ' ἐν τοῖς συνθέτοις ἴδιον ἑκατέρων· ἡ γὰρ τῆς διαιρέσεως μέθοδος ἐνδείκνυται τὸ ἀδύνατον· ἀλλ' ἓν ἔτι ἐστὶ κοινὸν ἁπάντων τῶν σωμάτων καὶ τῶν συνθέτων, εἴτ' οὖν τῶν πρώτων ὀργάνων, εἴτε καὶ τῶν δευτέρων, εἴτε καὶ τῶν τρίτων ὑπάρχει τὸ νῦν λεχθησόμενον. μέθοδος δὲ καὶ τούτου τῆς εὑρέσεως τὸ κοινῇ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ὑπάρχον μορίοις. εἰ γὰρ ὑπάρχει τι κοινὸν αὐτοῖς ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, ὡς ἐνέργειαν ἢ χρείαν τινὰ τῷ ζώῳ παρεχόμενον, πάντως δήπου καὶ διαφθειρομένου τούτου κοινόν αὐτοῖς τι καὶ νόσημα συστήσεται. τί δὲ τοῦτ' ἔστι τὸ πᾶσιν ὑπάρχον κοινόν; ἕνωσις τῶν ἰδίων μορίων, ἧς ἕκαστον μεταλαβὸν ἓν εἶναι λέγεται καὶ μίαν ἐνέργειαν ἢ χρείαν ἀποτελεῖν. εἰ δὲ καὶ ἥδε λύοιτο κατά τι, νόσος καὶ τοῦτ' ἔστι τοῦ μέρους. οἷον δέ τι καθ' ἕκαστον τῶν

cis etenim partis primi dicti morbi naturalium elementorum differentia definiti ſunt. Ad compoſitam autem partem ſecundi ſpectant, qui utrique ſuppoſitioni ſunt communes. Nullum vero morbi genus eſt, neque in ſimplicibus corporibus, neque in compoſitis, quod ſit utrisque proprium. Diviſionis ſi quidem methodus id fieri non poſſe demonſtrat. At unus eſt praeterea morbus omnibus corporibus tum ſimplicibus, tum compoſitis communis, ſive ea prima ſint organa, ſive ſecunda, ſive tertia, jam nunc explicandus. At hujusce inventionis morbi via eſt, quod omnibus dictis partibus communiter datur. Si quid enim ipſis ſecundum naturam ſe habentibus inſit commune, quod animanti functionem aut uſum aliquem praeſtet, id profecto ſi prorſus vitietur, communis quidam in ipſis morbus conſtituetur. Sed quid hoc, quod omnibus commune tribuitur? Propriarum partium unitas, qua unumquodque praeditum unum eſſe et unam functionem uſumve perficere dicitur. Haec ſi qua occaſione ſolvatur, id partis morbus eſt. Quale vero no-

Ed. Chart. VII. [5.] Ed. Baſ. III. (200.)

μορίων ἡ νόσος ἥδε κέκτηται τοὔνομα, μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν καὶ τὰς τῶν εἰρημένων γενῶν διαφορὰς εἰς τὰ κατὰ μέρος εἴδη διελώμεθα.

Κεφ. ε'. Καὶ δὴ ποιῶμεν ἤδη τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῆς προτέρας ὑποθέσεως ἀρξάμενοι. δύο οὖν ἐν ταύτῃ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ὑπῆρχε νοσήματα ἐν πόρων ἀμετρίᾳ συνιστάμενα, τὸ μὲν εὐρύτης τις αὐτῶν οὖσα, τὸ δὲ στέγνωσις. ἑκατέρου δὲ τούτων ἡ διαφορὰ διττή. στεγνώσεως μὲν οὖν συνίζησίς τε τοῦ σώματος εἰς ἑαυτὸ πανταχόθεν, καὶ αὐτῶν τῶν πόρων ἔμφραξις· εὐρύτητος δὲ τοῦ μὲν σώματος εἰς πᾶν μέρος ἔκτασις, αὐτῶν δὲ τῶν πόρων οἷον ἀναπέτειά τις οὖσα ἐκπτώσει τῶν στοιχείων, ἃ δὴ καὶ κυρίως σώματα προσαγορεύεσθαι φασὶν ἁπλᾶ τε καὶ πρῶτα ὑπάρχοντα· τὰ γὰρ ἐκ τούτων συντιθέμενα συγκρίματα καλοῦσιν. ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ὑποθέσεως ἡ διαφορὰ τῶν νοσημάτων διττὴ τυγχάνει, ποτὲ μὲν δὴ ταῖς ποιότησι μόναις ἀλλοιουμένων τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, ἔστιν ὅτε δὲ ῥυείσης εἰς αὐτά τινος οὐσίας τὰς

men ſingulis in partibus hic morbus ſortiatur, paulo poſt dicemus, ubi dictorum generum differentias in ſpecies particulares diviſerimus.

Cap. V. Atque profecto id jam rurſus a priori ſuppoſitione ducto exordio moliamur. Duo itaque ex hac *ſuppoſitione* ſimilarium partium morbi poſiti ſunt, qui in meatuum incommoderatione conſiſtunt. Unus quaedam ipſorum *meatuum* dilatatio eſt, alter aſtrictio. Utriusque vero eorum differentia duplex. Aſtrictionis quidem corporis undique in ſe ipſum conſidentis anguſtia, atque ipſorum meatuum obſtructio. Dilatationis vero corporis ducta in omnem partem extenſio; ipſorum meatuum veluti quaedam laxitas ex procidentia elementorum, quae corpora proprie appellari aſſeverant, quum ſimplicia ac prima ſint. Nam quae ex his componuntur, concreta vocant. Porro ex ſecunda ſuppoſitione duae ſunt morborum differentiae: *prior*, quum ſimilares partes ſolis qualitatibus alterantur; *poſterior*, quum ad ipſas *partes* aliqua ſubſtantia dictis praedita quali-

Ed. Chart. VII. [5. 6.] Ed. Baſ. III. (200. 201.)

εἰρημένας ἐχούσης ποιότητας. ὁ μὲν δὴ δεύτερος τρόπος, ὄγκον περὶ τοῖς σώμασιν ἐργαζόμενος, ὑπ' οὐδενὸς ἀγνοεῖται τῶν ἰατρῶν. ἐρυσιπέλατα γὰρ, καὶ φλεγμοναὶ, καὶ οἰδήματα, καὶ φύματα, καὶ φύγεθλα, καὶ χοιράδες, ἐλεφαντιάσεις τε καὶ ψῶραι, καὶ λέπραι, καὶ ἀλφοὶ, καὶ σκίῤῥοι τούτου τοῦ γένους εἰσὶν, οὐδένα λαθεῖν δυνάμενα. τὰ δ' ἐν τῇ τῶν ποιοτήτων αὐτῶν μόνῃ δυσκρασίᾳ (201) συνιστάμενα νοσήματα δυσφωρατότερα, πλὴν εἰ μὴ μεγάλη ποθ' ἡ τοῦ μέρους εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴ γένοιτο. τηνικαῦτα γὰρ ἅπασιν ἤδη γνωρίζεται ῥᾳδίως, ἐπὶ μὲν ὅλου τοῦ σώματος ὀνομαζομένη πυρετὸς, [6] ἐπειδὰν τὸ θερμὸν κρατῇ, καὶ κατὰ τὰ μόρια δ' ἐναργῶς ἐνίοτε φαινομένη. καὶ γὰρ καὶ σκέλη τοῖς πλείω περιπατήσασιν ἀήθως, καὶ χεῖρες, εἴ τις ταύταις πονήσειεν ἐπιπλέον, ἢ ἐρέσσων, ἢ σκάπτων, ἤ τι τοιοῦτον διαπραττόμενος, ἐναργῶς φαίνονται θερμότεραι καὶ αὐτοῖς τοῖς κάμνουσι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ἁπτομένοις αὐτῶν. ἐὰν μέντοι τις ὄγκος μέγας προσγένηται τοῖς μορίοις, ἐπιῤῥυείσης τινὸς οὐσίας αὐτοῖς

tatibus fluit. Atque hic ſecundus modus, quem tumorem in partibus procreare nemo medicus ignorat. Etenim eryſipelata, phlegmonae, oedemata, phymata, phygethla, ſtrumae, elephantiaſis, ſcabies, lepra, vitiligines et ſcirrhi hujus ſunt generis, qui *morbi* neminem latere poſſunt. Verum qui morbi in ſola qualitatum ipſarum intemperie conſiſtunt, difficilius deprehenduntur, niſi magna partis in ſtatum videlicet praeter naturam everſio facta fuerit. Tunc enim jam ab omnibus facile cognoſcitur quae in toto corpore febris appellatur, quum calor exuperet; in partibus vero interdum etiam manifeſte ſe prodit. Etenim et crura iis, qui liberalius praeter conſuetudinem ambulaverint, et manus, ſi quis eas plurimum exercuerit, aut remigando, aut fodiendo, aut aliquid hujusmodi faciendo, manifeſte calidiores apparent tum ipſis laborantibus, tum externis, qui eos tetigerint. Si quis enim magnus tumor partibus adnaſcatur, exterius ipſis affluente ſubſtantia quadam calida, is ex ſecun-

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 852 sur 889

Ed. Chart. VII. [6.] Ed. Baſ. III. (201.)

θερμῆς, ἐκ τῆς δευτέρας ἔσται διαφορᾶς τῶν νοσημάτων. ἐκ δὲ τῆς πρώτης ταῦτά τε πάντα τὰ νῦν εἰρημένα καὶ ἢ καθ' ἓν ὁτιοῦν μέρος, ἢ τὸ σῶμα τοῦ ζώου σύμπαν, ἢ ἐξ ἐγκαύσεως ἡλίου, ἢ παρὰ πυρὶ θάλψεως ὑπολειπομένη συνίσταται διάθεσις, οἷαι καὶ αἱ τυφώδεις καὶ πυρετώδεις ὀνομαζόμεναι. τοῦ δὲ ἐναντίου τῷ θερμῷ νοσήματος τοῦ ψυχροῦ περὶ μὲν τοῖς ἄκροις ἐναργῶς ἡ διάθεσις συνίσταται πολλάκις οὕτως, ὥστε καὶ ἀποπεσεῖν αὐτὰ νεκρωθέντα, περὶ δὲ τῷ σύμπαντι σώματι, οἷα τοῖς ὁδοιπορήσασιν ἐν κρύει καρτερῷ γίνεται. πολλοὶ γὰρ τούτων, οἱ μὲν ἐν αὐταῖς ταῖς ὁδοῖς ἀπέθανον, οἱ δὲ εἰς πανδοχεῖον, πρὶν ἢ οἴκαδε παραγενέσθαι φθάσαντες, ἡμιθνῆτές τε καὶ κατεψυγμένοι φαίνονται. γίγνεται δὲ καὶ τοῖς ἀποπληκτικοῖς, καὶ τοῖς ἐπιληπτικοῖς, καὶ τοῖς τρομώδεσι, καὶ τοῖς σπασμώδεσιν ἡ τοιαύτη πολλάκις διάθεσις. καὶ τῶν ὑπὸ κρύους ἐν ὁδοῖς ἀποθανόντων οἱ μὲν ἐμπροσθοτόνοις, οἱ δὲ ὀπισθοτόνοις, οἱ δὲ τετάνοις, οἱ δὲ ταῖς καλουμέναις πήξεσιν ἑάλωσαν, οἱ δὲ ἀποπληξίᾳ τι παραπλήσιον ἔπαθον. ἐν δὴ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν, ἐν οἷς

da morborum erit differentia. Ex prima vero omnes nunc commemorati ſcaturiunt, quique vel in una quacunque parte, vel in univerſo animalis corpore, aut ab aeſtu ſolis, aut ignis calore remanens conſtituitur affectus; quales ſunt et qui typhodes et febriles nominantur. Morbi vero frigidi calido oppoſiti affectus extremas partes manifeſto adeo plerumque obſidet, ut ipſae emortuae decidant. At hujusmodi affectus in univerſo corpore iis oboritur, qui ſub vehementi frigore iter fecerint. Eorum enim plerique in ipſo itinere mortem obierunt; plerique etiam, priusquam domum appuliſſent, diverſorium aſſequuti, ſemimortui et congelidi ſub conſpectum veniunt. Talis affectus apoplecticis, epilepticis, tremulis et convulſis multoties accidit. Porro eorum, qui per iter frigore mortem occubuerunt, alii emproſthotono, alii opiſthotono, alii tetano, alii congelatione vocata correpti obriguerunt, alii quid apoplexiae ſimile perpeſſi ſunt. His in omnibus ſane, quibus aliquod ſymptoma ſu-

Ed. Chart. VII. [6.] Ed. Baſ. III. (201.)

ἐπιγίγνεταί τι σύμπτωμα, περιέλκει τὴν διάνοιαν τῶν πολλῶν ἐφ' αὑτὸ, ὡς τὸ μὲν σύμπτωμα νόσημά νομίζεσθαι, τὸ νόσημα δ' αὐτὸ τὴν αἰτίαν τοῦ συμπτώματος. ὅσοις μέντοι τῶν ἐνεργειῶν αἱ βλάβαι νοσήματα νομίζονται, κατὰ λόγον οὗτοι καὶ τοὺς σπασμοὺς, καὶ τὰς ἀναισθησίας, καὶ τὰς νάρκας, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα νοσήματα καλοῦσιν. ἀλλ' ἡμῖν ἐν ἀρχῇ διῄρηται περὶ τῶν ὀνομάτων, ὥστε γνωρίζειν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, οὐκ ἐν τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς εἶναι τὴν διαφωνίαν, ἀλλὰ ἐν τοῖς ὀνόμασιν. ἐκείνους μέντοι μέμψαιτ' ἄν τις μόνους, ὅσοι μὴ διαφυλάττουσιν ἐν ἅπασι τὴν σφετέραν ὑπόθεσιν, ἀλλ' οἴονται σοφόν τι πράττειν, καίτοι γε πλημμελοῦντες. ἔστι γὰρ αὐτῶν ἀκοῦσαι διοριζομένων ἐνίοτε καὶ φασκόντων, εἰ μὲν ἐπὶ φλεγμονῇ γίγνοιτο σπασμὸς, ἐπιγέννημά τε καὶ σύμπτωμα εἶναι τῆς φλεγμονῆς αὐτὸν, εἰ δ' ἐπὶ δυσκασίᾳ μόνῃ, νόσημα. ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ πυρετοῦ ποιοῦσιν, ἐπειδὰν μὲν ἐπιγίγνηταί τινος μέρους αἰσθητὴ διάθεσις, σύμπτωμα νομίζοντες, εἰ δ' ἄλλως, νόσημά τε καὶ πάθος προσαγορεύοντες. τούτους μὲν οὖν μεμπτέον,

pervenit, id multorum ſententiam huc usque diſtrahit, ut ſymptoma morbum, morbum ipſum ſymptomatis cauſam eſſe exiſtiment. Quibus namque functionum laeſiones morbi eſſe videntur, hi rationis examine et convulſiones et ſtupores et torpores et hujusmodi caetera morbos vocitant. Verum nos initio de nominibus ita diſſeruimus, ut his omnibus innoteſcat, non de rebus ipſis, ſed de nominibus eſſe diſſidium. Illos ſiquidem ſolos aliquis arguet, qui ſuum in omnibus propoſitum ſervant; ſed quanquam aberrant, ſapienter tamen aliquid facere videntur. Eos enim audire licet, quum interdum diſtinguunt et aſſerunt, ſi phlegmonae convulſio ſuperveniat, ipſam convulſionem phlegmones et conſectariam propaginem eſſe et ſymptoma, ſi vero ſoli intemperiei ſuccedat, morbum. Idem quoque de febre ſtatuunt: eam ſiquidem ſymptoma eſſe ducunt, quum alicujus partis ſenſibilis affectus ſupervenit; ſi vero aliter, et morbum et affectionem appellant. Hi ſane improbandi ſunt, qui, quum ab

Ed. Chart. VII. [6. 7.] Ed. Baſ. III. (201.)

οὐκ ἀναμένοντας τὸν ἔξωθεν ἔλεγχον, ἀλλ' αὐτοὺς ἑαυτοῖς περιπίπτοντας. ὅσοι δ' ἤτοι τὰς βλάβας τῶν ἐνεργειῶν ὑποθέμενοι προσαγορεύειν νοσήματα διὰ παντὸς οὕτω ποιοῦσιν, ἢ καί τι τοιοῦτον ἄλλο παρορῶσιν, ἐν ὀνόμασιν ἐσφάλθαι χρὴ νομίζειν αὐτούς, οὐδὲν δὲ εἰς τὰ πράγματα πλημμελεῖν. εἴρηται δ' ἐπὶ πλέον ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων ἑτέρωθι, καὶ ὅστις ὀρθῶς αὐτοῖς βούλεται χρῆσθαι, τὴν πραγματείαν ἐκείνην ἀναλεγέσθω. νῦν δὲ (περὶ γὰρ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πρόκειται σκοπεῖσθαι) τῇ προειρημένῃ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων ἑπόμενοι τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα. περὶ μὲν δὴ τῶν χωρὶς ὕλης ἐπιῤῥύτου θερμῶν καὶ ψυχρῶν διαθέσεων εἴρηται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τά θ' ὑγρὰ καὶ ξηρὰ νοσήματα γενήσεται, τῆς ὅλης φύσεως ἀλλοιουμένης τῶν σωμάτων, οὐκ ἔξωθεν οὐσίαν τινὰ εἰς ἑαυτὰ δεχομένων. αἱ μὲν οὖν μικραὶ παραλλαγαὶ δυσφώρατοι, τὰς μεγάλας δ' ἔστιν ἐναργῶς ἰδεῖν ἐπὶ τῶν νεκρουμένων [7] μάλιστα μορίων. ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν οἷον τεταριχευμένα φαίνεται καὶ

externis reprehenſionem non expectent, ipſi tamen in ſe ipſos pugnantes decidunt. Qui vero vel functionum laeſiones morbos vocari ſupponentes perpetuo ita ſtatuunt, vel quid aliud ejusmodi negligunt, eos in nominibus errare, non autem in rebus ipſis peccare, exiſtimandum eſt. At omnia nomina ad medicam artem ſpectantia alibi fuſius explicata ſunt: et quicunque recte his uti velit, tractatum illum perlegat. Nunc vero quia res ipſas ſpeculari propoſitum eſt, praedictum nominum inſtitutum ſequentes ea deinceps aggrediamur. Equidem de calidis et frigidis citra materiam affluentem affectibus a nobis dictum eſt. Eodemque modo tum humidi, tum ſicci oborientur morbi, quum tota corporum haud aliquam materiam extrinſecus in ſeſe recipientium natura alteratur. Exiguae itaque alterationes difficillime deprehenduntur, magnas vero conſpicue licet cognoſcere, praeſertim in iis quae emoriuntur partibus. Etenim earum nonnullae veluti ſale conditae et admodum

Ed. Chart. VII. [7.] Ed. Baſ. III. (201.)

πάνυ ξηρὰ, καὶ τοῦτο μὲν σπανιώτερον· ἔνια δὲ οὕτω βρυώδη τε καὶ πλαδαρὰ καὶ θεωμένοις φαίνεται καὶ ἁπτομένοις, ὥστ', εἰ καὶ μόρια αὐτῶν ἐθέλοις μεταχειρίσασθαι, διαῤῥεῖ παραχρῆμα, καὶ τῶν δακτύλων ἐκπίπτει καθάπερ ὕδωρ. οὕτω καὶ τῶν ὀστῶν τῶν σαπρῶν τὰ μὲν οἷον ψάμμος φαίνεται, τοῖς ὑπὸ χρόνου διεφθαρμένοις ξύλοις ἐοικότα, τὰ δὲ οἷον βρυώδη, ὧν ἡ τῆς δυσκρασίας ἀμετρία, δι' ὑγρότητα ἢ ξηρότητα γενομένη, τὸ σύμπαν ὀστοῦν ἐνέκρωσεν. αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι δυσκρασίαι τῶν μορίων αἱ βραχεῖαι, λανθάνουσαι τοὺς πολλοὺς, ἀτονίαι πρὸς αὐτῶν ὀνομάζονται. φλεγμονῆς μὲν γὰρ ἢ ἕλκους ἤ τινος ἄλλου τοιούτου κατὰ τὴν κοιλίαν ὑπάρχοντος, οὐδεμίαν ἑτέραν ἐπιζητοῦσι τοῦ μὴ πέττειν αἰτίαν. εἰ δὲ μηδὲν εἴη τῶν τοιούτων, ἀτονίαν εἶναι φασὶ τῆς κοιλίας, ὥσπερ ἕτερόν τι λέγοντες αὐτοῦ τοῦ φανερῶς γιγνομένου, τοῦ μὴ πέττεσθαι καλῶς τὰ σιτία. τί γὰρ ἄλλο τὴν ἀτονίαν αὐτοὺς λέγειν ἄν τις ὑπολάβοι πλὴν τῆς κατὰ τὴν ἐνέργειαν ῥῥωστίας;

arefactae conſpiciuntur, idque rarius obtingit; quaedam vero adeo molles atque humidae tum conſpicientibus tum tangentibus quamprimum innoteſcunt, ut, ſi earum partes manu tractare volueris, ſubito ipſae defluant et more *fluentis* aquae e digitis excidant. Sic et oſſium putridorum quaedam velut arena conſpiciuntur, lignis vetuſtate corruptis ſimilia; quaedam tanquam muſcoſa, quorum intemperiei incommoderatio, ob humiditatem vel ſiccitatem orta, totum os emortuum reddidit. Caeterae vero omnes partium intemperies exiles multos latent, quae ab ipſis imbecillitates nominantur. Quum enim phlegmone vel ulcus aut ejusmodi alius affectus ventriculo inſidet, nullam aliam exquirunt laeſae coctionis cauſam. Si vero talium *morborum* nullus fuerit, ventriculi imbecillitatem eſſe dicunt, tanquam quid aliud protulerint ab eo, quod manifeſtum eſt, puta cibos non probe concoqui. Quid enim aliud imbecillitatem eos dicere conjiciendum praeterquam in actione roboris pe-

Ed. Chart. VII. [7.] Ed. Baſ. III. (201.)

ἀλλ᾽ οὐ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τίς ἡ ταύτης τῆς ἀτονίας αἰτία. διὰ τί γὰρ ἀῤῥωστεῖ περὶ τὸ ἴδιον ἔργον ἡ γαστὴρ, μήτε φλεγμαίνουσα, μήτε σκιῤῥουμένη, μήθ᾽ ἥλκωμένη, μήτ᾽ ἄλλο μηδὲν ἔχουσα τοιοῦτον; οὐ γὰρ δή γε χωρὶς αἰτίας τινὸς ἐστέρηται τοῦ πέττειν καλῶς. πάντως οὖν ἦ πόρων ἀμετρίαν ἢ δυσκρασίαν αἰτιατέον· ᾧ καὶ δῆλον, ὡς οὐδὲν τῶν πρώτων νοσημάτων, ὅσα τῶν ὁμοιομερῶν ἐστιν αὐτᾶν ἴδια, λογικῶς θεραπεῦσαι δυνήσονται χωρὶς τοῦ περὶ τῶν πρώτων τι ἐπεσκέφθαι στοιχείων. ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους ἐν ἑτέροις εἴρηται τὰ εἰκότα· τὸ δέ γε νῦν εἶναι χρὴ γινώσκειν, ὡς καὶ γαστρὸς ἀτονίαν, καὶ φλεβὸς, καὶ ἀρτηρίας, καὶ μυὸς, καὶ παντὸς ἁπλῶς ὀργάνου ζωτικοῦ τε καὶ ψυχικοῦ ἢ διά τινα πόρων ἀμετρίαν ἢ δυσκρασίαν ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν γίγνεσθαι. πῶς δὲ χρὴ τὰς τοιαύτας αὐτῶν διαθέσεις γνωρίζειν, οὐ τοῦ νῦν ἐνεστῶτός ἐστι λόγου· πρόκειται γὰρ οὐ διαγνώσεις εἰπεῖν, ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ πρῶτα καταριθμήσασθαι

nuriam? At id non eſt, quod quaeritur, ſed quae ſit hujusce imbecillitatis cauſa. Cur enim ventriculus in ſua functione imbecillius agat, quum neque phlegmone, neque ſcirrho, neque ulcere, neque quovis alio ejusmodi morbo afficiatur? Non enim illi profecto citra cauſam aliquam probe coquendi facultas erepta eſt. Itaque aut meatuum incommoderatio, aut intemperies cauſa plane dicenda eſt. Quo etiam manifeſte patet, nullum primorum morborum, qui partibus ſimilaribus proprie inſident, ratione curari poſſe, niſi primorum elementorum ſpeculatio acceſſerit. Verum adverſus eos aliis in *commentariis*, quae decebant, prodita ſunt. Id vero nunc ſcire oportet, ventriculi imbecillitatem, venae, arteriae, muſculi et cujuscunque ſimplicis organi tum vitalis tum animalis aut propter meatuum incommoderationem, aut propter intemperiem omnium conſenſu neceſſario oboriri. Quo pacto vero tales eorum affectus dignoſcendi ſint, non eſt praeſentis orationis. Non enim *morborum* dignotiones, ſed ipſos morbos enumerare mihi propoſitum eſt.

Ed. Chart. VII. [7.] Ed. Baſ. III. (201.)

νοσήματα. καί μοι δοκεῖ τὰ μὲν τῶν ὁμοιομερῶν εἰρῆσθαι πάντα.

Κεφ. στ'. Λέγειν δὲ ἑπόμενον ἂν εἴη τὰ τῶν ὀργανικῶν. ἐν τούτοις οὖν ὅτι μὲν ἕν τι πάντως ἐστὶ μόριον αἴτιον τῆς ἐνεργείας, τὰ δ' ἄλλα πάντα χρείαν τινὰ τούτῳ παρέξοντα γέγονεν, ἐτέρωθι δέδεικται. βλαβήσεται δὲ ἡ ἐνέργεια τοῦ παντὸς ὀργάνου μάλιστα μὲν καὶ πρώτως αὐτοῦ τοῦ τῆς ἐνεργείας αἰτίου σώματος νοσήσαντος, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων αἱ μείζους διαθέσεις ἐμποδίζουσι τὴν ἐνέργειαν. ὅσαι μὲν οὖν οὐ καθ' ἑαυτὰς, ἀλλὰ τῷ βλάπτειν δὴ τὸ πρῶτον αὐτῆς ὄργανον ἐμποδίζουσιν, αἰτίαι νοσημάτων εἰσὶν, οὐκ αὐταὶ νοσήματα εἰσίν. χωρὶς δὲ τοῦ βλάπτειν τι τὸ πρῶτον τῆς ἐνεργείας μόριον εἰ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζειν δύναιντο, νοσήματα ἤδη τὰς τοιαύτας διαθέσεις κλητέον. ἔσονται δὲ, ὡς ἐλέγομεν, ἤτοι τῆς κατὰ φύσιν ὑπηλλαγμένης διαπλάσεως, ἢ μὴ σωζομένου τοῦ δέοντος ἀριθμοῦ τῶν μορίων,

Atque mihi videor univerſos partium ſimilarium morbos explicaſſe.

Cap. VI. Qui vero ſint partium organicarum *morbi*, conſequens eſt dicere. In his igitur *organis* unam quandam omnino eſſe *partem* actionis cauſam, huicque ceteras omnes ad uſum aliquem praeſtandum creatas fuiſſe, alio in opere demonſtratum eſt. Laedetur autem totius organi functio tum maxime ac primum, quum ipſa pars actionis cauſa aegrotaverit; jam vero etiam ceterarum partium majores affectus actionem interturbant. Quicunque igitur *affectus* non per ſe, ſed laedendo primum functionis organum actionem interturbant, hi morborum cauſae, non ipſi morbi ſunt. Si vero non laedendo aliquam primum functionis partem *functionem* interturbare queant, morbi jam ejusmodi affectus vocandi ſunt. Oborientur autem, ut diximus, vel quum ea quae ſecundum naturam eſt conformatio permutata eſt, vel quum ſalvus non extat decens partium numerus,

Ed. Chart. VII. [8.] Ed. Baſ. III. (201. 202.)

[8] ἢ τὸ μὴ προσῆκον ἑκάστου φυλάττοντος μέγεθος (202) ἢ ὡς οὐ χρὴ συγκειμένων αὐτῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἀπεδείχθη μηδὲν τούτων εἰκῆ γεγονέναι πρὸς τῆς φύσεως, ἀλλὰ πάνθ' ἕνεκα τοῦ βέλτιον ἢ ἀσφαλέστερον ἐνεργεῖν τὸ σύμπαν ὄργανον, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὰς βλάβας αὐτῶν, ὅσαι μὲν ἤτοι κωλύουσιν ὅλως ἐνεργεῖν ἢ ἐμποδίζουσιν αὐτὰ, νοσήματα νομίζεσθαι, τὰς δ' εἰς τὴν βλάβην τοῦ πρώτου τῆς ἐνεργείας μορίου διαφερούσας αἰτίας νοσημάτων, ὡς ἀρτίως εἴρηται, προσαγορεύεσθαι.

Κεφ. ζ. Διὰ τοῦτ' οὖν οἵ τε βλαισοὶ καὶ ῥαιβοὶ καὶ οἱ λείας ἔχοντες τὰς βάσεις χεῖρον ἐνεργοῦσι τοῖς σκέλεσιν ἁμαρτίᾳ τοῦ προσήκοντος σχήματος. οὕτω δὲ καὶ ὅσοι κάταγμα σχόντες οὐκ ὀρθῶς διεπλάσθησαν, οὐδ' αὐτοὶ καλῶς ἐνεργοῦσι τῷ κώλῳ. κακῶς δὲ καὶ ὅσοι διὰ μέγεθος ἀρθρίτιδος ἐξεστράφησαν, ἢ, τῶν ὀφρύων περιθραυσθεισῶν τῶν κατὰ τὰς διαρθρώσεις, ἑτοίμως ὑπερβαῖνον καὶ ἐκπῖπτον ἔσχον τὸ ἄρθρον, ἢ, πώρου κατ'

vel non idonea cujusque partis magnitudo ſervatur, vel non quo oporteat ſitu ipſae *partes* ſimul poſitae ſunt. Quandoquidem enim demonſtratum eſt, earum partium nullam a natura temere procreatam fuiſſe, ſed omnes, ut melius vel tutius quodcunque functionem obiret organum, neceſſe omnino eſt et earum laeſiones, quae vel penitus actionem edi prohibent, vel ipſas *partes* interturbant, morbos exiſtimari; quae vero ad primae functionis partis laeſionem conferunt, eas morborum cauſas, ut nuper dictum eſt, appellari.

Cap. VII. Quamobrem et vatii et vari, et qui planci planas pedum habent plantas, deteriorem crurum actionem moliuntur ob decentis figurae ametriam. Ita vero, quibus fractura laeſis conformatio reſtituta non eſt, non recte ipſi affecto membro actiones edunt. Male quoque actionibus funguntur, quibus ob arthritidis vehementiam luxatio oborta eſt, aut, perfracto juxta dearticulationem ſupercilio, prompte articulus ad ſuperiorem partem exilit ac excidit, aut quum

Ed. Chart. VII. [8.] Ed. Baſ. III. (202.)

αὐτὸ πλείονος ἐπιτραφέντος ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι, δυσκίνητον ὑπὸ στενοχωρίας τὴν ὅλην ἔσχον διάρθρωσιν. αὗται μὲν οὖν ἐπίκτητοι κακίαι σχημάτων. σύμφυτοι δὲ κνουμένων ἔτι κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν ἐμποδισθεῖσαν ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος γίγνονται, νοσῶδες ἐκείνῳ τῷ μορίῳ τὸ ζῶον ἐργαζόμεναι. χρὴ γὰρ καὶ τὸ τῆς καρδίας σχῆμα, καὶ τὸ τοῦ πνεύμονος, καὶ τὸ τῆς γαστρὸς, ἐγκεφάλου τε καὶ γλώσσης, καὶ σπληνὸς, καὶ νεφρῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων φυλάττεσθαι· γενομένης γάρ τινος βλάβης ἀμφ' αὐτὰ, χεῖρον ἀνάγκη καὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀποτελεῖσθαι τοῦ σύμπαντος ὀργάνου. καὶ μὴν καὶ τὸ τῶν κοιλοτήτων ἁπασῶν τῶν κατὰ τὰ μόρια μέγεθός τε καὶ πλῆθος εἰ μὴ φυλάττοιτο, βλάπτοιτο ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ διὰ ταῦθ' ἡ ἐνέργεια. πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, τὰ μὲν συμφύσει τινὶ, τὰ δὲ ἐμφράξει γλίσχρων ὑγρῶν καὶ παχέων συνιστάμενα, τὰ δ' αὖ αὐαινομένων τῶν σωμάτων, ἢ στενοχωρουμένων ὑπό τινος τῶν περικειμένων, ἐμπίπτοντος αὐτοῖς καὶ θλίβοντος. ἐνίοτε

callus in articulo ſupra modum excrevit in ejusmodi affectibus, tota dearticulatio ob ſpatii anguſtiam ad motum inepta eſt. Haec itaque aſcititia ſunt figurarum vitia. Congenita vero incurrunt in utero foetus, quae, prima conformatione interturbata, in omni corporis parte naſcuntur et aegrotum illa parte animal efficiunt. Oportet enim et cordis et pulmonis et ventriculi et cerebri et linguae et lienis et renum caeterarumque omnium partium figuram ſervari. Si namque earum alicui laeſio oboriatur, propriam quoque totius organi functionem deteriorem perfici neceſſe eſt. Et vero, niſi etiam cavitatum quae partibus inſunt omnium tum magnitudo tum numerus ſervetur, eas ob res neceſſario laedetur actio. Multi autem hujusmodi morbi ſunt, *quorum* nonnulli coalitu quodam, nonnulli lentorum ac craſſorum humorum obſtructione conſiſtunt, alii etiam exarescentibus corporibus, aut aliqua vicinarum partium ipſis incidente aut comprimente coarctatis oboriuntur. Interdum vero et

Ed. Chart. VII. [8.] Ed. Baſ. III. (202.)

δὲ καὶ αὐτῶν τῶν τοὺς τοιούτους πόρους ἐχόντων σωμάτων ἡ οὐσία σκιῤῥουμένη τε καὶ φλεγμαίνουσα, καὶ σφακελίζουσα, καὶ διαπυϊσκομένη, καὶ οἰδισκομένη, καὶ ἄλλως ὁπωσοῦν ἐπίκτητον μέγεθος προσλαμβάνουσα, κἄπειτα τὸν ὄγκον εἰς τὰς ἐντὸς ἀποχέουσα κοιλότητας, ἐμφράττει τοὺς πόρους, ἑτέρους ὄντας τούτους ἐκείνων τῶν πόρων, ὧν οἱ τῆς προτέρας αἱρέσεως ἡγεμόνες ὑπετίθεντο κατὰ τὴν τῶν πρώτων καὶ ἀπαθῶν στοιχείων σύνοδον γίνεσθαι. τοὺς γὰρ τῶν ἐντέρων, καὶ φλεβῶν, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ πάντων τῶν τοιούτων ὀργάνων πόρους, τούτους δὴ τοὺς μεγάλους τε καὶ σαφεῖς ἅπαντες ἐναργῶς ὁρῶμεν. εἰ δὲ καὶ διαλανθάνοι ποτὲ τὴν αἴσθησιν ὑπὸ σμικρότητος ὁ τοιοῦτος πόρος, οὐδ' οὗτος ἐκ ταὐτοῦ γένους ἐστὶν ἐκείνοις τοῖς πόροις, οὓς ἡ προτέρα τῶν αἱρέσεων ὑπετίθετο. κατὰ δὴ τὰς τοιαύτας ἁπάσας διαθέσεις, ἐν αἷς, τῶν σωμάτων αὐτῶν εἰς ὄγκον τινὰ ἀρθέντων, ἀποκλείεσθαί τε καὶ στενοχωρεῖσθαι τοὺς πόρους συμβαίνει, ποτὲ μὲν ἓν ἔσται νόσημα μόνον, ἡ ἔμφραξις ἡ τὴν ἐνέργειαν βλάπτουσα, ποτὲ δὲ καὶ τοῦτο μὲν, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν

ipſorum corporum ejusmodi meatus continentium ſubſtantia, aut ſcirrhum, aut phlegmonen, aut ſphacelum, aut ſuppuratum, aut oedema, aut alio quocunque modo extraneam magnitudinem adepta, ac deinceps tumorem ad interiores cavitates refundens, meatus obſtruit, qui ab illis meatibus plurimum differunt, quos prioris ſectae principes ex primorum atque impatibilium elementorum concurſu fieri ſuppoſuerunt. Nam inteſtinorum, arteriarum atque omnium hujusmodi organorum meatus, hos inquam, magnos ac perſpicuos, omnes manifeſte cernimus. Quod ſi ejusmodi meatus ob parvitatem ſenſum effugiat, non is ex eodem genere cum illis meatibus exiſtit, quos ſectarum prior ſuppoſuit. In ejusmodi omnibus affectibus, in quibus corporum ipſorum in aliquem tumorem ſublatorum meatus tum obſtrui, tum coarctari contingit, nonnunquam unus duntaxat eſt morbus, obſtructio actionem laedens, nonnunquam et hic,

Ed. Chart. VII. [8. 9.] Ed. Baſ. III. (202.)

σωμάτων διάθεσις ἢ τὴν ἔμφραξιν ἐργασαμένη. [9] μηδεμίαν οὖν ἔχοντος ἰδίαν ἐνέργειαν τοῦ τὸν ὄγκον κεκτημένου σώματος, ἓν μὲν τὸ νόσημα ἔσται τὸ κατὰ τὴν ἔμφραξιν, αἰτία δὲ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἔτι νόσημά ἐστιν ἡ τοῦ τὸν ὄγκον ἔχοντος σώματος διάθεσις. εἰ μὲν γὰρ ὁ χιτὼν τῆς ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος, εἰ τύχοι, φλεβὸς ὁτιοῦν τοιοῦτον παθὼν ἐστεγνώθη τὸν πόρον, ἐξ οὗ μεταλαμβάνει τὸ αἷμα τὰ ἐν τοῖς κυρτοῖς τοῦ ἥπατος ἀγγεῖα, δύο ἂν οὕτως εἴη νοσήματα, τό τε τῆς φλεβὸς αὐτῆς, ἣ πέπονθε, καὶ ἡ κατὰ τὸν πόρον ἔμφραξις. ἐμποδίζει γοῦν ἡ μὲν τῆς φλεβὸς διάθεσις αἵματος χρηστοῦ γένεσιν, ἡ δὲ ἔμφραξις ἀνάδοσιν· ἐνέργεια δ' ἑκατέρου τούτων ἀναγκαία τῷ ζώῳ. δῆλον γὰρ, ὡς αἱ διαθέσεις αἱ βλάπτουσαι τὰς ἐνεργείας πρώτως αὗται λέγοιντ' ἂν εἶναι νοσήματα. τῆς μέντοι φλεβὸς αὐτῆς μηδὲν πεπονθυίας, εἰ διὰ γλίσχρους τινὰς ἢ παχεῖς χυμοὺς σφηνωθέντας ἐν τοῖς πόροις ἡ ἀνάδοσις βλάπτοιτο, μόνον ἂν τοῦτ' εἴη νόσημα κατὰ τὸ σπλάγχνον ἡ ἔμφραξις. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὸ ἕτερον εἰ μὲν ἔμφραξις εἴη μόνον, ἓν ἔσται καὶ τὸ νόσημα· φλεγμαίνοντος

et alius corporum affectus obſtructionem efficiens. Quum itaque corpus tumore vexatum nullam propriam functionem ſortiatur, unus quidem erit morbus in obſtructione, ejus vero cauſa non etiamnum morbus eſt, corporis tumorem habentis affectus. Si enim tunica (ſi ſors tulerit) venae in jecoris concavis poſitae quocunque ejusmodi morbo affecta meatum coarctaverit, quo convexarum hepatis partium vaſa ſanguinem aſſumunt, ita erunt morbi, alter ipſius venae, quae afficitur, alter meatus obſtructio. Interturbat autem affectus venae probi ſanguinis generationem, obſtructio vero diſtributionem. Utraque horum functio animali neceſſaria eſt. Patet enim, eos affectus, qui functiones primo laedunt, morbos eſſe dicendos. Ipſa quidem vena nullo morbo affecta, ſi ob lentos quosdam et craſſos humores meatibus impactos diſtributio impediatur, hic unicus viſceris morbus erit obſtructio. Sic etiam in inteſtino ſi obſtructio ſola fuerit, unus erit morbus; at ſi ipſum phlegmone la-

Ed. Chart. VII. [9.] Ed. Baſ. III. (202.)

δὲ αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦτο ἀποκλείοντος τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν καὶ κωλύοντος ἰέναι κάτω τὰ περιττώματα, δύο ἂν εἴη καὶ τὰ νοσήματα. πολλάκις μὲν γὰρ ὑπὸ νοσήματος γίγνεται νόσημα, καθάπερ ἐπί τε τῶν προειρημένων ἔχει, κἀπειδὰν ἐπὶ φλεγμοναῖς, ἢ ἐρυσιπέλασιν, ἢ ἕρπησιν, ἢ ἄνθραξιν, ἤ τινι τοιούτῳ ἐπιγένηται πυρετός. ἐνίοτε δὲ τὸ μὲν ἀποτελούμενον ἐνεργείας ἐστὶ βλάβη, καὶ χρὴ καλεῖν αὐτὸ πάθημά τε καὶ σύμπτωμα, τὸ δ' αἴτιον αὐτοῦ δηλονότι νόσημα, καθάπερ ἡ μὲν ἔμφραξις τοῦ μηκέτι ἀναδίδοσθαι τὴν τροφὴν, ἡ κατάψυξις δὲ τῆς δυσαισθησίας αἴτιον ὑπάρχει, νόσημα οὖσα συμπτώματος. ὅταν δ' αὐτὴ μὲν ἡ διάθεσις ἐνέργειαν βλάπτῃ πρώτως, τὸ δ' αἴτιον αὐτῆς μὴ βλάπτῃ πρώτως, τὴν μὲν διάθεσιν νόσημα, τὸ δ' ἐργαζόμενον αὐτὴν αἰτίαν ὀνομάζειν χρὴ νοσήματος, ὥσπερ ἐπί τε τῶν γλίσχρων ἔχει χυμῶν καὶ τῆς ἐμφράξεως· αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ ἔμφραξις τὸ νόσημά ἐστιν, οἱ χυμοὶ δὲ αἴτιοι τοῦ νοσήματος. ἅπαντ' οὖν ὅσα περὶ τὰς κοιλότητας γίνεται νοσήματα, ποτὲ μὲν ἐμφραττομένων,

boret, ob idque interius ſpatium occludat ac deorſum ire excrementa prohibeat, duo erunt quoque morbi. Multoties enim ab uno morbo morbus oritur, quemadmodum in praedictis ſe *res* habet, quandoquidem inflammationibus, eryſipelatis, herpetibus, carbunculis, vel quibusdam ejusmodi morbis febris ſuboritur. Nonnunquam vero, quod efficitur, functionis eſt laeſio, ipſumque oportet tum pathema, tum ſymptoma nominare, ipſius autem cauſam videlicet morbum; qualis obſtructio cauſa eſt, ne amplius alimentum diſtribuatur, et refrigeratio obtuſioris ſenſus cauſa eſt, quae ſymptomatis morbus eſt. Quum autem ipſe affectus functionem primo laedat, et ipſius cauſa primo non laedat, affectum quidem morbum, quod vero ipſum efficit, cauſam morbi nominare oportet, quemadmodum in lentis humoribus et obſtructione ſe res habet; ipſa namque obſtructio morbus eſt, humores vero morbi cauſae. Quicunque igitur morbi cavitatibus obveniunt, quum *hae* interdum obſtruun-

Ed. Chart. VII. [9.] Ed. Baſ. III. (202.)

ποτὲ δὲ ἀμέτρως εὐρυνομένων, ὑπὸ τὸ τῆς διαπλάσεως τοῦ μέρους ἀναχθήσεται γένος· ἐμποδίζεται γάρ πως ἐν τούτοις ἅπασιν ἡ φυσικὴ διάπλασις. ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ λειότης καὶ τραχύτης οὐδ' αὗται ματαίως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένοντο διαπλαττούσης τὰ μόρια. συστήσεται γοῦν κἀνταῦθα νοσήματα κατὰ πάντα τὰ μόρια, τοῦ μὲν φύσει λείου τραχυνθέντος, τοῦ δ' αὖ τραχέος λείου γενομένου. φανερώτατα δ' αὐτῶν τοῖς ἰατροῖς ἐστι τά τ' ἐν τοῖς ὀστοῖς γινόμενα τραχυνομένοις τε καὶ λειαινομένοις, αἵ τε τῆς φάρυγγος τραχύτητες ἐργαζόμεναι βῆχας. χρὴ δὲ κἀνταῦθα γινώσκειν, ὡς ἐνίοτε τὸ σχῆμα τοῦ μορίου βλαβὲν ἐκάκωσεν ἅμα ἑαυτῷ τινα πόρον, οἷόν τι κἀπὶ τῆς ῥινὸς φαίνεται γιγνόμενον, ἐπειδὰν ὑπὸ πληγῆς βιαίου ποτὲ σιμωθεῖσα στεγνωθῇ τὸν ἐντὸς πόρον εἰς τοσοῦτον, ὡς ἤτοι μηδ' ὅλως ἢ μόγις ἀναπνεῖν δι' αὐτοῦ. δῆλον οὖν, ὡς ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἡ μὲν στενοχωρία τοῦ πόρου τὸ νόσημά ἐστι, (πρώτως γὰρ αὕτη τὴν τῆς ἀναπνοῆς ἐνέργειαν ἐμποδίζει,) προηγουμένη δ' αὐτῆς αἰτία τῆς ῥινὸς ἡ σιμότης, βλάβη τοῦ κατὰ φύσιν ἐν αὐτῇ σχήματος

tur, interdum incommoderate dilatantur, ad conformationis partium genus reducentur. In his ſiquidem omnibus naturalis aliquo modo conformatio impeditur. At certe laevitas et aſperitas non ipſae a natura partes conformante fruſtra conditae ſunt. Hic itaque in omnibus partibus morbi conſiſtent, quum pars natura laevis aſperatur et aſpera laevigatur. Eorum evidentiſſima ſunt medicis, quae et aſperatis et laevigatis oſſibus accidunt, et quae faucium aſperitates tuſſes excitant. Hic praeterea agnoſcendum eſt, interdum figuram partis oblaeſam ſimul per ſe aliquem meatum oblaedere. Quod exempli gratia naſo oboriri conſpicitur, qui quum ab ictu violento nonnunquam ſimus factus ſit, tantopere meatum coarctavit, ut vel nullo modo, vel aegre per ipſum reſpiret. Conſtat igitur, in hujusmodi affectibus meatus anguſtiam morbum eſſe. Primum enim ipſa reſpirandi actionem interturbat; praecedens vero ipſius cauſa naſi ſimitas, quae naturalis ipſius figurae laeſio eſt.

Ed. Chart. VII. [9. 10.] Ed. Baſ. III. (202. 203.)

ὑπάρχουσα. κατὰ μὲν δὴ τὸ τῆς διαπλάσεως γένος τὸ ἐξιστάμενον τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐνέργειαν ἤδη βλάπτειν, αἱ προειρημέναι διαφοραὶ τῶν νοσημάτων γενήσονται.

Κεφ. ή. [10] Κατὰ δὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἁπλῶν μορίων, ἐξ ὧν ἕκαστον τῶν ὀργάνων συνίσταται, διτταὶ μὲν αἱ πρῶται διαφοραὶ τῶν νοσημάτων γενήσονται, ἢ ἐλλείποντός τινος μέρους, ἢ περιττεύοντος· ἐν ἑκατέρᾳ δ' αὐτῶν ἕτεραι. τῶν μὲν γὰρ περιττευόντων τὰ μὲν ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τῶν κατὰ φύσιν, ὡς εἰ καί τῳ (203) γένοιτο ἕκτος δάκτυλος, ἢ ἐν ὀφθαλμῷ πτερύγιον, ἢ ἐν ῥινὶ βλάστημα σαρκὸς, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ πόρον ὁτιοῦν τοιοῦτον ἕτερον. ἔσται δὴ καὶ τούτων αὐτῶν τὰ μὲν νοσήματα, καθάπερ τὸ πτερύγιον, (ἐμποδίζει γὰρ, ὅταν ἱκανῶς αὐξηθῇ, τὴν ὄψιν, ἐπισκοτοῦν τῇ κόρῃ,) τὰ δ' αἴτια τῶν νοσημάτων, ὡς τὰ βλαστήματα τοὺς πόρους ἐμφράττοντα· πρώτως γὰρ νόσημα ἡ ἔμφραξίς ἐστιν, ὅτι καὶ πρώτως βλάπτει τὴν ἐνέργειαν. ἔνια δ' ὅλῳ

In genere igitur conformationis, quod a naturali *ſtructura* deceſſit, ut jam actionem laedat, praedictae morborum differentiae ſuborientur.

Cap. VIII. In numero partium ſimplicium, ex quibus unumquodque conſtruitur organum, duplices erunt primae morborum differentiae, aut quum aliqua pars deficit, aut exuperat. In earum utraque aliae *deprehenduntur* differentiae. Ex his, quae exuperant, quaedam ex genere eorum ſunt, quae ſecundum naturam dicuntur, ut ſi cui ſextus naſcatur digitus, aut in oculo pterygium, aut in nare carnis ſurculus, aut in alio quopiam meatu quodvis aliud tale genus. Et vero eorum ipſorum nonnulla quidem erunt morbi, veluti pterygium; quum enim vehementer auctum eſt, pupillam obtenebrando viſum interturbat; nonnulla vero morborum cauſae, ut carnis ſurculi, qui meatus obſtruunt; primum enim morbus obſtructio eſt, quia primo actionem laedit. Quaedam toto genere praeter naturam

Ed. Chart. VII. [10.] Ed. Baſ. III. (203.)

τῷ γένει παρὰ φύσιν ἔστιν, ὡς ἕλμινθές τε καὶ ἀσκαρίδες, καὶ ὁ ἐν τῇ κύστει λίθος, καὶ τὸ χαλάζιον ἐν ὀφθαλμῷ, καὶ τὸ ὑπόχυμα, καὶ τὸ πύον, ἀκροχορδόνες τε καὶ μελικηρίδες καὶ ἀθερώματα καὶ στεατώματα, καὶ ἄλφοι, καὶ λέπραι, καὶ λεῦκαι, καὶ πῶροι, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀποστήμασιν εὑρισκόμενα ἅπαντα. ὅτι δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἐνέργειαν ἐμποδίζει πρώτως, νοσήματα ἐροῦμεν, ὥσπερ τὸ ὑπόχυμα, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα νοσημάτων αἴτια, πρόδηλον παντί. τῶν δ' ἐλλειπόντων μορίων τὰ μὲν ὅλα τελέως ἀπόλωλε, τὰ δὲ οἷόν ἐξ ἡμίσεως ἀποκέκοπταί τε καὶ κεκολόβωται. κατὰ μὲν δὴ τὴν πρώτην γένεσιν ὡς πάμπολλα γίγνεται τοιαῦτα, πρόδηλον παντί. μετὰ δὲ τὴν ἀποκύησιν ἔξαιρεῖται μὲν ὅλα πολλάκις ὀστᾶ κατά τε τοὺς δακτύλους καὶ τὰ κῶλα καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς πλευράς· ἀφαιρεῖται δὲ καὶ δάκτυλος ἐνίοτε καὶ πούς καὶ ἄκρα χεὶρ καὶ κνήμη καὶ πῆχυς· ἔξαιροῦνται δὲ καὶ φλέβες κιρσώδεις καὶ ἀδένες σκιῤῥωθέντες καὶ ὀδόντες τρηθέντες· καὶ μὲν δὴ καὶ γαργαρεὼν ἀφαιρεῖται καὶ ἐπίπλοον καὶ πόσθη καὶ αὐτοῦ τι τοῦ αἰδοίου, καὶ πολλάκις γε καὶ σύμπαν

ſunt, ut lumbrici, aſcarides, in veſica calculus, in oculo grando, ſuffuſio, pus, verrucae, melicerides, atheromata, ſteatomata, vitiligines, leprae, leucae, calli, et quae in abſceſſibus reperiuntur omnia. Quod autem et ex his quaecunque functionem primo interturbant, morbos dicamus, ut ſuffuſionem, quae vero non ſunt ejusmodi, morborum cauſas, omnibus manifeſtum eſt. Earum vero quae deficiunt partium quaedam omnino deperditae ſunt, quaedam veluti e dimidio amputatae ac mutilatae. Et quidem in prima generatione ejusmodi plurima fieri latet neminem. A partu vero oſſa ſaepe integra eximuntur e digitis, artubus, capite et lateribus; aufertur etiam nonnunquam digitus, pes, extrema manus, tibia et cubitus. Extrahuntur praeterea venae varioſae et glandulae ſcirrho induratae et dentes exeſi. Extrahitur quoque gurgulio, omentum, praeputium, ipſius pudendi portio, ac multoties penis integer, quemad-

Ed. Chart. VII. [10.] Ed. Baſ. III. (203.)

αἰδοῖον, ὥσπερ γε καὶ οἱ ὄρχεις. ἐνδακὼν δέ τις ἔναγχος ἐπὶ σπασμῷ μεγάλῳ τοῦ παντὸς σώματος ἀπέτραγε τῆς γλώττης τὸ πρόσθει, εἶτ' ἐσώθη μὲν ἐκ τοῦ σπασμοῦ, διαλέγεσθαι δὲ ὁμοίως οὐκ ἠδύνατο. τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ τὰ κολοβώματα καλούμενα χειλῶν καὶ ῥινῶν καὶ ὤτων, καὶ ὅσα ἑτέρων σαρκωδῶν μορίων ἢ ἀποσπασθέντα σφοδρῶς, ἢ διασαπέντα τελέως ἐξετμήθη. κατὰ πάσας γὰρ τὰς τοιαύτας περιστάσεις ὁ κατὰ φύσιν ἀριθμὸς οὐ συμπεπλήρωται τῶν μορίων, ἢ ἑνὸς ἢ δυοῖν ἢ καὶ πολλῶν λειπόντων καὶ ἤτοι τελέως ἀπολωλότων ἢ ἐκ μέρους ἀφῃρημένων. ὅσα μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἐνεργείας ἐμποδίζει κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον, ἐν τῷ τῶν νοσημάτων γένει τετάξεται· τὰ δ' ἤτοι καταψύχοντά τι μόριον ἕτερον ἐνεργείας ἀπεργαστικὸν ἢ τροφὴν ἐλλιπῶς ἐπάρδοντα νοσημάτων αἴτια· τινὰ δὲ ἄμφω συλλαβόντα ἔχει καὶ τὴν ὡς αἰτίου χώραν καὶ τὴν ὡς νοσήματος, οἷον καὶ γαργαρεών, ὁπόταν ἕως βάσεως ἐκτμηθεὶς καὶ τὴν φωνὴν παραβλάπτῃ καὶ ψύχῃ τὰ κατὰ τὸν πνεύ-

modum etiam teſtes. Nuper vero quidam vehementi univerſi corporis convulſione correptus anteriorem linguae partem mordicus amputavit, deinde a convulſione ſoſpes factus peraeque ac ante loqui non potuit. Hujus generis ſunt et quae mutilationes vocantur labiorum, narium, aurium, et quaecunque aliae carnoſae partes aut vehementer avulſae aut putrefactae penitus exectae ſunt. Etenim per hujusmodi miſerias qui ſecundum naturam eſt partium numerus imperfectus eſt, ſive una pars, ſive duae, ſive plures deſint, haeque vel omnino deperditae, vel ex parte ſublatae. Quaecunque ſane talium functionem interturbant ſui ipſorum ratione, in morborum genere conſtituentur; quae vero aut aliquam partem aliam functionis opificem refrigerant, aut parcius alimentum diſtribuunt, morborum cauſae; quaedam vero utrumque genus aſſequuntur et ut cauſae et ut morbi vicem, ut gurgulio, qui, quum radicitus exectus eſt, et vocem laedit, et pulmones thoracemque re-

Ed. Chart. VII. [10. 11.] Ed. Baſ. III. (203.)

μονά τε καὶ τὸν θώρακα. ἐπειδὴ γὰρ ἔμαθες ἐν τοῖς τῶν ἐνεργειῶν τε καὶ χρειῶν λογισμοῖς, ὡς ἁπάντων τῶν τοῦ ζώου μορίων τὰ μὲν εἰς ἐνέργειάν τινα συντελεῖ τῷ παντὶ ζώῳ χρησίμην, τὰ δ' αὐτὰ μὲν οὐδὲν ἐνεργεῖ, χρείαν δέ τινα τοῖς ἐνεργοῦσι παρέχεται, δῆλον ὡς καὶ τὰς βλάβας αὐτῶν, τὰς μὲν εἰς ἐνέργειαν ἄντικρυς διαφερούσας νοσήματα ἐρεῖς πρώτως εἶναι τῶν τοῦ ζώου μορίων, τὰς δὲ εἰς χρείαν τινὰ νοσημάτων αἰτίας. [11] ὥσθ' ὅσα μόρια διττὰς ἐνεργείας ἢ διττὰς χρείας ἀποτελεῖ, κατὰ μίαν ἐνίοτε βλάβην διττὸν ἔξει λόγον, ἢ νοσήματος, ἢ αἰτίας. εἰ δέ τι μόριον ἅμα ἄμφω ποιεῖ, χρείαν καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ ἐνίοις εἶναι δοκεῖ καὶ ὁ γαργαρεών, ἡ τούτου τοῦ μέρους ἀπώλεια καθ' ἕτερον μὲν λόγον ἔσται νόσημα, καθ' ἕτερον δὲ νοσήματος αἰτία. δῆλον δὲ, ὡς τῷ λοιπῷ τῷ μένοντι καὶ σωζομένῳ τὸ νόσημά ἐστιν, οὐκ αὐτῷ τῷ μηκέτι ὄντι. τῆς γὰρ τοῦ στόματος εὐρυχωρίας κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, οὗ νῦν ἐστι τὸ πάθος, μόριον εἶναι φήσεις τὸν κίονά τε καὶ γαργαρεῶνα προσα-

frigerat. Quum enim ex functionum ac uſuum meditatione didiceris, omnium animantis partium alias ad actionem aliquam toti animali utilem conferre, alias per ſe quidem nihil agere, ſed uſum quendam actionem obeuntibus praebere, liquet, quod eorum laeſiones, quae in actionem plane dimicant, primum ſtatues partium animalis eſſe morbos, quae vero in aliquem uſum, morborum cauſas. Quare, quae partes duplicem actionem aut duplicem uſum praeſtant, interdum in una laeſione duplicem aut morbi aut cauſae obtinebunt rationem. At ſi qua pars utrumque ſimul moliatur, tum uſum, tum actionem, quemadmodum quibusdam eſſe videtur et gurgulio, hujus partis jactura altera quidem ratione erit morbus, altera vero morbi cauſa. Atqui manifeſtum eſt, reliquae permanentis ac ſervatae partis morbum eſſe, non ejus, quae amplius non ſit: oris enim capacitatis in illa parte, cui morbus nunc inſidet, particulam eſſe profiteberis, id quod uvam et gurgulionem appellamus.

Ed. Chart. VII. [11.] Ed. Baſ. III. (203.)

γορευόμενον. ὅταν οὖν οὗτος ἀπόληται, λείπει τι τῷ χωρίῳ, καὶ οὕτω τὸ ὅλον ἓν νόσημά τι γίνεται, μένοντος τοῦ κατ' ἀρχὰς ὁμολογηθέντος, τοῦ πᾶσαν ἐνέργειαν ὑπὸ νοσήματος βλάπτεσθαι. ἢ τοίνυν, ὡς οὐκ ἔστι μία τις ἐνέργεια τοῦ ζώου καὶ ἡ φωνὴ, καὶ ἡ εἰσπνοὴ, καὶ ἡ ἐκπνοὴ, δεικτέον ἐστὶν, ἢ, εἴπερ τοῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον, ὡς ἡ τοῦ κίονος ἀπώλεια νόσον ἐναπεργάζεται τῷ οὐρανίσκῳ. κατὰ δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ ἡ τοῦ ὀδόντος ἀπώλεια νόσημά ἐστιν τοῦ στόματος, εἰ μὲν τῶν πρὸς τὴν μάσησιν ἐπιτηδείων εἴη, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς μασσήσεως βλαβέντος, εἰ δὲ τῶν τομέων ὀνομαζομένων, εἴς τε τὰς ἐδωδὰς καὶ τὰς διαλέξεις ἐμποδίζοντος. οὕτω δὲ καὶ εἰ τῆς γλώσσης ἀποτμηθείη τὸ ἥμισυ, τῷ λειπομένῳ μέρει παρὰ φύσιν ἐστὶ τὸ κεκολοβῶσθαι. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῷ ἐπιπλόῳ, καὶ τῷ αἰδοίῳ, καὶ πᾶσι τοῖς οὕτω παθοῦσι. καὶ εἰ μὴ νόσημά τις αὐτὸ καλεῖν, ἀλλὰ πάθος ἢ πάθημα βούλοιτο, περὶ ὀνόματος, οὐ περὶ πράγματος ἀμφισβητήσει. δῆλον δὲ, ὡς τῇ μὲν γλώττῃ, καὶ τῷ ἐπιπλόῳ, καὶ τῷ αἰδοίῳ, καὶ ὅλως ἅπασι τοῖς τοιούτοις

Quum itaque haec deperdita eſt, deeſt aliquid capacitati; atque ita *id* totum unus morbus eſt, manente, quod ab initio conceſſum eſt, omnem ſcilicet actionem a morbo laedi. Quamobrem aut, non unam aliquam eſſe animantis actionem et vocem et inſpirationem et expirationem, demonſtrandum eſt, aut, ſi ita ſe res habet, conſtat, uvulae jacturam in palato morbum efficere. Simili ratione jactura dentis oris eſt morbus, ſi *dens* ex iis fuerit, qui manducationi inſerviunt, isque in illa parte, ubi manducatio laeſa eſt; ſi vero ex inciſoribus nominatis, et eſum et loquutionem interturbat. Sic etiam, ſi linguae dimidium abſciſſum eſt, reſiduae parti praeter naturam mutilatio *morbus* eſt. Eodem modo et omento, et pudendo, et omnibus ita affectis partibus. Quod ſi quis id non morbum, ſed affectum vel affectionem vocare velit, de nomine, non de re contendet. Liquet autem, in lingua, omento, pudendo, denique omni-

Ed. Chart. VII. [11.] Ed. Baſ. III. (203.)

κεκολοβωμένοις ὀργάνοις ἐστί τις μείωσις τοῦ μεγέθους ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις νοσήμασιν· αὐτῷ δὲ τῷ ζώῳ μείωσις μὲν οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔσται σαφὴς, ὡς φαίνεσθαι κολοβόν, ἀριθμὸς δέ τις ἀφαιρεθήσεται μορίων, εἴγε δὴ καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες, καὶ νεῦρα, καὶ δέρμα ἐνίοτε, καὶ πιμελὴ, καὶ ὑμένες, καὶ σὰρξ ἀφαιρεῖται κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις. ἐπὶ μέντοι τοῦ γαργαρεῶνος καὶ τῶν κιρσωδῶν ἀγγείων ἐκτμηθέντων καὶ αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἀφαιρεῖταί τις ἀριθμὸς μορίων. καὶ δὴ καὶ τετάξεται τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα ὑπὸ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων ὑπαλλαττομένων· ὅσων δὲ ὀργάνων ἀφαιρεῖται μέν τι, οὐκ ἐξαιρεῖται δὲ τὰ μέρη, ταῦτα ἐν ἀμφοτέροις οἷον τετάξεται τοῖς γένεσι. καὶ γὰρ ἀριθμὸς ἐνδεῖ τῷ ζώῳ μορίων ἁπλῶν, καὶ μέγεθος ὀργάνου συνθέτου· κεκολόβωται γὰρ τὸ ὅλον. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀμφοῖν τοῖν γενοῖν, τοῦ τε κατ' ἀριθμὸν καὶ τοῦ κατὰ μέγεθος, ἀνωτέρω τάττειν ἑτέραν ἐγχωρεῖ κατηγορίαν τὴν τοῦ ποσοῦ, παντί που δῆλον, εἴγε δὴ τοῦ ποσοῦ τὸ μὲν διωρισμένον

bus ejusmodi mutilatis organis aliquam esse magnitudinis diminutionem ab omnibus enumeratis morbis *factam;* ipsi vero animali diminutionem haud necesse est fore manifestam, ut mutilatum appareat, sed aliquis partium numerus erit ablatus, tametsi et arteriae et venae et nervi et cutis interdum et adeps et membranae et caro in talibus affectibus auferuntur. In gurgulione autem et varicosis vasis exectis ipsis etiam organis aliquis partium numerus auferetur. Atque haec omnia ad partium, quae immutantur, numerum mox referentur. Ubi vero quorumcunque organorum *aliqua portio* tollitur, non autem eximuntur partes, haec ad utrumque genus quodammodo referentur. Etenim deest animanti tum partium simplicium numerus, tum organi compositi magnitudo, totum siquidem mutilatum est. Et sane quod utriusque generis, tum numeri, tum magnitudinis, superius alterum praedicamentum, idque quantitatis, statuere liceat, cuique manifestum est, quandoquidem

Ed. Chart. VII. [11. 12.] Ed. Baſ. III. (203.)

ἐστὶν, ὃ δὴ καὶ ποσὸν ἰδικῶς ὀνομάζεται, τὸ δὲ συνεχὲς, ὃ δὴ καὶ πηλίκον προσαγορεύεται. ἀλλ' ἐν τῷ παρόντι σαφέστερον ἔδοξέ μοι διαιρεῖν αὐτὰ οὕτω, κατὰ μὲν τὸν ἀριθμὸν τάξαντι τὴν ἑτέραν διαφορὰν τοῦ ποσοῦ, κατὰ δὲ τὸ μέγεθος τὴν ἑτέραν.

Κεφ. θ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ κατὰ τοῦτο τὸ γένος εἴρηται νοσήματα, περὶ τῶν κατὰ τὸ μέγεθος ἢ τὸ πηλίκον τῶν μορίων, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι, διέλθωμεν. ἔστι δὲ οὐ ταὐτὸν τοῦτο τῷ προειρημένῳ. μένοντος γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος τῷ μορίῳ, διαφθει-[12]ρομένου δὲ τοῦ μεγέθους, ὅταν ἐνέργειά τις βλάπτηται, διὰ τοῦτο νόσημα ἔσται τοῦ μορίου τὸ συμβεβηκὸς, οἷον εἴ τῳ τηλικαύτη γένοιτο ἡ γλῶττα κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς διάπλασιν, ὡς ἤτοι μηδεμίαν ἔχειν ἀναστροφὴν ἐν τῷ στόματι διὰ τὸ μέγεθος, ἢ διὰ σμικρότητα μὴ ψαύειν ἁπάντων αὐτοῦ τῶν μερῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ἤδη τετελειωμένων αἱ μὲν παρὰ φύσιν ἐπαυξήσεις τῶν μορίων οὐ πάνυ

quantitas una diſcreta eſt, quae etiam quantitas proprie appellatur, altera continua, quae magnitudo nominatur. Verum in praeſentia dilucidius mihi viſum eſt haec ita diſtinguere, qui alteram quantitatis differentiam ſub numero, alteram ſub magnitudine conſtituerim.

Cap. IX. Explicatis autem hujusce generis morbis, de iis, qui ad magnitudinem aut ad partium quantitatem reducuntur, aut quomodocunque eos nominare placuerit, diſſeramus. Id autem *genus* non idem ac praedictum eſt. Nam ſi, manente ſecundum naturam partis figura, magnitudo vitietur, quum functio quaedam laeditur, ea de cauſa partis accidet morbus, veluti ſi in prima ſtatim conformatione lingua talis ſit, ut vel ob magnitudinem in ore nullam habeat converſionem, vel ob parvitatem omnes ipſius *oris* partes non attingat. Verum in jam perfectis praeter naturam partium incrementa non admodum crebro fieri

Ed. Chart. VII. [12.] Ed. Baſ. III. (203. 204.)

τι φαίνονται συνεχῶς γιγνόμεναι, μειοῦνται μέντοι πολλάκις, καὶ καλεῖται τὸ νόσημα πρὸς μὲν ἐνίων ἀτροφία, πρὸς ἄλλων δὲ φθίσις τοῦ μέρους. αἱ (204) δὲ ἐπαυξήσεις τῶν μορίων ἔν τε τοῖς ὑπερσαρκοῦσιν ἕλκεσι γίγνονται κἀν τῷ καλουμένῳ πριαπισμῷ. Νικομάχῳ δὲ τῷ Σμυρναίῳ πᾶν ἀμέτρως ηὐξήθη τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ κινεῖν ἔτι δυνατὸς ἦν ἑαυτόν· ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ Ἀσκληπιὸς ἴάσατο. γλῶσσαν δέ τινος ἐπιπλεῖστον αὐξηθεῖσαν ἐθεασάμεθα χωρὶς ἁπάσης ὀδύνης, ὥστε μήτ' οἴδημα δοκεῖν εἶναι, μήτε σκίῤῥον, μήτε φλεγμονήν· οὔτε γὰρ ἐκοιλαίνετο ὑπὸ πιεζόντων, οὔτ' ἀναίσθητος ἦν, οὔτ' ὠδυνᾶτο, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο μόνον αὔξησίς τις ἄμετρος ὑπῆρχεν, οὐδὲν τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ μορίου βεβλαμμένης. οὕτω δὲ καὶ ὄρχεις καὶ μαστοὶ τοῖς μὲν ἀμφότεροι, τοῖς δὲ ἀμέτρως ὁ ἕτερος ηὐξήθη. καὶ ἡ καλουμένη δὲ χοιρὰς τούτου τοῦ γένους ἐστὶ, δυσχρηστίαν οὐ μικρὰν ἐν ταῖς ἐνεργείαις, ὅταν ἀμέτρως αὐξηθῇ, παρεχομένη. καὶ μὲν δὴ καὶ αἱ τῶν κανθῶν ἀμετρίαι τούτου τοῦ γένους εἰσίν· ὀνομάζεται δὲ

conſpiciuntur; minuuntur tamen ſaepius, vocaturque hic morbus a quibusdam aliis macies, ab aliis partis tabes. Partium incrementa in ulceribus ſupercreſcente carne fiunt, atque in priapiſmo, quem vocitant. Nicomacho Smyrnaeo adeo totum corpus ſupra modum incrementum cepit, ut ne deinceps movere ſe ipſum poſſet; ſed ipſum ſanitati reſtituit Aeſculapius. Linguam cujusdam quamplurimum auctam vidimus, omnis doloris expertem, ut neque oedema, neque ſcirrhus, neque phlegmone eſſe videretur. Neque enim prementibus cavata cedebat, neque ſenſus erat expers, neque dolebat, ſed id ipſum duntaxat incrementum quoddam incommoderatum erat, illaeſa prorſus ipſius partis ſubſtantia. Sic et teſtes et mammae aliis uterque, aliis alter ſupra modum increvit. Quae etiam ſtruma vocatur, hujus generis eſt, quae, quum immoderatius increvit, non parvam functionibus laeſionem adfert. Similiter etiam angulorum in oculis ſunt ametriae hujus generis, quorum im-

Ed. Chart. VII. [12.] Ed. Baſ. III. (204.)

ἡ μὲν ἐπὶ πλέον αὔξησις ἐγκανθὶς, ἡ μείωσις δὲ ῥυάς. τοιαῦται μὲν δή τινες καὶ τούτου τοῦ γένους τῶν νοσημάτων αἱ διαφοραί.

Κεφ. ί. Τῆς δὲ συνθέσεως τῆς κατὰ φύσιν ὑπαλλαττομένης, γίνεται νοσήματα, παρὰ μὲν τὴν θέσιν ἐν ταῖς ἐξαρθρήσεσί τε καὶ παραρθρήσεσι καὶ ταῖς ἐντεροκήλαις τε καὶ ἐπιπλοκήλαις ὀνομαζομέναις, παρὰ δὲ τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα μόρια μὴ κατὰ φύσιν ὁμιλίαν σύνδεσμός που χαλασθεὶς, ἢ συνταθεὶς, ἢ ἀπορραγεὶς ἐμποδίζει τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ μορίῳ κίνησιν τῆς διαρθρώσεως. ἐν τούτῳ τῷ γένει καὶ οἱ τῆς γλώττης εἰσὶν ἄμετροι δεσμοὶ, καὶ οἱ τῶν αἰδοίων, ἐφ' οἷς ἡ μὲν εἰς τὸ διαλέγεσθαί τε καὶ μασσᾶσθαι ἱκανῶς ἐμποδίζεται, τὸ δὲ αἰδοῖον ἐν τῷ κατασπείρειν εἰς τὸ θῆλυ πόρρω καὶ κατὰ εὐθὺ προπέμπειν ἀδυνατεῖ τὸ σπέρμα, διεστραμμένου τοῦ πόρου. καὶ μὲν δὴ καὶ αἱ συμφύσεις αἱ παρὰ φύσιν ἢ χειλῶν ἑλκωθέντων, ἢ βλεφάρων, ἢ δακτύλων, ἢ ἕδρας,

moderatius incrementum encanthis, diminutio rhyas nominatur. Atque hujusmodi ſunt hujus generis morborum differentiae.

Cap. X. Quum vero quae ſecundum naturam eſt ſtructura immutatur, oriuntur morbi; a ſitu quidem in articulorum tum luxationibus, tum diſtortionibus, atque in inteſtini prolapſu, et omenti procidentia nuncupatis; ab ea vero quae non ſecundum naturam eſt partium adiacentium conjunctione ligamentum laxatum, aut contenſum, aut abruptum in illa parte dearticulationis motum oblaedit. Hoc in genere ſunt et linguae et pudendorum incommoderata vincula, quibus illa tum in loquendo, tum manducando plurimum interturbatur, pudenda vero in ejaculando ſemen, quae ob inverſum meatum in mulieris uterum eminus et directe ſemen emittere nequeunt. Atque etiam coalitus praeter naturam aut labiorum ulceratorum, aut palpebrarum, aut digitorum, aut ſedis, aut cujusdam

Ed. Chart. VII. [12. 13.] Ed. Baſ. III. (204.)

ἢ τινος ἑτέρου τοιούτου ταύτης εἶσιν τῆς διαφορᾶς. τοιαῦται μὲν δὴ καὶ αἱ τοῦ παρὰ τὴν σύνθεσιν τῶν μορίων γένους ἰδέαι τῶν νοσημάτων.

Κεφ. ια΄. Λοιπὸν δέ ἐστι καὶ πέμπτον γένος νοσήματος, ἡ τῆς ἑνώσεως λύσις, εἴτ' οὖν ἐν ἑνί τινι τῶν ἁπλῶν γένοιτο μορίων τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων, εἴτε κἂν τοῖς συνθέτοις, ὅθεν καὶ μικρῷ πρόσθεν ἐν τοῖς κοινοῖς ἑκατέρων τῶν μορίων νοσήμασι ἐμνημονεύσαμεν αὐτῆς. ὅπου γὰρ [13] διασπᾶται σύνδεσμος ἢ ἀρτηρία, κοινὸν τὸ πάθημά ἐστι καὶ τοῦ παντὸς ὀργάνου καὶ αὐτοῦ τοῦ διασπασθέντος μορίου. λέλυται γὰρ ἑκάτερον τῆς συνεχείας, τὸ μὲν ὅλον, μηκέτι συναπτομένων αὐτοῦ μηδ' ἑνουμένων τῶν μορίων, αὐτὸ δὲ τὸ διασπασθὲν οὐκ ἔτι μένον ἕν, ἀλλὰ δύο γενόμενον. εἰ μέντοι μὴ διασπασθείη τελέως, ἀλλ' ἐκ μέρους τινός, οὐκ ἔτι τοῦτο τοῦ παντὸς ὀργάνου τὸ νόσημά ἐστι, πλὴν εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός, ὅτι μόριον αὐτοῦ πέπονθεν, ἀλλ' αὐτοῦ μόνον τοῦ πεπονθότος ἴδιον

ejusmodi alterius partis, ad hancce differentiam ſpectant. Iſtae ſane hujus generis ſunt morborum ſpecies, quae a ſtructura proficiſcuntur.

Cap. XI. Supereſt et quintum morbi genus, unitatis ſolutio, ſive haec uni cuidam partium ſimplicium, quas ſimilares nominant, ſive etiam compoſitis accidat, unde paulo ante inter communes utrarumque partium morbos ipſam commemoravimus. Quum enim ligamentum vel arteria divellitur, communis eſt et totius organi et divulſae partis morbus. Nam utriusque ſoluta eſt continuitas; totius quidem *organi*, quum ipſius partes non amplius ſibi cohaerent, neque uniuntur; ipſius vero divulſae partis, quod non amplius una maneat, ſed duae factae ſint. Quod ſi non plane divulſa ſit, ſed parte aliqua *tantum*, non amplius id totius organi morbus eſt, niſi ex accidenti, quod pars ipſius affecta ſit, ſed ipſius duntaxat partis affectae pro-

Ed. Chart. VII. [13.] Ed. Baſ. III. (204.)

ἐξαίρετον. ὀνομάζεται δὲ κατὰ μὲν ὀστοῦν ἡ τῆς συνεχείας λύσις κάταγμα, κατὰ δὲ τὰ σαρκώδη πάντα κοινῶς ἕλκος. τὸ δὲ ῥῆγμα καὶ τὸ σπάσμα τοῦ μὲν αὐτοῦ γένους ἐστί· συνίσταται δὲ τὸ μὲν ἐν σαρκώδει, τὸ δὲ ἐν νευρώδει μορίῳ, τῶν ἐν αὐτοῖς ἰνῶν διασπασθεισῶν ὑπὸ βιαίας τινὸς θλάσεως, ἢ ἐξαιφνιδίου τε καὶ ἀθρόας τάσεως. τὰ δὲ ἀποσπάσματα καλούμενα μόνων τῶν ὀργανικῶν ἐστι μορίων ἴδια παθήματα. αὗται μὲν αἱ σύμπασαι διαφοραὶ τῶν ἁπλῶν νοσημάτων.

Κεφ. ιβ'. Ἐπὶ δὲ τὰς συνθέτους ἤδη μετιέναι καιρὸς ἀπὸ τῶν ὁμοιομερῶν αὖθις ἀρξαμένους σωμάτων. ἔσται δὴ κατὰ μὲν τὴν προτέραν ὑπόθεσιν ἐξ εὐρύτητός τε καὶ στεγνώσεως πόρων νόσημά τι σύνθετον, οὐχ ἑκάστου τῶν κατὰ μέρος πόρων ἀμφότερα πάσχοντος, ἀλλὰ ἐναλλὰξ, τῶν μὲν στεγνουμένων, τῶν δ' εὐρυνομένων σωμάτων, ὡς μηδὲν μᾶλλον εὐρύτητα πόρων ἢ στέγνωσιν

prius ac primarius. Porro continui ſolutio in oſſe quidem fractura nominatur, in omnibus vero carnoſis partibus communiter ulcus. Ruptura et evulſio ejusdem ſunt generis. Illa quidem in carnoſa, haec vero in nervoſa parte conſiſtit, divulſis quae in ipſis ſunt fibris ab aliqua violenta contuſione aut repentina et effuſa tenſione. Sed quae avulſiones vocantur, partium organicarum propriae ſunt affectiones. Atque hae ſunt univerſae ſimplicium morborum differentiae.

Cap. XII. Ad compoſitorum vero morborum differentias jam tranſire tempeſtivum eſt, a ſimilaribus corporibus ducto rurſum exordio. Erit quidem ſecundum primam ſuppoſitionem ex dilatatione et coarctatione meatuum morbus quidam compoſitus, non quod particulatim ſinguli meatus utrumque patiantur, ſed quod viciſſim corporum alia coarctentur, alia dilatentur, ita ut nihilo magis dilatationem meatuum quam coarctationem arguere poſſis in toto

Ed. Chart. VII. [13.] Ed. Baſ. III. (204.)

ἔχειν αἰτιᾶσθαι κατὰ τὸ σύμπαν ὁμοιομερὲς σῶμα, μηδ᾽ εἶναί τι λαβεῖν αἰσθητὸν αὐτοῖ μερος, ᾧ θάτερον ὑπάρχει μόνον, ἀλλ᾽ αἰεὶ τὸ λαμβανόμενον ἅπαν ὑπ᾽ ἀμφοτέρων συνέχεσθαι. κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ὑπόθεσιν ἐπὶ μὲν ταῖς ποιότησι μόναις ἐξισταμέναις τοῦ κατὰ φύσιν ἐν ἑκάστῳ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ἔσται σύνθετα νοσήματα τέτταρα, θερμὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν ἅμα καὶ ὑγρὸν, καὶ ψυχρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, καὶ ψυχρὸν ἅμα καὶ ὑγρόν· οὐσίας δέ τινος ἐπιῤῥυείσης αὐτοῖς, ὁμοίως ἕτερα τέτταρα, τὰς αὐτὰς τῶν ποιοτήτων ἔχοντα συζυγίας. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τῆς συνεχείας διαίρεσις οὐκ ἐν τοῖς συνθέτοις μόνον ὀργάνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς ἐγγίνεται σώμασιν, ἐπιπλακήσεταί ποτε καὶ ἥδε τοῖς τε νῦν εἰρημένοις συνθέτοις νοσήμασι κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς ὑποθέσεις καὶ τοῖς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς λόγου γεγραμμένοις τοῖς ἁπλοῖς. οὐ γὰρ ἀδύνατον ἡλκῶσθαί τε ἅμα καὶ ξηρότερον εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν ἢ ὑγρότερον ἢ ψυχρότερον ἢ θερμότερον τὸ μόριον, οὐδ᾽ ἡλκῶσθαι μὲν ἅμα

similiari corpore; neque aliquam esse sensibilem ipsius partem deprehenderis, cui alterutra duntaxat insideat; sed quaecunque pars corripitur, eam ab utroque *morbo* semper affici. Ex secunda vero suppositione, qualitatibus solis a naturali statu decedentibus, in unoquoque similari corpore compositi morbi erunt quatuor, calidus simul et siccus, calidus simul et humidus, frigidus simul et siccus, frigidus simul et humidus. Affluente vero ipsis aliqua substantia, peraeque alii quatuor erunt morbi, qui ipsas quatuor qualitatum conjugationes continent. Quoniam vero et continuitatis divisio non compositis tantum organis, verum etiam simplicibus corporibus inest, implicabitur interdum et haec nunc enarratis ex utraque suppositione compositis morbis et conscriptis quoque statim ab initio totius operis simplicibus. Nam fieri potest, ulceratam esse simul et eo quod secundum naturam est temperamento sicciorem vel humidiorem vel frigidiorem vel calidiorem esse partem, atque ulceratam simul et humidio-

Ed. Chart. VII. [13. 14.] Ed. Baſ. III. (204.)

καὶ ὑγρότερον ὑπάρχειν, οὐχὶ δὲ καὶ θερμότερον εἶναι. τά γ' οὖν ἡλκωμένα τε ἅμα καὶ φλεγμαίνοντα μόρια τριχῇ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίσταται, διὰ μὲν τὴν ἕλκωσιν ἀπολλύντα τὴν ἕνωσιν τῶν οἰκείων μορίων, ὅτι δὲ φλεγμαίνει, θερμότερά τε καὶ ὑγρότερα τοῦ κατὰ φύσιν ἀποτελούμενα. τὸν γὰρ δὴ ὄγκον τὸν ἐν αὐτοῖς, ὅταν μὲν ἐπὶ τοσοῦτον αἴρηται μέγεθος, ὡς βλάπτειν τι δι' αὐτὸ τοῦτο τὴν ἐνέργειαν, ἤδη νόσημα νομιστέον, ἄλλως δὲ σύμπτωμά τε καὶ [14] πάθημα μόνον, ὥσπερ καὶ τὴν ὀδύνην. ἅπαντ' οὖν τὰ φλεγμαίνοντά τε ἅμα καὶ ἡλκωμένα σώματα τριχῇ μὲν ἐξ ἀνάγκης, τετραχῇ δ' ἔστιν ὅτε νοσεῖ, φλεγμονὴν ὀνομαζόντων ἡμῶν δηλονότι νῦν οὐ τὴν οἷον φλόγωσιν τῶν μορίων, ὥσπερ ἦν ἔθος τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ τὸν ἐρυθρόν τε καὶ ἀντίτυπον καὶ ὀδυνηρὸν ὄγκον. οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἐρυσιπέλασι συμπίπτει πόθ' ἕλκη. τοῖς μὲν γὰρ ἄνθραξιν ἀδύνατον ἄλλως συστῆναι, μέσα δὲ τούτων ἐστὶ τὴν φύσιν ἕρπητές τε καὶ καρκῖνοι, τὰ πολλὰ

rem exiſtere, nequaquam etiam calidiorem eſſe. Ulceratae igitur ſimulque etiam inflammatae partes tripliciter a naturali ſtatu decedunt: ob ulcerationem quidem propriarum partium unitatem deſtruunt; quod vero inflammationem excitent, ipſas naturali temperie et calidiores et humidiores efficiunt; praeterea ob tumorem ipſarum, qui, quum ad tantam magnitudinem attollitur, ut ob id ipſum functionem oblaedat, jam morbus exiſtimandus eſt, alias et ſymptoma et affectio duntaxat, quemadmodum etiam dolor. Quaecunque igitur et inflammata ſimul et ulcerata ſunt corpora, tribus neceſſario, interdum etiam quatuor morbis aegrotare contingit. Nos autem quum inflammationem nominamus, profecto non veluti partium flagrantiam, ut fuit veteribus *loquendi* conſuetudo, ſed rubentem et renitentem et dolentem tumorem. Ita et eryſipelatis ulcera nonnunquam accidunt. Carbunculis enim non datur aliter conſiſtere. Inter hos morbos mediam naturam ſortiuntur et herpetes, et

Ed. Chart. VII. [14.] Ed. Baf. III. (204.)

μὲν ἅμα τοῖς ἕλκεσιν, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ χωρὶς ἐκείνων συνιστάμενα. σύνθετα γοῦν ἐστι τὰ τοιαῦτα πάντα νοσήματα, κἂν χωρὶς ἕλκους γίγνηται· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅτι πάντα περιττῆς ὑγρότητος ἤτοι θερμῆς ἢ ψυχρᾶς ἐστιν ἔγγονα, χολῆς μὲν ξανθῆς ἐρυσίπελας, μελαίνης δὲ καρκῖνος, αἵματος δὲ φλεγμονὴ, καὶ φλέγματος οἴδημα· καθ' ἕτερον δὲ, διότι τῶν εἰρημένων χυμῶν, εἰ καὶ κατὰ τὴν ἰδέαν ὑγροὶ σύμπαντες εἰσὶν, ἀλλὰ τήν γε δύναμιν οὐχ ὑγροί· ὁ μὲν γὰρ τῆς μελαίνης χολῆς ξηρὸς καὶ ψυχρός· ὁ δὲ τῆς ξανθῆς ξηρὸς καὶ θερμός· ὁ δὲ τοῦ φλέγματος ὑγρὸς καὶ ψυχρός· ὑγρὸν δὲ καὶ θερμὸν τὸ αἷμα· κατὰ δ' αὖ τρίτον τρόπον, ὅτι πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ σπάνιόν ἐστιν εὑρεῖν ἕκαστον αὐτῶν εἰλικρινές. ἀναμέμικται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ταῖς μὲν φλεγμοναῖς ἢ ἐρυσιπελατῶδες, ἢ οἰδηματῶδες, ἢ σκιῤῥῶδές τι, τοῖς δ' ἐρυσιπέλασιν ἢ φλεγμονῶδες, ἢ οἰδηματῶδες, ἢ σκιῤῥῶδες, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἑκάστῳ. σύνθετα τοίνυν γίγνεται πολυειδῶς ἅπαντα τοιαῦτα νοσήματα· καὶ ῥηθή-

cancri, qui multoties cum ulceribus, aliquando etiam ſine his conſiſtunt. Omnes igitur hujusmodi morbi, etiamſi citra ulcus eveniant, compoſiti ſunt: una quidem ratione, quod omnes a ſupervacaneo humore vel calido vel frigido procreentur; a flava bile eryſipelas; ab atra cancer; a ſanguine phlegmone; a pituita oedema; altera vero, quoniam dicti humores, etſi ſpecie omnes ſunt humidi, facultate tamen non humidi; nam qui atrae bilis eſt, ſiccus et frigidus; qui flavae, ſiccus et calidus; qui pituitae, humidus et frigidus; qui ſanguinis, calidus et humidus; tertia demum ratione, quod omnes ſibi invicem implicentur, raroque eorum aliquis ſincerus inveniatur. Nam plerumque inflammationibus aut quid eryſipelatodes, aut oedematodes, aut ſcirrhodes commiſcetur; eryſipelatis vero vel phlegmonodes, vel oedematodes, vel ſcirrhodes, atque caeterorum ſimiliter cuique. Ergo multis formis compoſiti fiunt omnes ejusmodi morbi. Atque de ipſis fuſius in

Galeni opera omnia / vol. 6 - page 878 sur 889

Ed. Chart. VII. [14.] Ed. Baf. III. (204. 205.)

σεται περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἔν τε τῷ περὶ τῶν νοσερῶν αἰτίων γράμματι, καὶ ἐν τῷ μετ' αὐτὸ, τῷ τῶν νοσωδῶν συμπτωμάτων, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας, ἧσπερ ἕνεκα σύμπαντα ταῦτα γράφεται.

Κεφ. ιγ'. Νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ τὸν τρόπον αὐτῶν τῆς ἐπιπλοκῆς εἴπομεν, ἐπὶ τὰ τῶν [205] ὀργάνων ἤδη μετέλθωμεν νοσήματα, δεικνύντες ὅπως καὶ ταῦτα γίγνεται σύνθετα. πρῶτον δ' ἀναμνῆσαι χρὴ τοῦ κατ' ἀρχὰς ῥηθέντος, ὡς ἔστιν ἕτερα μὲν τῶν πρώτων σωμάτων τῶν ὁμοιομερῶν, ἕτερα δὲ τῶν ὀργανικῶν τε καὶ συνθέτων τὰ νοσήματα, φλεγμονὴ μὲν τῶν πρώτων, ἔξάρθρημα δὲ τῶν ὀργανικῶν. ὅταν οὖν ἔξαρθρήσῃ τε ἅμα καὶ φλεγμήνῃ τι κῶλον, αὐτοῦ μὲν πρώτως ἐστὶ τοῦ σύμπαντος ὀργάνου νόσος ἡ ἔξάρθρησις, ἡ φλεγμονὴ δὲ οὐ πρώτως, οὐδ' ἰδίως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ἐπειδὴ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν μορίων αὐτοῦ νόσημά ἐστιν ἡ φλεγμονὴ, κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη καὶ τοῦ σύμπαντος ὀργάνου τὸ νόσημα. καὶ μὲν δὴ καὶ ὀφθαλμία φλεγμονὴ μέν ἐστι τοῦ ἐπιπε-

libro de morborum cauſis diſſeretur, et in eo, qui poſt ipſum de morborum ſymptomatis *inſcribitur*, praetereaque in methodi medendi opere, cujus gratia haec omnia conſcribuntur.

Cap. XIII. Quandoquidem implicationis ipſorum *ſimplicium* morborum rationem explicavimus, jam nunc ad organorum morbos tranſeamus et, quomodo hi fiant compoſiti, demonſtremus. Imprimis rei per initia pronunciatae meminiſſe oportet, alios eſſe primorum corporum ſimilarium, alios et organicorum et compoſitorum morbos. Phlegmone quidem primorum eſt corporum, luxatio vero organicorum. Quum itaque membrum aliquod ſimul et luxatur, et phlegmone obſidetur, luxatio quidem hujus totius organi primo morbus eſt, phlegmone vero non primo, neque proprie, ſed per accidens. Nam quoniam phlegmone uniuscujusque partium ipſius morbus eſt, per accidens quoque erit totius organi morbus. Ideoque lippitudo inflammatio eſt membranae, quae corneae adnata eſt, per ac-

Ed. Chart. VII. [14. 15.] Ed. Baſ. III. (205.)

φυκότος ὑμένος τῷ κερατοειδεῖ, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ νόσημα. συμβαίνει δέ ποτε, τοῦ κερατοειδοῦς χιτῶνος ἕλκος ἔχοντος βαθὺ, κἄπειτα διαβρωθέντος ὅλου, προπεσεῖν μέν τι τοῦ μετ' αὐτὸν τοῦ ῥαγοειδοῦς ὀνομαζομένου, παρασπασθῆναι δὲ καὶ τὴν κόρην· καὶ τούτων ἕκαστον τῶν τριῶν ὀφθαλμοῦ πάθημα νομίζεται. καίτοι τὸ μὲν ἑλκωθῆναί τε καὶ διαβρωθῆναι τοῦ κερατοειδοῦς ἦν μόνου, τὸ δὲ προπεσεῖν τοῦ ῥαγοειδοῦς, τὸ δὲ παρασπασθῆναι τῆς κόρης. ἀλλ', ὡς εἴρηται, τὰ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων νοσήματα τοῦ σύμπαντος ὀργάνου κατὰ συμβεβηκός ἐστι. καὶ τοίνυν, ἐπειδὰν μὲν ἓν ὁτιοῦν ἐξ αὐτῶν [15] νοσῇ σύνθετον νόσημα, τοῦ σύμπαντος ὀργάνου καὶ τοῦτο ἔσται νόσημα κατὰ συμβεβηκός· ἐπειδὰν δὲ πλείω μὲν, ἀλλ' ἕκαστον ἑνὶ κατέχηται νοσήματι, σύνθετον ἂν εἴη οὕτως τὸ νόσημα τοῦ σύμπαντος ὀργάνου. ἔστω γὰρ, εἰ τύχοι, κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν (οὐ γὰρ ἀδύνατος ἡ ὑπόθεσις) ἅμα μὲν πτερύγιον, ἅμα δὲ ὀφθαλμία, καὶ διάβρωσις τοῦ κερατοειδοῦς, καὶ πρόπτωσις τοῦ ῥαγοειδοῦς, καί τις ἀρχὴ γενέσεως ὑποχύματος. ὅτι μὲν οὐχ

cidens oculi morbus. Accidit autem nonnunquam, ut cornea tunica ulcus altum habeat, eaque mox exeſa tota, aliquid ipſam ſubſequentis uveae nominatae procidat, pupillaque divellatur. Horum trium *affectuum* quisque oculi morbus aeſtimatur, quamvis ulcus et eroſio ſolius corneae, procidentia uveae et divulſio pupillae ſit. Quare, ut dictum eſt, ſimilarium corporum morbi totius ſunt organi ſecundum accidens. Itaque, quum unum quodcunque ex iis compoſito morbo laboraverit, totius organi quoque hic erit ex accidenti morbus *compoſitus*. Quum autem plures partes *ſint affectae*, ſed unaquaeque uno detineatur morbo, ſic totius organi morbus erit compoſitus. Sit, ſi ſors tulerit, in oculo (non enim impoſſibilis eſt ſuppoſitio) ſimul pterygium, ſimulque lippitudo, et eroſio corneae, et uveae procidentia, etiam aliquod generationis ſuffuſionis initium. Quod non unus, neque ſimplex ſit morbus, om-

Ed. Chart. VII. [15.] Ed. Baſ. III. (205.)

ἓν οὐδ' ἁπλοῦν ἐστι τὸ νόσημα, πρόδηλον παντί. καλέσει δ' ὁ μέν τις αὐτὸ σύνθετον ὀφθαλμοῦ νόσον, ὁ δέ τις οὐδεμίαν σύνθετον, ἀλλὰ πολλὰ νοσήματα ἐρεῖ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ὑπάρχειν ἐν διαφόροις αὐτοῦ μέρεσι συνεστῶτα. διαφέρει δ' οὐδὲν ὡς πρὸς τὴν τῆς θεραπευτικῆς ἐνδείξεως ποικιλίαν, ἧσπερ ἕνεκα τὰ τοιαῦτα σύμπαντα ζητοῦμεν, εἴθ' ἓν εἴη σύνθετον, εἴτε πολλὰ μαχομένης ἰάσεως δέομενα. ῥηθήσεται δὲ δηλονότι περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν. εἰς δὲ τὸν νῦν ἐνεστῶτα λόγον ἀπόχρη τό γε τοσοῦτον ἐνδείξασθαι καὶ δηλῶσαι, τὸ πιθανῶς ἂν ἑκατέρους δοξάζειν, τούς τε πολλὰ νοσήματα κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ὑπάρχειν ὑπολαμβάνοντας, τούς τε, καθάπερ ἓν τὸ πάσχον ὄργανον, οὕτω καὶ τὸ νόσημα ἓν εἶναι νομίζοντας, σύνθετον δὲ, ὅταν, ὡς εἴρηται, πλείονα μόρια πεπόνθῃ κατ' αὐτόν. ὥσπερ οὖν τῶν ἁπλῶν νοσημάτων τὸ μὲν αὐτοῦ πρώτως ἦν νόσημα τοῦ σύμπαντος ὀργάνου, καθάπερ τὸ ὑπόχυμα, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, ὡς ἡ τοῦ κερατοειδοῦς ἕλκωσις, οὕτω καὶ τῶν συνθέτων νοσημάτων ἴδια μὲν ἔσται τοῦ

nibus patet. Quidam etiam compoſitum oculi morbum vocabit; alter non unum compoſitum, ſed multos oculo dicet ineſſe morbos in diverſis ipſius partibus conſiſtentes. Nihil vero intereſt ad indicationis remediorum varietatem, cujus gratia haec omnia indagamus, ſive unus fuerit compoſitus, ſive plures pugnantibus remediis indigentes. De his profecto uberius in methodi medendi libris differetur. Ad praeſentem nunc ſermonem hoc tanti momenti indicaſſe atque declaraſſe ſatis eſt, probabilem utrosque fovere ſententiam, tum qui multos in oculo eſſe morbos autumant, tum qui, quemadmodum unum aegrotat organum, ſic et unum eſſe morbum cenſent, compoſitum vero, quum, ut dictum eſt, plures partes affectae ſint ſeorſim. Ut igitur ſimplicium morborum alius quidem primo totius organi morbus erat, veluti ſuffuſio, alius vero ex accidenti, veluti corneae ulceratio, ita compoſitorum quoque morborum proprii quidem erunt totius organi, qui multas ſimul

Ed. Chart. VII. [15.] Ed. Baſ. III. (205.)

σύμπαντος ὀργάνου τὰ πολλοῖς αὐτοῦ μορίοις ἅμα διογλοῦντα, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὰ καθ' ἕν τι μόριον ἐν αὐτῷ συνιστάμενα νοσήματα σύνθετα, καθάπερ ἡ ὀφθαλμία, φλεγμονὴ τοῦ ἐπιπεφυκότος ὑμένος ὑπάρχουσα. σύνθετον γὰρ ἐδείκνυτο πάθος ἡ φλεγμονή· προσγινομένου δὲ ἕλκους κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον ὑμένα, πολὺ μὲν ἂν οὕτω γε μᾶλλον ἐν συνθέτῳ νοσήματι τὸ μόριον εἴη, λέγοιτο δ' ἂν οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτὸς ὁ σύμπας ὀφθαλμὸς ὑπὸ συνθέτου νοσήματος ἔχεσθαι. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα κατὰ συμβεβηκὸς ὅλων τῶν ὀργάνων ἐστὶ νοσήματα σύνθετα· τὰ δ' ἐκ τοῦ πολλὰ μόρια πεπονθέναι καθ' ἕνα χρόνον αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἐστὶ πρώτως νοσήματα σύνθετα, καὶ μᾶλλον εἰ καὶ τῶν κατὰ μέρος ἕκαστον τῶν ἁπλῶν μὴ κατά τι συμβεβηκὸς, ἀλλὰ πρώτως εἴη τοῦ σύμπαντος ὀργάνου νόσημα, καθάπερ ἐν ὀφθαλμῷ πτερύγιον, ὑπόχυμα, ῥυάς. ἕκαστόν τε γὰρ τούτων ἴδιόν ἐστιν ὀφθαλμοῦ νόσημα, καὶ πάνθ' ἅμα γιγνόμενα σύνθετον ὀφθαλμοῦ νόσον ἰδίαν ἐργάζεται. τοιαύτῃ τις ἂν χρώμενος μεθόδῳ πάντα ἐξευρίσκοι τὰ σύνθετα νοσήματα τῶν

partes moleſte afficiunt, ex accidenti vero morbi compoſiti, qui in una ipſius organi parte conſiſtunt, veluti lippitudo, quae adnatae membranae eſt inflammatio. Demonſtratum ſiquidem eſt, inflammationem compoſitum eſſe morbum. Si vero ulcus hanc ipſam membranam obſideat, multo etiam magis compoſito morbo pars obſidebitur; ſed nihilominus totus ipſe oculus compoſito morbo affici praedicabitur. Tales equidem ex accidenti totius organi ſunt morbi compoſiti. At quum eodem tempore multae partes afficiuntur, organorum primo ſunt compoſiti morbi, atque magis, ſi particulatim unusquisque ſimplicium non ex accidenti, ſed primo totius organi fuerit morbus, ut in oculo pterygium, ſuffuſio et rhyas. Nam eorum quique proprius eſt oculi morbus, et quum ſimul omnes accidunt, compoſitum oculi morbum proprium efficiunt. Si quis tali methodo ratiocinetur, omnes omnium organorum compoſitos mor-

Ed. Chart. VII. [15.] Ed. Baſ. III. (205.)

ὅλων ὀργάνων. ἐμοὶ δὲ ἐπεξέρχεσθαί τε καὶ συντιθέναι πάντα περιττὸν ἐδόκει. μεμαθηκώς τις γὰρ τά θ' ἁπλᾶ νοσήματα πάντα καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν τῆς συνθέσεως, ἱκανὸς ἂν εἴη γυμνάζειν ἑαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ μέρος· ὡς τό γ' ἀναγνῶναι μόνον εἰσάπαξ, ὅσα γέγραπται κατὰ τόδε τὸ βιβλίον, οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ μέλλοι τις ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖστον γυμνάζεσθαι.

bos inveniet. Mihi vero omnes et perſequi et componere ſupervacaneum videtur. Si quis enim ſimplices morbos omnes eorumque modos compoſitionis didicerit, dignus erit, qui in reliquis particularibus ſe ipſum exerceat. Quare ſemel tantum, quaecunque hoc in libro ſcripta ſunt, legere nullius eſt utilitatis, niſi quis plurimum in ipſis ſeſe exercitaturus ſit.

LIPSIAE
LITERIS FRIDER. CHR. DÜRRII.

PRAENUMERANTEN-VERZEICHNISS.

Altenburg.
1 Hr. Doctor Pierer.
2 Schnuphasische Buchh.

Altona.
1 Hr. Dr. Heyck.
1 Hr. Dr. Bintzing.

Alt-Strelitz.
1 Hr. Dr. Hanius.

Amsterdam.
1 Hr. Dr. C. H. a Roy.
4 Hr. Buchh. Müller.
4 Hr. Buchh. Sülpke.

Bautzen.
1 Hr. Dr. Buchheim.
1 Hr. Rector Siebelis.

Berlin.
5 Hr. Buchh. Enslin.
4 Nicolaische Buchh.
1 Hr. Regier. Rath Neumann.
20 Hr. Buchh. Dümmler.
1 Hr. Buchh. Logier.
4 Hr. Hirschwald.

Bonn.
1 Hr. Prof. Näke.
1 Hr. Dr. u. Prof. Nasse.

Bremen.
1 Hr. Dr. Menke.

Breslau.
1 Hr. Med. Rath Andree.
1 Hr. Dr. u. Pr. Benedict.
1 Hr. Dr. Ebers.
1 Hr. Dr. Guttentag.
1 Hr. Dr. u. Ass. Hanke.
1 Hr. Dr. Henschel sen.
1 Hr. Dr. Kroker jun.
1 Hr. Dr. Küstner.
1 Hr. Dr. Lüdike.
1 Hr. Dr. Morgenstern.
1 Hr. Dr. u. Pr. Remer.
1 Hr. D. u. Pr. Schneider.
1 K. Universitätsbibliothek.
1 Hr. Dr. Wendt, K. Med. R. u. Ritter des rothen Adler-Ordens 3r Klasse.
1 Hr. Dr. Zemplin.
1 Hr. Buchhändler Max.

Buxtehude.
1 Hr. Dr. Müller.

Carlowitz.
1 S. Exc. der griech. Erzbischof und Metropolit Stephan v. Stralimirovics.

Carlsbad.
1 Hr. Dr. Mitterbacher.

Coblenz.
1 Hr. Buchh. Hölscher.

Cölln.
2 Hr. Buchh. Bachem.

Darmstadt.
1 Hr. Buchh. Leske.

Dorpat.
1 Universitätsbibliothek.

Dresden.
1 Arnoldische Buchh.
1 Hr. Conrect. Baumgarten-Crusius.

1 Hr. Dr. Choulant.
1 Hr. Dr. Ficinus.
1 Hr. Dr. Fischer.
1 Hr. Dr. u. Ritter Kapp.
1 Hr. Dr. Koberwein.
1 Hr. Dr. Seiler.
1 Hr. Mag. Wagner.
1 Hr. Hofrath Weigel.

Elberfeld.

2 Hr. Buchh. Schönian.

Erfurt.

1 Hr. Med. Rath Bernhardi.
1 Hr. Dr. Erhard.

Frankfurt a. M.

1 Hr. Prof. Vömel.
1 Hr. Buchh. Varrentrapp.

Frauenstein.

1 Hr. Dr. Hederich.

Freyberg.

1 Hr. Dr. Weiss.
1 Hr. Rect. M. Rüdiger.

Giessen.

1 Hr. Dr. Nebel.
1 Seminarium Philolog.
1 Universitätsbibliothek.
1 Hr. Dr. Walther.

Glogau.

1 Neue Günthersche Buchh.

Göttingen.

1 Hr. Vandenhoek u. Ruprecht.

Gotha.

1 Hr. Hofrath Jacobs.
1 Herzogl. Bibliothek.

Greifswalde.

1 Königl. akad. Bibliothek.
1 Hr. Prof. Mende.
1 Schulbibliothek.
1 Hr. Buchh. Mauritius.

Grimma.

5 Hr. Prof. Hochmuth.
1 Hr. Prof. Weichert.

Haag.

1 Hr. Buchhändl. Volcke.

Halberstadt.

1 Buchh. Vogler.

Halle.

1 Hr. Prof. Dzondi.
1 Hr. Dr. Düffer.
1 Hr. Pr. Friedländer.
1 Hr. Dr. Herzberg.
1 Hr. Dr. Krukenberg.
1 Hr. Dr. Ulrich.
1 Hr. Prof. Sprengel.
1 Hr. Prof. Sprengel jun.
1 Hr. Dr. Weber.
1 Hr. Hofrath Schütz.
1 Waisenhausbuchhandl.

Hamburg.

1 Hr. Dr. Moldenhauer.
1 Hr. Direct. Gurlitt.
2 Hr. Perthes u. Besser, Schrpap.
4 Dieselben Druckpap.
1 Rathsbibliothek.

Heidelberg.

1 Hr. Buchh. Groos.
1 Hr. Hofrath Conradi.
1 Hr. Hofrath Creuzer.
1 Universitätsbibliothek.
1 Hr. Buchh. Winter.

Hildburghausen.

1 Gymnasium Fridericianum.
1 Hr. Med. Rath Hohnbaum.

Hildesheim.

1 Beverinsche Bibliothek.
1 Hr. Dr. Schreiber.

Jena.

2 Crökersche Buchh.

Kirchen an der Sieg.

1 Hr. Chr. Dan. Jung, med. stud.

Königsberg.

1 Hr. Med. Rath D. Burdach.
1 Hr. Direct. Gotthold.
1 Hr. Buchh. Bornträger.
3 Hr. Buchh. Unzer.

Landshut.

2 Hr. Buchh. Krüll.

Leipzig.

1 Hr. Dr. Anton.
2 Hr. Buchh. Barth.
1 Hr. Dr. Baumann.
1 Hr. Hofrath Beck.
1 Hr. Dr. Bernhard.
1 Hr. Oberhofgerichts-Rath Blümner.
1 Hr. Baccalaur. Braune.
1 Hr. Dr. Cerutti.
1 Hr. Hofrath und Ritter Clarus.
1 Hr. Dr. Cunitz.
1 Hr. Dindorf.
1 Hr. Prof. Eschenbach.
1 Hr. Rector Forbiger.
1 Hr. Dr. Haase jun.
1 Hr. Dr. Hänel.
1 Hr. Dr. Hasper.
1 Hr. Buchh. Hartmann.
1 Hr. Dr. u. Prof. Joerg.
1 Hr. Dr. Kuhl.
1 Hr. Buchh. Kummer.
1 Hr. Dr. Leune.
1 Hr. Dr. Puchelt.
1 Hr. Mag. Radius.
1 Hr. Dr. Ritterich.
1 Hr. Dr. u. Prof. Schwägrichen.
1 Hr. Dr. Schwarz.
1 Hr. Dr. Voigt.
1 Universitätsbibliothek.
1 Hr. Procl. Weigel.

Lichtenstein.

1 Hr. Dr. Weidmann.

Lingen.

1 Hr. Jülicher.

Linz.

1 Hr. Buchh. Hasslinger.

Malchin.

1 Hr. Dr. Scheven.

Mannheim.

1 Hr. Buchh. Löffler.

Marburg.

1 Hr. Buchh. Krieger.

Neu-Brandenburg.

1 Hr. Dr. Kirchstein.
1 Hr. Hofrath u. Doctor Schultz.
1 Hr. Rath u. Dr. Walther.

Neu-Strelitz.

1 Hr. Dr. v. Hieronymus.
1 Grossherz. Bibliothek.
1 Gymnasium Carolinum.

Nürnberg.

1 Hr. Monath u. Kussler.

Odensee.

1 Hr. Secr. Wahlmann.

Oldenburg.

1 Hr. Buchh. Schulze.
1 Hr. Dr. Bruel.

Oxford.

1 Hr. Jos. Parker.

Penzlin.

1 Hr. Rath u. Dr. Kortüm.
1 Hr. Dr. Pfuhl.

Pest.

1 Hr. Buchh. Hartleben.
2 Hr. Buchh. Kilian.

St. Petersburg.

3 Hr. Wilh. Gräff.

Pyrmont.

1 Hr. Buchh. Uslar.

Riga.

1 Hr. Deubner u. Treuy.

Kloster Rossleben.

1 Hr. Dr. Kraft.

Rostock.

2 Hr. Prof. Huschke.
1 Hr. Ober-Medicin. Rath Wildberg.

Rudolstadt.

1 Hofbuchhandlung.

Stralsund.

1 Hr. Leibmed. Sager.
1 Regierungsbuchhandlung.

Schulpforte.

1 Hr. Dr. Ilgen.
1 Schulbibliothek.

Thorn.

1 Hr. Dr. Weese.

Ulm.

1 Stettinsche Buchhandl.

Wien.

1 Hr. Buchh. Härter.
2 Hr. Buchh. Heubner.
5 Druckp. } Buchh. Schal-
1 Schreibp. } bacher.
2 Hr. Buchh. Volcke.

Wilna.

1 Hr. Staatsrath Frank.
1 Universitätsbibliothek.

Winterthur.

1 Hr. Buchh. Steiner.

Wittenberg.

1 Hr. Dr. Süss.

Züllichau.

1 Darnmannsche Buchh.

CONTENTA TOMI VI.

De ſanitate tuenda lib. I. - 1 — 80.

— — — II. - 81 — 163.

— — — III. - 164 — 232.

— — — IV. - 233 — 304.

— — — V. - 305 — 380.

— — — VI. - 381 — 452.

De alimentorum facultatibus lib. I. 453—553.
— — — II. 554—659.
— — — III. 660—748.
De probis pravisque alimentorum
succis — — 749—815.
De ptisana — — 816—831.
De dignotione ex insomniis — 832—835.
De morborum differentiis — 836—880.